


400 40



MADE IN SPAIN

2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35



**EXPEDITIONES  
SPIRITVALES  
SOCIETATIS  
IESV.**





R-1084 *Del Colegio de la Comp<sup>ta</sup> de Jesus de Granada.* P. MICHAELIS B2

DE SAN ROMAN  
PALENTINI,  
SOCIET. IESV  
THEOLOGI,

*ET IN EADEM PHILOSOPHIÆ, AC THEOLOGIÆ  
Professoris; Supremæ Inquisitionis, necnon Vallisoletani Tribunalis Censoris;*

EXPEDITIONVM  
SPIRITVALIVM  
SOCIETATIS IESV,


LIBRI QVINQVE:

*CONTINENTES, MODI AGENDI, ET CONVERSANDI. CVM PROXIMIS,  
Confessiones audiendi, Verbi Dei seminandi, & omnes in statibus suis instruendi, industrias, & documenta.*

*Addita sunt aliquarum vitæ Christianæ veritatum pro spectante populo Censiones à se pro  
Sacerdotum vita, & honestate tuenda, priuata colloquia.*

*NUNC PRIMVM PRODEVNT,*

*Necessariis Indiciibus; tum Capitulum . tum Rerum præcipuarum illustrati.*



LVGDVNI,

Sumpt. Hæred. GABR. BOISSAT, & LAUR. ANISSON.

M. DC. XLIV.

CVM PRIVILEGIO.



# EXCELLENTISSIMAE

D. AGNETI DE GVZMAN MARCHIONIS Æ

de Alcañizas. Michael de S. Roman Soc. IESV

S. P. D.



**P** S I L L V M hunc, vigilis tamen curæ meæ partum, in nobilissimâ æquè, ac felicissimam tui nomenclaturam attollentem iure me ambitionis nota (Excellentissima Domina) temeraret, nisi tria potissimum, eaquæ gratissima debita, hanc à me labem, iam pridem avertissent. Quibus opus hoc à suæ lucis vsura, tum famula tui micipatum, tum favore tuo, concretum auspice te audet, imò gestit eniti. Primum quidem idquæ eo vrgentius, quò beneficentia tua profusior vtcumque, scilicet, cum in me, tum in Societatem IESV, collata perpetim beneficia gratulari. Quot enim, quantaquæ illa sint, haud facile computem: donorum scilicet vbertate, & fauorum frequentia, singulorum memoriam superasti, donis tuis irrequieta largitione, obliuionem affectans, quo non modò profudisti liberalitatem, sed visa etiam es gratitudinem ipsam nobis condonasse. Sed non ità votis tuis cedit (celissima Domina) ora quippè omnium nostrum te matrem compellant, septa familiæ nostræ, munificentia laudes personant, & pectora tibi vice anathematum suspensa sunt. Exitit olim vetusta apud Xantios lex, Plutar. de Clar. n. 9. qua filij non patris gentilitium, sed materni generis nomen auspicabantur, vt qui in vitæ susceptione, potius matri censerentur obstricti. Meritò ergò hæc mihi lex modò instauratur: referat proindè non alius, sed solius matris, tui scilicet nomenclaturam, liber iste cunctum sui sumptum de tuo favore deciduum, muto præconio pronuncians. Verum non modò gratitudinis meæ partes agit hoc donum; sed & cunctæ Societatis IESV, cuius (audacter dicam) modò personam induo, vt omnium nostrum virentem perpetuò gratulationem, licet in tenui materia, vtcumque tamen possum, pro debito meo demonstrarem. Sanè ego, cui præsentia tuæ claustrum sepius adire concessisti, quæ in Societatis atrijs, in foribus vrbium, in plagis orbis, præter aures tuas (quibus non omnibus licuit accessus) elogia munificentia tuæ viri Societatis, personant, omnium lingua factus ad te intraducere, & præsentare tenebar: imitaturus planè magnam illam cultoris eremi Prophetæ matrem, quæ cum lingua impotem, & materno ergastulatum alueo, vnaquæ onustum visitationis Deiparæ beneficio cerneret, grates Virgini pro filio rependit, eius nomine illa verba tributans. Inc. 2. Chrysof. Vnde hoc mihi vt veniat, &c. Cumque sancti impositus essem, parentis os meum, sciens ipse per eam clamauit. Vnde hoc mihi, &c.

Ver-

Verba sunt Chrysofomi. Quare (clarissima Domina) omnes te per os meum dignissimo matris elogio conclamata tua gratulantur beneficia; & ego tanto functus officio cunctæ Societatis vota cumulavi.

Ipsa præterea libri materies potissimum te Patronam destinabat. Quantum enim te diuini disseminandi eloquij cura exedit? Non zelum tuum aulici fastus mitigarunt; non curiæ lenierunt curæ; non denique (amoris laniena) subditorum absentia, amorem tuum in illos temperavit. Madritum te gloriatur, inde tamē viuido zelo distracta, anhelō providentiæ tuæ ardore sollicita, diuini verbi præcones, ut cœlestes nubes spargis, qui irriguis cœli imbribus facti, cunctam Marchionatus tui ditionem rore cœli madident, doctrinæ radijs illustrent. Id verò officij nobis, & Societatis visis iam dudum commendasti. Placuit enim tibi nostræ Religionis flagrans zelus, & tuus maximè nobis arrisit. Tecum nobis Spiritus Dei communis est. Ne verò eiusmodi Apostolicæ transcurfiones alimonix onera alicubi retardarēt, assidua de tuo subsidia contulisti. Quot autem prouentus ex hac tua prouidentia Deo ceperis, scis ipsa: neque enim fas erat alicuius occulatione animo tuo piam exultationem defraudare. A lacri semper animo hæc expectabas nuncia, hilarique excipiebas vultu, & veritatis triūphis, genis, & ore tuo decorus Dei zelus præstebat. Maiora subinde pectus tuum æstuabat incendia. Prælatorum in tuos visitationem crebrò flagitas, & opportuna importunitate urgere non desinis. Quot ore tuo templa reparata? Quot utensilia sacra, & diuini cultus ornamenta liuido iam temporis dente corrosa renouasti, denuò auxisti, & munifica, & pia manu, multiplicasti? Oleum tu quod olim prudentes illæ Virgines fatuis denegarunt, toties Sacramentato Numini concessisti, quoties ob Ecclesiarum tenuitatem, ipsum contigit in obscuro iacuisse. Quoties ære tuo obstrictos debito absoluisti thesauris tuis iacturam præferens, ne proximis inferres soluendi dolorē? Quot nobiles viduas, aliosque quamplures iam iā inopiæ squalore degeneres donorum tuorum prouidentia releuasti, & continuisti? Seraphici Francisci Conuentus, expensis tuis adamussim cōstruendus erectus est. Inibi præclara fulgent in Diuos obseruantix tuæ, & pietatis insignia. Quantas enim sacris eorum diebus sanxisti celebritates? Ibidem religio, & misericordia tua, vnà vegetantur, cum & Religiosos inopes alas, & beatos venerere: vestigia pauperis illius, & Hospitalis Sunamitis, Prophetam, & pauperē hospicio suo simul satiantis, insectata: sed verò tu, non vllius inopiæ tuæ leuandæ causa, sed studio pietatis concita, in vtrūque munus gazas tuas prodigis. Neque idcirco te tanti exempli præmium præteribit. Vnde enim magnus hic aulæ tuæ splendor? Familiæ tuæ opulencia, & rerum abundantia? Annè ex Principum gratia? Minimè, tametsi erga te hæc magna fuerit. Annè ex vberi facultatum tuarum reditu? Aptius quidem, digna verò si ad modestiam tuam recurrero: in vsus tuos parca, in pauperum prodiga: in te mendica, in mendicos

Matth. 25.

Reg. 17.

dicos locuples. Ex hac igitur fertili misericordia tua, fortunæ tuæ cumulatifsimè incrementantur. Quocircà, quæ de Sareptana Basilus, de te referre non pudeat, tunc pluuiam Propheta utique promittit, *nubes votis* Orat. 17, accommodat, & *hydriam vertit in alimēti fontem*, nam quod homini solum concessum fuit, tu imple: illi ut faceret, tibi datum ut facias. Consonat Ambrosius. *Homini solum tributum est, ut omnes tanquàm suos pascat*; & tibi concessum, quod præstes. Omnia imple pietatis officia, corporum & animorum indigentix subuenis, & quæcumque remedium querant, ex te vna (semper ad opitulandum propensa) hauriunt foelicifsimè: In hos ergò fines substantia tua ingeminatur. Quamobrem meritò, quæ de Olibio Prudentius, de te proferam. *Hic (quin potius hæc) non diuitias ni-* Pruden. li. 1. aduers. Sym. lib. 2. *grantibus abdidit antris, nec tenebris damnauit opes; sed largior imbre su-* *uerat hominum innumeras ditare cateruas: cernere semper erat, assiduos in-* Claud. de consulat. *trare inopes, remeare beatos.* Pergratum tibi igitur hoc expeditionum spiritualium opus offero, clementiæ tuæ commendatitium, animi tui promotorem, in quo infatigatus tuus zelus poterit, veluti in sui Vicario conquiescere. Postremò tandem tuum libro meo vsurpandum nomen erat, ut tantum patrociniū, inermem protegeret, & liuidos inuidiæ incursus, protelaret. Iure enim de vmbra Excellentissimæ Dominiæ fauorem præsumerem, quæ auctoritatem suam in humilium tutamen destinat. Principum scilicet celsitudinem, non tam in propria, quàm in subiectorum emolumenta fortitam, ex Philosophi sententia præpsit D. Thom. D. Tho. 2. 2. q. 1. 1. *suprema (inquiens) plena sunt, ut inferiora bonis indiga replent suis influxibus: cui Plutarchus etiam suffragatur de claro Principum symbolo, cœlorum nimirum exemplo, ita fatus: Verius quis dixerit Principes ministros esse Dei ad curam, & salutem hominum, vti dona, quæ illis largitur partim distribuunt, partim seruent.* Neque verò aliud portendit, prægrandis illa arbor, comatis ramorū apicibus, cœlum vsque porrecta. Ecquid enim interminima foliorum dilatatione luxurianti, ramorum imperio, & incompleta frugum vbertate, prætenditur? Non equidem eiusdem arboris commodum; sed volucrum, reptantiumque sub tanta vmbra bestiarum, perenne pabulū. Et sanè in hac somniatæ arboris figura Rex obubratur tyrannus. Numquid ergò cuncta non prospera à nobilissima, & pientissima Domina non sperem? Quid nisi talia à Tyranno expectantur? Pietatem tuam paucis iam supra insinuavi. Fulgentissimam modò tui propaginem paucissimis innuam, ne calamus tantæ originis moli nō suppar, dum metas transilit, quibus incomparabilem nobilitatis tuæ amplitudinem coërceo, primo gradu corruat inglorius. Clarissimam planè stirpem tuam cuncta, eaque fulgentissima, Guzmanorum stemmata condecorant, Comitum stabuli fumosæ imagines, & nullo reddenda æuo vetusta nobilitas tua esse iactantur. Quid plura? quæ omnia purissimis denuò radijs illustrata sunt, ex præclaro tui cōiugis confortio, quæ Comites de Alba, marisque Præfectus, & Gandiæ Dux maiores, & genitores

Pruden. li. 1. aduers. Sym. lib. 2. Claud. de consulat. Olibio

D. Tho. 2. 2. q. 1. 1.

Lib. de do. 2. Princ.

Daniel. 4.



tores sui, mirificè euexerunt, & inclyta in tot populos ditio, maximè cōmendauit. Ob quæ meritò in Excellentissimum numerum primorum procerum, quos Castellæ Magnos appellamus, adscripta es. Quare Prudentij verba ad te spectare iam video: *Nec quisquam procerum tentat, licet ære vetusto floreat, & clara cingatur Roma Senatu, se iactare par em omnium fauorum Principum repulsa facta.* Sed verò, quod paucissimis obtigit, cum adeò sublime sit nobilitatis tuæ fastigium, nullius te attaminauit inuidia, imò potiùs, omnium plauserunt ora, eò quòd omnium causæ fauorem tuum auspicato compererint: salubri consilio, vultus gratia, & verbis propitij pectoris nuntijs, omnium egenorum curas releuaueris. Idcirco Claudiani verba tibi adscribo. *Virtutibus ille fortunam domuit ( & quæ subinde adijcit ) nunquamque leuantibus iratimuit rebus:* imò cum in tanto culmine fulgeas, fulget maximè indè modestiæ decor; non primas sedes ambis, sed in illas tecum diuersantes attollis, quo omnium tibi corda deuinxisti. Silentio iam (ne diutiùs exagitem pudorem tuum) cæterarum virtutum ornatum, & ad omnes innocentiae, & sanctimoniae numeros vitam compositam, iure inuoluo. Non ergo, dum fauorem tuum aduoco, vano Ægypti baculo inniti præsumo: imò potiùs stabili, & vernantibus floribus arbori, placidissimisque fructibus onusto, me feliciter credo, vt quam omnes tot titulis suspiciunt, venerantur, & amant. Eodem iure dicatum tibi opus gratanter suscipiant, & libenter libent. Nestoreos impleas annos Excellentissima Domina, vt diuinum Numè omnes enixè poscimus. Ex hoc Imperiali Collegio Soc. IESV Madrit.


Prudēt. de  
Arnit. no-  
bilit.

Claud. de  
Consulatu  
Olibij.

Claudian.  
de Consul.  
Probiani.

Excellent. tuæ Addictissimus Capellanus

Michael de San Roman




ADMODVM REVERENDO  
IN CHRISTO PATRI N.  
P. MUTIO VITELLESKO,  
SOCIETATIS IESV  
PRÆPOSITO GENERALI,  
MICHAEL DE SAN ROMAN F. P.



VANVIS in vsu frequenti Societatis fit Missionum occupatio, ipsa antiquior, (nam priusquam formaretur, experta fuerat lepidos huius muneris fructus: opera enim primorum Parentum plures confectæ fuere excursiones;) nemo, ni fallor, huius materiæ tractationem assumpserat: ideò compulsus fui hanc tentare prouinciam, & tibi Parenti optimo dicare: tum, quòd vniuersæ Societatis Caput cum sis, ex te, tanquam ex fonte, riuulus prodibit in omnes, vim, & efficacem spiritum impertiens, vt ad hoc obeundum ministerium alacres insurgant: tum, quòd, te approbante, eiusmodi opus, auctoritatem (quæ deest Authori) recipiet, vt omnes in vsu habeant, quas paro eis instructiones. Quòd si filiorum proprium est, amplecti eiusmodi ministerium; abs te non erit, ad illud dignè, & laudabiliter obeundum, omnes, qui ditioni tuæ subduntur, hortari. Sic præsens Societatis status haud degenerabit ab illo, vnde initia sumpserat: adeò enim ad hoc destinata ministerium ita auspicio felici est, vt larga gratiarum accessione inueniatur ditata, ac munita, cum nulla extet prouincia, nullum domicilium, ex quibus, velut ex equo Troiano, non milites armati exeant, ad Missionum opus accincti, vt pars aliqua eis contingat, sicut impensorum laborum, ita donorum cælestium, cumulatissimè Societati concessorum. Vnum elaboratum Opus omnibus largiri æquum censui, quod tibi

offero. Nec ex meo Marte auderem ista aggredi, nisi feruentissimi, & experientia docti Filij tui non pauci, ad hoc tentandum me impulissent, vt cum omnibus eadem forma, vna instructio, tam hoc conficiendi, quam proximos docendi, præberetur, ne ignorantes, quæ se se offerunt negotia, vel libris onerati, aut omnibus necessariis destituti, ad hoc exequendum ministerium accedant. Dominus docuit Matth. 5. *Sit sermo vester, est, est; non, non.* similem dicendi, & negandi formam omnibus constituens, ne alia aliis; sed eadem diuersis dicerent, vt inquit Tertullianus. Ita nostra Societas, quæ vnitatem in omnibus amat, ne in hoc diuersa appareat, vna opus habet elucubratione, vnica regula, ac forma, vt eadem diuersis prædicentur, & à diuersis obseruentur. Meritò tibi hoc Opus (iterum id assero) offertur, vt à te, vno Parente, in omnes deriuetur, accipiaturque vnitatem indefessè etiam in paucis commendatam. Hac etiam de causa ausus sum ad te munusculum istud deferre, vt filij defectus benignitate tua operias, vires præstes, spiritum impertias, ne à me frigidè currat. Nec elatos accendet spiritus id confecisse; sed potiùs intra humilitatis metas continebit, cum nudum, & nullis eloquentiæ monilibus comptum eat, timens potiùs molestiam, quam gustum, & oblectamentum legentibus allaturum. Osculetur limina tua, & ad tanti Parentis pedes prouolutus humiliter exposcam, ne dedignetur humilitas, ac benignitas tua auxilium ferre sub auspicio tuo suscipere. Et sicut Deum precor, in gloriam ipsius, & Societatis bonum cedat: ita vt te nobis per plurimos annos concedat, & de nostris viuas. Vale.

AD



## AD PATRES SOCIETATIS COMMENDATIO.



**N**OTA omnibus res, Patres dilectissimi, propriissimum Societatis finem his claudi terminis, nostra providere, & curam proximorum suscipere. Et quamvis hoc plurima amplectatur media, omnia in usu Expeditionum elucet, vbi acriori impetu, ac vigore, totus Societatis spiritus occupatur, vt per apertos campos laxis habenis currat, & omnibus salutis remedia impertiat; & quæ tota Societas proximis debet, & quæuis Provincia, ac sedes per eos, quos in Missionibus occupat, soluat. Nec vi, ac coactione, desiderium ad opus conficiendum impellit: sed liberam voluntatem, & promptum spiritum in omnibus Fratribus experta, expectat. Nec audacia damnatur eorum, qui ista expetunt ardentè, cum experientia omnibus compertum sit, alios inueniri extra Collegia agentes, quam reuera sint intra horum metas inclusi. Et qui ibi parum posse putabant, plusquam crediderant, & alias experti fuerant, conficiunt, vt supra mensuram, supra vires, supra ætatem, ac talenta magna, & fortè incredibilia deuorauerint ardua. Quis crederet, homines ætate florentes, nulla potestate armatos, saxea corda emolliuisse, vitia radicibus euulsiisse, desperatas consuetudines superare potuisse, & iter virtutis, spinis obstructum, ac impeditum vitiis, tritum, ac planum reddidisse: ita vt omnes per id alacri cursu incedant? Agnoscant hoc diuinum, non humanum esse: magnum & insuetum, non vulgare, & paruum. Chrysostr. homil. 5. in cap. 1. ad Corinth. hoc idem probat ex mundi euerfione, ac conuersione in bonum hominibus rudibus prædicantibus. Vnus Plato inter Philosophos facile Princeps haud potuit faciem Reipublicæ Syracusanæ mutare, nouam ciuilem politiam inducendo: quamobrem mortis periculum incurrit: cum tamen nihil de religione, & moribus tractaret, nec ex his lapidem mouere auderet. At virtute astante diuina rudes homines non vnam Syracusam, sed Vniuersum, non in politia ciuili, sed in religione, & moribus mutauerunt. Nec hoc longa serie temporum, sed breui, adè vt dicat Chrysostr. supra: Tanquam alati cucurrerunt. Quis ad ista potens, nisi diuina armatus virtute? Hoc idem Expeditiones conficiunt, & per homines extraneos, imbecilles, ac rudes Vniuersi mores, & leges mutantur, & efferatas nationes inuisentes, linguæ ignaros fidem amplecti coegerunt. Hoc admirans in Vniuerso Chrysostr. supra, & per homines vacuos scientiarum perfectum, ait: Non miraris & obstupescis, cum videas piscatorem in Orbe terrarum tanta fecisse, & superasse mores Barbaros, & Græcos. Hæc eadem admirationem excitare possunt in nostra Societate, quæ sudoribus, indefessisque suorum laboribus hoc imitata est prisorum ausus: nam, cum inimicus bellum perpetuò Deo inferat, & quæ possederat, denuò amittat: hoc instante, & ea destruyente opere Dei, & quæ per suos stabant operarios iterum ruant, & veniant in Diaboli potestatem; armat milites suos ad hæc recuperanda, & augenda. Quales enim mores fuerint

AD PATRES SOCIETATIS

unt hominum, cum Expeditiones per nostros cepta sunt, quae ferocia hostis, quae de causa talem adeptus fuerit potestatem, apertissime monstrabo exemplo sacrae Scripturae, ubi velut pennicillo haec praeculis obtutibus nostris proponuntur, ut qua via mala reparari queant, prospiciamus, et nostri muneris esse, haec per Expeditiones, in felicem primum statum reuocare. 2. Paralip. 13. bellum fuit inter Ieroboam, et Roboam filium Abiam. Roboam mundi formam referebat, cuius mores notans Scriptura ait: Porro Roboam erat rudis, & corde pauido; nec poterat resistere eis. Vide, qua notentur in isto, ignorantia, timor, et infirmitas: nec enim ad Graecos solum referam, quae Euripides docuit. Heu quam truces in Graecia mores veniunt! Cum hos inter fideles comperiamus, his imbuti moribus plurimi inveniuntur: non modo infideles, Haeretici; sed etiam Christiani laborant ignorantia credendorum, et eorum, quae exequi oportet; timidi ad diuina capeffenda, qui audaces ad humana perquirenda inveniuntur; infirmi ad sustinendas tentationes, et legem Dei ferendam. Sed hostis Deo bellum mouens, in Ieroboam aduersus populum Dei decertante significatur, de quo ibi dicitur: Haec illo loquente, Ieroboam retrò moliebatur insidias. Ut imparatos, et suae salutis obliuiosos audacter inuadat, et insidiosè comprehendat. Quid hoc significet, Glossa exposuit, aiens: Malitia Daemonis significatur, quarentis fraudulenter nocere hominibus virtuosis. Ideò insidias parat: his enim non audet aperire bellum indicere: qui infideles, et haesum mendacis seruiunt, audacia et potentia superat; fideles, et virtuti deditos machinamentis, ac insidiis infestat, et nocet. Ut enim ait Cyprianus epist. 58. Neque enim persequitur Christi aduersarius, nisi castra, & milites Christi: eos quaerit deicere, quos videt stare. Pergamus ulterius, et queramus, cur tanta fuerit inimici potestas, ita ut audeat non solum fidei hostes tenere; sed et Christianos, et virtutibus ornatos deturbare à prima sede? Expressit Abias, aiens: Eiecistis Sacerdotes Domini, filios Aaron, atque Leuitas: & fecistis vobis Sacerdotes, sicut omnes populi terrarum. Soliti isti erant excitare tubis populum, ut hostes fortiter aggredierentur, quibus deficientibus vis inimici excreuit, et militum ausus fracti sunt: at, cum reuocati fuerint eiusmodi Duces, ait Textus: Ergo in exercitu nostro Dux Deus est, & Sacerdotes eius, qui clangunt tubis, & resonant contra vos. Quid proprius ad nostros excitandos milites, quorum Dux IESVS CHRISTVS constitutus, ac designatus est; et ipsi morem Sacerdotum tenentes tuba verbi intonant Dei fidem, legem, et quos mores sequi fideles oporteat. Hoc in Missionibus abundè suppeditans et minuens Daemonis ditionem, Christi Domini augent, et confirmant imperium. Tempus illud, quod signat Cyprianus, instat, epist. 64. ubi ait: Hoc in tempore pacem, non delicias, sed armis damus. Quod tempus istud? Nullum planè, nisi nostris praesitum, ac designatum, tum ex Ducis prerogatiua, tum ex malorum copia emergentium ex tot virtutum persequentibus inimicis. Chrysof. Orationem instituit, cui titulus de Caemeterij appellatione; et quarens, quid Caemeterij nomen significet, ait, requietionem fidelium designare, quae post Christum in somnum ex morte mutata fuerat. Verum extra ciuitatum ambitus, eiusmodi caemeteria posita erant. Quare hoc? Quia extra ciuitatem Christus nos eduxit. Ipse exemplo suo, domum relinquere, quietem commutare in labores docuit, ut plurimos post se traheret, et Crucem eius ferentes, ipsum Ducem imitarentur. Qui enim sortiti sumus Christi Domini ducatum, ad exeundum extra urbem excitamur, ad relinquendum cogimur domicilia, et Collegiorum sedes, ut laboribus requietionem comparemus. Quod autem tempora ad hoc ipsum prouocent, certum et deplorandum est, cum videamus, imperij Christi angustos terminos esse; hostis verò latissimos, et plurima regna, ac prouincias complectentes

COMMENDATIO.

complectentes. Ergo tale tempus exigit, ut hoc malum, ne serpat, et omnia occupet, auferamus: ut enim ait Pontius in Cypriani Vita: Tametsi ante Christum plurimum licuit, plus aliquid licuisse post Christum, cuius temporibus plenitudo debetur. Plenitudo, inquam, operum perfectorum, et plenitudo Regnorum: ut, sicut ille ait: Omnia traham ad me ipsum. reuocentur perdita, recuperentur ablata.

Ad hoc iniendum certamen, omnes voco. Sed tres ex tota Societate classes considero. Vnam eorum, qui aliis exemplo sunt, quorum plurimi passim inveniuntur, Cura enim Procerum Patrum commissum hoc munus cernimus, qui non ad aetatem grandaeuam attendentes indefesse hoc munus obierunt, non solum ob propriam vtilitatem; sed propter commune bonum, ut aliis tenerioribus exemplo sint. De his enim possumus ea dicere, quae de Tollo, strenuo Duce, scripsit Cassiod. lib. 8. epist. 10. ubi ait: Tantum ergo eius gloriae debemus, quantum vtilitatis accepimus, ut ibi fecerit Dominus possessionem, ubi vtilitati publicae procurauit augmentum. Hi enim ante oculos omnium positi optimè congressum cum hoste fecerunt: nam praecleara facinora, ut exemplo sint aliis, ita oportet constituere, ut aiebat Cyprianus Carthaginem cupiens martyrij sui locum designare, epist. 58. inquiens: Nam victima, quae fraternitati praebet exemplum virtutis, et fidei, praesentibus debet fratribus immolari. Sunt duo alij, qui hac docti forma accenduntur, et desideria fouent in pectore, talia imitari, et sequi praeclearos Duces: tales sunt nostri iuuenes, qui studiis dant operam, ut finitis Magistri aliorum fiant: nec parcunt aetati florenti; quia nostra Societas hos ascire consuevit ad praelia: licet enim aetas non longaua; virtus supplet istius defectus. Iis congruunt, quae Paulinus Augustino dedit epist. 31. ad ipsum. Tunc ad maturitatem meriti, honor seniorum prouexit, et iuuenem cana prudentia. Quae enim ad munia ciuilia sufficiebant, valeant ad diuina obeunda, virtute omnia ad maturitatem redigentia. De hac praeclearè laudat Felicem iuuenem Theodoricus apud Cassiodorum lib. 2. epist. 1. Dignus planè largitatibus nostris, qui in ipso pueritiae flore maturis moribus, lubricam fraenauit aetatem. Ad hoc tyrones instruuntur, et in studiis exercentur, ut discant omnia oblectamenta frenare, et ardua virtutis requirere, ac tandem tenere, quod eidem Felici concessit gratia in iuuentute, ut ait idem Cassiodorus: Patre priuatus grauitatis factus est filius, cupiditatem inimicam sapientiae subiugauit, vitiorum blanda contempsit, superbiae vana calcauit. His ornati dotibus procedunt audaces ad hoc belli genus, et compares fiunt seniorum, et iam exercitatorum in eiusmodi via. At tertia classis eorum sunt, qui aliis occupati ista amplecti non valent, quibus interest, cum non possint domum deserere, impedimento non esse deserentibus, et ista amplectentibus ministeria. Ut enim ait Cyprianus, epist. 38. Qui non vult sequi, non impediatur: qui non vult conuerti in melius, caueat, ne in deterius peruertat, et euertat. Non ad culpam imputatur ista non peragere munia; erit tamen, si destinatos, et donis armatos impediatur. Pecunia non formatur, et excuditur, ut in arcis reponatur; sed ut sit in vsu ad plurima comparanda, de qua Zeno Veronensis ait: Aurum si erogetur, pecunia est; si retineatur, simulacrum. Ita planè, quos ad vsu formamus huius muneris, non oportet in arcis recludere, ne fiant inania simulacra, ne habita dona perdant: quod et ipsi opere praestare debent; et alij monitione et consilio: nam ea, quae à paucis prohibentur, solent infecta manere. Ut enim inquit Romanus Clerus in Cypriano epist. 51. Non firmum decretum potest esse, quod non plurimorum videbitur habuisse confortium.

Igitur




AD PATRES SOCIET. COMMEND.

Igitur his concorditer stantibus, cum nostra Societas non in deterius abierit: sed potius auxerit huius occupationis feruorem: credo, omnibus gratum futurum hoc Opus, in quo distributa, ac distincta sunt ad id exercendum necessaria, ut eo vtentes no-  
 tent, quæ desunt, & impleant; quæ vim excedunt, tollant, ne inutiliter fatigentur. Cum enim satis non sit mala persequi, & à medio euertere, peccata arguere, vitia damna-  
 re, nisi etiam doceantur sequenda, & requirenda, hoc totum habet, quod lubenti ani-  
 mo vobis offero, Opus. Symmachus epist. ad exilium missos ita ait: Qui culpanda vituperat, nec vtilia subministrat, exprobrantis habet potius studium, quàm amantis affectum. Quod opere compleuit Cyprianus epist. 51. peccantes ad pœnitentiam suscipiens: Vbi lapsis nec censura deest, quæ increpet; nec medicina, quæ sanet. Quare hoc Opus quinque continet libros. Primus mittendos instruit. Secundus mittentes monet. Tertius, quæ ministeria exercenda docet. Quartus, quomodo cum proximis agendum pro suggestu, & ad crates. Quintus difficultates à medio tollit, ne impediant felicitis cursus finem. Mouit animum hac tractare, ut omnes paucis sarcinis contenti, videant, quæ necessaria in expeditionibus se offerant: si enim hoc Libello contenti fuerint, & cum propriis studiis congruat, iis contenti pergant ad opus: ut enim gratissimum Deo sit, enixè peto, & summopere desidero, & vobis Patribus lubenti animo offero, ut omnes huic incumbant portando oneri. Valete.

Symmach.

Cyprian.



AD LECTOREM.



QV ANVIS scopus huius Operis, Societatis respiciat Alumnos; non abs re, credo, erit, si etiam aliis dicta congruere intelligant. Primum, quod exempla illustria proponi soleant, (licet singularium personarum sint propria facinora,) ut aliæ imitentur. Sic Sanctorum Vitæ typis mandantur, ad accendendum legentium corda, æmulosque illorum quamplures efficiendum. Sic Opus istud, nostros licet inuitet Patres, ad præcorum vestigia terendum, ac frequentandum arduas eorum vias; quis non credet ista alios etiam mulcere, & prouocare ad idem vitæ genus (Christo Domino Optimo Magistro monstrante) insectandum, ac sequendum, cum in aliis, tam Religionibus, quam ex Clericorum. Ordine hominibus plurimi præclari degant Viri, zelo armati, qui proximorum salutem ambitiosè procurent? Non paucos possem recensere, qui hanc viam ingressi, mira confecerunt in horum salutem. Nonne hoc imitatus fuit insignis Ioannes de Auila, qui, quos discipulos habebat, hac nutrebat disciplina, & multos peperit Christo parentes, animarum lucrum inhiantes? Sanctus item Borromeus num non instituit Oblatorum Congregationem, ut hoc obirent munus? Eodem spiritu actus insignis Granatenfis, dein Hispalensis Archiepiscopus, Petrus Cabeça de Baca in monte ditionis suæ sancto extruxit Ecclesiam, & Sacerdotum Congregationem, quos in vauum coëgit, ut huic vacarent labori, & destinatis temporibus Missiones ordirentur, & perficerent magnis partas laboribus: quod frequentant vsque in præsentem diem. Si ergo ad horum institutionem impensus huius operis labor destinetur, pro bono plurium (præter Societatis filiorum) elaborabitur, & fiet commune. Deinde, quanuis ad imitationem haud seruiat, proficuum erit, propter ea, quæ in eo tractantur, licet non ornatisimæ (ut est in vsu) eiusmodi elucubrationes incedant (eò quod potius ad instructionem, quàm ad accumulandam eruditionem, & Scripturæ sarcinam cum Sanctorum expositionibus componendam seruiat;) tamen non ita nudæ, & crudæ exponuntur, ut legi non possint, & inde vtilitatem legentes carpere, tam ad Confessiones audiendas destinati, quàm verbi prædicationi dediti, cum quæ in hoc Volumine continentur, omnibus necessaria sint, hæc dicta munia exercentibus. Sicut doctus Alphonsus Rodriguez, cum Magistri Nouitiorum Societatis obiret officium, pro iis instruendis Conciones priuatas frequenter haberet, ex eis tres libros typis mandauit, qui præ manibus passim habentur, & aliis in virtutis, & perfectionis stadio certantibus, vtilis sunt: quæ ibi priuatim dicuntur, sibi ea accommodantibus: ita quæ nostris hominibus paramus documenta ad ritè cum proximis agendum, haud dubiè possunt aliis, hoc munus exercentibus, vtilia esse. Quare legenda tibi (pie Lector) ista propono. Si grata & vtilia visa fuerint, Deo gratias refer: si tamen oneri sint, facile erit ab eis legendis deponere curam, & parcere desideranti omnibus sapida offerre fercula. VALE.

**H**Go Alfonso del Caño, Prouincialis Societatis Iesu, in Castellana Prouincia, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum P. N. Mutio Viteleschi Præposito nostro Generali, facultatem facio, vt liber *Expeditionum Societatis IESV*, à P. Michaële de S. Roman, nostræ Societatis, compositus, & eiusdem Societatis grauium, doctorumque hominum iudicio approbatus typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus, Vallisoleti in Collegio S. P. Ignatij, 2. Decembris, anno 1640.

ALFONSVS DEL CAÑO.

APPROBATIO.

**E**dulus, attentusque perlegi libros hos quinque Expeditionum spiritualium Societatis IESV, per R. P. Michaëlem de San Roman, supremæ, sanctæ, ac generalis Inquisitionis Senatus Censorem, Virum grauius doctum, & eleganter litteratum: cui Deus cumulatifsimè omnes egregias Doctoris Christiani dotes, animi candorem, modestiam, sapientiam, morum honestatem cum summa prudentia contulisse videtur. Quem si in hoc Volumine circum circa perspicias, stylum floridum, iucundum, venustum, grauem, castigatum inuenies; & nihil, quod tædium offundat, displiceat, à Christiana morum deuict honestate, aut orthodoxæ fidei dissentiat, reperies. Exornat virtutes, infectatur vitia, non verbis turpibus; sed turpia honestè reprehendens. Eruditos perficit, imperfectos erudit, omnibus denique Tantali philotesiam cælesti scaturientem nectare propinat. Operarios spirituales ad Missionum occupationem instruit; inuitat: vt sic Societatis Alumni suæ admirandæ regulæ scopum mirificè adipiscantur, exterique excitentur, iuuentur, prouehantur ad idem munus infectandum. Quapropter debitæ sunt Authori, eiusque Sanctissimæ Societati, gratiæ, quas agebat D. Anselmus lib. 3. epist. epist. 91. *Gratias (agebat Archiepiscopus Cantuariensis) ago Deo, & vobis pro bono zelo, quem habetis; & quia Ordinem vestrum strenuè custoditis; & vt alij illum seruent, strenuè studetis.* Gaudeat ergo felix studium vsura lucis, si placet D. D. Laurentio de Iturrizarra, Vicario Generali Madritensi, dignius quidem est, quàm qui nos tanto beneficio deuincti, debitas Authori suo grates rependamus. Ex Cœnobio SS. Trinitatis Mensis Iulij die 20. anno Christiano 1641.

FR. DAMIANVS LOPEZ.  
HARO.

Imprimatur, &c. Lic. Lorenzo de Iturrizarra.

FACULTAS

**I**OANNES Claudius Deville, in sacra Theologia Magister, in Ecclesia S. Crucis Custos, & D. D. Alphonfi Ludouici du Plessis de Richelieu, Eminentissimi Cardinalis ac Reuerendissimi Archiepiscopi Lugdunensis, Vicarius generalis Substitutus: Librum inscriptum, *Expeditiones spirituales Societatis IESV*, à Theologis visum & approbatum in lucem edi facultatem concedimus. Lugduni die 20. Februarij, 1644.

DEVILLE.

CENSURA OPERIS.

**N**os infrascripti testamur, nihil nobis in hoc Opere, cui titulus est, *Expeditiones spirituales Societatis IESV*, Authore P. Michaële de San Roman, è Societate nostra, prorsus occurrisse à bonis moribus, & catholica fide, Theologorumque placitis alienum. In cuius rei fidem hoc testimonium manu nostra subscriptum dedimus. Lugduni, 22. Februarij, 1644.

IOSEPH GIBALINVS, è Societ. IESV.

CAROLVS DV LIEV, è Societ. IESV.

Facultas R. P. Prouincialis Societ. IESV in Prouincia Lugdunensi.

**A**NTHONIVS Millieus, Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi, iuxta Priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij, 1583. Henrico IV. 20. Decembris, 1606. & Ludouico XIII. 14. Februarij, 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos, absque Superiorum permissione imprimant: Permitto Laurentio Anisson, Bibliopolæ Lugdunensi, vt Librum, qui dicitur: *Expeditiones spirituales Societatis IESV*, Authore R. P. Michaële de San Roman, à duobus Patribus nostræ Societatis recognitum, ad decem proximos annos imprimere, ac liberè diuendere possit. Datum Lugduni, 23. Februarij, 1644.

ANTHONIVS MILLIEV.





# INDEX

## Librorum, & Capitem, quæ in hoc Opere continentur.

Primus numerus paginam, secundus columnam indigitat.

### LIBER I.

- CAP. I. **V**IVS Operis quanta sit excellentia. pag. 1. col. 1
2. Missionum genus antiquum esse ad mundi reformationem destinatum. 2.1
3. Evangelico tempore Missiones apertius fuerunt in usu. 4.2
4. De aliis Missionibus à Viris apostolicis factis. 6.2
5. Qua de causa Societati concessum hoc Missionum ministerium. 9.1
6. Exemplo Maiorum etiam graues Viri urgentur, Missiones conficere. 12.2
7. Missionum termini amplissimi. 15.1
8. Quot genera Missionum instituenda. 17.1
9. Qui mittendi sint. 21.1
10. Quot mittendi ad unam Missionem. 23.1
11. Quo tempore faciende sint excursiones. 27.2
12. A quo mittendi. 29.2

### LIBER II.

- CAP. I. **Q**uomodo expeditio initianda. 32.1
2. Qua via notitia capienda locorum. 35.2
3. Paupertatis sit maxima cura in Missionis inceptu, & progressu. 37.1
4. Quibus incumbant Missionum expensæ. 40.1
5. Vbi figenda sit habitatio. 43.2
6. An procuranda epistola commendatitiæ, & fauor humanus. 45.2
7. Que tractanda pro Missionis initiatione. 48.1
8. Disponenda ministeria electione loci facta. 50.1
9. Ad que extendenda Missionum facultas. 52.2
10. Quantum duraturæ Missiones sint. 55.1
11. Sæntne Missiones nouæ instituendæ, an requirendi populi. 57.2
12. Cura aliorum, propriam non euacuet. 59.1
13. Recursus ad Superiores tenendus. 61.2

### LIBER III.

- CAP. I. **P**redicationis munus quibus temporibus exercendum, & quomodo, quidque pro fine habendum. 64.1
2. Quomodo exercendum Confessionum ministerium. 67.1
3. Que Confessarius ad manum habere debeat, ut ad Confessiones alliciat. 70.2
4. Examen conscientie commendandū. 72.2
5. Dolor peccatorum, & in quo sit, doceatur. 74.1
6. Occasiones frequenter peccandi abiiciantur. 75.2
7. Quale esse oporteat propositum vitandi reciduum. 79.2
8. Qualis satisfactio ad ritè confitendū. 80.1
9. Quomodo aggrediendum Confessionis opus. 84.1
10. Quomodo medicandi peccatores in peccatis persistentes. 87.2
11. Qualis eligendus Confessarius. 90.1
12. Quomodo se gerere oporteat Confessarius, cum Confessiones audit. 95.1
13. Quomodo examinanda conscientia, & confitenda peccata contra Decalogum commissa. 97.2
14. Quid circa Ecclesie præcepta examinanda, & confitenda veniat. 100.1
15. Quibus de causis excitandi sint homines ad Confessionem generalem. 101.1
16. Confessariorum munus est instruere, & ad meliorem frugem penitentes adducere. 103.1
17. Quomodo instruendi pueri, & puellæ. 106.1
18. Quomodo excitandi, & instruendi populi ad Sanctissimi usum, & deuotionem. 108.1
- §. 1. Quomodo utendum hoc Sacramento. 112.2
2. Quanta cum puritate accedendum. 114.1
3. Missa audita communicandum. 115.1
4. Gratiarum actio post Communionem procuranda. 117.2

19. Doctrina

## Index Librorum, & Capitem.

19. Doctrina Christiana quanta cum diligentia docenda. 117.1
20. De aliis ministeriis, quæ opera misericordie continent. 119.2
21. Reconciliandi, qui similitates habent. ibid.
22. De aliis mediis ad utilitatem proximorum conducentibus. 124.2
23. Quantum intersit Ecclesiasticos alloqui, instruere, & ad perfectionem vocare. 127.1
24. Que alia curanda in Missionibus. 129.1
25. Que commendanda populis, ut perpetuo durent. 133.2
26. Congregatio mentalis orationis instituenda. 135.1

### LIBER IV.

- CAP. I. **Q**ua via Dei verbum prædicandum sit. 143.1
2. Que primo loco tractanda in Concionibus. 147.1
- §. 1. De malitia peccati omnibus explicanda. ibid.2
2. Deo aduersatur peccatum. 148.1
3. Peccatum malum, quod priuet Dei gratia. 149.2
4. In quas incidat peccator penas temporales. 151.1
5. Peccato mortali respondet pena æterna. 153.2
3. Mortis consideratio excitanda. 155.2
4. Quam timendum sit diuinum Iudicium. 160.1
- §. 1. Quam graue, ac tremendum sit reddere Deo rationem. ibid.
2. Ad iustorum solamen, Iudicium destinatur. 162.1
3. Bona opera Iudicium expectant timendum. 163.2
4. Cumulus beneficiorum, Iudicio discernendus. 165.2
5. De pena inferni, malis destinata. 168.1
- §. 1. Qualis infernus sit, ostenditur. ibid.
2. Quanta sit ignis pena, damnatis destinata. 170.2
3. Quanta sit vermis pena, & in quo consistat. 172.2
4. Pena damni ponderatur. 173.1
5. Augentur mala damnatorum ex felicitate iustorum. 174.2
6. Æterna duratio contemplanda. 176.2
7. Amplectenda temporales pena, ad vitandum futuras. 177.2
6. Quanta Dei gloria parata bonis. 178.1
7. De diuinis præceptis ab omnibus seruandis. 184.1
8. De primo Præcepto Decalogi. 188.1

- §. 1. Explicatur primum veteris legis Præceptum. ibid.
2. Dei amor in hoc Præcepto præcipue inungitur. 189.2
3. Dei amor ad fidem, & spem extenditur. 191.2
4. Religionis virtus in hoc Præcepto includitur. 193.1
5. Peccata religioni aduersantia recensentur. 194.1
6. Moralia huius Præcepti circa tres theologales virtutes expenduntur. 196.2
9. De secundo Præcepto Decalogi. 198.1
- §. 1. Ratio vitandi iuramenti expenditur. ibid.
2. Que circumstantiæ iuramentum committuntur. 200.1
3. Iuramentorum qualis sit diuersitas. 203.2
4. Quibus verbis iuramentum exprimitur. 205.2
5. Pœna decernitur aduersus iurantem. ibid.
6. Cur tam frequens iuramentorum abusus. 207.1
10. Circa tertium Præceptum Decalogi. 208.2
- §. 1. Que vitanda in diebus festis. 209.2
2. Que die festo faciendæ. 211.2
11. Circa quartum Præceptum Decalogi. 211.2
- §. 1. Quotuplex honor debeat parentibus. 214.1
2. Quomodo tractandi filij. 216.1
3. Que præmia, & pœna indictæ sint in filios. 217.1
12. Circa quintum Præceptum Decalogi. 218.1
- §. 1. Odij malum unde aduersatur huic legi. 219.2
2. Ira incendium, odij fomes. 222.1
3. Inuidiæ quot mala recensentur. 223.2
4. Quantus debeat honor verbo Dei odia refecanti. 226.2
13. Circa sextum Præceptum Decalogi. 229.2
- §. 1. Supte ingenio pudica natura. 230.2
2. Unde prouenit natura deordinatio. 231.2
3. Associata secura custodia seruatur castitas. 232.2
4. Ornatus nimius aduersus castitatem bellum gerit. 233.2
5. Oculi luxuria deseruiunt. 235.2
6. Quanta sint incentiua luxuriæ. 237.2
7. Insatiabilitas huius vitij unde nascatur. 238.1
8. Peccata diuersa ex hoc vitio pullulant. 240.1
9. Occasiones è medio tollendæ. 242.1
14. Circa septimum Præceptum Decalogi. 243.1
- §. 1. Cupiditas, origo omnium malorum. ibid.
2. Diuitiarum periculum. ibid.2
3. Diuitiarum superbia Deos eos fingit. 246.1
4. Latet periculum in proximorum amore. ibid.2

5. Diuersa

# Index Librorum, & Capitum.

5. Diverſa aduerſus hoc præceptum peccata. 247.1	3. Negotia ſecularia relinquenda. 298.1
6. Arduum reſtitutionis remedium. 250.2	4. Orationi inſtandum. 302.1
15. Circa octimum Decalogi præceptum. 252.1	5. Docendus modus orandi. 304.2
§. 1. Quid detractio, & quàm graue malum. ibid.2	6. Deuotione tractent miniſteria. 308.1
2. Alia damna lingua recenſentur. 253.1	7. De ſacrificij magnitudine. 312.1
3. Si ne reſpondendum iniuriam facientibus. ibid.2	8. De puritate ad hæc tractanda. 315.1
4. Quod diſcrimen inter detractiõnem, & contumeliã. 254.1	9. Caſtitate orandi ad hoc. 318.1
5. Audientes detractores quàm grauius peccent. 255.1	10. A quibus abſtinendum, vt caſtè degant. 321.2
6. De deriſione, & ſubſannatione. ibid.2	11. Quanta adhibenda cura ad tenendam caſtita- tem. 324.2
7. Suſurratiõis vitium notatur. 257.2	12. Preparatio ad Miſſam, & gratiarum actio poſt eam. 329.1
8. De murmuratiõis vitio, & quorum ſit. 258.1	13. Officij diuini penſum ſoluendum, & quo- modo. 333.2
16. Circa nonum, & decimum Præceptum Decalogi. 259.2	§. 1. Quid Officium diuinum. 334.1
§. 1. Cogitationum cura adhibenda ad concu- piſcentiam ſedandam. 260.1	2. Chori Officium qualiter fiat. 335.2
2. Quibus armis certet concupiſcentia. 261.1	3. Prinatim quomodo recitandum. 337.1
3. Cupiditatis libertas frano contineatur. 262.2	4. Quomodo recitanda Hora canonica. 340.1
17. Circa quinque Præcepta Eccleſiæ. 263.2	14. No diteſcant. 341.2
§. 1. De primo præcepto. 264.1	
2. De ſecundo præcepto Eccleſiæ. 265.1	
3. De tertio præcepto Eccleſiæ. 266.1	
4. De eleemoſyna, ieiunij filia. 269.1	
5. De quarto præcepto Eccleſiæ. 276.2	
6. De quinto præcepto Eccleſiæ. 280.1	
18. De alio præcepto decimarum. 283.2	

## LIBER V.

### De impedimentis Miſſionum.

CAP. 1. Difficultates ex parte mittentium. 347.1
2. Mittendorum difficultates expanduntur. 351.2
3. Difficultates conſictæ. 357.2
4. Calumniatur cupiditas mittendorum. 359.2
5. Difficilis aditus propter prædicantium frequentiam. 361.2
6. Difficultates Rectorum locorum, ad quos accedunt. 365.1
7. Certandum aduerſus odia. 367.1
8. Inuidia excitantur. 370.1
9. Alimonia præſtanda difficultas. 374.2
10. Difficultas ex adiuantium penuria. 376.1
11. Tempus Miſſionum extraneum iudicant. 378.2

## A P P E N D I X ad Librum IV.

### De Sacerdotum inſtitutione. 290

CAP. 1. Liberos eſſe à peccato mortali Sacerdotes. 292.1
2. Ad Confeſſionem generalem excitandi. 294.2

## EXPEDI



# EXPEDITIONVM SPIRITVALIUM SOCIETATIS IESV,

## LIBER PRIMVS.

**H**oc Opus in quinque diuiſum libros. Cuiusque propria tribuentur argumenta, vt clariùs cuncta legentibus pateſcant. In hoc de magnitudine, & antiquitate, deque his, quæ ad mittentes operarios ſpectant, diſcutietur, vt tantò attentius id peragant Maiores noſtri, quantò adiunctum eis munus maiorem continet vtilitatem, vel pati poteſt detrimentum.

## CAPVT I.

### Huius laboris magnitudo exponitur.

**A**D eum enim glorioſum, & at-  
dum Opus aggredimur, vt pro  
digna eius tractatione, & auxi-  
lium expoſcendum diuinum ſit,  
& magna egeamus prudentia.  
Commendatiſſimum illud reperio in noſtris  
legibus. Totius Societatis finis appellatur, &  
ratio noſtræ vocationis, p. Conſt. c. 2. litt. G, &  
p. 6. c. 3. §. 5. Ad eum exercendum accincti ſte-  
terunt in acie Patres primi; inde hauſtum ſpi-  
ritus libantes nobis calicem propinant. In Ita-  
lia, totam eam turmatim partientes inter ſe  
decem Socij, cum Parente Ignatio, prima fun-  
damenta ſtrauerunt, & inde optimos fructus  
colligentes, Romam hoc impleuerunt odore.  
Feruentiſſimus ſpiritus vigeat in illis nouis  
operariis, & totum vniuerſum quali facibus  
prædicationis accendere intendentes, vltra  
Italiam proceſſum fecerunt, vel mandante  
Pontifice, cui humiliter ſe toti, & Societatem  
dederunt, & ſolemni voto ſacrarunt; vel Igna-  
tio vices gerente Summi Præſidis mittentis,  
more Chriſti, filios ſuos in vniuerſum mun-

**A**dum, inter quos Xauerius miſſus primùm in  
Portugalliæ Regnum adeo faciẽ illius muta-  
uit, vt non ſolum vulgus populis, ſed etiam viri  
principes, homines, qui negotia apud Regem  
quærent, vi prædicationis eius attracti, prius  
animæ curam habentes; illa, quæ innixè opta-  
bant, relinquentes, ad confeſſionem venie-  
bant, animæ negotia componentes, vt dein be-  
nè humana conſicerentur. Hoc in ſtudio me-  
ruit Societas nomen Apoſtolorum: verè enim  
horum imitatores exiſtebant viri illi potiùs di-  
uini, quàm humani. Quid enim deest huic mi-  
niſterio, vt nomen Apoſtolorum ei denegetur?  
Verè miſſi, & ſegregati dicendi ſunt. Nec ab  
alio, quàm à Supremo Eccleſiæ Archirecto vi-  
ces Chriſti gerente, cui ſubdunt ſe, & opera  
ſua, nullum expectantes præmium, nullo viati-  
co expetito, nullam prouinciam recuſantes,  
nullius laboris iugum excutientes; ſed ad omnia  
parati, vt ſelectiſſimi operarij ad hoc deſtinati  
opus, quales ſunt quatuor votorum Profeſſi,  
Viri in literis docti, in virtute probati, in fer-  
uore calentes, & experientia duce in omni ope-  
re ſtrenui. Accedamus ad proprietatem nomi-  
nis Apoſtoli, iis exercitatoribus conceſſi. Pau-  
lus Romanorum i. Apoſtolus nominatur, quod  
exponens Remigius ſic ait: *Ille (inquit) vocatus Remig.  
Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei. Vocatus  
eſt, ait Remigius, Apoſtolus, id eſt, miſſus.* Hinc  
noſtri Hiſpanè *miſſioneros* appellantur; quia ve-  
rè ſecum hanc dignitatem aſſert munus, ad

A quod

quod assumuntur. Ne ergo magnis expensis ad id perficiendum careant, honorem, & ipsum nomen talem secum affert. Nec immeritò videas Paulum in Epistolis suis semel, atque iterum se Apostolum nominare: cuius signa constituit in multa patientia ob ingentes labores, ad quos missi à Deo sese offerunt, vt honore condiant, & liniat difficultatum ambagines. Cum intuitus fueris pulcherrimum florem, (lilium, videlicet,) septum spinis, contemplare candorem, & aureos granos è corde ipsius prodeuntes: & in illa pulchritudine, decore, ac diuitiis inuenies tot census ei præstitos à natura, vt pungentes spinas sustinere valeat. Audi Remigium supra sic loquentem de nomine Apostolice tories repetito: *Idcirco nomen Apostolatus ab Apostolo in omnibus Epistolis est positum, vt maioris honoris, & dignitatis essent eius Epistola apud auditores.* Honoris quidem causa commendat scripta Apostoli nomine, vt omnes hoc obeuntes ministerium, videant onera subire, sed honore maximo fulciri; siquidem obeunt opus magnæ dignitatis, & exercent id, quod Deus summa sapientia Viris selectissimis commendauit, qui apertio ore Principes Ecclesiæ haberi merentur. Nec, quæ sequuntur, verba id ipsum obscurant, cum ait: *Segregatus in Euangelium Dei.* Quibus consonant illa in Actis à Deo dicta: *Segregate mihi Paulum, & Barnabam, ad opus, ad quod assumpsi eos.* Nec enim nudè significant quandam electionem, & corpoream separationem ab aliis; sed Virorum excellentiam, virtutum magnitudinem, & operis honorem; ita vt illo munere ornati, plurimum alios excellant. Et Græci vis id ostendit: nam illa segregatio, quadam exaltatio, aut operis consummatio est, designans, ad tale opus, Viros consummate virtutis, & status iam perfecti assumendos esse. Cui consonat illud Psalmi 88. *Exaltasti electum de plebe mea.* Quibus verbis Chaldaeus quasi sensum exprimens, apponit: *Securi inueniem de plebe.* Quasi hi exaltandi sint, qui digni arbitrentur ab omnibus differre, & virtute secerni: hos enim Deus assumit ad destinatum opus, iis, velut instrumentis, aptissimè dispositis, vtitur. Vt inde conicias apprimè, nostram Societatem destinare ad hoc excellens ministerium, selectiores Viros, sanctitate ornatissimos: nec enim aliter id perficere, tam clara laude posset, cum innumeris tribulis difficultatum sit oblitum. Hoc Christum sequi, ipsum imitari, aptissimè dicitur, & eius inhatere vestigiis. Quando Christus Zachæum fuit intuitus: Tunc utique, cum arboris fastigium tenuit, ipsum sequi mandat, vt magna ei commendat. Quid arboris sycomoræ consensu designet, exposuit Ambrosius, ibi: *Ascendit, inquit, in arborem sycomoræ; vanitatem, scilicet, Iudaorum, vestigio suo reuens: quia nemo in terra constitutus videre potest Iesum.* Tales Viros fortes ad magna intuetur I E S V S, & sequi eius exempla præcipit, & ad omnia præcinctos esse monet. Ita secuti fuerunt Viri, qui Societatem cum I E S V intuant, ad omnia procliuës, quia sæculi res, & honores vestigio contemptus eriterant, nihilque mundi secum tulerant. Apostoli ergo aptissimè nominandi veniunt. Si femina illa, quæ amore Christi ducta ipsum innixè sequebantur, vt ei corporaliter mini-

strarent, ab eoque spiritualiter pascerentur, *Apostolos* vocat Basilius de Seleucia, & optimo iure, aiens oratione 1. *Vides sœminum se-xum tangi Paulini cursus emulatione? vides apostolicos sudores in mundi studio, imitatione exprinere?* Quid sentiendum de missis Viris in opus Christi, amuloribus factis ipsius Spiritus, salutem animarum persequentibus, nullum recusantibus laborem, nec Orbis partem extraneam iudicantibus ab ipsorum finibus constitutam. Illis sœminis duo munera attribuit Tertullianus 4. lib. contra Marcionem, & ministrantium, & discitentium. Sic loquitur de eis: *Vt Discipulus debinc; vt operarius, & ministras.* At filij Ignatij altius tendentes, vt Magistri prodeunt, totamque curam suam in animarum salutem locant. Talia commendauit ministeria Sociis suis, cum eis propria partiens munia, ille, qui Dux eorum esse voluit, vt cælestibus fundamentis mundum penè ruentem fulcirit. Languebat diuinus amor in mundo, cum missus à Deo fuerat Ignatius. Nec mirum, si tunc dixerit delicata Ecclesia: *Fulcite me floribus; si-pate me malis: quia amore langueo.* Talia enim fulcimenta exposcit, qualis eius tunc amor apparebat. Ille delicatus, febricitans, fulcimenta similiter debilia quærit, fortè sic status illius sæculi expliciter. At volens Deus amorem accendere, & Ignatij ignem in mundum diffundere, non florum, & pomorum fulcra exposcit; sed cælestia fundamenta: illa enim ad tempus oblectant; at citò, & odorem, & pulchritudinem perdunt. Hinc pro titulo Psalmi 44. vbi nos: *In sinem pro iis, qui commutabuntur.* habet Græcus textus, *pro liliis.* Apprimè sanè, vt commutationem, quæ in peius fieri solet, ibi flores mutationum formam præferentes significant. Sic Basilius addit ibi: *Pro liliis, florem, videlicet, citò periturum.* Ergo, vbi opus statuitur firmum, & vniuersum artingens, non floribus fulciendum; sed Viris diuinis, constantiam firmamenti præferentibus, amorem Christi accendentibus, & ad perfectam Ecclesiam reducentibus commendandum est. Hoc totum inuenies apud Cyrillum Alexandrinum, exponentem illud Psalmi 74. *Ego firmavi columnas eius.* Apostolos notat, *qui commotum Orbem firmauerunt, sustentacula eius facti.* Hoc Ignatij Alumni præstant; & amorem languidum debilibus munitum fundamentis, talibus virtute ornatis, ne commoueat, neque in ruinam pergat, ipse commendat, & his ministris sustentat, ac roborat, & ad priorem restituit virorem. Nec superbiam sapit, hoc nostris arrogare nomen duplici de causa. Prima, quod non authores, sed cooperatores sunt Dei, in his homines occupati, vt ad vanitatem fugendam optimè notauit Theophylactus in 1. Corinth. 2. ibi: *Dei enim sumus cooperatores.* addens: *Non ipsi sumus saluati, vel datores, vel authores, neque igitur conueniendi: Dei enim sumus cooperatores.* Iptum Dominum iuuantes, in his, quæ ab eo nostris imponit humeris, Hinc secundo probatur, carere omni fastu Apostolorum nomen nostris inditum, quod nos non auctoritate propria tale aggredimur munus. Ab eo missi sumus, eo eligente, & ordinante, & cum ipsius fauore sub eius tutela, ac regimine assumimus libenter onera. Quatuor genera

genera Apostolorum agnouit Augustinus 4. A tom. lib. 65. quæstionum. Primum, qui à Deo mittuntur. Secundum, à Deo per homines. Tertium, per hominem tantum. Quartum, à se. Missus à Deo fuit Moyses; à Deo per homines Iesus, Naue ab homine, sicut nostris temporibus, multi fauore vulgi; ex se autem, sicut sunt Pseudoprophetae. Nos quidem à Deo missi sumus per homines vices eius gerentes, nempe, Summum Christi Vicarium, & Superiores. Signa autem ad dignoscendum, qui à Deo missi fuerint, sic exprimit dicto libro 65. *Illum cognosce missum à Deo, quem non paucorum hominum laudatio, vel potius adulatio eligit; sed illum, quem & vita, & mores optimi, & apostolicorum alio commendat Sacerdotum.* Non nostri ingerunt se, vt in his Missionibus occupentur: iussu enim Superiorum talem accipiunt prouinciam, ad eorum nutum respicientes, eis iniuncta opere complentes. Quid eis deest, vt dici merito possint Apostoli, missi, delegati à Deo, per homines, loco ipsius in terra constitutos. Vnde Ambrosius in cap. 2. ad Roman. exponens Apostoli verba, *vocatus Apostolus*, addit: *Hoc est, à Domino missus ad res eius agendas.* & ad 2. Corinth. 10. vbi habetur: *Non enim, qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.* inquit: *Illum Dominus commendat, & probatus est, quem dignum habet, ac mittit, vt predicet donum eius.* Quæ omnia satis manifestum est nostris missis conuenire. Hoc ipsum probat, angelicum esse hoc ministerium. Vnde Angeli dicti sunt, qui mittuntur à Deo in bonum hominum, de quibus Philo lib. de insomniis, ait: *Sunt ministra omnipotentis, tanquam magni Regis aures, & oculi, videntes, & audientes omnia, quorum sunt internuntio, patris mandata perferentes ad filios.* Hæc nostrorum munia.

CAPVT II.

Hoc Missionum genus antiquum esse, ad mundi, scilicet, reformationem.

NON rem nouam asserimus more Afrorum; sed antiquitatem redolentem. Hac quidem industria, inueteratum vitium mundum Deus sapientissimè reformauit. Mitto multa, quæ ab origine sæculorum recenseri possent. Sic Deus missus ad Adam, vt ad penitentiam traheret. Sic Enos cepit nomen Dei inuocare publicè, vt vitia reuentia contineret. Sic Noè fabri munus obiens, simul prædicabat futuram cladem, vt homines illius æui à turpibus actibus retraheret. Ita Abraham de Vr Chaldaeorum, siue idololatriæ infecto, ad formandum sibi populum electum Deus vocauit. Veniamus tandem ad populum, captiuitate Aegyptiaca afflictum, in quo plus dolenda morum communicario, quam dura corporum seruitus. Nec hoc latuit Ducem constituendum à Deo in illo rubo, quod cernere aggressus est: ibi enim manifestè designabatur, non tam peccata gentium illius populi, quam filiorum Israël, pungentes spinas, produxisse, quæ virorem, ac immutabilem tenacitatem

preferentes, Deo pro virili resistebant, qui eos flammeo, & luani amore suo, ad mutandos mores pelliciebat. Vide, inquit Moysi, quæ necessitas cogat te Ducem vocare, & mittere ad Pharaonem, vt dimittat populum meum, ne inter gentes degentem, & eorum mores emulantem, omninò pereat, & furore meo absumatur. Ita exposuit hanc visionem Augustinus sermone 10. *Si enim* (inquit) *consumpsisset ignis spinas, significaret, quia verbum Domini, quod dictum est Iudæis, consumpsisset peccata illorum, & lex illa finiret iniquitates illorum.* Verum, vt populus ille mores antiquos abiiceret, & Deum sentiret, nouo vsu ingenio, hanc aggressus est missionem. Hoc armorum quidem genus à Deo assumitur ad putrida, & nimis rebellia vitia debellanda, quæ communibus emplastris ad sanitatem redire nolebant. Ita profectò euenit, cum modò hæc instituuntur Missiones, quibus vitia diu retenta, & silentio contacta, & consuetudine obligata vincuntur, & omninò depopulantur. Hæret Moyses, suam indignitatem recognoscens: exilem vocem fatetur, quasi iam rei gerendæ difficultatem sentiens, & maiora remedia exposcens ad peccata aded inueterata abolenda: id enim omnes huic operi dediti imitari tenentur. Non quidem sufficienti assueta auxilia admouendum populos, & à peccatis eos alienandum antiquis. Opus sanè est, maiores auxiliares copias desiderare, & à Deo obtinere; aliàs quidem inutiliter tempus terent, & diuinum haud exequetur mandatum. Id enim expressè Isaia contigit, qui, licet non recusauerit missi à Deo munus, imò ipse prompro, & alacri animo se obrulerit: at cognita propria debilitate ad rem tam grandem exequendam, linguam exigit nouam, vt ea rebelles mores populi mutaret, & nouum crearet Deo placiturum. Exinde sic fatur Basilius in 6. Isaia cap. *Carbonem* (inquit) *ignitur sentiamus, eum innuere veridicum sermonem, qui ad tollendum è medio mendacium, & ferueat, ignis instar, & ad reuincendum sit instructus: siquidem utriusque adiuncta fuerat ex animo efficax virtus operis.* Vtrique, inquit, & Prophetæ, videlicet, & populo: illi, vt linguam concinnè moueret; istis, vt comiter audirent, & imperanti vitæ mutationem, obtemperarent; & nec Prophetæ lingua immunda maneret, nec in medio populi impuros mores sustinentis, vitam ageret. Obiisse tamen mittendorum munus, tam Moysen, quam Isaia, apertissimè ostendit idem Basilius, eos vocans Apostolos, aut horum imitatores, qui tunc temporis futuros horum labores sectati fuerunt: *Ob hoc etiam Isaia primus Apostolus gratiam accepit. Moyses insuper in Apostolis est. Veni enim, ait, & mitam te ad Pharaonem.* Antiquorum consonantia cum euangelica tuba mirificè claret, cum Apostolus Actorum 28. arguat eos, ad quos missus fuerat, in memoriam reuocans Isaia missionem, quæ male vsi, meritas dederunt pœnas rebellium, ita vt audientes minimè caperent, quæ eis dicebantur: nec enim tam validum Dei opus valuit ad eos conuertendum. Sic quidem merentur puniri, qui diuinum contemnunt fauorem; & quæ speciali gratia ad tantum populorum

2. Cor. 9. & 12.

Idem.

Act. 13.

Psalm. 88.

Luca 19.

Ambros.

Basil. Scienc.

Tertull.

Car. 2. & 5.

Psalm. 44.

Basil.

Psalm. 74.

Cyrril. Alex.

Theophyl.

August.

Idem.

Ambros.

Gen. 3. & 5.

Genes. 12.

Exod. 3.

August.

Isai. 6.



Ad. 2.8. pulorum bonum Deus disponit, cedunt in eorum acriorem punitionem, & animorum rebellionem, vt in deterius eant, & nunquam peccata deserant. Benè ( inquit Apostolus ) Spiritus sanctus locutus est per Isaiam Prophetam ad Patres nostros, dicens: *Vade ad populum istum, & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligetis; & videntes videbitis, & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne forte videant oculis, & auribus audiant.* Simili modo tempore Ieremias fuit Deus populo suo, vt perditos comprimeret mores: ille tamen excusationes prætexebat, sicut Moyses non solum, ( vt sentit Basilus, ) quia comparatione Dei, & in eius præsentia, se vacuos omni sapientia, & loquendi gratia iudicabant: verum etiam id operabatur in eis ingens operis magnitudo; rebellio gentium, quibuscum agere deberent; laborum onus, quod humeris debilibus imponere timebant: sic enim ait: *A, a, a, Domine, nescio loqui: quoniam puer ego sum.* Ad fugandum hunc metum pierrimissimus Dominus fauorem, & auxiliares mittit copias, fiduciam excitans in mittendorum cordibus, vt potius fidentes in mittente, quam diffidentes de propria pusillitate, acres, & fortes fierent ad imperata explenda. Totum hoc completitur Theodoretus, extendens ad tempora Apostolorum hunc fauorem, quo omnem metum depellat Deus, sic alicui: *Prospiciens ut Deus, & ut Verbum, qui fieri possit, vt undecim viri pauperes, & facultate dicendi destituti, omnem terram peragrarent, ambiguitatem soluit, excusaque timore dixit: Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.* Id ipsum aliis verbis Ieremias dixit: *Noli dicere: puer sum: quoniam ad omnia, qua mittam te, ibis: quia ego tecum sum.* Quasi vires offerens auxilio, & fauore suo: vt hinc coniciat, cordi esse Deo, omnibus Gentibus in omni auro his remediis mederi, agrestes mores compescere, virtutem excitare, & nouam faciem rebus penè perditis reddere.

Nec cessauit eiusmodi cura, cum tempore Iosaphat, Regis Iudææ, alia celebris instituta fuit Missio, vt habetur 2. Paral. 17, qui ardens zelo subditos instruendi in diuina lege, eosque continendi in Dei timore, terrendique desiderio vicinas Gentium ciuitates, misit legis Doctores plurimos: *Misit, ait, de Principibus suis Benhai, &c. vt docerem in ciuitatibus Iuda, &c. vbi recenset etiam plurimos Leuitas, & Sacerdotes. Docebantque populum in Iuda, habentes librum legis Domini, & circuibant ciuitates Iuda, atque erudiebant populum. Itaque factus est pauor Domini super omnia regna terrarum, qua erant per gyrum Iuda, nec audebant bellare contra Iosaphat.* Missorum nomen expressum habes, munusque horum, docere, videlicet, & instruere omnes ignorantia laborantes. Probat. Circumire ciuitates, ac paginas requirere indefesso labore, morum mutatio, & fidei extensio ex eo patet, quod vicinæ ciuitates potius timebant hos armatos virtute, quam militum multitudinem: quare eos aggredi metuebant, scientes, Deum cum illis degere, qui exercituum Dux nominatur. Quod notans

A Glossa, ait: *Pro virtutibus, que geruntur in Ecclesia, auferuntur Gentium audacia, & incitantur, vt deserant Christo munera fidei, & censuram boni operis.* Laudans Theodoretus ibi hanc religiosam Iosaphat actionem, concludit: *Acceptum autem à Domino Deo premia pietatis.* Nec Imperfectus in c. 1. Matth. tacuit, quantam meruit Rex laudem apud Deum, & homines, hoc nouum belli genus instituens, Principes, & electos viros ad illud perficiendum designans, quem postea nostra Societas imitata est, Principes filios ad hoc designans opus, nempe, Professos quatuor vortorum: ex quo clarissimè inferitur, Principes, ac Prælatos, tales ordinando acies; ad debellandum peccata potius, quam turrim, & portarum, classumque, ac exercituum multitudinem, & victoriam consecuturos, & inimicis terrori esse futuros.

C A P V T I I I.

Euangelico tempore Missiones apertius fuerunt in vsu.

Q Væ enim aliquando fieri solebant tempore aduentum Christi præcurrente, eo adueniente frequentius in vsu veniunt. Dominus enim non iam ore Prophetarum, nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio, vt qui Verbi nomen adeptus à Patre, ab eodem missus in Orbem, Verbi sui intonaret præconia. Clamare cœpit, vt inquit Bernardus, non tam conceptis verbis, quam vagitu, præsepe, pauperie, vita, & morte. At nec voces emittere recusabat à Patre missus, vt opus sibi commendatum perficeret: diuersa occupans loca, vt homines à peccatis retraheret, & ad viam veritatis perduceret. Ita exactissimè munus suum obiit, vt non fuerit passus detineri ab vna gente, ne aliis partem verbi negaret: *Oportet enim, me, & aliis ciuitatibus euangelizare regnum Dei, ideo missus sum.* Lucæ 4. Et erat predicans in Synagogis Galilææ. Videas apertissimè missum dici, & iniunctum ei munus implere velle; non Genes ad se trahendo, sed eas requiringdo; formam præbens mittendis, ne quæri patiantur; sed quærere oues perditas studeant. Chrysostr. ibi in Catena: *Poterat, ait, in eodem loco moriendo omnes attrahere ad se; non tamen hoc fecit: præbens nobis exemplum, vt perambulemus, & inquiramus perennes, sicut pastor ouem perditam, & Medicus accedit ad infirmum: vna enim anima recuperata poterit aliquis mille delicta abolere.* Totum cap. 4. Lucæ ad hoc munus respicit: nam post tentationum victoriam adeptam, acri accinctus virtute, maiorem emittens suæ sanctitatis fulgorem, exiit in omnem locum prædicare Euangelium. Sic ait Euangelista: *Et regressus est I E S V S in virtute Spiritus in Galilæam. Et fama exiit per vniuersam regionem de illo, non solum pro paratis miraculis; sed propter excellentem doctrinam magnitudine Spiritus ornatam.* Origen. *Virtus ei addita est, quantum, scilicet, ad manifestationem.* Quid hæc virtus præstaret, docet statim Lucas addens: *Et ipse docebat in Synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.* Luc. 4.

Ne ergo existimet aliquis sistere Dei verbum,

bum, & felices illius temporis partus cessasse Christo absente, qui tunc initia pingebat futuræ Ecclesiæ, & Missionum tanquam ab exemplari ab eo produntium, inquit Origenes ibi: *Cane autem, ne beatos tantum illos Iudices, & te arbitris priuatum esse Christi doctrina; quia nunc etiam in toto Orbe docet per organa sua; & nunc magis glorificatur ab omnibus, quam illo tempore, quo tantum in vna prouincia cognoscebatur.* Causam dicemus statim. Et vt probaret spiritu Isaiæ prophetico ipsius ad hoc destinatum ministerium, & eo intendere hominum salutem, vt quæ remedio carebat Medici, accedens Nazareth ad Synagogam die Sabbathi, & non recusans humile lectoris officium, aperto libro, testimonium dicti Prophetæ legens, tale audientibus proposuit: *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me: euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere contractos in remissionem, prædicare annum Domino acceptum, & diem retributionis.* Totum hoc nobis pro forma reliquit Magister Christus, imbutis spiritu eius, missis ad opus ab eo ceptum. Præ oculis oportet hæc tenere, memoriæque reuoluere, ne ab hoc altissimo fine discedat quis. Missi quidem sumus à Deo, & vniuersi gratiæ fauore ad pauperes euangelizandum; non sæculi diuites quæreres, sed gentes doctrina desertas, inopia laborantes, Deum ignorantes, & in miserissima pauperie degentes. Interpretatur Origenes pauperes nationes: *Quales isti (inquit) erant pauperes, nihil omnino possidentes; non Deum, non legem, non Proprietatem, non iustitiam, non reliquias virtutes.* Quid deserto isto iniuis, & inaquosius excogitari potest? Vt inde coniciat, tales debere quærere homines. Ad exitus viarum mittuntur Regis ministri recusantibus cœnam proximis, & bonorum affluentia madentibus: quia Dominus ad desertas, & extraviam viuentes gentes destinat operarios suos, vt ad doctrinam suam mensam perueniant; & vt addit Ambros. ibi: *Vt paupertatem conditionis humana, thesauri resurrectionis rigaret æterno.*

Vigentius præmunt sequentia verba: *Sanare contritos corde.* Peccati enim magnitudo adeo vires fumpfit, vt cor omnino frangat, inutilèque, tanquam vas confractum, reddat, ad damna commissa refarciendum: id enim significauit Cyrillus: *Vocat, ait, contritos corde, debiles, fragilem memem habentes, & resistere nequeuntes insulibus passionum.* Hos reducere ad sanitatem, magnum Virorum est. Basilus: *Contritos corde venit sanare, id est, remedium dare habentibus cor contritum à Satana per peccatum.* Visum etiam cæcis præbet. Tales illi, de quibus Apostolus 2. ad Corinth. 4. qui quidem obtenebratas mentes habentes, nec fulgorem Euangelij intueri poterant, in dæque gloriam ei debitam negabant, & creaturis libabant. A quo hæc tenebræ: Fatur Paulus Deum istius sæculi, Dæmonem huius mali authorem dicens. Cyrillus in Catena: *Profuere in ima à Diabolo tenebras in corda humana, Christus quasi Sol remouit, faciens homines, non noctis, & tenebrarum; sed lucis, & diei.* Quid prædicandum sit, iniungit, vtique captiuis cate- nis peccatorum, & seruitute Diaboli obstrictis, remissionem, id est, libertatem, & ab hac dura sententia relaxationem. Quid talibus gratius,

quid inopinatus excogitari posset? Quod iterum reperit: *Prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum.* Pessimam exercet captiuitatem peccatum, de qua Chrysostr. *Fungitur enim peccatum pessima tyrannide, præcipiens magna, & obediens confundens.* Misera captiuitas! quot illa ligatos catena, in iis Missionibus inuenimus, à qua Dei gratia liberantur. Item addit pro doctrinæ acceptatione animum illum, & diem esse acceptabilem Deo, quasi tempore suo, congruæque occasione seminetur, ne terra semen verbi abiiciat, & susceptum infructuosum reddat: qualis illa, de qua tres amissæ partes fuerant, & quarta feliciter vberes fructus rependit. Quidam, vt refert Beda, annum Domini acceptum, pro tempore prædicationis Christi Domini, accipiunt: verum latius patet annus iste, vt idem Beda affirmat: *Neque enim solus ille annus, quo Dominus predicabat, fuit acceptabilis, sed etiam iste, quo predicabat Apostolus, dicens: Ecce nunc tempus acceptabile.* Vel inquit Thomas: *Annus Domini acceptus est totum tempus Ecclesiæ, quo dum versatur in corpore, peregrinatur à Domino.* Vt nostra tempora comprehendat, in quibus acceptabiliter operatur.

Veruntamen, licet Domini aduentus pluribus destinatus fuerit, abstinebat tamen à viis Gentium, & pedem retraherat à finibus eorum; discipulis etiam suis id ipsum prohibebat: *In viam Gentium ne abieritis.* Sæpèque repetebat: *Non sum missus, nisi ad oues, que perierunt, domus Israël.* Vt populum illum tot amoris indicis ad virtutem attraheret; illòque, tanquam imbutos doctrina sua, in Gentium bellum destinaret. Sic mittebat, inquit Lucas, quos elegerat, præter Apostolos in Discipulos, in omnem locum, quo erat ipse venturus. At viā illius gentis duritiæ, & iam paratos fructus cernens in extraneis, ad eorum vertit se laborem. Sic Marci 16. *Euntes in mundum vniuersum, prædicare Euangelium omni creature.* & Matth. 28. *Euntes ergo docete omnes Gentes, &c.* Neminem vacuum hac doctrina relinquens, omnibus euangelicam impertiens tubam, non maerenti Iudæorum agnoscentis, cum eam potius diripiatur, vt per campos apertos currentes eius præcones per vniuersum laxatis habenis, calcitrantibusque applicatis, velocius procedere possent. Benè notauit Beda in c. 1. Lucæ, vbi de I E S V nascituro ex Virgine, addit Angelus: *Ipsè enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Non inquit Israël, non Iudæos; sed populum; hoc est, in unitatem fidei ex præputio, & circuncisione vocatum. Hæc latissima spacia reliquit Dominus suis, vt nulli parcerent, omnibus intonarent euangelicam vocem. Imò licet Hieronymus, Gregorius, Eusebius cum aliis omnem creaturam hominera vocent, in quo cæterorum comprehenditur conditio; Theophylactus aliquid ampliùs olfaciens, existimat, omnem creaturam accipi pro volentibus, & renuentibus. Sicut mittit Solem super bonos & malos, pluit super iustos, & iniustos: ita omni creaturæ vult annunciari diem salutis, captiuitatis remissionem, licet veritati resistent, & nullus ex hoc labore fructus expectetur, sed pro vuis labruscas operatori reddant: *Non dicit: prædicare eis, qui obtemperant; sed omni creature, sine recipiant, sine non.* Ita accepit Augustinus illud Apostoli 2. Timot. 4. *Insta opportune, importune,*

Theodor. in cap. 1. Ierem. Jerem. 1. Math. 2.8. Ierem. 1. Theodor. in cap. 1. Ierem. Math. 2.8. Ierem. 1. 2. Paral. 17. Basil. in Cat. 2. Cor. 4. Cyrill. in Cat. Basil. in Cat. 2. Cor. 4. Cyrill. in Cat. August. lib. 1. cont. Cresc.

argue, obsecra, increpa, &c. id est, ne cesses, licet importunus videaris: quia tempus opportunum audientibus non adest, sic ait: *Pradicamus volentibus opportune, nolentibus importune. Quod prae oculis habendum est, ne consumamur tristitia, vel tædio ab incepto opere desistamus, si res prosperè, vt arbitrabamur, non succedat: omni enim creaturæ euangelica veritas præbenda est, vt Christi mandatis obtemperantes simus. Virga potestatis nobis concessa cedere nescit impugnatoribus, & rebellibus. Ob id inquit Plal. 2. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Tandem instantia verbi molliuntur, & confringuntur corda prius resistentium: semel, atque iterum ducendo eos hac virga, neque cedas potentibus, nec Pharaonica duritiei, quia omnia emollit hæc potestas; nec confringitur ab aduersantibus; sed ipsa de aliis victoriam decantat. Arnoldus in Plalm. 2. Non enim cedit fortibus mundi, nec miserorum despicit facies. Ipsa timorem Regibus imperat, ipsa iram venturam contemptoribus pollicetur. Vt nos moneat, nulla via desistendum ab opere incepto, licet exiguis fructus penitentiae, venientes referant: quia omni creaturæ prædicandam Euangelium docet Dux noster, siue obediant ei, siue resistant. Omni item creaturæ prædicandum dicit, vt latissimè pateat omnibus hæc verbi comunicatio. Inuidia enim tenebantur diuersæ nationes: Gentes Iudæos aspernabatur: isti ingrati erant Barbaris; contenti finibus suis, de illorum salute, nulla eos sollicitabat cura. Veniat omnium Dominus, veniat I E S V S, qui Vniuersi salus nominatur, & suos destinat in mundum vniuersum, vt nullum lateat euangelica doctrina. Mittitur Ionas in Gentes, recusat, fugit, abscondit se, ne mandata adimpleat. Cur refugit hoc obire munus? Peregrinam gentem, & extraneam à noto populo, (sequens huius ingenium,) aduersatur, & nolle illi veri notitiam adducere. Basilius de Seleucia oratione 13. Inimicitiam cum Gentibus re professus est. At verus Ionas Christus mare Passionis petit, vt omnes thesaurorum suorum participes efficiat. Sæpè pars ipse, & experientia notum est, vberiores facturos fructus ignotos, quã affines. In multis Galilææ ciuitatibus quanta signa fecit Dominus absque aliquo fructu? Dolens perditos labores, ait: Si hæc facta fuissent in Gentium ciuitatibus, virtus, & mercaturæ deditis, in cinere, & cilicio penitentiam egissent. In deserto tonabat Ioannes, & ad se omnium trahebat affectus, docens, cum verbum Dei aliquando deseritis ciuitatibus manifestetur, lilia germinaturis, fructus referentibus penitentiae, & virtutum. Expertus fuit hoc Ionas: in transitu enim, cum in nauigio esset, in efferata Genre pietatem, orationem, timorem Dei inuenit, quippe quæ dolens, & magna cum reuerentia, ipsum mari dedit. Per hoc significans illi Deus, vt animos resumeret, non ad inutilem mitti solum, sed ex quo vberes fructus sperari possint, Basilius supra: Prophetam docere volens, quantum ad salutem Gentes, præ Iudæis, futuræ essent obsequentiores. Hæc enim doctrina nostra est, ne contenti ciuitatibus deserta relinquamus; & Gentes agrestes parum curemus: ibi quidem vberissimi fructus mœuantur; & maiori cum reuerentia, pietate, ac timore Dei recipiunt,*

Plalm. 2.

Arnold.

Ionas.

Basil. Seleuc.

Matt. 23.

Ionas.

quæ eis mandantur. Ex hoc Christi mandato prodire apostolicæ Missiones, & peregrinationes, quas recensere non vacat. Petrus plures refert, & Paulus in Actis Apostolorum, Vniuersum peruagantes, & omnibus vas plenum odoramentorum referentes, nulli verbum negantes, nullum alienum, & extraneum iudicantes.

CAPVT IV. De aliis Missionibus à Viris apostolicis factis.

Vitiorum fors hæc est, vt plantas imitentur, quæ si semel putantur, ex eis rami pullulant de nouo. Sic vitia per prædicationem oblitterata, redeunt, ac quasi nullum præcessisset remedium, ad primæuum statum deueniunt: deficiunt Magistri, finiuntur parentes, & antiqui veri defensores, nascuntur filij, facies populorum mutatur; & oblii præteriorum bonorum, peruersa dogmata, consuetudines à ratione alienæ repullulant, & tota Respublica in misero tenebrarum, & captiuitatis statu degit: opus enim est denuò clamare, vsque dum populus in tenebris habitans videat lucem inagnam. Quis non videat qualis Ægyptus, qualis Palaestina, quales aliæ regiones extiterant, quot fructus referebant sanctitatis, Monachorum examina, Virginum copias, Martyrum exercitus, florum redolentes suauitatem; haud terra videbatur, sed cælum. Omnia hæc finem habuere, & de Paradiso deliciarum Sponsi, versa est terra illa in Ægyptum vitiorum. Quæ pars soli, quæ natio, aut regio pedibus Apostolorum possessa ab eis illuminata non fuit?

In omnem terram exiit sonus eorum: & in fines Orbis terra verba eorum. Nunc tamen, quæ mundi pars retinet, quæ illi docuerunt; præcepta, quæ dederunt? O misera conditio hominum ita mutationibus obnoxia, vt semper in deterius abeat! Adeo enim (inquit Nicæn. de hom. opif. Nicæn. mutationibus subiecta est, vt ne in bono persistat. Malum eligit: hæc fors nostra, hæc pars, & hæc hereditas: redeunt ingenia humana ad primæuam suam conditionem, à parentis hereditate ascitam. Sensus enim, & cogitatio hominis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Existimo adolescentiæ nomine, non cuiusvis ætatem exprimi; sed illam sortem à parente acceptam. Vbi in hanc intrauit hereditatem? vbi illa mira, quantum contemplatione stupet mens? quæ lib. de cõtemplatione tractat Philo: Quæ Theodoretus, Palladius, Cassianus, Climacus, referunt de sanctitate, & multitudine virorum, ac feminarum; qui omnes in palaestra virtutum exercebantur? Cuius causam si inquiramus, defectui Magistrorum attribuemus hanc motum imitationem. Pulchrè Theophylactus ponderans verba illa: Exiit, qui seminaret, seminare semen suum. inquit: Non exiit; sed exiit: quia nunquam cessat Dei Filius sæpè in nostris animabus seminare semina bona. Si ita Vniuerso cõtingeret, haud dubie persisteret in incepto opere, & omnes ad verum sitientes currerēt: at deficientibus his Magistris, ad veri amorem corda mulcentibus; his tubis euangelicis, quæ muros Iericho proferunt; viris Deiferis, in pectore Christum gerentibus;

1. Pet. 1.

Psalm. 18.

Nicæn.

Genes. 6.

Luc. 8.

Theophyl.

rentibus; omnia suo motu in deterius pergunt. Hunc statum deplorat Ieremias: thema enim lachrymarum est de sermonibus siccitatis. Maiores, inquit, miserunt minores suos ad aquam: uenerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa sua vacua, confusi sunt, & afflicti, & operuerunt capita sua propter terræ vastitatem: quia non venit pluuia in terram. Pro patribus nati sunt filij; illis, videlicet, haud similes: maiores illi istos prouocant exemplis, & verbis, vt eos imitentur, & aquam producant verbi, quæ populos satient: at vacua vasa reportant; non plena sicut Paulus, vas electum, vt portet nomen meum in longinquas regiones: quia vel inutilia prædicant, vel contenti nomine, & officio, sitientes populos relinquant. Facit ad hoc Hieronymi expositio: Tempore siccitatis, quando famem patitur multitudo discendi verbum Dei. Quid enim vasa vacua significat, sic exprimit: Reportant vasa sua vacua iniuiores, videlicet, non quod aqua non fuerit; sed, quod illi inuenire non potuerint. Nunquam in Ecclesia aquæ limpidißimæ sanæ, & puræ doctrinæ defecerunt: verum iniuiores Magistri eam in fontibus Scripturæ, & Patrum inuenire nequieuerunt, quærentes vana, & docentes profana, aut obscura, aut inutilia ad pastum sensibus, non cordi præbendum. Hinc deplorat Iudæam, & portas eius, quæ in terram proiectæ fuerant. Ascendit in calum confusæ Babylonis clamor: quia stare non merentur portæ, per quas, scilicet, ad mentem veritas non intronititur. Vnde voces, & clamores confusæ Babylonis audiuntur: quia omnia, deficiente veritatis magisterio, confunduntur, & non regnum Dei, sed ciuitas confusio videtur. Reddit rationem Hieronymus: Tunc in Ierusalem nequaquam regnauit ratio, & sermo doctrinæ, sed clamor, atque confusio. Pro remedio huius mali, diuina adest prouidentia excitans spiritum eorum, qui vestigia Apostolorum sequentes, barbaras, & incultas nationes fregerunt; & vt inquit Theodoretus de Persis, & Zaradis, qui ad eod alienati existebant à ratione, vt matris filios darent in matrimonium, fratres fororibus, audita hæc euangelica tuba, mores correxerunt. Et quanuis à ministris Imperatorum cogentur, vt veritatis cultum abiicerent, & ad pristinas leges redirēt, acres pœnas eis imponētibus, nunquam à proposito mutari potuerunt. Has itaque nouas leges acceperunt à promulgatoribus Galilæis: quisque non timuerunt Romanorum potentiam, se se crucifixi hominis imperio subdiderunt. Atque vt hi Romanis legibus vivebant, neque Augustus ipse impetravit, neque Traianus, qui Persarum regna subuertit. Et tamen Apostolorum monumenta Persæ homines, tanquam cæcibus allata fuerint, venerantur. Eadem refert de Tiberianis, Hircanis, Caspijs, Scythijs. Tantam morum mutationem Piscatorum leges inuenerunt potuerunt. Hos imitati sunt Æthiopæ, Ismaëlitæ, Lagi, Sanni, Anafgi, Sauromati, Indi, Britanni, & vt vniuersos complectatur, inquit: Omne hominum genus, nationesque omnes induxerunt Crucifixi leges accipere, non armis vsi, sed verborum sensu, ostensa legum, quas predicabant, utilitate. Idem eleganter docuit Hieronymus, vim verbi Dei probans; & quanta morum mutatio propter illud mundo, & feris gentibus obuenerit: Ab India vsque ad Britanniam, à rigida Septentrionis plaga vsque ad feruores Atlantis Oceani, iam iuu-

Ierem. 14.

Psalm. 44. 17.

Act. 9.

Hieron.

Idem.

Theodoret. lib. 9. de curand. Græc. affect.

merabiles populi, & tantarum gentium multitudines, quam varia longius habitum, tam vestibus & armis, Passionem enim Christi, & Resurrectionem eius, cunctarum gentium & voces, & littera sonant. Bessorum feruorem enim suum in dulce Crucis fregit melos. Et ad Lætam scribens epist. 7. eadem, vel similia affirmat. Hæc rē tūc, primò, vt videas, quanta sit vis verbi, quæ ad eod efferatas nationes iugo Christi subdidit, & à patriis moribus separauerit. Secundo, cum hæc ita contigerint feliciter, nec vestigium modò, tam miræ conuersionis, & Orbis mutationis cernitur: quod adhuc probabo vnico exemplo Britannorum: hos inuisit Petrus, fidē dedit, & totam insulã Christo subiecit, vt refert Metaphrastes 29. Iun. vsque ad Metaphrastes, Britannos, Christi fidem annuncians, penetravit: contigit hoc anno 58. Christi Domini. At isti, & Romanorum bellis, & barbarie gentis, defectuque ministrorum iugū excruciantes à ceruicibus, versi sunt ad pristinos patrios errores: sic permanferunt vsque ad 183. annum tempore sui Regis Lucij, qui vel Romanorum potentia resistens, vel eorum partes exequens, audiens ab eis, in quanta celsitudine esset Roma fides Christiana, non solum apud populares, sed etiam in Senatorum Consulū, & primorum virorum opinione, mittens ad Eleutherium Pontificem Legatos, Ministros fideles expetiit, qui totam suam Prouinciã ad fidem normam componerent. At Pontifex præsto animo, & læta facie, misit ad eos duos apostolicos viros Evgartium, & Donatianum, vel Domianum, qui Regem, & alios Christiana religione imbutos sacris initiaret mysterijs. Vt constat ex Tabulis ecclesiasticis, & Martyrologijs antiquis, & ex Adone in Chronologia, & Gildone (& ipse ex Britannorū gente) de excidio Britannorum. Ad hæc tempora referenda sunt Tertulliani verba cõtra Iudæos c. 7. (qui tunc florebat) aientis: Britannorum inaccessa loca Romanis, Christo sũt subdita. Durauit plane per aliqua tempora hæc mira conuersio: at iterum deficientibus Magistris, ad gentilitium, illis innatum, redierunt, & nulla fidei susceptæ habita ratione, ad vomitum versi, mores suos retinuerunt, vsque dum feruenti Dei spiritu actus Columbanus, compassione illius gentis motus, & in tam decoris corporibus fœdas, ac tetras animas demorari dolens, aggressus est hoc opus, vt refert Beda anno 565. de gestis agens Anglorum, c. 4. vbi ait: Gentem illam verbo, & exemplo ad fidem Christianam vertit. At licet tam viles labores Sanctus Columbanus attulerit illi genti, Gregorius Papa paulò post anno 696. dolenter cõqueritur, tam Episcoporum Galliæ, quàm illius ditionis Regum, quibus attribuit, Missionem illam cessasse, & ea de causa fidem neglexisse, & ad inania simulacra reditum fecisse, quibus scribens lib. 5. epist. 58. indictione 14. inquit: Peruenit ad nos, Anglorum gentem ad fidem Christianam conuerri: sed Sacerdotes vestros è vicino negligere, & desideria eorum cessare, sua adhortatione succedere. Qui maiori salutis huius Prouinciæ ardore accensus, ad eos misit viros religiosos in Monasterio ab eodem Pontifice Romæ extructo degentes, nomine Augustinum, & Melitum, dictos ab illa gente Apostolos Britannorum, ob ingentes fructus, quos eorum charitas decerpfit, vt testatur Beda de gestis Anglorum, lib. 1. cap. 23. Verum hæc omnia citò euanescere, deficiente cohortatore, quo præfente, & in orbem

Britannos, Christi fidem annuncians, penetravit: contigit hoc anno 58. Christi Domini. At isti, & Romanorum bellis, & barbarie gentis, defectuque ministrorum iugū excruciantes à ceruicibus, versi sunt ad pristinos patrios errores: sic permanferunt vsque ad 183. annum tempore sui Regis Lucij, qui vel Romanorum potentia resistens, vel eorum partes exequens, audiens ab eis, in quanta celsitudine esset Roma fides Christiana, non solum apud populares, sed etiam in Senatorum Consulū, & primorum virorum opinione, mittens ad Eleutherium Pontificem Legatos, Ministros fideles expetiit, qui totam suam Prouinciã ad fidem normam componerent. At Pontifex præsto animo, & læta facie, misit ad eos duos apostolicos viros Evgartium, & Donatianum, vel Domianum, qui Regem, & alios Christiana religione imbutos sacris initiaret mysterijs. Vt constat ex Tabulis ecclesiasticis, & Martyrologijs antiquis, & ex Adone in Chronologia, & Gildone (& ipse ex Britannorū gente) de excidio Britannorum. Ad hæc tempora referenda sunt Tertulliani verba cõtra Iudæos c. 7. (qui tunc florebat) aientis: Britannorum inaccessa loca Romanis, Christo sũt subdita. Durauit plane per aliqua tempora hæc mira conuersio: at iterum deficientibus Magistris, ad gentilitium, illis innatum, redierunt, & nulla fidei susceptæ habita ratione, ad vomitum versi, mores suos retinuerunt, vsque dum feruenti Dei spiritu actus Columbanus, compassione illius gentis motus, & in tam decoris corporibus fœdas, ac tetras animas demorari dolens, aggressus est hoc opus, vt refert Beda anno 565. de gestis agens Anglorum, c. 4. vbi ait: Gentem illam verbo, & exemplo ad fidem Christianam vertit. At licet tam viles labores Sanctus Columbanus attulerit illi genti, Gregorius Papa paulò post anno 696. dolenter cõqueritur, tam Episcoporum Galliæ, quàm illius ditionis Regum, quibus attribuit, Missionem illam cessasse, & ea de causa fidem neglexisse, & ad inania simulacra reditum fecisse, quibus scribens lib. 5. epist. 58. indictione 14. inquit: Peruenit ad nos, Anglorum gentem ad fidem Christianam conuerri: sed Sacerdotes vestros è vicino negligere, & desideria eorum cessare, sua adhortatione succedere. Qui maiori salutis huius Prouinciæ ardore accensus, ad eos misit viros religiosos in Monasterio ab eodem Pontifice Romæ extructo degentes, nomine Augustinum, & Melitum, dictos ab illa gente Apostolos Britannorum, ob ingentes fructus, quos eorum charitas decerpfit, vt testatur Beda de gestis Anglorum, lib. 1. cap. 23. Verum hæc omnia citò euanescere, deficiente cohortatore, quo præfente, & in orbem

Baro. tom. 5.

Tertull.

Beda.

Gregg.

Beda.



Paulin.

succedente firmatur fides, & mores corriguntur. Hos vocat Paulinus lumina in tenebris, in quibus degent homines, si talibus facibus non excitentur a somno, de Hunnis, Getis, & Scythiis loquens, qui ad vocem Niceti, Episcopi Dacorum, veritatem susceperunt. Idem conigit Sancto Victicio, Episcopo Rothomagensi, de quo sic loquitur epistola de reditu Nicetæ: *Notum enim nobis fuit Titus tuus charissimus Frater, & fidelis Minister in Domino, quamvis Dominus per te lumina in obscuris ante regionibus accendisset.* Morinos hos vocat ad Oceanum Borealem inhabitantes: tot enim fructus pariunt labores fidelium operariorum.

Sozom.

Confirmat dicta providentiæ dispositio diuinæ, quæ etiam his, quos compellebat Imperatorum mandatum militare sub signis ad agenda imperia; cum in proprio solo hoc bono carerent, ibi, vel à Sociis instructi, vel à Sacerdotibus, qui in exercitu Deo militabant, allekti, veritatem amplectebantur, & fidem patriæ reportabant. Huius meminit Sozomenus Historiæ 2. lib. c. 5. de Iberis, & Rhenum inhabitantibus, Celtis, & Gallis, agens: *Itaque, inquit, ab illis quid sibi agendum sit, doceri constringunt, discunt fidei nostræ præcepta, Baptismum accipiunt, & conueniunt, more Christianorum, celebrant.* Tot modis Deo cordi est salus mortalium, tot viis salutis iter docet. Nec liberi ab hac cura inueniebantur defectu mittendorum, illi Eremitæ, qui, vt homines fugerent, deserta petierant. Magnus Hilarius, vt refert Hieronymus in eius Vita, Saracenos conuertit, de cuius & primæ illorum Ecclesiæ fundamenta iecit, quem deinde secutus fuit Moyses (quondam ex gente Saracenorum, & ortu, & religione) qui postea eorum Episcopus creatus fuit, vt refert Ruffinus, 2. Historiæ, c. 6. Hac stabilita conditione pacem cum Romanis firmavit eorum Regina Maria, de quo inquit Theodoretus 6. Histor. cap. 2. agente cum illis: *Partim doctrina apostolica, partim miraculis eos ad veritatem traxerunt.* O remedium omnibus insuperabilibus, cui nec Inferi portæ audent resistere, omnia ei cedunt, & prosperè succedunt! Quæ feritas non mutatur in lenitatem? Quæ barbaries in sapientiam? Quæ morum intemperantia, hac doctrina non conuertitur in ordinatissimam viuendi formam?

Hieron.

Meletium misit Arcadius ad Thracos, vt refert Chrysostomus, vt Legatum spiritualem, non ad augendum Imperium temporale, sed pro bono illius gentis: *Vt & Galata, Bithyni, & Cilices, & Cappadoces, & omnes, qui Thracia vicinas regiones habitant, nostra bona cognoscant.* Has nundinas charitas destinat ad infidelium utilitatem. Et quemadmodum tempore Nabuchodonosoris, cognita virtute diuina, resistente ignis voracitati, & tres pueros ab eo defendente, omnes cum Rege Deo honorem dederunt, & ipsi soli adoratione dignum, roboantes conclamauerunt: ita planè audita doctrina diuina, & præcepta tã Deo digna, quæ hominū compellerent mores indignos, & à ratione alienos, omnia vincit, omnium triumphos reportat. Sic (inquit Chryl.) *confutata omni genere impietatis ex vniuerso Orbe terra, erant eis congregati spectatores.* Vt cernere liceat, quos antiquitus legebat Magistros, vel Imperialis, vel Pontificia Po-

Chrysof. Orat. in Meletium.

Dan. 3.

restas, Viros quidem magnæ virtutis, probatæ doctrinæ, autoritate fultos episcopali fuisse. Cui consonat id, quod Augustino in magno iniunxit Sozimas Pontifex, non cum Sacerdos esset; sed iam Episcopus Hipponensis. Refert Possidonius lib. 8. c. 14. ab hoc missum in Casarem Mauritania, vt introductos abusus, velut spinas, è medio tritici auelleret. Ibi enim inter alia commune erat pro solenni aliquo festo duos formare exercitus vicinorum amicorum, sanguinèque coniunctorum: & ea feritate, ac si essent inimici, lapidibus se petebant, & multi caesi, & mortui cadebant. Valida voce, & virtute hoc malum, & brutale opus, dampnavit publicè Sanctus Doctor. Sed gens, dicendi eloquentiam, facundiam, ac gratiam deprædicabant, signisque manifestè, cum quanto lepore Magistrum audirent, manifestabant. At ille indignè hoc ferens, plus vrgebat, vt moueret audientium affectus, vt lacrymas oculi ministrarent, quibus abusus introductos abolerent, & rationi consonam vitam eligerent. *Non tamen* (inquit) *egisse aliquid me putatis, cum eos audirem acclamantes; sed cum flemes viderem: acclamationibus quippe se doceri, & delectari; fletu tamen lacrymis indicabant.* Hac, quæ retuli, referens de doctrina Christiana lib. 4. cap. 24. addit, quos fructus pepererit eius prædicatio: *Ecce iam formæ octo, vel amplius anni sunt, propitio Christo, ex quo illic nihil tale tentatum est.* Plurimum valere ad hos auferendos abusus, & prauas consuetudines Missionum laborem, satis probat experientia: verè enim, quæ toto anno magno consensu exercentur, & nemine repugnante vsu veniunt, Missionis virtute, haud difficile vilescunt; & quantum à ratione dissonent, conspicitur; & magno omnium conatu auferuntur, ne in posterum tale quid agatur.

D

Non contentus idem Sanctus Doctor hac Pontificia Missione, ductus spiritu suæ feruentis charitatis, aliam ad Ethiopas instituit, de qua agit tom. 10. ad Fratres in Eremita Sermon. 37. Vbi exponit verba illa Pauli: *Vt exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei Ministros, in multa patientia.* & sui ingerens tractationem, tanquam boni, & fidelis ministri ait: *Ecce ego iam Episcopus Hipponensis eram, & cum quibusdam servis Christi ad Ethiopiam perveni, vt eis Sanctæ Christi Evangelium prædicarem.* Vbi monstra quadam reperit, (quia hæc in Missionum labore inueniuntur,) non tam à natura, quam à vitiis, & prauis consuetudinibus, defectuque doctrinæ producta, magna ibi confecit, faciem rerum mutavit, & his fructibus vtrunque manum occupatam ferens, ad propria rediit, ostendens nobis viam ad laborandum, fructuque carpandos regiam, vt eorum inhæreamus vestigiis. Quam læti hos operarios populi excipiant, cum noverint, quæ eis bona afferant? Huius formam accipe in quadam Germani Missione à Cælestino instituta, vt Prosper affirmat in Annali anno 520. Isidorus de Viris illustribus, cap. 4. Sidonius lib. 2. Epist. 12. Ad Britannos operas suas Vir sanctus legavit. Sed vt quanta impedimenta arte Dæmonum obuiantur, appareat, recenset Còstantius, quæ in via contigerint. Ingressi mare, acris tempestas eos infestavit, & ait: *Cedunt ministeria viciæ naturæ: ferebantur naurigium orationibus, non viribus.* Vt iis, & similibus artibus

August.

Idem.

Prosper.

Isidor.

Sidon.

artibus

Prosper.

Saluan. Ambros.

artibus Dæmones tentent impedire conatus apostolicorum Virorum, ne succedant Missiones, quia in earum executione stat, aduersus eorum mendacia, victoria. At post tot pericula, quæ cum gaudio populorum, suscepti fuerint Viri isti, idem docet Author: *Et cum quotidie irruente frequentia stiparetur, diuinus sermo non solum in Ecclesiis; verum etiam per triuia, per deuia effundebatur.* Id enim nostris quotidie contingit, qui experiantur hac siti verbum Dei suscipi, hoc desiderio expectari, labores proprios relinquere, vbi que Dei Prædicatores audire, & coaceruatim omnes ad eos concurrere, ac si nunquam tale audiuisent. Sed de obedientia præstita Magistris, vt omnia ad nutum disponent, agens addit: *Itaque regionis vniuersas in eorum sententiam transferunt.* Quis nouit potentias Domini, & verbi ipsius, quo gentibus barbaris, & solute agentibus vsque ad illa tempora, talem imbuerit obedientiam, & morum mutationem? Haud ab simile est, quod de Hunnis refert Saluanus. Quales fuerint horum mores docet Ambrosius lib. de Tobia, cap. 11. At fidei virtute quantum aliter se gesserint, ostendit dictus Author lib. 4. de vero iudicio. *Vt admiraris* (inquit) *Crucis potentiam, qua amore genus perdomuit barbarorum: qui enim ad cõferi, & indomiti, truculenti, & omnis expertes humanitatis fuerunt, sub iugo tandem Christi redacti, pijs, mansueti, humani, benigni, modesti, omnique ex parte sanctissimi euasere.* Ita experientia docti iudicamus quotidie, qui hoc genere armorum vitmur, quo feros homines ad humile genus vite perducimus, & perditos mores ad Christiana præcepta seruanda reuocamus, virtute huius vexilli, nempe, Crucis Domini, quam ad certamen iniendu aduersus prauos homines suscipimus.

CAPVT V.

Qua de causa Societati concessum hoc D genus Missionum.

Quantum egeret mundus hoc remedio, aperitissimè ex dictis constat: eo enim (vt visum est) populi, & barbaræ domabantur nationes: verum deficiebat fons, è quo hæc limpidißimæ aquæ perpetuè scaturirent: (non enim erat fons patens in abluionem peccatorum menstruata.) Excitabat Dominus aliquando spiritum Virorum apostolicorum, qui sua negantes commoda, ad aliorumque utilitatem attendentes, magno cum labore, ingenti etiã sollicitudine, ad hoc studiũ, animũ suũ conuertebat, & fructus sui operis abundanter colligebant. Nec (vt vidimus ex Hieron.) hoc zelo accensi, talibus parcebant laboribus Eremitæ, solitudines amantes: ibi enim discabant, quanti perirent in sæculo, defectu tonantis verbi diuini, & igne diuino excitati, relinquentes amatam solitudinem, ciuitates petebant, vt multis Christo lucrarentur. Inter quos annuerandus est Equitius, de quo meminit Gregorius 1. Dialogorum, cap. 4. qui forma mittendorum ad hoc exercendum extitit ministerium. Hic velut alter Isaias manu Dei lingua purgata missus est ad prædicandũ Gen-

Gregor.

Isaia 6.

tibus viam salutis. Viuebat in Monasterio, gubernaculũ illius tenens, & tamen omnia posthabens ad hoc opus pergebat. *Tanus quippe illum feruor* (inquit Greg.) *ad colligendas Deo animas accendat, vt sic Monasteriis præset, quatenus per Ecclesias, per castra, per vicos, per singulorum quoque fidelium domos, circumquaque discurreret, & corda audientium ad amorem patriæ celestis excitaret.* Quantum bonum foret, filios relinquere Equitium huius spiritus hæredes, qui super vestigia patris, pedes figerent, exempla imitarentur, amuli existerent tanta charitatis? Excedente illo herba creuit, deficientibus, aut dormientibus Domini ministris; & via, quæ ducebat ad æternam vitam, haud apparebat. Egebat ergo mundus hoc coniuuali vti festo ad modum filiorum Iob, qui se iniucem inuitantes per gyrũ perpetuis officiis charitatis epulabantur, nec sorores obliuioni dabant, inuitatæ quidem (non inuitantes) ab eis. Verè ita contigit in his Missionibus. Feruor quidem vnus alios excitat, & ibi intra se non quiescit; sed perpetuè in hoc exercentur ministerio, & ipsi epulantur audè, & suauiter: quia magna à Deo dona suscipiunt, & inuitant populos in debilibus fæminis significatos; qui quidem recipiunt magna luca, & inexplicabilia bona ab iis, qui eis talia fercula propinant. Audi hæc à Gregorio lib. 1. cap. 3. Moralium: *Apostoli per mundum conuiuia verbi Dei ministrantes ibant, quisque suo die, id est, iuxta mensuram illuminata intelligentia; sorores, id est, infirmiores rescipiuntur; Scriptura, qua in obscuris cibis exponendo frangitur, in aperitis, vt potus, sorbetur.*

Gregor.

Ad hos aperiendos fontes, non contentus paterfamilias, qui omnia attentis prospicit oculis, hos excitare Viros, qui laudabiliter operas suas Deo locarent, elegit Religionem vnã sibi charam, in qua statum faceret Missionum opus. Sicut enim non Deo satis fuit redemptionem procurare captiuorum, per Viros charitate plenos; nec hospitalitatem per alios exercere, donec hæc commendauit Religionibus, quæ his vacarent operibus: ita ad animarum redemptionem, ad pastum præbandum famelicis populis, Societatem elegit, vt nunquam deficeret, qui talibus inseruiret ministeriis, requirentur populi, excitarentur nouæ, & arduæ Missiones; nec relinquerentur deserta infidelium, nec Hæreticorum latebræ, montium cacumina inaccessa, quæ per suos operarios non requireret hæc chara Deo Religio. Nec enim cessantibus primis illis Parentibus, qui tot Prouinciãs percurrerunt, tot monstra vice-runt, tot Regna Deo dicarunt à tenebrarum erepta potestate, cessauit hoc studiũ; sed alij, & alij primos imitati sunt. Credo quidem, Deum noluisse Francisco Xauiero concedere ingressum Chinæ, laboribus, & difficultatibus (tam feruentem spiritum exposcentibus) obstita, ne existimaretur omnia ardua ad illum charitatis portentum spectare: sed reseruasse talia aliis, sequentibus eius vestigia, qui arduum hoc itex planum redderent, & inuiam Prouinciã, facilem, & tritam panderent. Sic inde alia plura inaccessa cœpta sunt, qualia Ethiopia, Catai, incerti Regni, conquista. Noua Francia per nostros his diebus cœpta, & felici progressu continuata. Hoc spiritu accitus venerabilis P. Magister

Magister Ioannes de Auila & per se, & per instructos Socios, non modò Baticam totam lustravit; sed & alias Prouincias, penè exanimè existentes, uisitauit, desiderio relinquendi huius ministerij perpetuos successores. Et cum Baticæ Academiam Theologorum fundaret, inter sanctissimas leges, hanc Magistris dedit, ut Missionibus vacarent, cum Theologicis cessaret curriculum, ut cum ipsa Academia perpetuitate, etiam perpetuus esset huius operis usus. At confessus est, ipsi denegasse Deum, quæ in desiderio illi erant, & concessisse Ignatio ad hoc singulariter lecto à Deo: ipsum quidem, tanquam tenuem infantem, prætendisse lapidem mouere, quam ille, tanquam gigas, facili sustulit negotio. Ad opus Redemptionis præcurrit Ioannes excitans ad penitentiam populos, quem secutus fuit Christus, qui nõ venit soluere legem illam, sed adimplere, ac perficere: ita ad grande opus Missionum alter Ioannes de Auila missus est, Vir doctrina pollens, verbo feruens, vitam integerrimam degens, penitentia, & paupertate ornatus, salutem animarum exoptans, magno & ualenti spiritu: quem sequutus est Ignatius, non soluens leges illius, sed perficiens, & perpetuitate condecorans, ne pereat fons, unde tot clarissimæ prodeunt aquæ, ut inquit Augustinus de Ecclesia: *Ecclesia Dei non moritur; quia potestas eadem manet in successoribus; nec quia mortuus Petrus, Linus, Cletus, Clemens, & alij, Ecclesia passa est deliquium: quia in alijs Pontificibus eadem uiget potestas.* Ita planè, quandiu uixerit Societas, haud interibunt Missiones: semper in successoribus uiget spiritus eas exercendi: ab incunabulis Nouitiatus in studiorum occupationibus erumpit hoc desiderium, & ad docendum, instruendumque alios accinguntur pulli Societatis. Adscribat sibi Societas uerba illa Paulina ad Ephes. 3. *Mibi omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc, euangelizare inuestigabiles diuinitas Christi.* Videas concordare minimum dici omnium, cum Minimæ nomine Societatis à Patre indito. Quæ inuestigabiles diuinitas ista: quasi uel oblitterata, uel non reperta? Existimo fidei rudimenta parua, Christianæ Religionis documenta, quæ discuntur in Tyronum schola, ut inde incipiant, Christi notitiam alijs præbere. Idem enim Præcurfor ille Ignatij expleuit, composuit Catechismum, & metro dedit, ut suauis disceretur, & fidei initia etiam rudibus nota fierent. Hæc Societas impleuit, & Vniuersum, hac doctrina, ad Dei notitiam tenendam, excitauit, ad eò ut infantes, & hebetes, ac inculti homines hæc teneant, & rationem fidei petentibus reddant. Cum enim Deus sic præsignat, & designat operarios suos, præsignat, magna mala Ecclesiæ futura; & ad dispendia, inde secutura, uitanda, aut reparanda, hos magnos parat, & legit viros. Præuiderat Dominus Lutheri, & commilitonum damna, qui & iugum obedientiæ fracturi, & Sacramenta conculcaturi, & opera pietatis exterminaturi erant, doctrinam peruersam inducentes, sanam negantes, pueros, & rudes in ea instruentes, ut inde bibere discerent mendacia. Aduersum hunc exercitum hostium, Ignatium, & Socios suffecit Deus, qui opposita docerent, & exercerent, ad Sacramenta uocarent populos, opera pie-

Marc. 1.

August.

Ephes. 3.

tatis excitarent, sanam etiam infantibus, & rudibus hominibus doctrinam imbuerent, & uelut leui armatura accincti currerent velociter, & eadem loca infecta inuiserent ad exterminandum mala ab hostibus inducta femina, ad destruendas extructas ab eis superbiæ turres. Ita destinat hos conatus Ignatij prouidentia diuina ad Hæreticorum dogmata conuellenda: quia damna ingentia præuisa talibus remedijs medicatur. Anno 446. Christi Domini, puer quidam fuit raptus usque ad cælum, & paulò post descendit; quod admirationi omnibus Constantinopoli degentibus fuit. Interrogatus à Proclo Episcopo, & Leone Imperatore, quid uiderit, aut audierit; respondit, audiuisse diuinas Deo laudes sic effari: *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis, miserere nostri.* De quo meminit Damascenus 3. fidei orthod. cap. 10. Et postea eandem laudis confessionem Chalcedonense Concilium approbavit, & ad communem usum redegit. Cur hoc eo tempore euenit. Præcurrit enim immaturitatem futurorum diuina, & oculata prouidentia, ut æqualitatem trium Personarum cum uinitate unius essentiæ aduersus futuros Hæreticos firmaret: quæ contemplanus Baronius 6. tom. Annalium, dicto anno, sic fatetur: *Sic planè diuina prouidentia est, humano consulere generi, ante parare arma, quam instet prælium: medicamenta conficere, antequam uenenum irrepas in precordia.* Ita planè hæc eadem diuina cura Ignatium armauit, spiritique Missionum imbuit, ut apponeret remedia ingruentibus malis, & aduersus faciem, aciem in hostes immitteret, eorumque arma confringeret, & vires eneruaret, spoliisque detraheret. Ergo, ut in statu essent Missiones, semperque durarent, commendatæ sunt yni Religioni, quæ eas cordi haberet, & uelut lapillum in medio annuli, manu gereret, & cui præ oculis semper versarentur. Cum igitur, ut docet D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 1. Religio status sit, qui perpetuitatem, & fixam designet mansionem, quique præterea ordinetur, tanquam ad finem, ad charitatis perfectionem, ut idem inquit art. 7. ad 1. Qua de causa hæc suprema uirtus omnes mouet affectus, & operas: inde enim prouenit, ut dicatur patiens, benigna, &c. Ad eam, inquit Sanctus Doctor, pertinent omnes interiores actus uirtutum, quarum mater est charitas. Sic quidem, ut ipsa moueat uniuersos affectus, & externos actus famulantes ejs, ad id, quod charitati congruit. Ita planè. Societati cõttingit: ponit in statu Missiones, quarum finis charitas. Hæc ad labores terendos, ad prædicandum, ad inuisendas prouincias, ad docendum rudes, ad uitia extirpanda, ad imbuendum hominibus timorem Dei, pedes, manus, cor, os, & cætera instrumenta mouet, & excitat; quia mater, & gubernatrix omnium uirtutum est. Nec alio fine tor possent nostri mala perpeti, nisi charitatis, cum nullum commodum, nullum inde referant lucrum: sola enim charitas eos mouet pro Christo, & eo associati in uinea eius laborant.

Non solum perpetuata est in Societate hæc Missionum uicissitudo; sed decorata, & aucta. Ratio

Ratio est: quia maiorum exempla, non solum mouerunt, ut dicemus, ad eorum sequenda uestigia; sed experientia magistra multa, & præclara dederunt documenta, quæ in Archiuis unius Religionis asseruata, prælo mandata, fama, & traditione cognita, alios denuò (idem opus aggredientes) instruunt, & ad similia uitanda, uel prosequenda nouos excitant operarios. Quod si diuersis id contingeret, uix alijs deseruire possent. Terræ concussioibus passa fuit Constantinopolis magnam ruinam, deserta ciuitas, solo æquata domus, & palatia fuerant. At Cyrus, tunc temporis Præfectus urbis, cura, & diligentia, opibusque suis, eam ad eò eleganter refecit, ut uisa à populo, magno omnium præconio laudaretur vir, cui decantabant: *Constantinus condidit, Cyrus restaurauit.* ut refert Nicephorus lib. 14. cap. 46. Ruinæ Ecclesiæ, quæ uix refarciri poterant, ad eò eleganter reformatæ, & ad meliorem redactæ statum fuerunt per Ignatium, ut meritò dicere possimus, formosam faciem eius pulchriorem apparere, quam erat, antequam ab Hæreticorum perfidia deformata fuisset. Si de uino Societatis Viro ausus est scribere Bosius de signis Ecclesiæ, plures Christo peperisse filios, quam omnes à Luthero Hæreticos necauissent; quid de tot Missionibus per Vniuersum factis dicere iustum est, quibus ignorantia, malitia, motum prauitatis, negligentia bonorum operum, tædium, & metus Sacramentorum ex terminio abierant? Refert Glossa in cap. 1. Iudith, Daniele Prophetam affabrè templum in Media degentem captiuum exadificasse, cuius laus in eo sistebat, ut mutatione temporum, ac si nouiter instructum fuisset, omnibus cerneretur. *Quacunque die cernitur, eadem constructum uisitur; quia sic pulchritudo noua, & materia solida.* Ita planè dicere possumus de stabilitate huius structuræ, deque eius pulchritudine, & nouitate: nam, quasi denuò cepta esset, semper nouos excitat Deus Viros, qui huic operi se dedant, nullum refugientes laborem, nullum metuentes incommodum, animarum inescatos salute, & desiderio exercendæ charitatis allectos.

Ad hoc iuuandum, & augendum bonum, non satis, quòd Religioni additum; sed tali, ut nullo negotio præpeditur, nulla detineatur occupatione, omnes reiciat, & alienas iudicet, quæ tanto ministerio damnum afferre possent. Libera est Societas, non graui onerata armatura: sed ad eò moueri facilis, ut eadem hora, qua iussu Superiorum quisque ad hanc mercaturam exercendam destinatur, possit arripere iter: ad eò enim cordi fuit Societati, ut tempore N. S. Patris consuluerint illi primi Viri inter se, quid diuino seruitio plus conguerent, an Societatem per stabiles domos distribuere; an liberam relinquere, ut possit dilatata per Orbem ad omnes eius partes operas suas destinare, & quasi missionaliter perpetuò degere, ne alteri occupationi locus pateret. De quo habes in 2. lib. generalis Historiæ, à n. 59. & infra, plurima ibi inter Patres considerationi mandata, ex quo cum consultatione prodiit decretum formandi Religionem, quæ ferre possit hoc onus, & huic operi incumbere. Felix consilium, cui tantum bonum annexa

tur. Propriissimè aptare huic Societati possumus, quæ Vincentius Litinensis de origine refert contra heres. cap. 23. *Quis unquam felicior? Licitè Innumeri ex sinu suo Doctores, innumeri Sacerdotes, Confessores, & Martyres exiuerunt.* Hinc similiter quot prodiere uiri, uelut ex equo Troiano? quot operarij, qui mundum uniuersum occupauerunt? Societas enim data est in adiutorium his Viris, licet id neget de fœmina prima, Eua uidelicet, Sinaïta 9. Hexamer. cum contra uir datus fuerit, in cuius auxilium non dicit Scriptura: *Faciamus fœminam adiutricem illius, sed, Faciamus ei adiutorium simile sibi.* ad fœminam respiciens significauit ei datum eise aptissimum adiutorem, nempe, uirum. Rationem reddit: *Oportet adiutorem esse fortiorem, minime egenem auxilij: nam, qui est adiutor, est adiutor in periculis.* Quis infirmus fortis, pauper diuitis, ignorans sapientis adiutor, iuste nominabitur? Ita additum fuit: *Adhærebit uxori suæ.* Ut eam quasi teneret, ne caderet: quòd si ita contingeret, felix esset, nec pateretur ruinam, quam sola, & alienata à viro experta fuit. Addit Sinaïta: *Ille illam accepit in uxorem, non in adiuuicem. Absque ulla controversia uir potius est adiutor mulieris, ut quis sit eius caput, curator, & defensor.* Haud ita Societati contigit. Hæc quidem Viros, quos sinu suo fouet, iuuat, fortes reddit, instruit, armat, & uocat ad prælium, excitatque obliuiosos monitionibus, iussionibus, ut semper attentis huic operi uiuant: nullos canos, nullam antiquitatem, nullum uirum laboribus fessum agnoscit, ut ab hoc ministerio alienos censeat, omnes alloquitur, & eorum operibus utens, ualentes, & uergetos reddit. Si forte quis quietis amans, solitudinem, & cellam eligit, ut ibi cum Deo liberius agat; uelut aliam Eliam, Deus arguit: *Quid tu hic, Elia, quasi otiosus, desertis signis meis, hostilem fatorem parieris terram occupare.* Ita exposuit Chryostom. homil. in Petrum, & Paulum, & Eliam: *Hæc dicens, fugam illius inuuebat, quasi diceret: Cur Chrysof. aufugisti? ubi nam est tua illa in loquendo libertas? uel ut discas uiribus tuis non confidere.* Amans solitudinis, vitam quietam degebat Ioannes Nunius, in sæculo Vir magnus, & imbutus scientiis diuinis, assuetusque contemplationi, in qua uisus est Sacrum facere, & uirum alium tempore dandæ pacis uelle eum amplexari, per læuam partem recusans ipse, & dexteram ei porrigens. Haud calluit, quid id significaret, donec missus ad eum fuit Petrus Faber, vnus ex primis Socijs Ignatij, qui Viri occupationem arguens, bonum in animarum salute absconditum ei aperuit: quo consilio monitus quietem reliquit, Societatem amauit, in qua magnis sudoribus uineam Domini auxit.

Ad hoc æqualitas Sociorum. Nostri nullis honorantur priuilegijs, nulla exemptione uelut separantur à reliquo corpore, ut sine discrimine, Prælati, eorum utantur talentis. De pila loquitur Seneca 5. de beneficijs, cap. 8. moueri facili, & cuius nulla pars prior, inæqualis, aut posterior, quia omnes pro uiribus suis eundem tenent motum. Rationem reddit: *Quia motu ordo mutatur, & qua sequebantur, præcedunt.* Ita in Societate: quia omnes sphericè, & æqualiter parati sunt ad uniuersum occupandum, nullus primus ab alijs distans, reperitur. Sed omnes, qui

Licitè

Genes. 2. Sinaïta.

3. Reg. 19.

Chrysof.

Seneca.

qui



qui priores in officiis, postea posteriores, & sequentes inter minores, & iuniores locantur. Et quemadmodum omnimoda aequalitas hoc bonum praestata: ita eadem cernitur in ministeriorum lectione, nullum humilem locum, nullum alienum solum reputant; sed ad omnes amantur, & exultantes, velut Sol gigantei comparatus, procedunt. Sic plane Nazianzenus laudes extollens Basilij oratione in eius laudem: Quippe qui sponsam nitore, gigantem magnitudine referat, ac longe, lateque progrediendo, tantam vim addat, ut ab extremitate aequaliter extrema collustrat, nec locorum intervallis calor ipsius vilo modo minuat. Quae verba Societatis describunt formam, tanta vi praedita, ut extrema pertingat, & uniuersum collustrat, & omnibus se dedat. Nec est contenta non minui hac latissima sui profusione; sed potius ut breui crescat, plus quam dici, aut credi queat. Romanam Rempublicam contemplant August. 5. de ciuitate, cap. 12. miram, & breuem eius extensionem gloria cupiditati adscribit, aiens: Quantum breui creuerit, tanta cupido gloria inceserat. Ista ergo laudis auaritia, & cupido gloria multa illa miranda fecit. Potentior sane fuit cupido, & auaritas gloriam Dei augendi, quae cordi Ignatio erat insita: hac enim accensus, tot machinatus est media, ut breui per filios ad fines uniuersi perueniret has instituendo Missiones.

Hoc actus spiritu nullam suis praescripsit occupationem, nullius rei temporalis curam, imò nec spiritualium, quae per alios abunde explentur. Rationum reddit p. 4. Const. c. 2. §. 4. Quae quoad eius fieri potest, expedita ad Sedis apostolicae Missiones obendas esse debet. Nec tutorum, curatorum, procuratorum testamentariorum, aut alterius muneris curam suscipere passus est; quod alia de causa prohibuerat Concilium Africanum tempore Cypriani, in cuius nomine reprehendit eos, qui ad talia munia Sacerdotes adigunt, epistola 66. praecipiens id Concilium: Ne quis Clericis, & Dei ministris tutorem, vel curatorem testamento suo constituat, quando singuli diuino sacerdotio honorati, & in Clericorum ministerio constituti, non nisi altari, & diuinis sacrificiis deservire, & precibus, atque oratione vacare debeant. Si haec pro Sacerdotibus, ut muneris suo instent, quid pro illis, qui toti, & integri debitorum sunt huius pensis, & proximorum bono incumbunt?

Vt ergo praeterea hoc opus perpetuo current, nec aliqua praetermittatur excusatione, prouisum est illud subicere Summo Ecclesiae Praefecto, ut ipse operarios distribuatur, quem omnium cura sollicitat, qui omnium prospicit, velut è specula, necessitates: quod P. N. S. Ignatius 7. p. Constit. cap. 1. sic expressit: Nec intellexit Societas particularem aliquem locum; sed ut per Orbem in diuersas regiones, & loca spargeretur, cum optaret, factu optimum esse eligere, atque speraret fructum, si hanc ipsius distributionem Summus Pontifex faceret. Solis notas operationes Basilio Nazianzenus supra attribuens, inter eas de virtute huius Planetae loquens ait: Pro viribus doctrinae semen, ac distributio. Si vites Societatis contemplari dignè velles, nihil aliud in ea considerandum foret, nisi quae verbis istis continentur: est enim in illa doctrinae semen: in femine virtus succulosa, & perpetua

Nazianz.

August.

Conc. Afric.

S. Ignat. Constit.

Nazianz.

A later, qua factor omnium, res initio creatas perpetuo durare facit. Hoc Societas habet viuidum semen, quo alios, & alios parit sui operis executores: qua de causa nunquam semel conceptum cessare potest; sed semper progressus suos facit, sine aliquo fine. Praeterea, ut hoc ipsum executioni mandetur, distributio operariorum spectat ad Summum Christi Vicarium, qui per hos Ministros omnibus necessitatibus succurrit. Sacerdos antiquitas animalia, quae Deo dicabat, membratim diuidens, super struem lignorum dabat igni deuoranda; quod exponens Cyrillus lib. 2. in Leuit. de Ministris Ecclesiae, praecipue Summo Vicario Christi, ait: Qui haec singula nouit spirituali ratione diuidere, potest talis Doctor, ille Sacerdos videri, qui ponit super altare holocaustum per membra diuisum. Congruit figura, & expositio his, in quibus versamur. Pontifex totam Societatem sibi obsequentissimam habet, ipse diuidit Ministros, unicuique regionem, & munia decernens, eoque per uniuersum distribuit, ut toti prouideat Ecclesiae, cuius uniuersam curam gerit. Hoc idem significauit sollicita illa charitatis, & humilitatis plena cura Rebecca, non contenta homini potum praebere; sed & camelos adhaeruit. Ecclesiam, inquit Cyrillus, representans, quae curam omnium etiam efferatarum nationum habet, easque ad fatietatem reficit. Ecclesia igitur ideò vbera, fertillisque est, ut alumnos suos, non eos modò, qui ex Iudaeis; verum etiam, qui ex Gentilibus, vocati fuerant, sacris diuinisque aquis rigare mirifice possit. Ista in Pontifice est, & eius vices gerit, cum tanta prouidentia ad omnes, suos fontes deriuat, ad manum habens voto adstrictos Societatis Viros, quibus & potest uti, & frequenter vitur, ne opus istud remissius expleatur, si à nostro penderet arbitrio. Habemus in nostra Historia, fama Sociorum Ignatij commotos fuisse Principes saeculares, & ecclesiasticos, & aduise Pontificem, ab eoque petiisse, ut de his homines aliquos ad suos destinaret. Missi sunt Paschasius, Simon Rodericus, Ioannes Corduri, Fabrus, Lainez, Bobadilla ad longè distitas regiones, ut conciliarent discordes populos, vitia extirparent, bonis moribus homines imbuerent. Et addit: Id enim Societati origo apostolicarum Missionum.

Leuit. 2. 7.

Cyrill.

Genes. 24.

Cyrill. lib. 8. in Gen.

Histor. Soc. IESV, lib. 2.

B Qui haec singula nouit spirituali ratione diuidere, potest talis Doctor, ille Sacerdos videri, qui ponit super altare holocaustum per membra diuisum. Congruit figura, & expositio his, in quibus versamur. Pontifex totam Societatem sibi obsequentissimam habet, ipse diuidit Ministros, unicuique regionem, & munia decernens, eoque per uniuersum distribuit, ut toti prouideat Ecclesiae, cuius uniuersam curam gerit. Hoc idem significauit sollicita illa charitatis, & humilitatis plena cura Rebecca, non contenta homini potum praebere; sed & camelos adhaeruit. Ecclesiam, inquit Cyrillus, representans, quae curam omnium etiam efferatarum nationum habet, easque ad fatietatem reficit. Ecclesia igitur ideò vbera, fertillisque est, ut alumnos suos, non eos modò, qui ex Iudaeis; verum etiam, qui ex Gentilibus, vocati fuerant, sacris diuinisque aquis rigare mirifice possit. Ista in Pontifice est, & eius vices gerit, cum tanta prouidentia ad omnes, suos fontes deriuat, ad manum habens voto adstrictos Societatis Viros, quibus & potest uti, & frequenter vitur, ne opus istud remissius expleatur, si à nostro penderet arbitrio. Habemus in nostra Historia, fama Sociorum Ignatij commotos fuisse Principes saeculares, & ecclesiasticos, & aduise Pontificem, ab eoque petiisse, ut de his homines aliquos ad suos destinaret. Missi sunt Paschasius, Simon Rodericus, Ioannes Corduri, Fabrus, Lainez, Bobadilla ad longè distitas regiones, ut conciliarent discordes populos, vitia extirparent, bonis moribus homines imbuerent. Et addit: Id enim Societati origo apostolicarum Missionum.

CAPVT VI.

Exemplo Maiorum, etiam graues Viri vrgentur, ut Missiones amant, & consiciant.

VRget etiam nostros, ut Missionum amantes sint, illa superius exempla Parentum relata, quae quidem, quanti eas aestimauerint, in quantoque pretio habuerint, demonstrat. Nec continuus per totam vitam vsus earum, nec munus Generalis, eos praepediebat, ut videre est in Laino, qui sapè vertit se ad salutem procurandam animarum, etiam mutato solo, & alienas regiones perquirendo. Rogabis, cur Deus in homine sinxerit imaginem suam, cum ait Genes. 2. Faciamus, &c. Rationem Leonis audi ser. 1. de ieiunio decimi mensis: Inuenimus, Leo. inquit,

Philip. 3. 17.

Ambros.

Cant. 5. 4.

Gillibert.

Cant. 7.

inquit, hominem ideò ad imaginem Dei conditum, ut imitator sui esset Ausberis. Tene verba. Tunc verè resplendet Dei imago in nobis, cum velut in speculo imitationis, & similitudinis elucet haec eius imago, & deficiente ea dissimilis apparet, & deformis videtur. In nobis indita est Societatis imago, ut Parentum facta semper vigeant in nostra imitatione. Alienamur plane, & mentimur partum, si dissoni ab eis existimus, & quae ceperunt, aut non imitamur, aut non perficimus. Hinc sumatis (inquit Ambrosius 2. de Virginibus,) exempla vinendi, ubi tanquam in exemplari, magisteria expressa prohibentis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debentis, ostendunt. Virgines alloquitur proposito vnus matrona exemplo. Nos verò Parentes illos obicimus, tanquam speculum, qui perpetui huius ministerij cultores fuerunt, quo innumeris pepererunt fructus Ecclesiae. Hinc ergo forma nostra sumenda. Sicut habetis formam nostram. Prius dicendi ardor, nobilitas est magistris, inquit idem Ambrosius ibi. Cum ergo nobis propositi sint tot nobiles, ac praclaris Magistri, maximo ardore accingere nos debemus ad hoc genus palaeatrae, nulla excusatione adiecta, quae tantum opus impediatur. Franciscus Borgia desiderio tenebatur, tanquam fugiens maris saeculi procellas, quietis: fugit mundum, & hominum frequentiam, continens se inter Guipuzuae Prouincia angustos sinus. At Ignatius ad ipsum scribens, ait: Recordare, te Societatem aduise, quae non querit homines solitudinis amatores; sed qui feras capiant, periculis se obiciant. Quia voce excitatus ad arma currit, & relicta solitudine Missiones instituit. Illa Sponsa hoc spiritu tenebatur inclusa, nec vocantem, & pulsantem audit, lectulum tenet: at qui eam excitare cepit, ne ab incepto desisteret, manum suam misit per foramen: Et ad contactum eius contremuit venter meus, ait. Et statim subiungit: Surrexi, ut aperirem dilecto meo. Quid enim foramen illud, nisi labores, & pericula significat? Timet pacis amator domo egredi, quietem in periculo ponere, contemplationem deserere, pericula experiri, paupertatem in certitudine habendi necessaria exerce: at instat Deus obiciens Parrum exempla, qui haec omnia posthabentes, audacter insecuti sunt hostes, & victoriam decantant. Nota (inquit Gillibertus Serm. 42. in Cantica) tremorem ventris, audique motionis effectum: Surrexi, ut aperirem dilecto meo. Quae huius mutationis causa? Manum suam misit, &c. Operum suorum ad me inuomisit exempla, haec me tangunt, haec me mouent, inquit idem Author. Verè nihil valere potest, ut metum omnem depellamus, & egrediamur in agrum, nisi odor vinearum, quae labore coluntur, ut fructus ferant: odor quidem exemplorum Maiorum, hanc vim menti imprimi. Has difficultates superant, qui vineam Ecclesiae, velut coloni, & digni operarij, laboribus suis coluerunt. Vnde tot exempla odorem spargunt, & ad eorum vestigia insequenda cogunt. Si extranei hoc, quid nostri facere debent, in quorum bonum tanta praecesserunt opera? Quae fides docet de Ecclesia, mirificè

congruunt Societati: non enim gratia collata vni, illo pereunte, peribat; sed eodem consecrato, baptizandi potestas, regendi Ecclesiam auctoritas viget in successoribus. Similiter, si feruens ille spiritus nostrorum in eis personaliter susteret, periret, cum illis, & fructus cessaret, Societatis parum mundo vtilis esset. Ille viget in successoribus: ad illa potentes exadunt, (vt superius dicebamus,) ac si nondum defecissent primi illi vinatores: quia haec concessa gratia Ignatio fuit, ut haeredes sui spiritus relinqueret ab eo, qui totam Societatem IESV commendauit, & suo nomine decorauit. Senex Abraham liberis carens non facultates à Deo petit; sed haeredem, dolens, hunc futurum seruum, non filium. Cum ergo tu paupertatis amator sis, & omnia tua egentibus eroges; nec domum aedificare ausus fueris, contentus vili casula; cur haeredis sollicitus, & anxius ostenderis? Respondeat Chrysostomus oratione de emulatione: Non vitam, non facultates Deo exposcit: sed dignum quare suum haeredem laboris. Nec haeredem vtcunque desiderat; sed dignum, hoc est, suorum laborum haeredem, imitorem, filium sibi similem, qui facta ab eo persequeretur, nec desisteret ab incepta fide, pietate, Dei timore, & obedientia. Hoc exposcit Ignatius à Deo, & habet, quod petit, dignos haeredes suorum operum, qui similitudinem referant Parentum; nec ab eis dissentiant; sed eodem ducti spiritu ad hoc opus alacres pergant, & labores amplectantur, omnia superantes pro bono proximorum, & Dei gloria.

Quanto in pretio aliquid habeatur, eius designat consequentia, cum alia multa non transeant ad haeredes, licet alias praclara. Sanctissimus Ignatius multa Patrum veneratus est exempla: at noluit ea imitari, nec suis donare. Chorus ob id omisus, Missionum solennitas: & cum ipse raptus, visiones expertus fuerit, occultissime scripsit; sed non luci, aut praelo haec dedit, ne talibus filios oneraret exemplis. Quae ergo successione habent, & ad posteros imitanda veniunt, haec quidem in pretio sunt, & ab omnibus veneranda, & operibus omanda. Talia, rudimenta fidei exponere infantibus, carceres, & Xenodochia inuisere, peragrarè uniuersum, omnibus Deum annunciare, & alia, quae in Missionibus succedere solent, ut semper idem spiritus vigeat, nec Societas primaeva, ab hac dissentiat. Mira res! quem nuncium constituit Deus antiquae Ecclesiae, eundem Paranympum elegit nouae: & cum differrent illa, multumque perfectione distarent, ob idque perfectionem exposceret noua Interpretem, & Dei Legatum; vnus, & idem ad antiqua, & noua annuncianda legitur, ut patet in Gabriele Ecclesiae veteris Rectore, & Curatore, qui etiam Ioannis natiuitatem, & Christi incarnationem euangelizauit. Rationem Irenaeus prodit inquit, oportere haec ita fieri, ut vnus, atque idem Deus vtriusque Ecclesiae intelligatur, qui eodem vitur lux voluntatis intimatore.

Chrysoft.

Dan. 8. & 9. Luc. 1. 19. & 26.

B Vnus



*Vnus & idem Deus manifestissime ostenditur, qui per Prophetas misit, & Filium prae-misit, & nos vocavit in agnitionem suam.* Vnus Ignatius ostenditur, vnus Xauerius, vnus, atque idem illorum Patrum, cum eadem, quae illi facit ministeria, Societas, eandem percurrit Prouincias, vincit labores, proximorum saluti inhiat. Hæc presentium sollicitudo imaginem refert illorum hominum, vt demonstrat Basilus ad Ambrosium scribens recenter in Episcopum ascitum, & ab eo petens, vt Ecclesie primæuam faciem renouet, & ad iuuentutis annos, senescentem iam Ecclesiam conuertat: qui quidem laudans Mufonium Episcopum Neocæsariensem, ait epist. 62. *In se ipso videndum præbuit priscam Ecclesie formam, velut ad sacram quandam veteris status imaginem, Ecclesie sibi commissæ faciem effingens.* Hoc nobis incumbit onus, hac premimur cura, & studio agitur, vt facies primæuæ Societatis, in filiis, noua, & suis coloribus pulchrè ornata appareat, nec lato vngue ab iis, quæ Patres prisci docuerunt exemplo suo, recedamus: quia vera forma Societatis, eiusque decor in eo consistit, ne simus desertores castrorum, aliam viuendi formam inducentes. Si enim Societatem deficientem, & à suis ministeriis alienatam reperiremus, occupatamque negotiis extraneis, haud mirum, si talia sequeremur vestigia, & obliuioni data esset proximorum hæc debita sollicitudo: quia tunc non nobis tribueretur tanta rerum mutatio; sed temporis, & prædecessoribus nostris. Hac ratione Nazianzenus Iouianum Imperatorem, successorem Iuliani impij, pacta cum Persis indigna ponentem excusat à culpa, aiens: *Non enim eius, qui demessuit, spica est; verum illius, qui sementem fecit: nec ei incendium assignandum est, qui ignem extinguere potuit; sed, qui excitauit.* At nos florentem Societatem conspiciamus, Viris præstantissimis ornata, occupatis, & plena manu capientibus fructus vberes in proximorum bonum, eos vocantibus, & querentibus, sudoribus, ex itineribus, longè, latèque factis, lassatis. Quid desiderandum, nisi hoc ipsum exequi, ne in manu nostra tantus extinguatur feruor, tot parti labores perant, contenti de alienis gloriari laboribus? Alij laborauerunt, & nos metimus, quod non seminauimus in lacrymis, laudes captantes ex iis, quæ illi Viri primi exactissimè compleuerunt, similes iis, qui turrim Babylonicam ad cælum vsque pertingentem conati sunt exædificare. In quo quorundam ingenium conspiciatur, qui alienis laboribus, fama, & gloria, laudibusque honorari cupiunt, imò ad cælum vsque pertingere, manus contrahentes, & in sinu vacuas operibus recondentes, vt aliorum vtantur operibus, quibus cælum percipiunt. Ita hoc factum accepit Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Genesim, aiens: *Neque ob fidem in Christum; sed ob maiorum suorum duntaxat probitatem, quasi turrim quandam construunt.* Nec ab simile ab hoc, quod Nazianzenus supra refert, tanquam Græcorum prouerbiū ex Herodoto: *Vestem hanc Isthianus quidem confecit;*

Nazianz.

*A caterium induit Aristagoras, qui antecessoris sui facta excepit.* Ita nos contenti opinione, quam præclara aliorum facinora meruerant, ea velut veste ab illis elaborata, & contexta, honoramur; cum tamen nihil attulerimus, quo conficeretur; nec manum in ea operanda præstauerimus. Satius enim nobis esset Abraham spiritum amulari, qui quidem propria relinquens, parentibus, & cognatis valedicens, alienum solum amauit, incertus quid inueniret, & certus ad pauperem transigendam vitam, tale destinari iter. Quid ad hoc faciendum ipsum coëgit? quo ductus spiritu pedem mouit? Reddit rationem Ambros. 1. Offic. cap. 24. *Ad magisterium futurae successio-nis informatus, & instructus est.* Qui enim aliorum forma destinatur, plura tenetur aggredi, maiora experiri pericula. Sic nostri, ad magisterium nostrum creati, tot peregrinationes, & ministeriorum genera aggressi sunt, vt vix excogitari queat, quæ alia possint aptiora, & efficaciora reperiri. Hæc præ oculis habentes, non piget imitari, quæ gloriantur propalam prædicamus, & magnificamus; ne simus similes iis, qui alios docent, quæ sequi tenentur; ipsi tamen nec digito volunt onus mouere. Vt ad Abrahami exemplum me conuertam; posset eum intra lares continere patriæ amor, parentum conuersatio, proprii soli consuetudo, rerum abundantia: *Tamen* ( vt inquit Idem. Ambrosius supra ) *appetitum rationi obedientem præbuit; & imperij celestis, & remunerationis aeterna consideratio eum mouebat amplius.* Nos hæc tangunt. Moueat ad labores prosequendos Maiorum ratio: appetitum, quietis amantem refrænet præmij magnitudo, diuinæ voluntatis indicium, quod nos ad hæc obeunda vocauit; & semper mittere ancillas huius suæ domus, quæ vocent ad arcem, & ad moenia ciuitatis somno sopitos, & stultos, ac paruulos, curat. Tales nati sumus, & in hanc Societatem adaptati. Nec enim sat est dicere, in Collegiis abundè laborari, vberes colligi fructus, ne torpeat virtus, talentum tanquam inutile sepeliatur in terra: non enim satis hoc, vt nostram vocationem sequamur: hæc oportet facere; at illa non omittit: bonum primum; melius secundum: illud semper; hoc ad tempus: illud pro omnibus; hoc mutatis vicibus pro aliquibus. Nec nostri contenti fuere tam operose loca, vbi sita Collegia fuere, ad culturam redigere: sed etiam maiores occupationes velut obliuioni dantes, toti se ad hanc conuertebant. Præterea, vt decursus iste fluat aquarum, opus est illis congruere, & aliis venientibus exempla relinquere, forma facti gregis ex animo animositate plura exequendi. Verba decerpit ex Ambrosio de Noë loquente, quæ nobis apprimè conueniunt, 1. Offic. c. 25. *Solus, inquit, ex omnibus, & præterita generationis superstes, & auctor futuræ mundi potius, & vniuersis magis, quam sibi natus.* Quid facturi fuissimus, si soli superstites essemus, totumque Societatis onus ferre necesse fuisset? Certe ad Collegia, & Missiones accingendi essemus; quippe cum & authores esse deberemus futuræ

Ambros.

futurae gentis, successorumque nostrorum. Cur, quæso, quia nati potius mundo vniuerso, coopari in hac Societate sumus, quam nobis, nostra commoda posthabere tenemur, vt aliorum bono incumbamus? Quid præstare debemus, cum non primi, sed Maiorum vestigia solo impressa obtutui nostro se offerant inuitantia, vt amuli ipsorum simus? Ster ante oculos quædam mira Iustiniani Imperatoris sententia, qui scribens ad Dacianum Constantinopolis Metropolitanam sic fatur: *Semper nostra Serenitati cura fuit seruare vetustatis, maxime disciplinae, quam nunquam contempsimus, nisi & in melius auergeremus: quia constat calius institutum, quiddam apostolica decoruit auctoritas. Hinc est, quod illa volumus reseruari, quæ antiquitas statuit, & sequentium obedientia custodit, atque in nostrum vsque saculum intemerata perduxit.* Hæc nobis faciendibus, durabit spiritus Missionum conficiendarum, quas à primæuo limine Societas venerata est, & operibus illustribus deprædicauit.

Iustin. Imp.

CAPVT VII.

Missionum termini amplissimi sunt.

**E**X dictis aperte inducitur, Societatem sibi Missionum curam adoptasse, vt in nobis lata corda crearet, & parati essemus mundum vniuersum peragrare: quod enim de vno Petro Bernardus notauit, qui quidem, non vt alij, vnam nauem elegit ad Christum inuisendum; sed mare petiit, ibique latissimum spatiauit animum. Rationem reddens ait: *Hoc quippe signum fuit singularis Pontificij Petri, per quod non nauem vnâ, vt ceteri quique suam; sed saculum ipsum suscepit gubernandum: mare enim saculum est.* Ad omnes hoc spectat priuilegium, qui corde totum saculum continere debemus, nec animum ad vitam vnâ, (velut Iuda pullum,) alligamus, & constrictum vni loco obligamus: sed omnis creaturæ curam suscipimus, non breues terminos nostris operibus assignandos; sed latissimè diffusos, quasi totum vniuersum occupare deberemus. Nec aliud etiam in recenter Societati adscriptis exposcit S. Ignatius, qui, velut aquila, pullos suos volare docens, extendit alas, & ipsum cælum pertingere conatur, vt eas ad maiora prouocet, in Examine c. 4. §. 27. *instituit peregrinationes tyronum, domoque egredi iubens, vt experiantur incommoda, paupertatem sentiant, regiones diuersas attingant. Ad quid hoc nouum belli genus, & armorum vsus? Vt etiam magis sint dispositi ad id ipsum faciendum, quando illis inimicium fuerit, dum per varias mundi partes, iuxta quod eis prescriptum, vel constitutum per Summum Christi Vicarium, vel eius loci, per Superiorem Societatis fuerit, discurrerent.* Quam citò ad Missiones anhelus, paruulos, & lactentes infantes, solum notum relinquere præcipit, non tam ad experientia incommoda, quam vt alluceant peregrè proficisci, alienas peteret regiones pro Missionum expletione, cum eis iniunctum fuerit à Christi Domini Vicario, & Superiore Societatis, vices eius gerente; non contenti, si pro Deo, parentum sedes deserant; sed etiam ne additi Collegiis, aut Probationis Domui, ani-

Bernard. lib. 2. ad Eugen. Math. 13. 30.

Genes. 49. 11.

S. Ign. Exam.

maum ad proxima loca vinciant, maiora semper appetentes, ne extranea, etiam incognita arbitrentur. Illud Plutarchi dictum lib. de exilio: *Cui patriam extorsit fortuna, huic dedit, vt eam, quæ ipsi cordi sit, tenere possit.* nostris conuenit, quibus patriam à mente pellere nostra viuendi ratio exposcit, vt non exules se credant; sed totius mundi possessores, omnia loca etiam peregrina, & in longinquo sita, patriam, & natale solum esse censeant. Nilum contempnans Anastasius Sinaita lib. 9. Hexam. quem circumambientem vocat Scriptura; quia spatia diffusa velut circuit, & visitat, ac sterco-rat, vt frugifera ea reddat, ait: *Nilum Scriptura circumuentem nominat, tanquam circumuentem, & circummuentem Paradisum Christi.* Nostri Nili ampliores sunt termini, vt mundi incul-tam solitudinem, in Christi Paradisum mutemus, cum non Ægyptum, non Æthiopia solum perambulemus; verum etiam Indiam, Iaponem, Chinam, Mogorem, Caraium, & alias diffitas regiones nostræ ditioni subdamus.

Plutarchi

Genes. 2.

Anast. Sina.

Errant planè, qui itinera Societatis contemplant, & excursiones per loca, quasi suæ habitationis, damnant, vt culpabile sit horum iudicio, non tenere domum, foras egredi, & prouincias terra, marique distantissimè diffitas visitare, cum hæc distantia loca aliter inuisere non valeant; nec, si non quarantur suæ salutis obliuiosi, ad Christi gregem reuocari possint. *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere.* Quomodo, nisi præcinctis lumbis, omni impedimento sublato, circumambiendo earum regiones? Sic illi primi Patres, verè, non degere in locis; sed volare videbantur; qui quidem breui interuallo, iam hic, iam alibi, magna interiecta distantia inueniuntur, nec agri, & laboribus fatigati quietem amabant. Sit hoc videre in illo Thaumaturgo Iosepho Anchieta, ob ingentia miracula, quæ continuò operabatur, qui senio confectus, & penè totum corpus laboribus afflicto, curum portabat, cui cum Prouincialis cum eo agens diceret, in potestate eius se relinquere, vt Collegium eligeret, vbi quieti vacaret post tot labores, flere cœpit, dolens, quòd ad quietem vocaretur, qui ardentè ad amplius agendum spiritu Dei motus agitabatur. Cum enim in Flandria degeret Petrus Faber viribus lassatus, decumbens in lecto, iuuenem Hispanum, nomine Franciscum de Estrada, secum habens, ille doctus, & strenuus miles, Concionem componebat, ornabat, & huic voce tenus tradebat, qui nec per ætatem, nec per studia valebat suo ingenio tale texere opus. At, cum talento polleret, & diuina gratia fletus esset, illa, quæ acceperat à Petro, aliis pro concionando tradebat, incredibiles colligens audientium fructus, ne quos Magister suo labore parere Christo non poterat ministri defectu, in vtero haud formatos relinqueret. Culpabilis Solem, cuius gressus, aut celerem cursum, Dauid recensens ait Psalmo 18. *Exultauit, vt gigas, ad currendam viam suam.* quam latam peragitur vnus diei spatium? Aut maiori in pretio erunt stantes, & fixæ stellæ, quam errantes Planetæ, quòd hinc inde discurrant, & vagentur?

1. Cor. 10.

Gregor.

Gregor. Sic habet Gregorius Orat. in Basilium: Nisi quis Solem accuset, qui in orbem currit, radios fundens, atque omnibus rebus, quas peragrat, vitam afferens; aut etiam sidera fixa laudans, Planetas vinperet, quorum error ipse compositus est, atque concinnus. Sic nostrorum peregrinationes contemplanda veniunt: quia verè in illis nihil, præter charitatem, elucet; & si quæ sunt in propriis sedibus commoda, pro egestate, angustia, & laboribus commutant. Quid mirum erent, qui errantes quærunt? Audi vocem perditæ ouis: Erravi, sicut ouis, quæ perit: quare seruum tuum. Etiam cum errorem fateatur, in luto perfit, & quæri exposcit. Cùm veris Iosephum errantem in via, de quo facit Textus Gen. 37. Invenitque eum vir errantem in agro. pete ab eo, cur sic erret? Fratres meos, inquit, quæro. qui Sichen relicto in Dothaïn perrexerant, quæ interpretatur, declinatio. Christum Dominum præsentabat, qui ait: Non sum missus, nisi ad oves errantes Israël, quæ perierunt. & alibi: Non veni, nisi ad oves perditas domus Israël. Ambros. in illo Iosepho Christum agnoscens, ait libro de Ioseph: Has oves in illo Patriarchæ studio requirebat. Hunc sequi tenemur Ducem, perditos corrigentes mores: etsi aberrare videamur, non celsus omnes requirere, & logè, latèque terminos nostræ charitatis protendere. B. Petrus proplius in Ignatium fuit: respiciebat in illo amplissima suæ dittonis Vicarium. Huic Christus Ioan. 2.1. dicit: Sequere me. Vellet & Ioannem secum ferre. At idem Dominus: Sic eum volo mare, quid ad te: tu me sequere. Cùm ergo Christum sequeretur, qui pro vniuerso in mundum venit, Ignatium amanter prospicit, quem loco Ioannis in Asia occupati, ad mundum vniuersum peragrandum destinabat. Nec alia via Dominus significauit clarior, quàm latè paterent termini suæ virtutis, quàm cum se lucem appellaret dicens: Ego sum lux mundi, cui adiungit Ioannes: Et vita erat lux hominum. Ac si diceret: Vita erat futurus omnibus hominibus: quia lux etiam in tenebris lucet, nec densissima tenebræ subterfugere possunt hanc lucem. Chrysof. hoc exponens hom. 4. in Ioannem, sic ait: Communis omnibus proposita est hæc lux, sine discrimine omnia illustrat, radios suis fouet, & visitat. Qui ergo huic similes effici velint, ita aliorum curæ incumbant, vt omnibus se tradant. Malig-nè enim de Diis senserunt illi Philosophi, qui eorum dittonem partientes, terminos horum ad parua spatia reducerunt: quod Aristoteli adscribit Ambros. & eum carpit 1. Officior. Qui putat, Deum suis esse contentum finibus. Angustæ mentis homo, qui sic de Deorum potentia iudicium tulit. Hos imitantur, qui, sicut mari, terminos assignant suis motibus; cùm mortem potiùs æmulari congruum fuisset amori charitatis simillimam, quæ nemini parcat, nullum liberum à sua potentia relinquit. Ita planè charitas nemini parcere gloriatur: quia omnium fuit salutem, omnium delectatur bono; malo verò affligitur. Quod pòderat Chrysof. in illis Apostoli verbis: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis scandalizatur, & ego non eror? Nemine notat, ad nullius cõditionis, & sortis hominum contrahit charitatem suam. Quisquis ille sit, in visceribus meis continetur, & eius malis teneor, & crucior. Non enim de maioribus hæc di-

A cibat, minores autem contemnebat: verum abiectionem etiam quenque, quicumque is esset, inter necessarios reponebat: & quemadmodum si ipse vniuersa Ecclesia orbis esset; sic in vnoquoque membro discruciabatur, inquit Chrysof. Nec abest ab hoc id, quod Iacobo ostensum fuerat initio suæ peregrinationis, qui, cùm patrem, & notos relinqueret, vidit ascendentes, & descendentes Angelos, nullo se iniuicem impediētes accessu, vel recessu. Quid hæc sollicitudo, isti ascensus, & descensus, quin termino aliquo præpediantur? Sollicitudo illorum, quos Angelos Isaias vocat: Ite, Angeli veloces, qui Isai. 18.2. magna diligentia, nullum agnoscētes finem suæ legationis, ac muneris, omnibus occurrunt, eorum curam gerunt; siue necesse sit in caelum eos eleuare; siue ab Inferis, & iniqua fortuna extrahere. Quod eleganter significauit Cyrillus lib. 10. in Genesim: Monstrauit, quemadmodum magna multitudo Angelorum sursum, deorsumque volitans, omnes, qui se Deo dicarent, generose suetur. Hoc quidem ostendendum fuerat viro peregrino, & patriam deserenti, vt illòs cælestes imitaretur Spiritus, & ad omnium perquirendam salutem magna sollicitudine se accingeret. Nec vacat magna vtilitatis spe hæc doctrina, cùm experientia magistra videamus, plurimos ex infidelibus conuersos esse ad fidem, non vi argumentorum, non prædicatione verbi, non miraculorum ostensione; sed solùm contemplantes, homines præclari ingenij, doctrina, & virtutibus pollentes, ad eos perquirendos, & lucrandos è longinquo venisse, relicto propriis sedibus, & commoditatibus, non parentes terrarum distantis, regionum varietati, marium periculis, & iis, quæ ante eorum oculos pariebantur: quibus addebant, cernere in eis animum incorruptum ab humanarum rerum amore, non concupiscentibus oblectamenta, diuitiasque eorum; sed potiùs vitam austeram amantibus, & salutem animarum sitientibus. Sic multi Iaponiæ, Ethiopiæ, Chinæ, & in aliis regionibus à nostris distitis commorantes, fidem feruenter amplexi sunt. Nec mirum, si id vrgeat animum, cùm inter ea, quæ Dominus recenset, vt acriter iudicet contemptores sui verbi, vnum sit, quòd propter salutem eorum longa itinera confecerit per ministros, sui Euangelij portitores. Quid Discipulis præcipit aduersus eos, qui non receperunt eos? Marc. 6. Excutite puluerem de pedibus vestris. Quid intenderit hoc signo, difficile explicatu est. Velitne quasi desperare de remedio; aut nec puluerem pedum in eis relinquere: vel, vt ipsi etiam defectus minimos tollant, ne impedimento sint Euangelio. Alia plura contemplari possem, contentus vna Theophylacti explicatione, qui ait: Ut ostenderet, quòd longam propter eos viam ambularent: & nihil eis profecit. Vide, quanto in pretio sit apud Deum labor suorum operariorum in transgendis prouinciis, & peragrandis regionibus, cùm onus graue super eos non recipientes imponat: quia non ad propria commoda his modis inhiabant; sed ad eorum procurandam salutem.

Cyroll.

Constit. S. Iga.

Matth. 11. Apor. 10. Luc. 8. & 13. & 4.

Theophyl.

CAPVT VIII.

Quot genera Missionum instituentia?

Cùm ergo Missionum terminos latè diffusos constituimus, explicandum est, quo pacto hæc inuifenda loca. Quædam magna, quædam parua sunt. Sic Missiones partienda, vt cuique sua opera locetur. Duo genera habet in vsu nostra Societas. Vnum, occupans ciuitatem, aut populum plurimum habitantium, vt ibi sedem figat, & ministeriis suis ad cultum debitum redigat: abusus, publica peccata, rixas, & inimicorum discordias abolendo, & ad pacem, rectamque viuendi formam trahendo. Aliud genus est, cùm loca parua, & paucorum incolentium nostri visitant, qui pertranseunt benefaciendo, & ægros curando, ad Confessionem eos excitando; ita vt omnes, aut penè omnes, fructum carpat ex hac doctrina. Hæc duo Missionum genera N. S. P. nobis proponit 7. part. Constitut. cap. 1. Siue, qui à Superioribus per diuersa loca mittuntur; siue ipsi eligant, ubi, & qua in re occupentur, vt discurrant, quacumque maius Dei, & Domini nostri obsequium, & animarum profectum assequi se posse arbitrentur; siue labor sit impendendus, non loca peragrandi diuersa, sed instabili, ac continua habitatione in aliquibus locis, ubi magnus diuina gloria, & obsequij prouentus sperantur. Sit nobis pro forma illa viuuda Francisci Xauerij virtus, qui & loca magnæ frequentæ priùs requisit, Goamque petiit, & spatio octo mensium, eam ex Ninie gentili, conuertit in fidelem, & virtutum amatent. Dein conuertit animum ad parua oppida, Piscariæ, & Comorini, vt percurrens, ea infatigabili charitate visitaret, instrueret, & ad formam Christianæ vitæ conuerteret; ita vt qui penè solum Christianorum nomen retinebant, hæc doctrina, & labore fidem, & mores ei respondententes forberent. Ita docti sumus à Christo Domino, qui & magnas vrbes, & parua oppida requirebat; illas incolendo, & per dies, & menses in eis insistenti; ista inuifendo, quasi volatu quodam percurrerebat: sic omnibus benefaciebat, & nulli luminis sui radios negabat.

Nec attendendum est in magnis oppidis, an doctrina careant, an abundant: quia sine præiudicio aliorum possunt falcem mittere nostri; nec vacuus reddetur labor: quia plura inuenient, quæ alios latebant, non culpa, aut negligentia sua; sed malitia, aut hominum infirmitate, qui nescio qua sultri ratione notos timent, ignotis se aperiant, & sua occulta crimina manifestant: estque diuinæ prouidentie opus, vt, quæ per multos, & doctos viros non perficiuntur, per ignotos, & parua notæ, ad effectum veniant, & debitum fortiantur finem; vt isti, humiles Deo adscribant; & illi, omni ratione humana abiecta eidem credant, qui talia operari solet medijs ipsi notis, nobis incognitis. Nec liuor vrgeat, & impedimento sit nouis operariis, quasi isti velint

A damnare tot Magistrorum, ac Doctorum vitam, & doctrinam; sed suas exponere merces, officinamque medicam aperire, vt ægri accurrant, & qua via velint, medicentur, & emant sibi ad salutem necessaria. Audeant hæc aggredi, & tot iudices suorum habere operum. Tamen minùs expertis, & probatis, illa verba referam Theodorici ad Agapitum Patrium iuuenem inexpertum, & lectum ad Consulibus munus: Magna res est contra artifices loqui, & apud illos aliquid agere, Theodorici: qui putant, se omnia providere. Lacare igitur tanto iudicio, quando autè suscipis electionis donum, quàm iure potuisses probare ingenium. Quis auderet loca ab Apostolo Paulo instructa attingere, & docere à tanto Magistro doctos? Non est discipulus supra magistrum. Sat, quòd Christus Dominus mittat discipulos in omnem ciuitatem; & locum, quòd erat ipse venturus; haud tamen vt discipuli mittantur, vbi ipse pedem fixerat. Quomodo ergo ad Titum 1. ait Paulus: Huius rei gratia reliqui te Creta, vt ea, quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates Episcopos, sicut & ego constitui tibi. Quæ enim restare possent corrigenda, cùm ab Apostolo recenter instructi fuerint? At docer nos, non omnia maiores, & valentiores perficere; sed relinquere de industria Deum, spicas ad manipulos conficiendos, in locis à messoribus cura, & diligentia requisitis, sicut Ruth contigit: ne existiment maiores, & antiquiores omnia valere sanare; sed multa relinqui nouis, & recentibus operariis; non, quia melioris notæ, aut doctiores, aut sanctiores; sed, vt illi, & isti in officio contineantur; & vt totum opus Deo committant, qui distribuit singulis, prout vult: quod exponens Hieronymus ibi, sic ait: Apostolica dignitatis est, Ecclesia iacere fundamentum: qui inferiores artifices sunt, possunt aedes supra fundamenta construere. Libentissimè concedamus, antiquioribus opus apostolicum illis reseruatum, & iecisse fundamenta. Vt sapiens Architectus posuit fundamentum, inquit Paulus: est, qui superedificet, &c. Non ipse totum perfecit opus; sed aliis reliquit perficiendum. Ita antiqui Patres id præstiterunt, quod est difficilius, & laudabilius: at nos spicas colligentes, & super fundamentum illorum, quæ nostra sunt, addentes, loca ab eis culta, cultiori impendio perficiamus. Et si quæ relicta sint (occulto Dei iudicio) inuisa, & ad manus nostras peruenerint, eis remedia adhibeamus. Quæ autem ministeria in grandioribus populis exercenda sint, infra dicemus. Solum moneo, hæc exercenda esse ea libertate, qua operarentur, si soli essent, & omni doctrina locus ille careret; seruata tamen prudentia, & charitate. Primum, tempora eligendo, quæ commodiora visa fuerunt ad Conciones, ne aliis impedimento sint. Secundum, ne videatur alios velle offendere, seque eis opponere; vnde opinionēs, & amulationes oriri solent: sed potiùs hæc fugiant præueniendo honore alios, eorum ministeria commendando, ac laudando. Tamen sua offerre haud cessent, vt vnus Dei causam omnes iustificent, & volentibus electio detur, copia oblata operariis. Si festina

Theodorici:

Luca 10:

Tit. 1.

Ruth 2:

Hieron:

1. Cor. 3. 16.



Solennitas in eorum Ecclesiis celebretur, Concionem vitent: etiam non inuitati interesse curent, vt omnibus modis vinciant, & gratos reddant tam popularium animos, quam eorum, qui possent inuidia pulsari.

Hormisda.

Ne tamen, vt contingere solet in magnis Vitis, arbitrentur eos inuisere, desiderio fundandi Collegia, aut eleemosynas extorquendi, lucrumque aliquod intendentes reportare, omnes moneant, aduentum suum hæc non habere pro fine; nec in mentem talia venisse: sed cum Hormisda ad Ioannem Episcopum Nicopolis, Legatos mittente ad res fidei augendas, dicant: *Ista charitas, ista communis salutis excitauit ambitio.* Hinc enim monstra quædam prodire solent; tam in opinione ciuium, inde occasionem fumantium, non modò male loquendi; sed à Concionibus recedendi, iactantium nostros cupiditate plenos, non ipsorum bonum, sed bona querere; quàm inter Ecclesiasticos eadem seminantes, quæ solent non parum labefactare, & opinionem nostrorum, & ministeriorum vtilitatem. Ne ergo serpat hæc pestis, certos omnes faciant, solum intendere, salutem animarum seruire, & solere Societatem talibus modis proximos iuuare, loca querendo, quæ suæ ditionis non sint, vt omnibus spiritualia impertiant bona. His hominibus contigit, quod Christus iuste damnare solebat in Phariseis, qui decimare iubebant legumina vilia, & legis præcepta obliuioni, & contemptui dabant. Ita planè isti solum intenti temporalibus, horum curam gerunt; ne ab aliis subferantur, aut rapiantur, auidè curant: at animas à Diabolo teneri non verant; sed ipsas produnt, & dedunt inimico, & à Dei salute alienant. Benè hoc damnat idem Hormisda ad Dorotheum Episcopum Thessalonicensem scribens: *Circa summa desideria, & parua curantes.* Nonne hoc est rerum vilia decimare, & legis præcepta contemnere?

Matth. 23. Luc. 11.

Idem.

Si tamen alia via impedimento sint huic operi, dicentes, se plures habere magistros, nulloque indigere auxilio aduentio; id fateantur libenter, & laudent operarios talis vineæ: verum, non satis ipsis esse, quod alij laborent, nisi ipsi Christi cooperatores efficiantur, cum ad id per obedientiam mittantur. Non quidem probitas aliorum nos probos facit; sed cuiuslibet propria esse debet virtus. Basilii lib. 2. contra Eunomium sic ait: *Neque enim equum velocem esse, facit patris erga cursum strenuitas: sed veluti cæterorum animalium probitas consideratur in singulis; sic quoque laus propria viri discernitur, quam præsentium bonorum in se comprobant argumentum.* Si populus non eget eorum laboribus, breuius consummabunt opus, & aliò iter suum dirigent: non tamen desistant ab incepto, cum certum sit, hæc inimici esse iacula, vt latens malum haud prodar, forsque exeat. Idem Hormisda ad Episcopos Orientis scribens, laudat amatores spatiofarum regionum, vbi fructus latens inuenitur, si requiratur: *Exigna visa sunt spatiosarum inuernalium regionum, & labores ipsi, pro quadam consolatione incundi, dum sera ather, quod seruari, acciperet.* Seram vocat, quæ fructus tardè largitur, & sæpè excitata nondum ad salutem peruenit: licet enim in his locis multi inueniantur venatores, aut velut agricolæ; non

Basil.

Hormisda.

A omnes prendiderunt retibus suis, nec omnes terræ partus acceperunt; adhuc multa inculta manent, & quæ industria denuò venientium illaqueentur. Quod manifestissimè ostendit notatum à Sinaïta 9. Hexamer. exponente verba illa 2. cap. Genes. cum enim Deus Euam edificasset ex Adami costa, ait sacer Textus: *Adduxit eam ad Adam.* non inquit, ostendit, cum ipso præsentè facta, & formata fuerit; & solum deerat ipsam cernere: *Vnde adduxit eam Deus ad Adamum: illud enim, adduxit eam, significat, quòd postquam ipsa facta est, aliquò aufugit, & procul separata fuit à suo viro. Deinde Deus iam conuersam reduxit ad Adamum spirituales, & Seruatorem, eius coniungem Ecclesiam.* Ita planè accidit iis, qui præsentès plures habent; corporaliter tamen longè ab eis aufugiant nolentes conuerti, & ad poenitentiam venire, quos denuò adducit Dominus, & per nuperos Concionatores ad vitæ mutationem excitat, & quasi à longè venientes, amplectitur. Quis nouit consilia Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Paueant omnes, & pareant Dei iussionibus, & sciant, despectui habitos, & ignotos ministros, plus posse breui interuallo, quàm plurimos doctos, & assuetos laboribus, ab omnibusque notos, & magnæ apud eos estimationis.

Genes. 2.

Sinaïta.

Cùm enim locus quasi Metropolis, & Sedes electus, quauis multum, & numerosum populum contineat, incultus sit, vacuusque operariorum, & quasi desertus videatur, vbi rudes homines, & in magna degunt ignorantia; vbi vitia sedem obtinent, & prauis vltis vigent; vbi serpunt vitia, & nullum habent correctorem; ibi liberius promoueant operas suas, fidentius agant, & maiori fulciantur spe magnas reportandi victorias; non, quia soli, & liberi ab aliqua emulatione sociorum, & eiusdem artis hominibus; sed, quia soli & deserti populi vberiores fructus promittunt. Non iussit Dominus excidere vltimum, aut aliam syluestrem arborem; sed ficulneam frugiferam, & cultam longo tempore: quia maiori tenentur debito, qui plus receperunt, per pluresque annos à Deo culti beneficiis, obligati sunt. Ergo ligna, quæ nullum tale beneficium senserunt, in spe viuunt futurorum bonorum, vt laboribus, & cultui obligata, ferant fructus dignos poenitentia. Securis non minatur has infructiferas arbores; sed eas, quas genimina viperarum vocat Ioannes, alloquens, & arguens gentilitium suum, eos, videlicet, qui multis aucti beneficiis, debitores iam extiterant ferendi fructus virtutum. De his loquitur aperte Matth. 3. & Luc. 3. eadem repentes verba. Ob id enim genimina viperarum Iudæos vocat, quòd parentes spirituales necauerunt. Ita Chrysof. hom. 12. in Matth. *Tales erant Iudæi, qui patres spirituales eorum, atque Doctores occidebant.* Quid, quòd quærebant Ioannem, & auidè verba eius audiebant? At ille non exterius facta attendens; sed mentem alienatam à vera poenitentia, eos arguit, & minatur, quasi iam instaret punitio. Ita idem Chrysof. ibi: *Quid autem, si inuenit eos peccantes; sed incipientes conuerti? Non debebat eis conuertiari, sed permulcere? Dicendum, quòd non adhibebat mentem iis, quæ fiebant exterius, mentis eorum arcana cognouerat Domino reuelante.* Tales quidem hoc merentur supplicio puniri, qui tantum

Luc. 13.

Chrysof.

Idem.

non eatenus Christianam portant nomen, operibus contradicunt, & à poenitentia abalienantur. At illos, qui defectu Magistrorum rudes, & ignaui persistunt, similes esse conicio iis, quos lapides eodem loco Ioannes Præcursor appellat aïens: *Potest enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham.* Quasi opponens multos homines, alias satis edoctis & instructis, quorum isti fructus ferre neglexerant; illi in spe viuunt imitandi Abraham virtutes, quo pacto, etsi non à carne eius procedant, filij nuncupari merebuntur: *Quid enim* (inquit Ambros. in Lucam super hunc locum) *aliud quam lapides habebantur, qui lapidibus seruebant? Prophetatur igitur saxosis Gentilium fides infundenda pectoribus, & suueros per fidem Abraham filios oracula pollicetur.* Non quòd mereantur ob duritiam suam talem capere sortem; sed quia talis est Deus, vt soleat maiora propinare remedia iis, qui cæteris inferioris notæ sunt, id est, vt plùs eius bonitas, & clementia eluceat, qui desertà petit, vt hac arida, & inaquosa redundantibus fluctibus ad fertilitatem reducat. Hoc antè oculos habendum, vbi maior peccatorum timetur copia, & terra in salum conuersa, infrugifera apparet: quod enim hoc haud considerantibus solet spei detrimento esse; agnoscentibus Dei morem, stimulos addit ad identius operandum, & insistendum in cultura deserti campi: quæ enim multo tempore, longo tractu annorum, Diabolus firmauerat, breui dierum spatio mutantur, & faciem præferunt diuersam, ita vt dicatur meritò: *Hæc mutatio dextera Excelsi.* Libera potestas permittit Diabolo sex millibus annorum ad nocendum, vt habetur Apoc. 13. n. 18. sex diebus reparata fuit, ac si nunquam nocuisset, nec abusus esset sua potentia; quemadmodum sex diebus vniuersum Deus condidit, & perfecit: quia eiusmodi spatia, futurorum prædicabant ordinem, & efficaciam. Hæc Irenæus notanter docuit 5. lib. aduersus hæreses: *In recapitulationem vniuersæ apostasia eius, quæ facta est in sex millibus annorum, consummavit Deus die sexto omnia opera sua, quæ fecit: hoc autem est, & antè factorum enarratio, quemadmodum facta sunt; & futurorum prophetia: est enim dies Domini quasi mille anni.* Quæ enim iactura spei timeri potest, etiam si se obtutui nostro obiciant populi omni destituti virtute, & omnibus vitiis oppleti, & spatiose in his enutriti, cum tamen Dei virtus adeò virilis sit, & fortis, vt mille annorum tempus consumat, & restituat ad primæuum vitorem in vna die: est enim dies Domini quasi mille anni. Animosè ergo hoc opus in Deo fidentes aggrediamur, & aduersus vitia clamemus voce prophetica: Adhuc tres dies, (non quadraginta,) & Niniue antiqua, & inueterata vitis vi verbi subuertetur, & conuertetur in nouam Deo timentem, & dignam poenitentiam agentem. Initiò accessus nostiorum, Diabolo mouente, & suggerente, onerant operarios, referendo populorum duritiam, impietatem, quantis malis obligati omnes, quanta scandala exorta, quæ rixæ, iniustitiæ, Sacramentorum nauis occu-pent omnium animos: ita vt cù Abraham dicere possent: *Non est timor Dei in loco isto.* Ictus iste cor nostrorum petit, vt animos deiectos,

Luc. 3. 8.

Ambros.

Apoc. 13. 18.

Irenæus.

Iona 3.

Gen. 20.

& fractos reddat, & ab inceptis desistere faciat, quasi obrutos malorum, quibus mederi non possent, abundantia. At animosus I E S V miles exerere vires tunc tenetur, & sui obliuiosus factus, Ducis sui potentia recordari, & dicere: *Dies Domini, mille anni sunt.* Et quæ Diabolus per tot spatia seminauit, fouit, perfecit, vno, breuique die potest I E S V S per indignos ministros suos euellere, ac eradicare. Ita exanimis redde-re conatus est hostis filios Israël, ne terram promissam ingrederentur, fingens homines turribus similes ex aduerso stare, ciuitatum muros caelos pertingere; qui verò pugnaturi essent similes locustis, multò illis numero, & fortitudine inferiores, quibus repugnauerunt Caleb, & Iosue dicentes: *Dominus nobiscum est, nolite metuerè.* Cur Eua non sicut Adam ex terra compacta, sed ex ipsa terra costa composita, & edificata? Ideò ne deus femina animum abiectum haberet, contemplas naturam suam; sed attenderet ad eum, in quo fortis effecta valeret omnibus obistere. Sinaïta 9. Hexam. de Christo loquens: *Factus enim homo animatus Ecclesiam ex se edificauit animarum spiritu sancto.* Ibi robur, & vigor debiliuam ad debellandos rebelles, & induratos hostes, ad vitia expugnandum, & destruendum, ne timidè magnitudine eorum, fugam meditemur, & doctra inimicis demus.

Num. 14. 9.

Genes. 2.

Sinaïta.

Nihilominus censeo, in populis hunc statum habentibus pedetentim esse procedendum, nec eis initio omnia ostendenda, quæ in animo gerunt operarij; non quidem vt omit-tant, sed vt tempore congruo ea propinent, ne fatiatis copia mediorum, multitudine Concio-num, exemplorum tædio affectis in nauisam prouocentur, indèque inescati recedant ieiuni, & contemptui dent, quæ illis bona promittuntur. Paucis ergo initio contenti hos homines industria capiant, & potius famelicos mitant, vt plùs desideret: si enim degustauerint bona illis oblata, ipsi ad plura animum protendent, quàm eis offerenda sint: quod frequens est in similibus euentibus: & mira mutatione rerum, quæ fastidierant, appetunt postea, & auidius ea exposcunt, magno talium hominum prouentu. Quod disertè docuit Sanctus Gaudentius tract. 5. in Exodum, componens duo euangelica testimonia, quæ sibi aduersari videntur. Marci 6. iubentur Discipuli calceamenta portare: contra Matth. 7. nudis incedere pedibus. Ob mysterium planè illi calceati in præparationem Euangelij pacis, viam conficiunt. Rationem reddit: *Propter incredulos, & parua fidei homines, iubentur in via prædicationis calceamenta habere, vt verbum Dei calceatum, & coniectum propter spinas, & tribulos blasphemantium prædicent.* Calceatum Euangelium portant, ne in totum, quæ futura sint, aperiant; sed paulatim ad præsentia, vel citò ventura eos inuitent, cum parata sint omnia, & altitia occisa, ne leui causa moti excusentur, quod & ipsis nauisam patientibus vile est; qui enim præproperè vocantur, si aures claudant, maioris pænæ rei effecti è medio tollunt, quæ eos mouere possent. Cur, quæso, Marci 4. dictum est: *Non videntes non videant, & audientes non intelligant?* Num idèò vt in pœnam peccatorum, etiam manifesta illis occultentur, & facile

Gaudent.

intelligi, inintelligibilia reddantur: Non utique penam sonant hæc verba, sed optimum ostendunt consilium: qui enim huius sortis sunt homines, ut diuina despectui habeant, verba Dei auerfentur, ad mundi simulacra conuersi: his pauca prodenda sunt, ne ea videntes, & non acceptantes, potius obcæcentur, quam illustrentur: *Ne in maiorem redargutionem sit eis, quod, cum intelligerent, noluerunt facere,* inquit Theophylactus. Pauca ergo aperienda iis, qui secularibus adstricti tenentur, & parum curant diuina.

Theophyl.  
in d. cap. 4.

Aliud genus Missionum est, (ut retulimus ex Ignatii doctrina,) cum per diuersa loca peraguntur nostri. Hoc dupliciter fieri solet. Primo ex illo loco, ubi fixerunt sedem, ad vicina descendendo, & odore affecta eorum, quæ à principali Sede ea transportari solent, aut appetunt Patres, secum tenere, & eorum doctrina instrui. Fit tamen sine graui principalis Sedis præiudicio; imò omnes congaudent de vicinorum bono, & profectu. Ita non deserendo præcipuum locum, ad alios homines se extendunt, quos instruunt paucorum dierum spatio; & cum minor in ciuitate frequentia est Concionum, aut negotiorum. Fiunt etiam secundo, cum sine respectu ad aliquam quasi arcem, vicatim discurrunt per tres, aut quatuor dies, singula vicinia perquirentes, & eis commoda apponentes ferula, ut saginentur de Deo, & Christiana disciplina imbuan- tur; qua via, & veterem deserunt, & per aliam in regionem pergunt suam. Hæc duo S. Pater docuit. Primum, 7. p. Const. cap. 1. §. 7. *Ut in locis vicinis animarum auxilio seruiens, postmodum ad sue residentia locum redeat.* Secundi generis eodem capite verba dedimus initio huius. Nec enim ideò paruo tempore hæc percurrenda sunt loca, quia pauperes ibi degunt homines, agrestes mores gerentes: sed, quia in eis pauci vicini resident; nec multis eos instruere oportet ob incapacitatem: satis enim erit, eos docere, quid sit graue peccatum in præceptis; & capita fidei nostræ; quomodo ut Christiani gerere se debeant, ne abusus admittant. Hinc enim magnæ exoriuntur vtilitates: verè enim inueniuntur inter paucos grauissima scelera, quæ pondere suo eos in Infernum deprimebant; & miseri, non audentes conscientia finium aperire, in periculo æterni interitus degebant: at extraneorum præsentia eos audaces facit, rectè confitendi formam discunt, & damna longo tempore contracta reparant, eorum admonitione cautiore, & instructiores redditi. Deinde, nec talia peccata patrare audent, nec si fortè ad vomitum redeunt, ea occultant: sed absentium remedia querunt, qui suis Parochis non auderent ea aperire. Nec contemnenda hæc discurrendi forma per vi- cos, & vicinia parua, cum Dominus ad instructionem nostram id docuerit exemplo, de quo Marci 6. *Et circumbar castella in circuitu docens.* Non omnes in vno cogebat loco; sed singula visitabat, & in eis, doctrina sua eos monebat: nec in vno continebatur eius charitas, sed plura circuncurſabat, ut omnibus vitæ documenta elargiretur. Hinc Theophylactus eleganter colligit: *Nos imitatores Christi effecti, haud contempni demus vilia oppida, magnitudine,*

Const. S.  
Ignat.

Marci 6.

Theophyl.

*& opulentia ciuitatum allecti, sed parua loca requiramus, ubi anima degunt Christi Sanguine decorata, & pro quibus, & Inferna clausit, & Calum aperuit: ut discamus parua non spernere, neque magnas semper querere ciuitates, sed verbum Dei in vicis abiectis, & vilibus seminare.*

Alia via hæc breues Missiones instituuntur etiam inuisendo magna loca; non ut ibi sedes figatur; sed per aliquot dies quadam ministeria quasi signa mercium ostendendo, quæ homines, ibi commorantes, in Societatis notitiam trahant, ut eorum desiderio teneantur, ut possulent huius generis Viros, qui iugiter talia repetant. Id contigit nostro Xauerio. Ut in Indiam proficisceretur missus, Portugalliam peruenit, & Regiam occupauit, ubi ne otio langueret spiritus eius feruens, docere cæpir maiores, puerosque fidei initia. Cum enim pergere veller, & in Prouinciam sibi traditam abire, ecce aulici Regem adeunt, & crudelitatis arguunt, qui Virum tam vtilem, cum semel solum eorum occuparet, ab eis tollerent, ut traderet hominibus extraneis, & feris similibus. Quid enim faceret, si perpetuò nobiscum degeret, qui paucorum dierum spatio talem morum mutationem confecerit? Hæc maxima vtilitas ex breuibus Missionibus, etiam in locis maiora exigentibus; quia ex illis initiis hæc colligi, haud difficile est. Samaritanorum Prouinciam Philippus Diaconus inuiserat, quo auctore sitis fidei excitata est in eis. Legatos mittunt ad Viros primos Ierosolymæ degentes, Actor. 8. Et facto concilio, Petrum, & Ioannem miserunt ad eos; & quod ille mouerat paucis diebus, isti promouerunt, & per- fecerunt, otiosius apud eos commorando: quia illi concessa sunt parua; istis dona magna impertita. Inquit Theophylactus ibi: *Baptizati sunt duntaxat, tanquam discipulis: domum autem, ac gratiam Sancti Spiritus, tanquam rem perfectiorum, addunt Apostoli.* Ita solet frequenter euenire. Aliqui Primores dant initia, quæ ad maiora audientes excitant: licet enim Deus non probaret primæuos fructus, quos primitiuos dicimus; necessarii tamen erant, ut sequentes arbor proferret: illa, velut violenta, & non satis cocta reiciebat; hæc tanquam perfecta, & securiora acceptabat. Rationem reddit Io- Ioseph. sephus 4. Antiquit. c. 6. *Non enim secundum tempus hoc illatum est, dum natura præter tempus vim fecisse videatur.* Immaturi fructus lucem vident, cum per transitum verbum in magnis locis traditur. At isti sæpè necessarii, ut maturi colligantur, & spatiosius maiora discant, quibus in totum mutantur. Alias excursiones existimo instituendas esse, videlicet, in locis, ubi sedem certam habet Societas. Si ciuitates magnæ sint, in quibus contingit frequenter, ut vicinitas sit copiosa sub Parochiali Ecclesia, distantia haud parua, à Collegio dista nostros nesciat. Vnde institui possunt (ac si loca distarent à Collegio) eiusmodi ministeria, iuxta templum sedem legendo, & in illo Conciones, & alia exercitia, ac Confessiones quotidie, omnibus præcipuè ad illam Parochiam spectantibus, propinando: vnde credo vberes fructus colligi posse.

## CAPVT IX.

## Qui mittendi sint.

Haud arbitrandum est, sine delectu mittendos ad has excursiones omnes; cum primum id onus incumbat iis Viris, quos probatos habet Societas: ob id enim eos Profef- sos vocat litteris, & virtute, ac experientia notos. Ita mentem explico nostrarum Consti- tutionum, in quibus iis hominibus hoc com- mendatur opus, & ut semper parati sint, ab aliis occupationibus liberati, & voto speciali ad- stringit ad excursiones eiusmodi conscien- dum. At Missionum labor, cum Societati in- cumbat, non ad hoc solum spectare existiman- dum est; sed ad alios, qui ad hunc gradum mi- nimè peruenere. Ipsa enim, suorum notitiam comparat, & iudicat, qui idonei sunt, ut mit- tantur: quod prudentissimè in Examine nota- uit S. Pater Ignatius cap. 4. Superiores allo- quens, ut suorum agnitionem teneant: *Vel propensionum, vel motionum animi, & ad quos defectus, vel peccata fuerint, vel sint magis propensi, & inci- tati, ut eius rei habita ratione, melius ipsos dirigere possit, nec supra mensuram virium suarum, in pericu- lis, vel laboribus grauioribus, quam in Domino suaui- ter ferre possint, constituat.* Homines querit obe- dientia deditos, in qua probatos esse vult, ut docet 8. p. Const. cap. 1. §. 3. quos remouere iu- bet ab incepto, si inobedientia signa præbeant. Illi quidem aptissimi censentur, qui directio- ne Superiorum, aut Socij, quæ per se non va- lerent, horum auxilio optimè disponant. Et ut prudentiâ B. Patris agnoscas, audi, quid doceat 7. p. Const. c. 2. littera F: *Primum (inquit) ad res grauiiores, & in quibus plus refert non errare, mitti viros magis delectos, quibusque magis confi- datur: oportet enim in rebus, quæ corporis labores maiores exigant, qui robustiores, & saniores: ubi pericula spiritualia sint, qui in virtute magis probati, & securiores: ubi litterati, prudentes, &c. Homi- nes litteris ornati. Hi enim lectionibus, & colloquiis magis iuuare possunt.* Ad populum vplurimum aptiores erunt, qui talento prædicationis, & audien- darum Confessionum pollent. Hæc sic distribuit munia, ut vnicuique sua pars respondeat.

S. Ignatij  
Examen.

Constit.  
S. Ignatij.

Si enim de Missionibus loqueremur, ad quas B. P. Franciscus Xauerius in India vocabat Soc- ios, duo ad illas necessaria esse affirmabat; Viros virtute ornatos; & fortes ad sufferen- dos labores, quibus abundat regio illa; non quidem doctrina pollentes, quia ibi tantum capita fidei doceantur, & præcepta diuina exponuntur. At in excursionibus nostri Orbis, licet duæ primæ conditiones pernecessariæ sint, doctrina etiam indigent operarij: quia etiam in paruis vicis, & montuosis regionibus, inter homines agrestes viuentes, multa diffi- lia occurrunt, ad quæ scientia peritia pluri- mum valet. Imò ideò audacter ad nostros cur- runt hi, qui oneratas peccatis fœtidis con- scientias sentiunt: quia arbitrantur se aliter non posse medicari, & à tot grauibus malis liberari. Contrahunt matrimonia impedimen- tis irretiti vota ignoranter emittunt; Con- fessione plurima detrahunt; turpibus vitiis de-

diti committunt inuisitata, & à natura aliena. Vnde videtur colligi, etiam inter nostros plurimis denegandam esse hanc occupatio- nem, præcipuè adolescentibus, qui quidem, quamuis polleant doctrina necessaria, saltem ad has dissoluendas difficultates; tamen metu plena res videtur, eos inter tot constituere pe- ricula, & inexpertis, quæ magnam petunt ex- perientiam, ardua negotia commendare. Se- natu orante coram Iustino, ut Iustinianum crearet Cæsarem, respondit prudens Princeps, *Vobis optandum est, ne hanc iunior aliquis induat.* Quid de non mi- nus periculofiori munere? Non quidem vi- detur commendandum iunioribus; qui qui- dem in periculo versabuntur, aut opus non perficient, & culpa sua non respondebit eis di- uinæ gratiæ copia. Iudic. 2. *gens de miris vir- tutibus, quibus Deus suam gentem illustraue- rat, de populo loquens ait: Et nouerunt omnia opera Domini, quæ fecerat cum Israël.* Origenes addit: *Cognouerunt opera Dei magna.* Estne ali- quod diuini ingenij opus paruum? Ita planè, non quidem ut opus à Deo est, sed ut nobiscum operatur, qui si imperfectè aggrediamur id, quod Dei nomine gerimus, opus illud par- uum erit. Sic habet: *Ego arbitror, quod omne opus Domini magnum est: sed si pro capacitate eorum, quibus operatur, sibi inuicem comparentur, magna opera Domini dicuntur, vel parua.* Hoc timeti potest, si homines nanciscantur ob ætatem, & morum dubiam securitatem, minùs ad has excursiones apti: quia ea, quæ magna essent, ab aliis tractata in eorum potestate, vel leuia, vel inutilia redduntur.

Arbitror nihilominùs, hoc genus occupa- tionis adeò proprium esse Societatis, ut licet spectet ad primauios, non excludendi sint mi- nores, & rudiores, ut ferè nulli ad id perficien- dum excludi possint: quia, licet non omnes æqualia fortiantur talenta, vel publicè pro suggestu loquendi, vel priuatim cum homi- nibus agendi; tamen omnes idonei sunt ad Missionum occupationem: quia hanc Societas gratiam à Deo adeptæ est, ut mittat filios suos in omnem mundi plagam ad erudiendum ru- des homines. Si enim malitia supplet ætatem, ut dici solet, hic vocationis gratia omnes suf- focat defectus: quod & credi potest cognitis instituto nostro, & viuendi ratione; & certius docente experientia, sæpissimè, & frequentis- simè videmus, etiam in magnis locis, iuuenes, & non magno dicendi talento ornatos, in conspectu magnorum Virorum, populos, ac si nunquam verbum Dei audissent, post se ra- pere, & eorum corda mulcere, deuotionem eis imbuere, ad penitentiam prouocare, ardua negotia summa dexteritate tractare, inimicitias veteranas componere, pacificare omnia antiquata, & penè relicta sine remedio pecca- ta tollere. Quis hæc tam mira operatur? Homo extraneus, ignorus, mediocris talenti iuuenis, inexpertus, pauper, sine Bibliotheca apparatus, sine grauitate, quæ alios posset dissimulare de- fectus? Non utique: sed valens manus Omni- potentis, quæ hæc debilia instrumenta, talia, ad gloriam nominis sui, exequi vult, ne gloriatur omnis caro, nec robore amisso, qui talis est, se inutilem credat; nec cum viderit feliciter succedere,

Zonaras  
3. Annal.

Iudic. 2.

Orig.



1. Machab. 5. 61. *quos fiebat salui in Israël. Haud hoc superbe dicitur; sed, quæ Dei sunt, concessa Societati fate-mur, cum experti simus, sicut talia per infantes, & lactentes perficiantur; per maiores, & veteranos minimè fieri. Illos ergo talentorum, & apparatus defectus diuina supplet gratia: quia alciuit sibi Deus ad operas suos hos Viros, quibuscum per minimos magna operetur. Necessitati nascendi tribuit Leo miseram peccandi conditionem, Sermon. 5. de Natiuitate: Cum de sola conditione nascendi una esset cunctis causa peccandi. Id fateor. Verùm, quis neget hac non obstante misera conditione, per gratiam ab ea liberari necessitate. Id publicè dicitur, de iis loquens hominibus, qui à communi aliorum sorte liberantur, gratia accessu, qua idonei redduntur ad omnem expeditionem, licet difficultatibus obfitam. Si enim ad ea, quæ in prospectu sunt, attendendum foret, dicere possemus cum Ambrosio de obitu fratris: Non omnes ad docendum idonei: utinam omnes ad discendum habiles. At iam dicta vocationis gratia nostri adiuti, & ad dicendum, & ad docendum idonei reperiuntur. Nec in alio munere adeò hæc veritas obtutui cernenda se offert, quam in isto, de quo agimus, in quo videre licet, quod in primitiua contigit Ecclesia, vbi per idiotas, & indoctos mira diuina operabatur gratia, & suam satiabat voluntatem. Fauet enim gratia adeò nostris, vt, quemadmodum in locis mari vicinis audaces pueri ipsum salum petunt, & quasi ipsius ferociam vincunt, non timentes eius fluctus, & spumolos procellarum incurfus: ita Societatis infantia ab ingressu, & ipso tyrociniò pericula amat, has incurfiones appetit, occasiones docendi alios querit, fidei capita ingerit, inter loquacitatem astantium. Ezechielis 1. rotæ magnitudine & altitudine; motuque suo mirabiles, aliud, quo metum iniicerent, præferebant: erant enim quasi visio maris, quod non assuetis timorem incutit. Cur hæc in rotis istis similitudo? Rationem reddit Rupertus: qui enim similes his sunt, Dei opus velociter exequentibus, omnem depellere metum tenentur, qualem maris facies, & per eam nauigatio excitare solet. Visio siquidem maris inexpertis tremenda est: expertis autem, & animo constantibus tolerabilis. Hoc spiritus incurfu, initia sumunt huius Societatis alumni, & statim ad hæc tam magna se parant, nihil timentes, & proximorum salutem hac via sitientes. Agnoscunt se ad ista vocari; & tribuunt libentissimè Deo, quæ sua sunt, nec deprimunt desideria, conspecta propria facie; sed erigunt, anheli- que maiora perunt, quam vires suppetant in Deo fidentes. Et quemadmodum hæc bellicosos viros creant; tumentes, & de talentis suis præsumentes humiliant, ne sibi tribuant & gratiam pro suggestu loquendi, & populorum frequentia, & morum mutationes; sed Deo, cuius vices gerunt, & legatione funguntur. Loquens Clemens Rom. 2. lib. Conf. Apost. c. 1. de electis viris in ætate tenera ad magna vocatis, Salomone 12. annorum, Iosia 8. Iosias septem, inquit: *Vt sic fiat, in consuetudine, & mode-**

A *stia senectutem præferens, is constituatur in pace.* Pulcherrimè ornata quasi armis appositis apparuit Judith ad instruendam aciem aduersus Ducem Babyloniorum. Captus fuit, & irretitus his vinculis: quod sentiens prudens femina, aula est eum ad mortem vique manu sua trahere. Sed ne tanta victoria non merenti daretur, scilicet, pulchritudini miræ, ornataui, gratiæ mouendi pedes, Hieronymus eam his omnibus expoliens, & in viduitatis habitu ei noto ponens, oratorium petenti, cilicia coaptanti corpori, orationi instanti, lectioni vacanti, ieiunius corpus affligenti eam concedit. Hæc (inquit) arma sunt, quibus mulier tam miram partem est victoriam. Habitu repente mutato, ad vi- dices fordes rediit, omnibus saculi cultibus mundiores. Hæc fordes arma fuerunt, quibus ferocem Principem vita femina priuaui, his confudit Babylonios, & in pauorem, ac timiditatem adduxit, vt multi, & strenui milites, pusillum Hebræorum exercitum fugerent, prædicantes à femina hanc sumptis viri virtutem, imbelles, & exarmati, aduersariis facti superiores. Ne ergo existimet quis, pulcherrimum ornatum verborum, talentorum magnitudinem, hostes deiciisse; sed fordes abiectas, & orationis instantiam, cum ieiunius, & afflictionibus corporis coniunctas, hæc mira confecisse, diuina adiuuante gratia eos, qui minus de se confidunt, non per alios maioribus pollentes naturæ dotibus. Nec abs re esse potest, quod Iacobo contigit cum viro illo, quocum inuit certamen: ipse totis viribus eum superare conabatur: brachiis, pedibus, dexteritatæque sua ed tendebat: at nihil consequi poterat, quousque ab aduersario prodit virtus adiuuans Iacobum, eique secundam fortunam promittens: hæc fortis factus vicit, obtinuit, & præualuit ad Angelum. Non ergo victoria danda est Iacobi dexteritati, viribus, conatibus; sed gratiæ ab eo venienti, qui se vinci passus est, vt eum benedictionibus oneraret. Ex Chrysolologo hoc accipe Sermon. 131.

D *Vt promouenti homini Deus totus in ludam offeratur: & tunc videatur nervus, ac lacertis vincere, quando victor caelestia dat dona, munera dat diuina.* Non quidem naturæ hoc opus est, sed gratiæ; non fortis nostræ, sed diuinæ lectionis: quibus adiutus alis latro è cruce cælum petit, qui indignus visus est prope Christum in ea pendere. Num nobilitatis, humanæ conditionis, virium fulcitus fauore hæc affectus est bona? Ambrosius respondeat 4. Hexamer. c. 4. *Non beneficio natiuitatis sua; sed fidei confessione ad Paradisum aternam transiit.* Petrum in tetro carcere iacentem, catenis vincitum, militibus circumdatum, quis stellarum influxus liberauit, & ab Agrippæ manibus extraxit? *Angelus Christi, non stellarum series liberauit,* ait idem Author. Paulum frigore stupidum à vipera percussum, ne venenum eius contraheret, quis defendit? Num viribus destitutus tantum facinus aggredi poterat: aut medicaminum applicatione sic erptus sanus extitit? *Non remedia natiuitatis, sed deuotionis merita seruaerunt.* concludit Sanctus Doctor. Vt scias, cui fidenda salus mortalium, vnde supplendi defectus, qua via tentanda inaccessa, & à quo talenta ad plenum perfectionis cumulum perueniant. Nec frustra, cum Deus de legatione cogitaret, hominem sui moris

1. Machab. 5. 61. *quos fiebat salui in Israël. Haud hoc superbe dicitur; sed, quæ Dei sunt, concessa Societati fate-mur, cum experti simus, sicut talia per infantes, & lactentes perficiantur; per maiores, & veteranos minimè fieri. Illos ergo talentorum, & apparatus defectus diuina supplet gratia: quia alciuit sibi Deus ad operas suos hos Viros, quibuscum per minimos magna operetur. Necessitati nascendi tribuit Leo miseram peccandi conditionem, Sermon. 5. de Natiuitate: Cum de sola conditione nascendi una esset cunctis causa peccandi. Id fateor. Verùm, quis neget hac non obstante misera conditione, per gratiam ab ea liberari necessitate. Id publicè dicitur, de iis loquens hominibus, qui à communi aliorum sorte liberantur, gratia accessu, qua idonei redduntur ad omnem expeditionem, licet difficultatibus obfitam. Si enim ad ea, quæ in prospectu sunt, attendendum foret, dicere possemus cum Ambrosio de obitu fratris: Non omnes ad docendum idonei: utinam omnes ad discendum habiles. At iam dicta vocationis gratia nostri adiuti, & ad dicendum, & ad docendum idonei reperiuntur. Nec in alio munere adeò hæc veritas obtutui cernenda se offert, quam in isto, de quo agimus, in quo videre licet, quod in primitiua contigit Ecclesia, vbi per idiotas, & indoctos mira diuina operabatur gratia, & suam satiabat voluntatem. Fauet enim gratia adeò nostris, vt, quemadmodum in locis mari vicinis audaces pueri ipsum salum petunt, & quasi ipsius ferociam vincunt, non timentes eius fluctus, & spumolos procellarum incurfus: ita Societatis infantia ab ingressu, & ipso tyrociniò pericula amat, has incurfiones appetit, occasiones docendi alios querit, fidei capita ingerit, inter loquacitatem astantium. Ezechielis 1. rotæ magnitudine & altitudine; motuque suo mirabiles, aliud, quo metum iniicerent, præferebant: erant enim quasi visio maris, quod non assuetis timorem incutit. Cur hæc in rotis istis similitudo? Rationem reddit Rupertus: qui enim similes his sunt, Dei opus velociter exequentibus, omnem depellere metum tenentur, qualem maris facies, & per eam nauigatio excitare solet. Visio siquidem maris inexpertis tremenda est: expertis autem, & animo constantibus tolerabilis. Hoc spiritus incurfu, initia sumunt huius Societatis alumni, & statim ad hæc tam magna se parant, nihil timentes, & proximorum salutem hac via sitientes. Agnoscunt se ad ista vocari; & tribuunt libentissimè Deo, quæ sua sunt, nec deprimunt desideria, conspecta propria facie; sed erigunt, anheli- que maiora perunt, quam vires suppetant in Deo fidentes. Et quemadmodum hæc bellicosos viros creant; tumentes, & de talentis suis præsumentes humiliant, ne sibi tribuant & gratiam pro suggestu loquendi, & populorum frequentia, & morum mutationes; sed Deo, cuius vices gerunt, & legatione funguntur. Loquens Clemens Rom. 2. lib. Conf. Apost. c. 1. de electis viris in ætate tenera ad magna vocatis, Salomone 12. annorum, Iosia 8. Iosias septem, inquit: *Vt sic fiat, in consuetudine, & mode-**

ris querit, apparet fastu regio ornatus, in throno magni splendoris; conspicuus tamen, vt ad reuerentiam excitet, & metum incutiat, ne fortè minister viribus destitutus, ab expeditione diffugiat, & coperari Deo volenti ipsum assumere reuatur. Vt ergo credat in Deo esse, quæ ei deesse cernit, regiam maiestatem oculit, brachij potentia proditur. Ita paucis Petrus Chrysol. supra: *Vt agnosceret, nisi à Deo Rege rogantur Reges, ipsos, cum sine homines, nihil regere posse rectores.* Hæc diuina virtus, qua parui, magni efficiuntur, alios mouet, populos excitat, pietatem inducit, Religionis ardorem accendit, vitia debilitat, mores componit, & ad bonum omnes inclinat. In lege 16. de Episcopis, & Clericis, ponitur Confessio cuiusdam Constantij, quondam Hæretici, qui in huius veritatis confirmationem aiebat: *Gaudere, & gloriari ex fide semper volumus, scientes magis religionibus, quam officiis, & labore corporis, vel sudore nostram Republicam contineri.* Hæc arma, quibus potentia aduersus hostes conflatur. In initio Societatis, cum Ignarius Romæ publicè concionaretur, minus callens Italicam linguam, non pauca barbarè recitabat, quæ notabantur à peritis. At hæc ipsa tam vehementi ornata spiritu referēbat, vt ad lacrymas prouocaret, conuersionem audientium extorqueret: quia, vbi Deus loquitur, parum compta verba, velut efficacissima medicamina, operantur, & malis remedium afferunt. Compluti aderat Franciscus de Villanuenta, Institutor & Fundator illius Collegij, penè laicus, homo rudis, & in exterioribus, ac temporalibus, humilibusque officiis occupatus, adeò vt ipse straret domus ingressum, & lapidibus componeret; quem doctissimi illius Academiae circumdantes, dum hoc opus perficeret, audiebant, & de ore eius cadebant verba, quæ ipsi fatebantur, post tot studia nunquam inuenisse, aut legisse. Quibus tam vtilis operarius ad exercitia plurimos perducebat, & Doctorum, ac sapientium victoriam reportabat. Cum hæc in nostris codicibus passim legantur, quis timebit paruitatem ingenij, linguæ imperitiam, & gracilitatem, doctrinæ tenerritudinem, talentorum defectum, cum ad hoc opus vocentur à Domino, qui tale vitæ genus ratur est Societati commendare?

CAPVT X.

Quot mittendi ad vnā Missionem.

Non satis est, de mittendorum qualitate, aut, si maui, essentia agere, quibus, videlicet, ornati esse debent dotibus, vt hoc aggrediantur opus: sed necessarium erit expone-re, quot mittendi sint. Vbi non modò de numero mittendorum agendum; sed etiam de accommodatione, & proportionē inter Socios seruanda, ne molesti sibi, & aliis sint; sed ad inuicem se iuuent, & laborum duritiam, suauitate morum, & virtutibus, dexteritatēque operandi emolliant. Totum hoc disertissimè expressit N. P. Sanctus 7. p. Conf. c. 2. litt. F. Et primò statuit, vnum non fore mittendum. Sed quibus verbis: *Si fieri potest. Quæ forma loquendi denotat in Missionum fauorem non-*

nunquam vnum mittendum, si aliter commode fieri non possit. Ita Apostolus pacem inter proximos suadet ad Rom. 12. *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Dat intelligere, nonnunquam diffidia necessaria, quibus rumpatur vinculum pacis: quia aliter commode fieri nequit. Theophylact. ibi: *Nonnunquam enim fieri non potest, vt pacem quispiam complectatur, cum de pietate certamen fuerit.* Si ergo pietatis causa potest pax dissolui, etiam causa pietatis poterit dispensari prudenter, (quia aliter fieri non potest,) vt vnus Missionem conficiat, & solus operetur, ne defectu Socij multa paritura bona vnus mittendi metu disperant.

Statim ab vno excluso ad duorum accedit connectendam societatem. Hic numerus in vsu fuit, ab omnibus ardua aggredientibus amatus. Nec Moyfes sine Aaron, nec Barac sine Debbota exorū sunt operas suas; nec Elifeus societati Elia assuetus, solus remanens, sine aliquo, loco Magistrī, pro socio, pedem mouere ausus est: pallium Patris accepit, & cum eo pergens ad Iordanem, tranfuadare eum ratus; videns aquas nolle parere, voce Magistrī ad obedientiam perduxit, dicens: *Vbi est Deus Elia etiam nunc?* Quod exponens Prosperus 2. Prædict. cap. 3. ait: *Quem per se ipsum non valuerat, pallij adiutorio transiit.* Quasi exponens socium datum in adiutorium, & leuamen, vt ea, quæ soli non possemus, alio associati valeamus. Ob id quidem in Ecclesia sic diuisi sunt Discipuli, & Apostoli: *Misit illos binos.* Licet enim disperiti, ac diuisi plura loca inuisere possent, vt fortiores redderet operarios, binos mittit: Petrum cum Ioanne, Paulum cum Barnaba, illum cum Marco, hunc cum Luca associat. Rationem reddit Theophylactus: *Binos mittit, vt fierent fortiores.* Multum haud dubiè virum socij præsentia tribuit. Plurimum se quisque valere arbitrat, si bono sit latere fulcitus. Non ergo duos excludat ab excursionum ministerio; sed amplectatur. Rationem reddens N. S. P. Tum, vt multo ipsi in rebus spiritualibus, & corporalibus iuuentur; tum, vt possint esse magis viles illis, ad quos missi sunt, labores inter se diuidendo. Attendit hæc parilitas ad mittendorum vtilitatem, & solatium; ad virum eorundem incrementum; ad robur in laboribus ferendis addendum; & item ad eos, ad quos destinantur, iuuandum, non vnum tantum, sed duos, qui ad plurium consolationem accurrant, eis conferendo. Itaque duo, vt minimum, hoc iugum ferre conuenit, ne plures circa vnum pagum occupati, alios priuent suis operibus. Petrum Christus alciuit, vt eum sequeretur, Ioan. 21. Sollicitus ille de Ioanne, quid de eo futurum interrogat: vellet enim secum vehere, & ab eo præ nimio amore nunquam separari. Sic exposuit Chrysol. addens, eos diuisisse Dominum, vt pluribus fortirentur Apostoli. Sic inquit hom. 87. in Ioan. *Cum enim essent orbis terrarum curam suscipiuri, simul amplius esse non oportebat; magnum enim fuisset mundo detrimentum interfecto.* Stephano seuiit persecutio, & omnes Ierosolymam deseruerunt, præter Apostolos, qui quasi stabiles columnæ permanferunt: *Et omnes dispersi sunt per regiones Iudææ, & Samaria, præter Apostolos.* Cur hæc dispersio ordinata à Deo? Chrysolom. homil. 18. in Acta: *Disper-*

1. Machab. 5. 61.  
Leo.  
Ambros.  
Ezech. 1.  
Rupert.  
Clem. Rom.

1. Machab. 5. 61.  
Chrysol.  
Hieron. ad Furiam.  
Genf. 28.  
Chrysol.  
Exod. 3.  
Luc. 25.  
Ambros.  
Act. 18.  
Idem.  
Act. 18.

Rom. 12.  
Theophyl.  
Exod. 4. Iudic. 4. Reg. 3.  
Prosper.  
Luc. 10.  
Theophyl. in Luc. ibid.  
Conf. S. Igu.  
Ioan. 21.  
Chrysol.  
Act. 7.  
Disper





Ildor. At hac dissimulari possent, præcipue si strenuus mittatur operarius. Plurimum conferet ad bonum Societatis, talis, qui sciat, asciti sibi tollerare defectus; & fortior, infirmi onera, aut naturæ morus, supportare, ratus hoc pacto, & animas lucrari, & proximiores sibi in hoc armorum genere instruere, vt vtilis inde infurgant operarij, Rôm. 15. Debemus nos, qui fortiores sumus, infirmitates imbecillorum portare, & non nobis placere. O verbum mysteriis plenum! quasi de nobis, nostrisque moribus aliter iudicantes, quasi nati fuerimus, vt soli incedamus; nec egeamus alterius latere, & consortio; quasi contenti sumus nostra ferre, non aliorum onera, sic alios negligimus. Si fortes sumus, debiliores sufferamus, ne eos repellentes à nostro consortio, vel nõ probentur in his expeditionibus, vel aliis inutilius tradantur, qui eos rudes, & instructos relinquât. Hac exponens Chrysoft. ibi ait: Fortis etiam cum debili ligatus, & illi portat, & nõ sinit perire. Idcirco Professus commendata est cura huius occupationis. De professa Societate loquens P. N. 4. p. Const. c. 2. §. 4. ait: Quæ, quoad eius fieri potest, expedita ad Sedis apostolicæ Missiones obundas esse debet. Cum ergo Viri isti, omni decorati virtute sint, duces effecti infirmorum, eos portant, tolerant, instruunt, ac dexteritate sibi similes faciunt: vbi enim præceptum est, non arare in boue, & asino simul; Ildorus sibi consentientes iungendos non esse intelligens, si pares esse velint, & stultus, aut infirmus, aut indoctus velit imperare, addit: Stultus verò, & sapiens bene coniunguntur, vt vnus præcipiat, & alter obediat, non vt aequali potestate verbum Dei annunciet. Ita cõpares sunt, & optimè quadrant: sic fortis, strenuus, prudens, alterius locij motus componit, & gubernat, suoque exemplo superat alterius acritatem, & immoderantiam. Ob id P. N. desiderat in mittendis obedientiam, nõ modò Superioribus debitam; sed Sociis, vt ab eis regi se sinant, quomodo & operi vtilis sunt, & deinde principatũ, ac regimen tenere possunt. Tria desideranda in præcipuis Sociis. Vnum vt potius se accommodent eis, qui rebellem indolem habent: quia hoc proprium valentium, non alios ad sua sequenda iudicia trahere; sed potius suauiter aliorum sensum sequi, quasi ab eis manerent, & eadem ament pondere iudicij sui: quod cernere est in illis Magistris totius disciplinæ Elia, & Eliseo, qui pueris suscitandis magnitudinem corporis compaginauerunt, quasi non alia gauderent statura, quam puerorum. Quod ponderas Prosper, 2. prædictionum, c. 3. r. ait: Vt enim mortuum paruulum suscitaret, iuuenilia membra comexxit. Charitas operit peccata, ac defectus: ita à perfectis, & strenuis operariis tegendi sunt Sociorum defectus, & iuueniles motus, si eis compatiuntur, & accommodentur ad potius alterius, quam suam exequendam voluntatem. Secundum est, oportere maximè eos exercere dexteritate quadam in laboribus, non præcipiendo, nec seuerè cum illis agendo; sed prudentia suauis, quasi aliò tendentes. Contigit hoc Elia Magistro, cum Elisei consortium relinquere adoriebarur, maxima dexteritate à ciuitate in campum, ab hoc in montana, ab istis trans Iordanem abire fecit.

A. Quæ horum ratio? Prosper. supra, c. 30. clarissime notauit: Cum Propheta studium vellet exercere Idem. Discipuli, necessariò se per denia sequi illum sustinentem imperat. Casu videbatur accidere tot denia petere: ar studio maximo id factum, ad exercendum Discipulum, qui postea futurus erat Magister. Tertium, vt potius exemplo suo corrigant Socios, nõ morigeratos, nec assuetos laboribus, ne statim eos damnent, tanquam inuiles ad hoc ministerium; sed patienter ferant eorum facta, vel dicta, vt ad ipsorum exempla, tanquam ad speculum, se componant. Egregiè notauit hoc Nazarius in Panegyrico Constantini, qui sibi delegit focium Maxentium, hominem duri ingenij, ac ferum, disparem ipsi Imperatori, qui lenis, modestus, ac prudens erat. Ratione huius electionis reddit: Nulla quippe est libido tā vecors, quam non capiat, cum in consortium temperantia venerit: deicit oculos deformis ignauia, vbi pulchritudo virtutis obiecta est: vt appareat, te leniore perisse viatoriam, cum malles vitia eius, quam arma superare. Pulcher vincendi modus, & ab omnibus hominibus, qui ducum munus obeunt, quærendus.

CAPVT II.

Quo tempore faciendæ sunt excursiones.

Omnia tempus habent, & suis spatiis transcurrent. Eniuerſa, inquit Sapiens. Cum ergo multis occupationibus sint tempora implicata, haud dubie illa legenda, quæ minùs obſtare possunt huic operi: alioqui frustrabitur id, quod intenditur excusatione apposita. Primum, quia validissima vincula sunt negotia temporalia ad prætexendam hanc excusationem. Secundum, quia, quæ illis afferuntur bona, tot septa sunt difficultatibus, vt minima interposita occupatione ad ea conuertantur homines, quæ ad corpus spectant, desertis ad animum vtilibus, quemadmodum illi homines inuitati ad regium conuiuium, excusationum arma habuerunt, suorum, videlicet, negotiorum, quibus intenti, ad alia animum conuertere nequibant: vbi hominum mundalium mores, & ingenium exprimuntur, ad temporalia intentorum audivissimè; ad spiritualia negligentium, & stupidorum imaginem præferentium. Apprimè Glossa notans has excusationes, inquit: Excusat autem se omnis, qui plus terrena, quam celestia diligit. Eos occupatos in villam, laborem agrorum, vxoris susceptionem, nuptiarumque apparatus, dicit, vt diuites noter, qui passim hanc cenam contemptui habent. Vnde Ambrosius in hunc locum ait: Post diuitum resupina fastidia, contulit se ad genes. Siquidem similia pabula fastidire solent, qui fame rerum mundalium laborant. Quid ergo fiet, si tempus ad Missiones aliquo præpediatur impedimento similiarum operum? Plus ponderis habebit hæc occupatio, quam quæ eis pro salute offertur animarum? Vt ergo deueniamus ad anni tempora, quæ aptiora creduntur ad hanc intentandam expeditionem, primas tenere videtur Quadragesima; dein Aduetus; quæ deuotioni, & Concionibus audiendis aptiora sint. Præter hæc, illa iis similia sunt, quæ in illis locis, vbi laborandum est, minoribus irretita occupationibus iudicantur,

tur, liberaque sunt à messium collectione, vindemia, & aliorum fructuum perceptione: vt omnis subtrahatur occasio ad Ecclesias non accedendi. Sunt quidem communiter aptiora illa tempora, quæ post vindemias sequuntur, quæ post Paschata percurrunt, vt à Resurrectione ad Pentecosten; ab isto ad æstiuos dies: quia hæc spatia non magnis, & pro omnibus, laboribus adstricta sunt. Cum ergo primò locum obtineant tempora ab Ecclesia lecta ad excitandam populi deuotionem, & eum ad penitentiam adducendum per ieiunia, & Concionum frequentiam; aptissima videntur ad Missionem inducendam: tunc quidem animus promptior, & ad amplectendam virtutem prior experitur, facileque mediis in Missionibus exercendis, ad ea, quæ desiderantur, mouetur. Cum frequens esset collectio mannae feria sexta, eodem studio, eadem cura plus apparebat collectum, quam ceteris diebus, ita vt iussiceret pro illa, & sequenti die, in qua non licebat operari, eodem studio, eadem cura plus apparebat collectum, quam ceteris diebus, ita vt iussiceret pro illa, & sequenti die, in qua non licebat operari. Quod ponderans Nicænus de vita Moysis, ait: Quamuis tanto in Collegio, vnusquisque studium, quantum in ceteris diebus, die sexta adhibebat; duplum tamen collectum sibi adinueniebat. Ita planè contingit in temporibus deuotioni deditis, in quibus eadem diligentia, eodem studio, quo ceteris diebus spiritualibus vacatur exercitiis. Pro Sabbathi vicinitate plus inuenitur quasi collectum deuotionis, seruioris, quam ceteris diebus anni remotioribus ab hoc quadragesimali, aut Domini Aduentu dicatis: quia aliis diebus rebelles lumini sunt, nec audire intentant (sed potius fugam prætentunt) verbum Dei; tunc verò reprehensionibus oculos aperiunt, consiliis, & monitionibus ab incepto desistant. Cernere hoc est in Agat, quæ cum ferre non possit dominæ iussa, inuit fugam, desertum petente, vt reuertetur in Ægyptum, vbi Angelus inuifens eam, blandè arguit, & consilia vitia ingerens, vt reuertatur ad dominam, eique subdatur, ita feliciter persuasit, vt relicto perditionis itinere statim reuocauerit gradum, & domi itionis sollicita redierit ad sensum. Hoc quidem videre est in aliis anni temporibus, quanti fugitiui deserunt Dei domum, cui mancipati antea erant, & in Ægyptum pergunt, vt sua expleant desideria. At Quadragesimæ, & Aduentus tempore Angelos à Deo missos attentè audiunt, reprehensionibus, & timore corripuntur, monitionibus sana capiunt consilia, & ad Deum per exomologesim reuertuntur: quod tempori tribuens Chrysoft. hom. 2. in Genesim, ait: Nunc autem, si quod aliud tempus, hoc hisce doctrinis maximè idoneum est, quando serua iam non insurgit aduersus dominam; sed libenter fert habenas, facile persuadetur, multam præ se fert obedientiam in eam, postcos carnis motus compefcit. Si tamè hoc labatur tempus, haud dubie etiam capillata frons occasionis deperditur, & libertate arrepta, peccandi habenæ laxantur, licetiusque fruendi oblectationibus carnis, desiderio tenentur: quod prosequitur idem Sanctus Doctor: Nam, si nunc hoc non fecerimus, quando est ieiunium, & gula contemptus, & tanta bonarum cogitationum serenitas, quomodo talia proponere poterimus, quado delicia, comestiones, & magna desideria; Contemnens hoc tempus, & misericordiae inuitantis voces parui faciens, incidit, non in meliora;

sed in iram Dei, quæ incipit quasi nasci, ex quo desertum petit obliuioſus clamorum Ministrorum Dei. Gregor. homil. 13. in Ezechiel. Hoc ipsum hoc tempus, quod ad parcendum pie dispositum, districte ad indicandum venit. Verum, vt ad ea, quæ præ manibus habemus, reditum faciamus, distinctione opus est. Duo genera diximus esse expeditionum. Vnum assistentiam in ciuitate petit per tempus: hæc nulla dierum vicissitudine desistendum est ab incepto; tamen cum riger tempus, aut feruet, temperada sunt ministeria, sed non omittenda, licet occupationibus obſitum sit: semper quidem ob magnitudinè loci manent plurimi ab impedimentis exempti, qui possint ex Concionibus vtilitatem capere, & Confessionibus occurrere. Aliud genus est Missionum, quæ diuersa loca petunt, & perpetuò in procinctu sunt missi, paruam tempus in quolibet consumetes vico. Hæc nullum recusant tempus: in omnibus se se offert laborandi occasio. Ratio in promptu est: quia raro tales, auxiliares copias ad manum habentes, occasione priuari nolunt; & videntes, paruam temporis, & operum suorum iactura, posse tanto frui bono, hilari fronte ad salutem animarum perquirenda, omnibus posthabitis, se accingunt. Vidi in æstiuo feruore, quando tam viti, quam scæminæ, in messium triturata occupantur, non parcentes noctibus; accedere quosdam ex nostris, eisque offerre Iubileum, ad Cõciones, & Confessiones audiendas eos excitantes, & omnia, quæ homines implicabant, magna cum alacritate relinquentes, ad hæc vno animo omnes venire, vbi plus vrget temporis, impedita via est, cum inuisenda villa paruo tempore instrui non possit; sed per quindecim, aut plures dies. Existimo tamen nec in grandioribus hoc impedimento fore; sed liberè, & audacter vocari posse ad arcem, & ad mœnia ciuitatis, vt verbum Dei audiant, nullo obstante metu: sed Dei gloriam in prospectu habentes, fidentissimè poterunt suas his hominibus offerre operas; & spe erecta credant, haud frustra id aggredi. Prima ratio se tener ex parte huius ministerij, in quo plura mira cernuntur, & quæ superant captum nostrum: quam obrem in spe contra spem, hoc est, in spe diuina fidentes, contra humanam prudentiam, hoc bonum præstandum est in medijs occupationibus. Secundò, ex parte locorũ, quæ inuisuntur; quæ obſtare videbantur, iuuant, & Dei negotium componunt. Verum quidem arboror, Quadragesimale & hyemale tempus ad has excursions iuuare, & in alijs diebus homines tædio laborare rerum spiritualium, Cõfessionumque remedio: at existimo tunc aptanda illa Dauidica verba: Tempus faciendi, Domine, distipauerunt legem tuam. nõ quidem ad arma sumenda, Deum excitat in punitione peccatorum; sed potius ad remedia optulanda, quado licentius homines peccant. Nõne diuinæ miserationis opus est, iis occurrere, qui desertũ petunt laxioris vitæ, vt vidimus in illa Agat dominam fugiente? Ita planè, cum homines obliuioſi salutis liberè suam voluntatem vitiis dedunt, à Deo vocantur, & auocantur à vitiis, ne in perditionem ruant; & quò minus intenti salutis remedij, eò à Deo excitati, ad ea currunt. Tertio, operariorum fidelium hæc cura esse debet, vt Dei opus expleant, ad eius honorem attendant, ea, quæ

dissoluta, con fracta, inutilia, reddita fuerant, re-  
parent, & ad statum reuocent priorem. Quae ergo  
se illis offerre potest occasio ad hoc praestandum,  
nisi cum peccata nullo impedimento obiecto,  
currunt ad praecipitium? Si nulla vox sonet  
in sylua, accensus ignis nullo clamate vires  
fumit, vt eam breui absumat: ita vitia nullo  
Concionatore populum excitante. Vnde Hornisda  
ad Timotheum Episcopu Constantinop. Antistitem:  
*Quem optem reducem, cur differam vocare  
tardam? Nihil altius in mente hostis habet,*  
quam obliuione ingerere earum veritarum, quae  
homines retrahere possent a vitiis. Haec refricanda,  
& inferenda, vt aiebat Symmachus Papa epistola  
ad vniuersos Galliae Episcopos: *Ne ea, quae semper  
veritatis est amula, sibi aliquid vendicare queat,  
obliuio, olim promulgata in lucem reddimus.*  
Amula quidem veritatis obliuio est: illa ad lucem  
trahenda, ne subrepat occasio, obliuione inducta,  
licentiis peccandi. Quae tempora hanc nutriunt  
obliuionem diuinarum rerum, nisi in eptiora,  
& importuniora ad concionandum? Zelanda ergo  
Dei causa est, vt cessent iam diu coepta peccata.  
Tunc Phinees zelus laudatur, & cessabit quassatio.  
Accingendi ergo boni, & fideles Ministri ad opus  
suum praestandum, cum omnes tacent; & sola  
peccata vsque in caelum clamorem euehant: vbi  
omnia desertiora videntur, his temporibus ferocia  
inimicorum opponamus diuina auxilia, & ex  
ipsis peccati occasionem sumamus, & arma, ad ea  
destruenda. Exodi 17. Aegyptij in aquis maris  
rubri petiere, quorum corpora ad littus peruenientia  
armata, dederunt filiis Israel, (quae illis deerant,) arma,  
vt certarent aduersus hostes. Ponderans Theodoretus  
in Catena Graeca ait: *His armis pugnat aduersus  
Amalech, qua Aegyptiorum cadaueribus ad littora  
deuoluta sustulerat.* Ita plane in hoc spiritali  
praelio, ipsa peccata, quae homines ad interitum  
trahunt, & ferre omnes suffocant in aquis  
deliciarum, arma efficiuntur, quibus eadem peccata  
intereunt. Quae vox ad reprimendos impetus  
hostium fortior, quam pra oculis obicere, quanta  
aduersus Deum peccata inuerecunde cumulantur:  
inopinata enim ad manus nostras haec arma  
deuoluuntur; vt vnde inimicus vitia tempora  
coronat, inde subtrahendo ab eo causam  
triumphandi, Deo palmam offeramus. Aduersus  
hostem accinctus procedit Dauid; at inopinata  
ipse hostis arma porrexit, quibus caput eius  
praecideret: quod notans Basil. de Seleuco. orat. 15.  
*Proprij ingulatores bairum se Dauid venire  
subsidio ignorabat.* Ille arma arripuerat, vt  
puerum interficeret: at haec eadem ad ipsius  
interfectionem sine delectu Dauidi, sed casu  
seruierunt. Ita hic contingit: peccata, quibus  
Diabolus omnes interimere conatur, & ipsam  
vincere innocentiam, assumunt Dei Ministri, &  
ex eis arma conficiunt, quibus eadem peccata  
trucidant. Quid enim de temporibus conquerimur,  
cum omnia Dei sint: *Cum accepero tempus, ego  
iniquitias indicabo.* Nota illud, *accepero*, quasi  
derelictum antea, & nullius fructus: at Deus illud  
assumit, & in eius manu, valet ad iudicium  
ferendum, non modo iniustitiae, & iniquitatum;  
sed etiam iustorum operum, vt ea ad meliorem  
reuoceat frugem. Num more Demonum clamare  
compellimus populos: *Veni ante tempus perdere nos?*  
Ab sit a nobis, vt arbitremur, tempus aliquod in-

matuum, in faustum, & ad laborandum pro Deo  
inutile esse. Quae mala tempora? Inanibus  
operibus obligata, fatigatione hominum irretita,  
corporalibus negotiis dedita? Minime: sed, vt ait  
Petr. Chrysol. serm. 43. *Mala tempora contempimus  
Dei facit nobis.* Hoc tempus redimendum est, vt  
ait Paulus: *Redimentes tempus, quoniam dies mali  
sunt.* cum dies huic contemptui dediti, mali  
efficiuntur. Redimamus illud ab occupationibus,  
quibus seruit, liberando, & ad remedia caelestia  
inducenda trahendo: haec quidem, mala in fugam  
agunt. Quod si durum videretur operariis aduersus  
tot difficultates certare, accipiant hanc inter  
labores excursionum, non mittendam; sed primo  
loco institucendam: eo enim ipso, quod pro Deo  
se exponant, nullum timere tempus, alia  
exequuntur, no leuioris, sed grauioris difficultatis.  
Audiat verba Osee c. 1. sic aggredditur: *Principium  
loquendi Domino.* Cur principium dicit id, quod ei  
imponitur statim: Nempe, vt asciscat sibi vxorem  
mulierem fornicariam. Durum verbu, quod  
hominem turbare posset. Vocat ergo principium, vt  
difficultatem mandati congeminet. Si primum  
ipsum leniter Deus tractasset, manu caput  
attigisset, gloriam suam ostendisset, fauore delin-  
tius posset ardua aggredi praeccepta. Dicitur ergo  
principium, inquit Theodoretus: *Hoc est, nihil ante  
hoc ipsum praecipit mihi Dominus: sed simul vt ad me  
verborum initium fecit, statim iussit, me vxorem  
fornicariam ducere.* Haec sibi quisque accommodet,  
& arbitretur probare Deum velle, quanto in  
pretio animarum habeat salutem, si principia  
ardua audierit, & inde cum eo Deus agere  
coeperit; videlicet, ducat vxorem fornicariam, hoc  
est, vt animas perditas sibi copulet, & eas a  
vitiis, & luxuriae actibus ad virtutem, & honestatem  
transferre satagat: id enim est, ducere vxorem  
fornicariam; no, vt talis remaneat; sed, vt a  
fornicatione pristina cesset, & ad virtutem, &  
honestatem se conferat. Athanasius in Synopsi  
sic fatur: *Ex quo Osee mulierem meretricem accepit,  
acceptam respiciere fecit.* Hoc opus, hic labor, si  
nobis praecipiatur populum perditum moribus,  
quasi matrimonij vinculis coniungere, vt eorum  
mores ad frugem meliorem reuoceamus, cum  
plus praualent peccata, illis intimando leges  
temperantiae, ac poenitentiae. Imitetur  
Prophetam, de quo subiungit Textus: *Et abiit.*  
Theodoretus: *Ad ista adiungit, quemadmodum  
sine dubitatione imperatum fecerit.* Ear ergo sine  
reluctatione, ac metu, sibi iniuncta opere  
expleat; & victoriam occinet.

Non solum haec certa sunt, & vsu nota; sed  
etiam ea tempora, quae aptiora ad haec ministeria  
videntur, no semper assumenda esse; sed magno  
delectu, & circumstantiaru ornatu. Primum  
Quadragesima, & Aduentus, si vocetur a populis, vt  
ibi laborent, & nullu alium habeat Magistrum,  
aptissima sunt ad fructus vberes colligendum, vt  
ex dictis patet, & experientia docet: nouale enim  
initiatum est, ad fructusque reddendos dispositum  
ipso temporum denotione. Quod maxime locu  
habet, si non distrahantur homines, plures  
audiendo Magistros; sed vna pascatur doctrina,  
vna fulciantur veritate. Verum est, adhuc plures  
habentes solere, ob nouitatem, & speciale Dei  
donum, nostros homines frequentius sequi, &  
populariter attentius audire. At hoc non caret  
quadam emulatione, & inuidia, etiam inter ho-

mines, qui causas diffeminant praeteriorum ob opi-  
niones, quas excitant aduersus pacem, & quietem  
populi, & vnitatem doctri. At haec leuiora  
sunt, nec ob ea relinquendus campus; sed  
laborandum animose, Dei causam intuendo,  
nullo mordendo, nullius opinionis detrahendo,  
omnes honorando, & eorum talenta ad caelum  
vsque extollendo, eosque nonnuquam audiendo,  
vt facilius ad vnum vocetur, & causam Dei  
perquirant. At vbi populus non numerosus,  
nec vocati nostri homines; sed occasioe  
Quadragesimae, aut Aduentus, eo veniunt; minime  
auderem tale probare consilium: quia illi  
homines suum Concionatorem, & sequi, & plures  
facere necessarium arbitrantur, & timeri possunt  
grauiora incommoda, scisso populo: vbi etiam  
emulatio procliuor apparet, & causa rixarum.  
Praterea necesse est alias legere diei horas, vt  
sine oppositione concionentur, quae populos  
onerant, & potius fastidium, quam famem  
excitant. Placidius enim esset, aliam quaerere  
occasionem, quae erit, labente illo Quadragesimae  
tempore, si in reliquo anni spatio inuisantur.

His omnibus sic explicitis, concludimus, nullum  
anni tempus impedimento esse huic exercitationi:  
si aliquod obster, illud esse, quod propitius  
soler iudicari: quia tunc abundantia fastidium  
parit, diuisione ingenerat, occasionem  
perditis hominibus obmurmurandi praebet, &  
quaerendi deteriores, & ineptiores ad exomologesim  
exercendum, vt fugiant eos, qui eis remedia  
afferre possint. Hoc iudico, tum ex vi ministerioru,  
& diuini auxilij fauore; tum experientia ductus.  
Vidi tempore astiuo, & vbi calor vigebat,  
ardentiusque premebat, homines, (nec in  
contemnendo loco, sed in ciuitate magni nominis,  
& cui abunde suppeditabatur Magistri,) ita  
audire ad verbum Dei, & Confessiones curere,  
ac si nunquam tale audiuisent, vbi omnes  
multitudine auditorum sudore premerentur, ac  
fatigaretur, non modo pro mane, sed etiam  
vesperi; nec ista moleste ferre, sed latissimo  
animo desiderare magno cum fructu audientium.  
Quibus addo illa verba Richardi p. 1. de erudit.  
inter. hom. c. 2. exponentis, respondiisse Syriacae  
Regi, consultos Augures, id est, *sublime.* Cur hoc  
Proprius, inquit, *aque precipuus, & omnino  
sublimissimus humanae animae discendi modus,  
quando aliquid proprio experimento probamus.* Si  
ergo experimento probata dicimus: discant  
operarij, nullum, tanquam incommodum, refugere  
tempus, si mitrantur, nec obstacula, ob hoc  
incommodum obiciant: quia, licet natura suis  
adstricta sit legibus, gratia nullis cotinetur.  
Quam pulchre Nicenus de hominis officio, c. 22. dif-  
crimen assignat inter spatia naturae, & gratiae.  
Quis requirit in ficulnea ficus in hyeme? quis  
syluestres arbores expoliatas folijs in vere  
probat. Rationem reddit: *Tempus quidem, se, vel  
uolente, vel inuito, cum rerum ordo posulauerit,  
aderit.* At diuinorum operum non inde sumenda  
est ratio; sed ex Dei beneplacito: quare addit  
illud Dauidis: *Non priuabit bonis eos, qui ambulant  
in innocentia sua.* Ne nimis sapiamus; ne nostra  
capita sequamur; ne vilitate referamus, & iis,  
quae corpori commoda videntur, attendamus:  
sed diuinam consulamus prouidentiam, quae ex  
oppositis medicamina aegritudinibus con-  
struit. In illa salutatione, *Res, in sempiternum vine.*  
qua Regem

suum serui honorabant, idem Richardus hanc  
expositionem inuenit: *Id est, in desiderio gratiae  
Richard. here: quid quid dispones, non de tua industria;  
sed de diuina gratia presumas; & eo maxime tempore  
dicendum eras, quo illud, quod diuinitus accepit,  
humanitus quarebas.* Hoc accipe, & opera comple.

CAPVT XII.

A quo mittendi.

Facilis se offert responsio, si ad Paulum con-  
uertamus auditum, intonantem: *Quomodo Rom. 10. predicabam, nisi mittantur?* Nomen, quo gaudet,  
id demonstrat. Missi dicuntur. Nec in diuinis Pater  
mittitur, aut Spiritus Sanctus mittitur; quia a quo  
procedit quaeuis Persona, missi nomen sortitur:  
ita infetiores no mittunt alios, nec seipso; sed,  
qui parentes, & maiores eorum sunt, mittendi  
facultatem sortiuntur. Pontifex primum obtinet  
locum, Generalis Praepositus eius nomine, &  
reliqui dein Superiores, si a Maioribus non im-  
pediantur: adeo vt nec Generalis se ipsum in-  
ducatur in isto labore; sed a Summo Christi Vi-  
cario ducendus est, ac promouendus. Ita dispo-  
situm reperies 7. p. Const. cap. 1. §. 2. *Hanc curam  
Const. S. Iga. vniuersam Summo Christi Vicario, ac Superiori suos  
Superior vero, quod ad suam personam attinet, Summo  
Pontifici, & ipsi Societati in Domino relinquat.* Nec  
ista subordinatione admittit desideriorum, & diffi-  
cultatum obstantium representationem, seu  
propositionem; imo inordinate procederet, qui  
ista recta non faceret, vt electio suauis, & pru-  
dentius fiat: quod notanter ibi aduertit litte-  
ra E, in declaratione Constitutionis.

Duo pra oculis habenda sunt, vt haec eundi  
solicitude Superioribus relinquatur. Primum,  
hoc opus arduu esse, difficultatibus, ac periculis  
plenum: quare audaciae, & temeritati adscribi  
posset, si aliquis impar tanti oneris subeundi, se  
ingereret, & offerret, aut suo ductus iudicio  
periclitari velit, inter tot vortices, & procellas,  
Qui enim domi securus degit, sub Regula, &  
regimine Maiorum, & ad conspectum tot exem-  
plorum, & legibus adstrictus, distributione co-  
positus, & ad vnum attendens bonum spiritua-  
le; cur proprio Marte auderet extra domu abi-  
re, inter peccatorum, & mundi sectatores dege-  
re, (vt forte eorum mores imbibat,) negotia ar-  
dua tractare, & propriam onerare conscienciam,  
(vt aliorum securas reddat,) peccata nunquam  
concepta audire; atrectare, quae animum alligant,  
& pertrahunt ad sui cupidinem; tot negotiis,  
impedimenta afferentibus, proprium exequendi,  
velle implicari? Cum enim haec cum  
infantili virtute iunguntur, no leuem iacturam  
faciunt, non parum distrahunt animum; ita vt  
seipsum ignoret, ad ista se offerens, cum inter  
praecipua capita huius occupationis illud sta-  
tuendu est (de quo lib. sequenti ageamus) nostros  
curare propriam salutem, alioru post haud ha-  
bere. Notater Paulus ad Euangelij praedicationem  
lectus, ait de se Rom. 1. *Segregatus in Euangeliu  
Rom. 1. Dei.* Non inquit, diuisus, aut sectus; sed  
segregatus: quod aduertit Remigius, vt velit vni-  
tate manere reliquo corpori, & solum separari ad  
illud munus obeudum; sed vna cu reliquis disci-  
pulis, & viuere, & sentire. Ita operarij arbitren-  
tur, oportet, non membra discreta a corpore esse,  
C 3 non

Hornisda.

Symmach.

Num. 25. 7. Psal. 105. 30. Eccl. 4. 5. 28. 1. Machab. 2. 26. 54.

Exod. 17.

Theodor.

1. Reg. 17.

Basil. Seleuc.

Psal. 74.

Ier. 4. 34.

Chrysol.

Ephes. 5. 16.

Osee 1.

Theodoret.

Athanas.

Theodoret.

Dan. 2. Richard.

Mar. 11.

Nicenus.

Psal. 83. 13.

Rom. 1.

Remig.



non domi exeuntes exuere se moribus pristinis, & modo viuendi assueto in illis; sed solum destinari ad id præstandum, quod per obedientiam eis iniunctum fuerit. De Missionibus agens Cant. 4. ait: *Emissiones tue, (aut Missiones) Paradisus malorum puniceorum, cum pomorum fructibus.* Quauis foras mittamur, velut in Paradiso, vbi plantati eramus, degere necesse est. Domestica statio, vitæ genus, occupationum ordo, Paradiso fragranti suauissimum odorem, comparanda veniunt: nam in Missionibus, illius generis vitæ memores, eosdem mores retinere debemus. At hoc quantam difficultatem secum afferat, soli experti possunt penitus iudicare. Ergo maximis se exponunt periculis, qui audaces sunt, & ista procurant, ad eaque se exponunt, importuneque Superiores vrgerent, vt eos ad ea destinent: quod si ignorantia non tribuatur, temeritati adscribendum fore censeo. Illa enim mystica animalia Dei currû portantia, & mouentia, *ibant, & reuertebantur* (vt inquit Ezechiel 1. cap.) *in similitudinem fulguris coruscantis.* Non stare videtur hoc cum verbis superius adductis: *Nec reuertebantur, cum ambularent.* Opposita docet, & contraria his animalibus tribuit munia. At non opposita; sed diuersa hæc sunt. Vertunt se ad fontem feruoris, vt eo adiuta, prosequi cepta possint: non tamen reuertuntur, quasi ab incepto desinentia, & similia effecta manum mittenti ad aratrum, & respicienti retrò, qui quidem aptus non est regno Dei. Glossa ibi: *Sicut arbor crebris ignibus micat, nec amittunt matricem, & quasi fontem ignis: ita hæc animalia, cum inoffenso pede pergunt, ad propria festinant.* Hæc præ oculis habenda, vt & ita procedamus ad opus, vt vnde exiimus, (memoria tenentes oratione, & ea, quæ ibi exercere soliti eramus,) nõ excidamus, & quasi ad matricem, & fontem feruoris reditum faciamus. Sic quidem inter ardua, & tentationum occasiones, spiritum immunem à culpâ seruabimus. Vnde motus ille, qui reuersionem sonat, sic exponendus est, vt non significet mutationem voluntatis; sed quandam ad cælestia eleuationem, quasi fructus impensus operi, & labori; ne qui cum hominibus conuersamur, arbitremur perdere, cum potius tunc cælo ipso approximemur, & ad cælestia pretendamus mentem, ac manus. Eadem Glossa: *Non tam reuertuntur, quam sese sursum extendendo, contrahunt.* Cum ergo hoc ministerium tanta egeat sollicitudine, ne in eo pereamus ob ingentes eum eomitantes difficultates, opus est, ad eum egredi ducti obedientie motu, in cuius virtute non nos, sed ipsa nobiscum laborat, & vires suppetit ad bene, & laudabiliter negotia tractandum. Non incongruè, vbi de emissionibus agit sacer Author, eas connectit cum horro concluso: vbi monstrat, quanta necessaria sit cura intus manendi, ne foras vagantes pereamus. Ergo Richard. 2. p. Cant. c. 29. *Quot supernacuis verbis mens à silentij sui mensura dissipatur, quasi torrens extra se ducitur.* Ergo foras agētes, egredi cogimur; sicut ex horro ita concluso, & clauso, ad Paradisi imitationem compositos fructus emittentis, & ad amulsum compaginatis. Ita concludit Richardus: *Hunc Paradisum emittit horus deuote anima.* Non quidem his aduersantur prompta eundi voluntas, & inclinatio ad exercenda hæc mini-

Cant. 4.

Ezech. 1.

Glossa.

Glossa.

Richard.

A Itera. *Isaias aude, & dicit: Inuentus sum à non querentibus me.* De se loquitur apertissimè, cum Deo consulenti, quem mitteret, ausu magno dicit: *Ecce ego, mitte me.* Quod quidem non excludit obedientiam; sed ei subicit operas suas, promptitudinem exequendi iussa ostendendo. Basil. Basil. in 6. Isaiæ c. *Per exuberantem charitatem, se iniecit medium subeundis periculis.* Haud ignorabat ardua esse, quæ ei præcipi possent. At obedientie innitens ad ea prono animo parata voluntas sufficitur. Nec aliter Ionas ex rebelle in obedientem mutatus, cum mare timeat, aude se ei tradere; sed in manus se offert illorum, quibuscumque uehebatur, ad pericula, & mortem se exponens. Iona 2. B Ita Textus Iona 2. *Tulerunt Ionam, & miserunt in mare.* Quod ponderans Hieronymus inquit: *Miserunt in mare, non repugnantem; sed probentem manus ipsorum voluntati.* Ita verus obediens, quauis se pericula offerant, & mors timeatur, non immitti debet his periculis, sed solam voluntatem præbeat, vt manu ductus Superioris, ad iussa eat, & periculorū eandem manum adiutricem sentiet. Dauidicus versiculus hæc confirmat Psal. 103. *Posuit Solem in potestatem diei; Lunam, & Stellas in potestatem noctis.* Non sui iuris esse voluit Solem, & Lunam cum stellis; sed potestati alterius subiecit, vt suis temporibus lucrent, & vices mutarent, vt vna quiescente, & vacante, alia succederet lucerna. Ambros. 4. Hexam. c. 2. *Quia temporum vicibus obedire compellitur, posuit, &c.* Ita qui lucis munus obit, vt ad opus exeat, vel vt domi maneat, vt nocti lucem præbeat, infidelibus, videlicet, aut iam illustratis Solis fidei presentia, potestati Superiorum se dedat, qua gubernante, ordinatè, & magna cum securitate operas suas exequetur.

Secunda ratio, quæ fundat, hanc necessariam esse obedientiam, est; quia hoc munus honoratissimum est, & magnis viris creditum, quippe Professis Societatis. Cum ergo Societas omnè ambitum extinguere conetur; res tantæ estimationis ambire, crimè esset; quia, licet dignitas nõ sit, magnæ tamen confidetiæ commedatio hæc iudicatur, cum honor Societatis, hominibus, ab ea quasi discissis credatur, & velut in femine totâ Religionem in se deserant, quæ nota maxima inuitur à maledicentibus, si ab ea missi res non pro dignitate tractent, & omnibus sint exemplum rectè viuendi. Non ergo audeere quisque debet tantum opus ascire, & ad eum exercendum suam aperire voluntatem; sed totam subdat Prælati, qui eius dirigant actiones. Magnæ autoritatis negotium est, in populis suæ ditionis negotia grauiora tractare; cum hominibus spectati splendoris agere; mores gentium mutare; cum Principibus, Prælati, Iudicibus, Senatoribus frequenter alloqui; scæminarum magnæ estimationis conscientias discutere; vitæ eis rationem tradere, moderari eorum curas: quæ omnia efferunt hominem, & calculo omnium vir magnus censetur, eumque ad grauissima negotia assumunt. Non ergo stat cum his ad eiusmodi operas intrmittere se, & eas suo arbitrio tractare. Cur, rogo, Moyles toties à Deo vocatus ad munus supremi sui populi Capitis, exculationes prætexebat: at Isaias, nec vocatus, nec assumptus, alacri animo se offert mittendus? Ratio est, quia Moyles timore tenebatur honorificentissimæ missionis; Isaias verò magnis laboribus

Rom. 10. 20.

Isai. 6.

Basil. Basil.

Iona 2.

Hieron.

Psal. 103.

Ambros.

Lucæ 5. 5.

Gen. 17. 15.

Bernard.

boribus præuisis ardentè inuehi exoptabat. Ita docuit Basilium in 6. cap. Isaiæ, qui hoc inter ambos discernens constituens, sic ait: *Moyfes quidem propter splendorem, & illustre genus vite accitus est ad tantæ populi Præfecturam: quare deprecatus est: Quis sum ego, &c. At Isaias charitate, vi supra diximus, inflammatæ periculis se offerit.* A notis ergo per Superiorem hæc tractanda sunt. Sic expositi nec honore, aut labore spiritum conficiunt; imò mittens vires præbet, adiungitur missio, cum eo negotia tractat. Vt enim Abraham, nomen Patris multarum gentium tradatur, ex proprio Dei nomine, littera nomini ipsius adiungitur, indicans, tantum munus exposcere Dei adiutorium, ne superbiat videns ad magna ascitum, sicut didum est Virgini, Matris timentis dignitate: *Ne timeas, Maria: inuenisti enim gratiam apud Dominum.* Tecum est, vt te sustineat, ne sub hoc onere succumbas. Veniat in adiutorium: *Hæc dicit Dominus, qui misit me.* Hæc, & hæc præcipit autoritas, videlicet, mittentis, cuius vices gerit. Sic lectus ad hæc opera exemplo Isaiæ se offerentis legationi vadat. Id probat Basilium supra, ponderans, cur non dixerit: Et ego ibo, sed. *Ecce ego, mitte me. Si quidem, inquit, suscepit illius apostolica legationis, penes nos sita est, & a nostro pendet arbitrio; confirmare autem ad professionem, eius est, qui infusione gratiæ nos corroborat, Dei. Itaque Isaias per id, quod electus, & libera erat voluntatis, respondit: Ecce ego sum: mitte me. Quod autem erat gratiæ, reliquit Domino, vt qui propria conscientia infirmitatis, non est ausus polliceri se iurum.* Sine laborum, sine honoris metu voluntas in promptu sit, vt ipsa itio, Deo per Superiores nobiscum agente, committatur, quibus fulti magno animo possunt ardua, aut commoda, aut incommoda deuorare. Hæc commendant Regula secunda, & tertia Missionum.

Primum mobile huius expeditionis, Christi Vicarius est, in quo is, cuius vices gerit, splendet; & possent dicere mittendi: *In verbo tuo laxabo rete.* Quam pulchrè in verbo tuo nec laxabo rete meum, inquit, cum verè Petri illud esset, quia, cum opus Deo adscribitur, nihil nostrum ibi intuentum est: totum est eius, qui vires præbet; cuius fulti nomine audaces reddimur: omne, quod odorem referat meæ opinionis, laboris, industria, autoritatis abolendum est, & ablegandum, vt Deum debitorem reddamus nostræ curæ, felicitis exitus, & omnium honorum, quæ excursionis parere solent. Saræ nomini vna littera ablata à Deo, Sarai siquidem dominam meam significat: at Sara, i, ablato, dominam solum: cum enim sæcundanda esset, vt filium conciperet, quod natura pugnantè à Deo factum est, noluit, vt eam quasi suam Abraham haberet; sed Deo relinqueret, cuius ope id consecutur foret. Pulchrè Bernardus epist. 237. ad Eugenium: *Iam nequaquam Sarai, sed Sara nominetur. Si amicus sponsi est, ne dixeris, dilectam eius, principem meam, sed principem, nil tuum in ea vendicans, nisi quod pro ea, si oportuerit, animam etiam dare debes.* Sic in eiusmodi expeditionibus nihil nostrum dicamus, totius rei euentum Deo committamus, vt nec in honore pericitemur, nec laboribus obruamur.

Basil.

Genes. 17.

Lucæ 1.

Lucæ 5. 5.

Gen. 17. 15.

Bernard.

Secundum caput huius rei, Generalis est, & ab eo hæc cura in Superiores peruadit, qui omnes, velut caput in membra, influant in mittendum, ipsumque ornent orationibus, priuilegiis, directionibus, consiliis, quibus fultus valenter aggreditur sibi impositum munus. Hinc maximam autoritatem conciliat: sic enim inquit Isaias, vt hanc legi referat: *De Sion Isai. 2. 3. exhibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Quasi velit, ait Hieronymus, ex quodam limpidiissimo fonte has aquas procedere, quæ rigaturæ essent vniuersum. Ita planè expeditiones nostræ prodeunt ex Sion, scilicet, ex summo Christi Vicario, ex Generalis iussione, & cæterorum Superiorum ab eo licentiam obtinentium, vt credatur, ex limpidiissimo hoc fonte nihil non purum, non doctrina ornatum, non virtutibus fulgidum, non prudentia decoratum, egredi posse. Hæc autoritas, quæ securitatem conciliat, omnia emollit dura; amara, dulcia, & lapidissima reddit. Quis enim timore terretur, quis superbia pullabitur? cum videat, non suam, sed Religionis causam agere? Oleum præbuit Eliseus, quo condiretur farina, vnde panes conficiendi essent. Sufficiebat farina: at non ita futuus panis, aut torra efficeretur. Ita Deus lenit labores nostros oleo sui auxilij, vt non solum vtiliter, sed etiam suauiter condiantur: quod notans Bernardus epist. 351. sic ait: *Aderit Christi suauitas, & Propheta farina: pulmentum incoestibile condietur.* Nil insulsum experietur in his excursionibus, Deo adiuuante, mittentæque, cui incumbit suos operarios lenire, & suauiter tractare. Cur, rogo, ad Isaiam mittendum thronus maiestate fulgens, Seraphini ardentis apparuerunt? Vt planè agnosceret Isaias, si magna iustitiam incommoda cogatur, fauore diuino alleuianda, & vt tanta possit negotia feliciter finire à Deo iuuandus. Basilium ibi: *Fiducia iam Fratres, quasi particeps illius essentia, seipsum annumerat iis, qui in consortium venerant illius essentia.* Si enim hi Spiritus, (ac si diceret,) Deo astantes, alacri, & forti virtute acti, ita mouentur, & laudes Deo dicunt: ego etiam vilis ex me, ab eo missus, Dei fauore, orphanus non euadam; sed ei vnitus, valens ero, fortiter, & alacriter decertare, & opus eius perficere potero. Hoc ipsum exposcit illa voluntas, quæ à nobis exigitur, non qua eamus, sed qua iussi pergamus ad opus. Inter tot difficulta, quod aliud adiutorium suppeditare opus est præter voluntatem promptissimè exequendi, quod nobis impositum fuerit: hæc quidem non vitio danda, sed optanda, vt omnes superemus difficultates. Quod notanter idem docuit Basilium, laudans Dei sapientiam, inuestigantem hac voluntate, & oblatione promptum, vt ei onus tale imponi securissimè possit: *Quocirca huic famulatus obeunda legationis in potestate relinquitur, propterea quod nos homines sic natura comparati sumus, vt qua semel Idem, volentes exequenda proposito elegerimus, quantalibet molesta fuerint: tamen eam operosam molestiam deuoramus, ac perpetuamur.* Sic eiusmodi expeditiones ordinatissimè fiunt, sic nostra præstabimus, & quæ defunt à mittente accipiemus, quibus & honor Missionibus impenditur, & nobis vires suppeditantur, & facilitas, ac alacritas elargitur.

Hieron.

4. Reg. 4.

Basil.

Idem.



# EXPEDITIONVM SPIRITVALIVM SOCIETATIS IESV, LIBER SECVNDVS.

**E**A, quæ, Religione iuuante, assueta sunt fieri, oportet, non arbitrio cuiusvis exequi; sed, velut ad amissim ædificia, arte, & studio, certisque regulis executioni mandantur. Ita hoc opus Religioni addictum, non cuiquam licet suo accommodare ingenio, præcipuè Tyro- nibus, hoc maximè præ oculis habentibus, ne errando prius, scientiam experientia errorum sibi nanciscantur. Quis enim manum operi imponet, quin prius illius rei gerendæ artem obtineat? Nec se in hoc artificium ingeret, nisi ea, quæ scire fas, & necessarium est, prius apprehenderit: quod nisi fiat, oportet eos grauiter errare, & in re magni momenti, cuius ignoracioni damna sæpè irreparabilia succedent, vsuuenit illud dictum: *Opus habens De-lio natatore.* Quæ autem præ manibus habemus, dexteritate maxima, & incipienda, & finienda sunt. Ob id quidem hic Liber Regulas Missionibus occupatis præscribet, quibus gubernari prudenter oporteat, tam ex Constitutionum doctrina, quàm ex regulis, & instructionibus, experientiæque enatis, vt dexteritate maxima, & vnitæ, quoad fieri poterit, seruata, hoc opus perficiant. Ita nunc sermonem conuertimus ad ipsos mittendos; quos quidem (suppositis superiùs tractatis de Superiorum regulis) munus suum exercere cupientes, his baculis inniti oportet.

## CAPVT I.

### Quo pacto expeditio hæc ini- tianda.

**D**IFFICILE sanè est initio operum secundum mouere pedem, vt inde progressus in tuto locentur: quò enim aliquod negotium maioris

A ponderis est, eò maiori sollicitudine, ac studio, & disponendum, & perficiendum, ne pes labatur, ne in labyrinthum inexplicabile incidat, & omnia erroris plena euadant. Seruus ille missus in Mesopotamiam, vt Isaac vxorem quæreret, videns negotij magnitudinem, & inter tot veritatis hostes technas reperiri haud difficile, Theodidactus esse voluit, ad eum accurrens, vt viam dubiam ipsi certam, & securam redderet. Ait ergo: *Domine Deus Domini mei Abraham, occurre, obsecro, mihi hodie;* & fac

Gen. 24.

fac misericordiam cum Domino meo Abraham. Cur non eam pro se exposcit? Vt merita Abraham, cuius vices gerebat, apponeret, Deo gratissima fore credens. Ita Filij Societatis hoc opus agredientes, non tam pro se, quàm pro bono illius, cuius nomine legatione funguntur, petant auxiliares copias, vt negotium ipsius peragant Religionis. Nec immeritò ipse Patriarcha Deo obediens, arduum aggrediens opus, non solum ipsa impleuit; sed Deo gratissimum ordinem seruauit, cum primùm silentij lege se adstrinxerit; ne lacrymæ vxoris eum pellicerent, ne importunæ preces seruorum, à recto tramite deuiare compellerent, necessaria assumpit sacrificio perficiendo, viam arripuit, montem sibi signatum conscendit, filium super struem posuit, ligauit, ac vt inceptum perficeret, occidere aggressus est. Ad eò enim placuit Deo tam miris exequendi mandatum ordo, vt prohibuerit filij occisionem: *Ne extendas manum in puerum.* dicens. Quare Ambros. docet: *Hoc immolandi ordine, meruit filium sibi referuari.* Summo perè necessariis ordo, in Missionibus tenendus est, vt mereamur, & Deo placere, & animas à morte reuocare. Ne ergo initio erroribus inuoluamur, pede bouis in eo munere incedamus, vt experientiæ defectum, ordo exequendi suppleat mandata. Summo desiderio tenebatur Rebecca Iacobo paternam concedere benedictionem, & quanuis muliebri astu ducta, vt ad gregem pergeret, citò suaserit, quæ ad eam spectabant magno studio perfecit, ne quid deesset, vt pater Esaii benedicere arbitrareretur, personam istius quodam furo mentiens.

Gen. 22.

Ambros. lib. de Abraham.

Gen. 27.

Glossa.

Chrysof.

Quod ponderans Glossa ait: *Omnem lapidem mouit, vt Iacob paternam assequeretur benedictionem.* Hæc nos monent, vt omni ornemus (sollicitudine non posthabita) grauitate aggrediendam expeditionem, vt benedictione, & approbatione celesti digna inueniatur, nostra præstemus, Dei expectemus, & promereamur auxilia: sic enim opus perfectum vndequaquè euadet, & feliciter consummabitur. Quod eleganter Chrysof. hoc Rebecca factum ponderans docuit hom. 53. in Genesim: *Nam, quando, quod à nobis est, offerimus, largiter diuinam operationem consequimur: nam, ne desides & supini simus, vult etiam nos aliquid conferre, quo sic sua declaret, & non totum sit supremi auxilij; sed oporteat nos aliquid simul asserre.* Omnem lapidem moueamus: quæ ad nos attinent, solerter executioni mandemus, non præcipiti motu, nec lento gradu; sed studio, ac sollicitudine, maturitate, ac grauitate sua quæque temporæ rebus occurrentibus concedendo.

Primò ergo, licet (vt dicemus inferiùs) oneremur fauoribus hominum, non sint asportandi, vt rerum ignotarum capiamus mensuram (ne agendis potentes impedimento sint) magna fundati humilitate, nullo mundialium vsu innitentes, (qui quidem denuò venientes solent iniungere,) huius rei sollicitudo nostros haud implicet; sed omni postposito vsu rerum, Magistratus petat, Ecclesiasticos viros primos requirant, homines magnæ expectationis visitent, & alloquantur: tum vt humilitatis exempla, & documenta præbeant: tum, ne aliquod externi (ducti ratione humana) impedimentum operi intento apponant: ad hoc enim

quilibet valet multum: ad iuuamen, etiam multitudo haud præstat. Vnus Malacæ Præfectus, (quanuis Franciscus Xauerius vir esset spectatissimus, & Nuncij munus exerceret, Proregis, & Regis commendatitias deferret tabulas,) Chinæ Missionem impedire voluit. Ne ergo Diabolus his vtatur instrumentis ad impediendam expeditionem, *subiacti simus* (vt inquit B. Petrus) *omni creatura propter Deum.* Vt 1. Petri 2. 3. placitum talium hominum expectemus, ad quid noster ad eos aduentus ordinetur, exponamus; & etiam consilia, hæc disponendi suauiter, & prudenter ab eis expectamus, ne cæcutientibus similes simus, qui neglecto duce in via errant. Non immeritò P. N. Xenodochia; & scholas puerorum primo loco commendat Sociis, vt ab humilitatis fundamento, ad altiora progressum facerent. Ita hoc documentum inuisendi primos viros, & quibus interest, facultatem, aut necessaria præbere, primo statuumus loco, ne humilitatis obliuioi simus, cum hæc primas ferre debeat in hoc opere. Populus per desertum iter agens, inter mansiones, sine peruenit ad campestria Moab Num. 36. 13. & Deut. 34. significans, qui montium re- nuerant cacumina, deuenire, & recto abire ad vallem humilitatis: quanto enim quis in spiritali via procedit, tantò humilitatis signa præclatiora præbere tenetur: quod notanter docuit Petrus Damianus lib. 2. epist. 7. *Quoniam sancti quique quando celsiori perfectione sunt præditi, tanto maiori sunt humilitate fundati.* Quanuis enim excursionis suæ curæ habentes, viri essent maximi, & in honore habiti ab omnibus: ita oporteret hoc humilitatis studio aggredi, quod præ manibus haberent. Omnes Interpretes sacre Paginae, de doctrina legis, & Euangelij propinada exponunt verba illa Psalmi 74. *Hunc humiliat, & hunc exultat: quia calix in manu Domini, &c. Inclinetur ex hoc in hoc, &c.* Vbi nota non dicere, hunc humiliat, & alium, aut illum exultat: sed eodem articulo vsus, hunc, & hunc repetit, in quo eundem notare videtur; qui quidem ea via exaltari arbitratur, qua humiliatur. Quid experientia certius, quid oculatius quotidie videmus? Tunc enim omnes hæc negotia tractantes, laudibus in cælum efferruntur, si qua in eis humilitatis cernunt signa, cū nulla eis cura eorū, quæ Hispanè, *pumos*, vocamus, minuta existimantes, quæ in tanto pretio habent mundi sectatores. Præterea addit: *Quis calix in manu Domini.* Quæ enim in manu tenet, doctrinæ celestis documenta, nobis tradit, vt discamus, inclinare propinanda verba, ad sensum audientium ea accommodando: qui enim ita de verbo suo sentit, & inclinandum tradit, vt commodè aliis impartiat; quomodo ei placebit huius verbi Ministros, extento collo, & erecta ceruice cum hominibus agere, & ad ea, quæ mundum sapiunt, protendere? Absit hoc à nostris, absit à Missionibus, requirant loci homines honoratioris, eos saluent, in propriis domibus cum eis conueniant, negotiorum rationem fidenter committant; Sacerdotes alacri facie, & lenibus verbis alloquantur; Religiosos præcipuè, curam sui Cænobij habentibus valedicant, ne nimis omnes fugiendos, occasionem apponendi obstacula dent. Præterea in illo calice, & purum vinum, & facies simul



simul mixta aderant: vt ostendatur nobis, Verbum humanitate humiliatum, & ipsum purissimum existere, sine Diuinitatis diminutione, & veram faciem nostram assumpsisse naturam: quod Gaudentius sic exposuit ad Paulum Diaconum scribens: *Et is, qui sese excinaniuit, formam serui accipiens, plenus Deus esse non desinat.* Ita nos arbitrari debemus, nihil perdere nostrorum iurium, nihil Religionis auita, cum humilitatem sociam asciscamus, qua ornamento esse solet dotibus nobis concessis. Inclinetur ergo, ad vinum diuini verbi propinandum, ex hoc in illud, ex Ecclesiasticis in saeculares, ex istis in alios, vt omnibus gratus fiat aduentus, & cordi sit expeditio, cuius iam tenent, & venerantur initia.

Duobus exornanda dicta. Vno, omnibus se faciles exhibeant, ita vt ex verbis, alacritate, suauitate morum, agendi cum eis consuetudine, magnam spem concipiant tenere, quibus sua fidere possint negotia, quibus facillime suas aperire conscientias valeant, Deo similes effecti, qui omnes benignè, ad consortium, & commercium cum eo allicit. Cur vocetur Deus locus ab antiquis, aut similis loco, inquit Philo lib. de informis. Et rationem reddit: *Sicut locus nunc aërem, nunc ignem, nunc alia corpora amplexu suo suscipit: ita Deus vocatur locus, quod omnibus ad eum refugium pateat.* Cuius Sanctissimus Xauerius diuersas inuiferet regiones, ita cum illis gentibus placidè agebat, ac si nota essent, & sua munia tractarent, adeo vt ob hunc morem; contemptui habitus fuerit ab aliquibus exitimantibus, vitæ famam, haud cum eius conuersandi consuetudine congruere. Ita lucrandi sunt proximi, & eorum furanda corda. Prudentiores à Christo dicti sunt filij saeculi, quam lucis: quia illi hac suauitate, eos, quos pellicere cupiunt, vincunt, & obligant. Sic ille astutissimus Absalom, vt populo gratus fieret, humanissimè cum eo agebat, & fascino verborum in amore sui deperire faciebat. Ita, sollicitabat corda filiorum Israël, plus sonat in originali, furabatur corda: quasi nolentes, & repugnantes sibi connectebat, & vi suauitatis, & humanitatis, amore spoliabat indebito.

Iste conuersandi modus, tam pro saecularibus, quam pro Ecclesiasticis, tenendus est, tam cum primis, quam cum populi vulgo: quia pro omnibus aduentus nostrorum est. Ciuitas sacerdotalis, qua dicebatur refugij, medium tenebat inter sacram, & profanam, tanquam omnes sinu suæ protectionis continens. Philo sic fatetur lib. de specialibus legibus: *Urbem sacerdotalem, medium (ait) inter profanam, & sacram, que est, quasi templum quoddam secundarium.* Qui enim constituti sunt velut asyllum ciuitatum, & locorum profanorum, & sacrorum conuersationem haud fugiant; sed velut templum sacrum, ac venerandum, semper existens, assassinatorum, & peruersorum hominum refugium facti vniuersos suscipiant, & omnes (velut arca Noëtica continet intra viscera sua diuersa, eaque libenter pandit, vt omnes capiat) amplectantur. Nec hoc inutiliter fit, nec refolet humanos ambitus, & adulationes; sed pro sine habet, metum abigere, consortia inire, gratos omnes reddere ad eorum salutem capeffendam. Latus Christi ape-

Gaudent.

Philo.

Luc. 16. 8.

2. Reg. 15.

Num. 35. 6. Deuter. 4. 4. 2. Josue 20. 8. Philo.

ruit miles, cui forte contigit vestem inconfutibilem possidere: & optimo iure id factum, mysterio si attendamus: nam, qui latam (vt ad Christum ingrediantur) portam in eius latere aperit, dignus est, possidere (tanquam vestem inconfutibilem, in qua concordia, & consensus omnium designatur sine ruptione, ac diuisione animorum) omnium corda, omniumque voluntatum haeres fieri. Drogo Hostienensis de Dominica Passione agens, & hoc factum expendens sic ait: *Ipsa est, nimirum, charitas fidelium, qua tibi soli militat, cuius lancea predicationis cunctis fidelibus credentibus latum aperit. Vnus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio.* Hac nostras imitatione ita gratos sibi reddere populares, quotidie cernimus, vt eos Christo pacificent, latam eis portam apertiendo, aut fodiendo, si cum eis lepidè, & leniter agant.

Hinc secundo, deueniendum est ad capeffendam notitiam ciuium, morum omnium, consuetudinum, vitiorum, qua solent esse frequentiora, & maius nocuum: entum ingenerant. Scandala vitanda discant, discordias item publicas, & alia, qua quasi incidenter ex usu agendi cum his hominibus produntur; & qua saepe in eorum ore, detractionis nomen merentur, in notitia mittendorum, ad salutem, & bonum populi dignoscuntur: qui enim munus Magistrorum tenent, saepe discipulorum morem gerere oportet, vt discant, qua publicè, aut priuim mederi tenentur. Huius virtutis tanquam Antefignanum, Cyprianum laudat August. 4. de Baptismo, cap. 5. aiens: *Ideo vir Sanctus Cyprianus, non solum doctus, sed etiam docilis, quod in laude Episcopi, quem designat Apostolus ad Titum primo, sic intellexit, non solum vt scienter doceat, sed etiam vt patienter discat.* In laudem vertitur hac sagax morum inquisitio, vt ea, qua ignorat, à notis habeat. Ignorat quis itineris capita: iis perceptis, haud difficilè totum conficit, & reliqua ingenio suo tenet, vt optimè Clemens Alexandr. 4. Strom. *Postea autem iam est ingrediendum, & reliquam iter inueniendum.* Et saepe hac notitia potius habetur à vulgo, quam à selectioribus. Isti fortè, ne inuidia, amulationis, & simulationis notentur; itèaque, ne sua alij prodant etiam crimina; præterea, ne vt vulgares loqui videantur, & secreta vulnera populi discooperire; tacere solent: at illi minus cautè agunt, simplicius ad veritatem attendunt, & remedia imminentium malorum exoptant, vt respublica purgetur; aut, quia facilius secreta pandunt, nec curant de honoris prodicione, si occulta aliis aperiant: licet enim isti incautè, & malè loquantur, ad bonum omnium ea accipiant, & in scripio memoriae seruent, & ea ad momentum stateræ referant, ne falsa, aut minus probata pro veris accipiant. Optimè Blesensis epist. 101. confiderauit, quomodo ex profundo lacu extractus Blesens. fuerit Propheta Ieremias, pannos veteres funibus apponendo, vt lenius manus impositæ, vim corpori grauitanti, & sine læsione ascendenti præberent: quanti è profundo peccatorum, vbi miserè tanquam in tetrico, & lubrico loco iacebant, extracti sunt, vilium hominum interuentione, & notitia ab eis capta malorum, in quibus illi homines, velut in profundo obruti,

Matth. 27. Ioan. 19.

Drogo Host.

August.

Clem. Alex.

Ierem. 38.

Glossa.

obrut, tenebantur? *Nam de tenebris ignorantia ad lumen scientia non ascenditur, nisi antiquorum scripta propensiore studio relegantur.* Nos dicimus, nisi ab hominibus in ciuitate degentibus, peccatorum lumen, ac notitiam venemur. Neminem aliena loquentem spernamus: saepe hominum consilia lucem maximam rei gerendæ afferunt. Vidi in quadam magna excursionem res felicissimè venisse cuiusdam foeminae consilio, quo capto, & iis, qua manifestauerat, executioni mandatis, magna futura damna truncata fuere, & grata, vtilique deinde expeditio omnibus fuit.

Huic loganimitatis, & prudentiæ documento addenda est sollicitudo in disponendis necessariis ad opus intentum: nec turbentur, aut pusilli animi fiant, si multa audiant, qua vires confringere, ac debilitare possent: solent enim homines onerare mittendorum animum, magnas difficultates rei gerendæ apponendo, qua negligendæ sunt, nec desistendum ab incepto: imò in his, qua diximus, occupati suum promoueant opus. Noë nomen interpretatur Chrysofom. hom. 21. in Gen. *cessatio*, & Hieronymus, *requies*: num idèd, quia cessauit ab opere incepto: nec illud perfecit difficultatibus oppressus, & victus? Minimè. Imò nunquam homines illius æui cessabat alloqui, ad penitentiam adducens, & prouocans eos, & ex opere ipso, cui adstabat, mala prædicebat futura, & cladem vniuersi deprædicabat. Quod scitè notans Chrysof. *Tempèstiuè, & interpestiuè diuinam commemorans indignationem, à naturitate sua accepto nomine, obambulabat Noë omnibus, qui tunc erant, doctor calamitatum.* Si ex vi nominis hæc percurrere faciebat; quies, & cessatio, significata in eo, nihil designabant, quam in nullo alio quicuisse negotio, & ab omnibus aliis cessasse, vt huic totus se traderet. Nobis hoc incumbit, quies nostra, cessatio: cum humaniter homines alloquimur, quid aliud fortitæ sunt, nisi tunc non cessare ab impendenti negotio. Opportunè, importunè nostra intentionis esse debet bona magna illis hominibus afferre: & quantum hi respondeant ingrato animo, & maligno affectu, si miles esse debemus Ore lapidi percussio virgæ ictibus, qui non vindictam, nec ignita reddebat fulgetra; sed aquam ad sitim extinguendam: imò non contentus tantum præbere bonum, discedentè populo ab eo, ipsum sequebatur, propriam relinquens sedem, ne à beneficio semel exhibito elargiendo cessaret. Nec hoc petrae adscitibus, cuius dura conditio non hos effectus promittit: sed ei, cuius figuram gerebat, nempe, Christo: *Petra autem erat Christus.* illa enim, non lapidi mortuo, sed viuo Domino, & amanti assignanda sunt.

Chrysof. Hieron.

Genes. 6.

Chrysof.

1. Cor. 10. 4.

Exod. 17.

1. Cor. 10.

Chrysof. in Epist. 1. ad Corinth.

Optimè Chrysof. hom. 23. *Non à petra natura emittebat aquam; sed alia quadam spiritalis petra, totum operabatur, nempe, Christus, qui est ubique præsens: propterea enim dixit: Sequente eos petra.* Tu ergo nõ natura legibus ductus, sed Christi Domini, cuius legatione fungeris, fugientes sequere, malefacientibus bonaingere, animum frangentibus animosus te præbe: sic vinces, & Dei munus exequeris: persequi enim eos, sequi est, vt importunitate victi sitim extinguere valeant. Molestè præbebant operarios Præfecti obruti,

Ægyptiorum, vt assignata opera tempore suo darent: hos imitari oportet, & populos instantia vincere, vt ea, qua Deo debent, tempore suo reddant, ne ingrati huic vocationi relinquuntur. Quod ponderans Drogo Hostienensis supra, ad nos conuertit sermonem, & ex humano & crudeli facto, diuinum, & impensè Deo reddendum conuicit. *Nunc, ait, Domine, Passiois tuae dies urgere nos deberent magis, quam præpositi Pharaonis: quoniam in operibus tuis iustitia est, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto.* Insuper ergo, & urgeat, accendatque corda omnium, qui huic præsumt operi, vt difficultatibus superatis, & tepiditate hominum abiecta, ad tributa Deo reddenda toto affectu se conuertant: quod quantum molestum videatur, postea gratissimum redditur.

Drogo Host.

CAPVT II.

Qua via notitia locorum capienda.

Haud satis dicta sufficiunt loca ignota inuisentibus: nec enim ad indiuidua curanda Medicus accedit, nisi principiis, & capitibus artis sit imbutus ad illa capeffenda. Hac prius expendenda sunt. In omnibus locis quadam principatum obtinent, qua si maneant inconcussa, damnum irreparabile confirmant: si verò destruantur, soloque æquentur, maximam res mutationem consequuntur. Hæc sunt non vnius, aut alterius occulta scelera, qua fortè familia in aliis minimè vigent; sed consuetudines prææ, abusus ab omnibus passim suscepti, qua quidem mala ita diuersimodè reperiuntur, vt vno loco pro Deo venerata, & viù trita, alio ignorentur, & alia pullulent, vel peiora, alterius tamen conditionis. Illi abominantur talis viri mores: isti è contra huius affluera mala; & quasi mutuo se profcindunt, ac detrahunt: cum tamen vtriusque misera sit fors, status ploratu dignus. Cum ergo tot placita, omnium applausu, cathedram pestilentem obtineant, quasi ex suggestu deprædicantur, & ab omnibus grato, ac lubenti animo venerantur: adeo enim facilis est lapsus, vt quauis succedente occasione in hunc lapidem impingant, & quasi canis ad vomitum redeant quauis leui oblata occasione: quo fit, vt vitia stabilitatem obtineant, & communi omnes teneantur labe. Quare, rogo, Moyses à Deo instructus tot circulis, & ambagibus, per deserta loca populum duxit, cum via recta, facile ad promissionis terram peruenire valeret? Hæc se offert prudentis Ducis causa, afflueros eos vitis Ægyptiacis sensit; & in affluera haud difficilè præcipitari, quauis data noua occasione. Ne ergo hostium dura impugnatione oblata, statim recursum ad Ægyptum meditentur, noluit eis talem recalitrandi causam præbere, & ad periculosiora obligare adhuc tenerum, & debilem in virtute populum. Quod eleganter Philo docuit de vita Moyse agens: *Ne ipsi ab hostibus reiecti ad hostes reuertentur, à notis ad veteres.* Ita planè accidit nouellis plantis, & afflictiis abusibus antiquis: cum enim inceptu rei nouæ aliqua se offert occasio, ad nota reditum meditantur, & per-

Philo.

petuus

petuus in consuetudine firmatus asylus eos recipit, ac tuerur. Vires ergo omnes apponere est necesse, vt hæc Idola veneratione ab omnibus culta, penitus deleantur, & solo æquentur, quæ velut muri Ierichuntini, tubarum sonitu, nempe, vi prædicationis, & zelo tot vitandi mala, destruenda sunt. Deserta ciuitas Pastore iudicanda est, ac confenda, quæ tales consuetudines vendicat sibi, tales abusus patitur; qui hæc simulacra idolorum ausus non est, delere: ita vt verè dicamus: *Excelsa non abstulit.* ad quorum cultum statim populus ruit, & impetue magno fertur vel inuitus. Achab præsentem clamauit Propheta Michas 2. Paralip. 18. *Vidi vniuersum Israël dispersum per montes.* Ibi idola residet, ibi cultui venerata inueniunt, quò ire deberent, Pastore carentes, nisi ad aslucta vitia, vt ea summo perè colerent. Ita Theodoretus aiens: *Per hæc ostendit, quòd illis prauitas causa sit fragis: nam, si bonum ac pium habuissent Pastorem, vi superassent hostes.* Vi contineret in officio populos, vi deleteret idola, vi tolleret (si industria non sufficeret) ouium redditum ad aslucta vitia. Ergo tollenda hæc sunt, ac proinde magna cum cautela dignoscenda. Habemus in Vita S. Caroli Borromei, sustinuisse consuetos ludos tempore à Natiuitate ad Quadragesimam vsque, vsu inductos: at data occasione magnæ cladis, religionis actibus, populo hæc mala vsu recepta subtraxit, Processiones, orationis Horas, Communionem generalem, loco ludorum instituendo, & eo duce promouendo. Vidit enim sanctissimus Pastor, hoc malo populum trahi ad innumera peccata: quamobrem & spectacula, & ludos abstulit hac occasione. Nec mirum, quòd iste hæc præiuderet mala, cum videas, Theodoricum hæreticum Gothorum Regem id sentire ex Cassiodoro lib. 3. epist. 51. *Spectaculum, expellens grauissimos mores, innitans leuissimas contentiones, enacuatur honestatis, fons irriguus iurgiorum: quòd vices quas habuit sacrum, sed contentiosa posteritas fecit esse ludibrium.* Optimè quidem: verum *Excelsa non abstulit.* hac ductus ratione: *Hæc nos fouemus necessitate populorum imminentium, quibus votum est ad talia conuenire.* Qui tot mala in spectaculorum vsu adinuenit, haud deberet populorum desideria fouere; sed vt Pastor bonus ea omnia vitare: adèd enim vigent prauis abusus, peruersæ consuetudines, aduersus quas hoc imminet bellum spirituale: id enim imitandum, quòd docuit exemplo Ezechias 2. Paralip. 31. qui ad hostium incursum se præparans, fontium capita obturauit, ne illi aqua abundarent, per meatus redundante extra ciuitatè: *Obturauerunt capita fontium.* Ita nos vitiorum capita, nempe, abusus, & prauas consuetudines, cum prælium inimis aduersus Diabolum, obturare est opus, ne ex illis, alia plurima deriuentur mala, quæ hosti deseruiant, & velut potum præbeant, de quo Iob 15. *Bibit, quasi aquam, iniquitatem.* Glossa Mor. *Est bonus Prælati, qui contra Demones, contra se, ac populum venientes, obturat fontes, id est, meatus aquarum, per quas significantur originis peccatorum.* Quo fit, vt vna sublata consuetudine, siue totius populi, siue cuiusuis in particulari, plurima inde scaturientia mala præpediantur, quæ ex illa, tanquam è fonte, manare in vsu erat.

4. Reg. 15. 35

2. Paralip. 18.

Theodoret. in Paralip.

Cassiod.

2. Paralip. 31.

Iob 15. Glossa.

A Vt hoc aggrediatur opus, attendat ad dicta cap. præcedenti; tamen diuersa sit ratio de peccatis, quæ vigent in populis, & abusibus, ac consuetudinibus: illa enim sæpè diuersissime proferuntur, & notantur: alij aiunt; alij negant; alij incerta, & dubia pro certis referunt; alij maligno animo, ad detrahendum potiùs, quàm ad vitanda vitia, hæc produnt. At consuetæ, & vsu trita facillè coniciuntur, & vno ore versantur in omnium narratione, mala vicinorum cantantium, aslucta vitia zelo arcepti recensendo. Nihilominùs id verum, & securum, quòd notanter docuit Gelasius PP.

B Apologia aduersus Lupercalia: *Si sciperent, non precipitarent omnino sententiâ: sed perscrutatis ante rebus, loquenda depromerent.* Licet consuetudines apertius se prodant, antequàm manum mittat ad eas delendas, magna cautela, & prudentia opus habet; vel auditum præbendo his malis, quasi casu, & aliud intendens; vel à probatis noticiam certam maiorum abusuum furando. Eleganter docuit Richardus de S. Victore tract. 2. de exterminio mali, exploratores promissæ terræ contemplans, qui cautela magna omnia, quæ iuuare, aut nocere possent, curiosè perscrutabantur, & alia agere videbantur, nec ea curare, quæ eis multum conferrent. *Inspicite (ait) terram, quam Deus fecit, & urbem, quam humana inuentio instituit, vt sciamus, contra quæ mala cauenda. & ad quæ bona agenda debeamus vigilare.* Mirum in modum Iosephus notauit horum cautelam, & modum scrutandi ciuitatis Ierichutinæ occultas vires, vnde facillius posset effodi murus; vbi maior vis, ac robur; vbi serarum, præsidij, atque armorum copia: cum tamen, velut peregrini, solum intenderent curiosè contemplari ciuitatis structuram, ac nobilitatem, vt eius bona in patria narrarent. *Latenter enim prius omnem urbem eorum licenter considerauerunt simul, & muros, quicumque fortes, & qui non ita cauti esse viderentur, sed & portas, quæ dum essent fragiles, opportunum præberent inuasuris introitum: non autem curabant ciues, quicumque videbant eos ista considerare, putantes visionis gratia peregrinos, aptissima eos ciuitatis loca singula perscrutari; non voluntate tamen hostili.* Ita se gerere debent Missionum Magistri; hæc prudentia, locorum mores scitè cognoscere, quasi curiositate ducti, non hostili animo, vt ea è medio tollant, ac vi verbi, & diligentiarum studio, proscindant. Nec aliquid se egisse autument, si funditus, & consuetudine robotata mala non eradicauerint, & destruxerint: quia, vt dicebamus, hæc radice manente proficiet in dies; & ramos emittet, qui totum populum peccatis repleat. *Quid enim aliud, vt lib. 1. vidimus, ex Augustiniana Missionè, conatu ardenti, lacrymis, ac oratione, conditis omni eloquentiæ sale, pro suggestu populo intimare intendebat, nisi peruersos abusus, & crudeles Festorum solennitates abolere? Quanta passus Gelasius, vt Lupercalia obliuioni daret, quæ religionis fucio, turpissimè exercebantur, & vt iterum redirent omnia mala, quæ fortuna veniebant, horum ludorum subtractioni adscribebât vociferantes populi, malum omen dicentes, suorum festorum, iam pridem in vsu, à maioribus hæreditate auita suscepta, infausam ablationem esse:*

Gelas. Papa.

Richard.

Ioseph. 5. Antiq. cap. 1.

E

Gelas. Pap.

Matth. 5.

Glossa.

Simplic.

Luc. 16.

Gregor. Pastor. cur. p. 3. c. 4.

esse: quos sic alloquitur Sanctus Pontifex Apolog. aduersus Lupercalia, alia referens peccata, quibus nihil attribuebant mali obruentis eos: *Ecce, quæ faciunt omnia aduersa, & inimica nobis, non Lupercalia, quæ sunt pro salute vestra sublata.* Quasi diceret: Hæc vestra peccata in causa sunt, vt tot inundem malis, & pœnis meritò affligamur; non tamen quæ pro bono vestro consuetudines ludorum abolita sunt: adèd tenax humanum ingenium in conseruandis prauis motibus. Quæ alia Christus Dominus damnabat frequentius, & delere omnino intendebat, nisi prauam antiquorum, firmatam autoritate legum, interpretationem, quæ ab omnibus in veneratione erant. Antiquis dictum est: *Inclamate. Ego autem dico vobis: Hæc via tenenda: illa, quæ ducit ad interitum, obliteranda, vt in cap. 5. Matth. Glossa: Cum toties antiquorum memoretur, non semper refert, quæ iusta fuerint; sed quæ peruersa interpretatione addita, ad abulum, & prauam introducendam consuetudinem legis autoritate firmandam, & antiquorum vsu receptam. Hoc dicitur ad traditionem Scribarum, quibus visum est hoc addendum.* Quæ enim antiquitas instituit, aut passa est permanere, destruenda curare debemus, ne serpat malum tanta fulcitur autoritate: non quidem alia via vitia ad plures facillius extenduntur. Simplicius epist. 9. ad Zenonem Imperatorem: *Longè sinit ab innocentiis perniciosa contagia, vt intra Domini gregis ouile sit sinceritas.* Nec enim alia minus pudefaciunt homines, quàm ea, quæ aslucta sunt omnibus, inde vsu trita placet: si quis tamen singulare aliquid afferat, ab omnibus, aut irridetur, aut notatur. Hac ergo via populi in magnam stragem veniunt. Possemus quidem hos homines interrogare, quæ rogauit Samsoni amasia eius: *Dic mihi, in quo sit tua maxima fortitudo, & quòd sit, quo alligatus erumpere nequeas.* Duo rogat notanda infida femina, & radicem fortitudinis, & quo vinciri insuperabiliter posset. Rationem prioris reddit Gregorius: *Quæ pestis ardentius insectanda est, nisi quæ periculosius premit.* Ita planè incumbit nobis ea; quæ homines periculosius premunt, proscindere, & omnino tollere, in quibus maxima Diaboli innititur fortitudo. Nec solum noscendum malum; sed etiam sciendum, quo capi, irretiri, vinciri que possit, vt remedio efficaci subuertatur: qua via hæc mala adèd firmata destrui, & aboleri possunt, si Prælatorum interuentu; si Præfectorum manu; si Procetum autoritate; si prædicationis tuba; si blando sermone, aut forti; hæc perscrutanda, vt tantum malum è medio abeat, & quæ intentantur bona, sedem firmam inueniant.

CAPVT III.

Paupertatis maxima sit cura in Missionis inceptu, & progressu.

Res in procinctu cum sit, arma paupertatis fumant expeditionibus destinati: ab

ea initium, & omen capeffendum. Secundo quidem pede procedent, si nec ab illa, quantum à domo habitationis emendantur, lato vngue discedant. Verbis vtat 5. Regulæ conficiendarum Missionum hæc commendantis: *Cum oppidatim missi fuerint ad fructificandum in agro Domini, dabunt operam, quoad fieri poterit, vt more pauperum Euangelium prædicent: proinde pedites, vel in toto, vel in parte iter facient, si eos Superior id præstare posse iudicauerit.* Multa hæc paupertatis cura profcendit, ad magna viam parat, nec aliter iumentum illud Christum Dominum deferens, tutius, ac securius incedere possit, quàm stratis solo vestibus Discipulorum: abiectio enim, & contemptus temporalium rerum, tutissimum iter mittendis præbet, vt securi incedant inter magna pericula: ablegata enim sollicitudine rerum, ad commoditatem spectantium, plurima alia eliminantur, quæ obstare possent rei agendæ. Ambros. verbis vtat Sermon. 24. *Significans stratis in itinere vestibus, impollutam viam esse in mundo.* Exemplo quidem est omnibus, homines in tueri contemptui habentes corpori necessaria, & tanquam pauperes euangelici, (quorum pedes idèd pulchri dicuntur; quia eis iter conficitur, & laboratur,) nullius rei curam habere, nisi prædicandi Christum verbo, & exemplo, qui simili forma, diuersas peragrabat regiones.

Si vires suppetant, pedites iter agendum est, contenti vnum iumentum secum ferre pro vestibus, & sarcina ad hoc opus necessaria. Nec multis arbitretur opus habere, quantum difficilem aggredere expeditionem: quia tempus deerit, & vacandi studiis nulla requies erit: idèd oportet pauca præparare, quæ impedimentum potiùs afferent, quàm iuuamen. Quales pergere debeant missi, docuit Gregorius in illo Equite, de quo lib. 1. cap. 4. ait ergo de eo: *Erant verò valde vilis in vestibus, atque ita despectus, vt, si quis illum foras nesciret, salutaris etiam resalutare despiceret; & quoties alia tendebat ad loca, iumento sedere consueuerat, quòd esse despicabilibus omnibus iumentis in cella portuisset reperiri: in quo etiam capistro pro frano, & veruicibus pellibus pro sella utebatur. Per semetipsum sacros Codices in pelliculis sacculis missos, dextro, laudque portabat latere: & quocumque peruenisset Scripturarum aperiebat fontem, & rigabat prata mentium.* Hæc ferè Regula nostra docet missis ad hoc opus, vt semper in illis redoleat, & humilitas, & paupertas, quæ ædificationi intuentium deseruiunt, & operi magnoperè initiando iuuamen non leue afferunt. Vidi, ea solum motum ratione populum, haud vilem, magna de hominibus sic incedentibus concepsisse, & laudibus efferentem eos, sanctitatisque signa prædicantem, omnes commouisse, vt eos & audirent, & venerentur: ed enim vilis vestiti conspiciuntur, quòd minus apparatus secum afferre audiunt. Postea audita mirantes, dicere solent: Vnde isti tam mira loquuntur, cum non didicerint in libris, & codicibus, quibus carent? Occupati integra die in Confessionibus, & vrgentibus negotiis, vix somni capiendi locum, breuique tempore habent; quando hæc memoriæ mandare potuerunt? Qui enim alia via incedere curant, aut super-

Conf. S. Igo.

Matth. 21.

Isaia 52.

Gregor.

D

D



bia laborant, aut ignorant adscitum sibi opus. Quod maius superbiae signum, quam apparatus querere, ut omnibus in honore sint? Quasi ex iter agendi fastu, pluri habendi forent, quam si vili veste, & bestia vterentur; haud longè à parente euntes, qui nudus repertus, abscondit se à facie Domini, non tam peccati verecundia pressus, quam nuditatis vestimentorum, & ornatus confusus: idcirco fecit sibi succinctoria. Isidorus ibi: *Viderunt, se esse nudos oculis peruersis, quibus nuditas, scilicet, & simplicitas erubescenda videbatur.* Ignorat ille planè pondus operis, ad quod assumptus est: siquidem ad illud perficiendum paupertatis pennis alleuiatur, ut feliciter intentum assequi possit. Priusquam Christus Dominus suos praecinctos mitteret ad hoc opus, relinquere omnia, ac prodigere iubet Luc. 12. Quare? Theophylactus: *Spolians eos qualibet vita cura, & elevatione, iam nunc ad ministrandum mittit.* Sportulas abiciat, qui huic deditus est labori, & amans paupertatis inueniatur.

Præterea, magna ex parte facilem expeditionem reddunt: siquidem videntes homines aded leui armatura oneratos ad eos venisse, non solliciti populi de alimonia, ac hospitio, quasi apud se haberent pauperes paucis contentos, magna alacritate eos amplectuntur. Nec ob id viles arbitrantur, vestibus egenorum indutos, paucis contentos, sarcinis carentes; doctrina quidem, morum grauitas, zelus salutis eorum, & ipsamet rerum indigentia, eos omni honoris dignos reddunt. Apprimè Plutarchus in Coroliano: *Maius (inquit) populus egeret, quam ipsi viti, ornamentum essent.* Laus, ac reuerentia ex ipsa capitur indigentia, cum videant homines doctrina imbutos, omnia huius generis contemptui habere, & lubenti animo cibos inconditos, ac viles sumere; nec alia querere, aut præparare, quam quæ casu ad manum repererunt.

Præterea, nos quidem tales esse debemus, ut omnes concipiant, eos iuuare cordi esse, non onerare; animas eorum desiderare, non alimonia corporis: imò ut sæpè contingit studio Prælatorum elemosynas, & stipem afferre, ista non exquirant; & licet in ipso negotiorum incurfu soleant restitutiones fieri, quæ pauperibus erogentur; delectu tractandæ, & magna cum ædificatione distribuantur; quibus conuincuntur, non eis onus augeri Nostrorum aduentu, sed leuamen. Pulchrè Bernardus epistol. 103. de laude paupertatis: *Vides, (inquit,) quia magna dignitas sancta paupertas sit, ut patrociniū ipsa sibi non querat; sed & seruat indigentibus.* Talis Nostri commendata, quæ verè aliis proficit, & molestam sollicitudinem demit, tam in his, qui eos suscipiunt, quam in ipsis missis.

Deinde hoc genus viuendi magnam secum affert libertatem. Paucis contentus, haud multis egens, ab hominum liberatur bacillo: nec curat de hospitij commoditate, nec de ciborum qualitate, exponens animum ad panis frustulum, more pauperum egentium, mandendum: qua via omnibus exutus impeditentis, & degit in populo, quanto tempore opportu-

Genes. 3.

Isidor.

Theophyl.

Plutarch.

Bernard.

num iudicat; & liberè loquitur, omnibusque superior incedit, aiens: *Super inimicos meos despecti oculus meus.* aut respexit, non superbia elatus, quasi diceret: Nullius ego, diues sum. Sed omnia posthabens, & nullius rei cura detineri, ac irriteri patiens. Sponsa obtulit se obtulit dilectus: sed quomodo? *En ipse stat post parietem, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.* Cant. 2. At Ambros. habet: *Eminens super retia,* quasi ab eis vinciri non passus, nullaque humanarum rerum sollicitudine, ac amore tene-ri: & sic exponit de Isaac, & anima, cap. 4. *Eminebat super retia, id est, super tentamenta mundi: nam, cum nos homines ambulemus in medio laqueorum per appetentiam esca, reibus simul, & laqueis obnoxij sumus.* His obligantur mundi amatores: at pauper, & nullarum rerum egens, quam liberè incedit, loquitur, agit, ingreditur, & egreditur, semper pascua inueniens; quia paucis contentus. Paupertatem Moysis laudans Philo in eius Vita, qui quidem improprium Christi, ut inquit Apostolus, amplectens, contemptui habuit regiam dignitatem; Regem nihilominus appellat: ar in quo? *Regem in his solis agebat, que verè sunt regia, ut sunt continentia, fortitudo, sobrietas, voluptatis contemptus, &c.* Verè enim regium animum sibi quisque acquirit, qui ab his vilibus rebus alienatus, magna, & ad animum spectantia quarit. Quid sibi voluit illud Pauli dictum: *Nihil habentes, & omnia possidentes.* 2. Cor. 6.

nisi hanc firmare veritatem? qui enim nihil habent, animumque ab omnibus commodis liberum tenent, & possident, omnium rerum domini efficiuntur: siquidem fiducia in Deum innixi, sicut ipse vniuersorum Dominus est, amicitia lege (quæ omnia amicorum communia facit) in possessionem vniuersi pedem figit. Hoc Moysi dictum attende: *Deum Pharaonis faciam te.* Quare? Philo supra: *Fecit enim eum sua potentia participem, totum mundum ei subdens, tanquam hereditarium.* Hanc libertatem adipiscitur: vniuersi dominium obtinet, qui liber incedit à proximorum commodis, & contentus fiducia in Deum. Quo baculo innitens pauper Jacob domum paternam reliquit, & à notis, & commodis se ablegauit: postea diues rediit domum. Nec hoc à Nostri præmium querendum: sed hac libertate inniti, qua securi vbique incedere possunt, raris, nihil eis desiderandum, sed necessaria abundè suppeditaturum Dominum, cuius causam cordi habent. Audi ad hoc illustre testimonium, de quo Victor de persecutione Vvandalica de Eugenio lecto in Carthaginensem Episcopum, aded paupertatis amatore, ut de eo hæc referat: *Vnde tantum reservabat, quantum diei sufficeret, non quantum cupiditas petisset, Deo nostro subinde ingentia, & maiora donante.* Cui consonat illa mannae prouidentia, omnem excludens humanam sollicitudinem: cum enim è caelo caderet, omnes vasa afferebant, ut plurimum sibi seruarent: statim verò disperebat, ac inane reddebatur. Cur hoc? Philo de Vita Moysis: *Sed non erat opus reponere, ex quo Deus decrenit, recentia semper dona suggerere.* Iusta cogitationum tuum in Domino, & ipse te enutriet. Nec pro Concionibus sollicitudo nos teneat, nec pro alimonia;

Cant. 2.

Ambros.

Philo.

2. Cor. 6.

Exod. 7.

Philo.

Gen. 28.

Victor.

Philo.

Psal. 54. 23.

alimonia; sed liberi incedamus, magna fiducia armati: & omnium nos dominos experiemur effectos.

Tandem, qui his oneratur curis, demit proximis, quantum ipsi donatur, pro temporalibus commodis spiritualia eis negans. Tum, quia operarius sollicitus sui commodi, non multum curabit de aliorum salute. Optimè id docuit Theophylactus illa ponderans Domini verba: *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub medio; sed super candelabrum.* At Marcus cap. 4. sic habet: *Sub medio, aut lecto.* Quietem, & ciborum curam demens his, qui lucis munus obeunt: alioqui omnino hebetes, & nullius profectus aliorum erunt Magistri. Theophylactus ibi: *Non sub medio, hoc est, ciborum cura; neque sub lecto, hoc est, quiete: nullus enim, cui cibi cura sunt, & qui requiem desiderat, potuit lucerna esse omnibus lucens, etiam per suam vitam.* Tum molesti non raro efficiuntur his, qui fatigati sollicitudine hospitium, aut murmurationibus omnia replent, aut desiderio oneris deponendi laborant. Animos itac aded laxant, vt parum de salute spiritali curent. Vt enim Dominus suos instruens ad hoc genus operum hanc commendaret paupertatem, iubet salutatione præmissa populos inuifere, & pacem intonare. Quid sibi hæc forma salutandi hospites vult? Eos monere, ad quos accedimus, non multis nos egere, nec apparatus opus esse ad nos suscipiendos ad pacem omnium destinatos, non ad bellum (multis egens) promouendum: quod quidem omnes inquietudine, ac turbatione onerat, & quamplurima ad eum conficiendum parantur. Hanc interpretationem conicio ex intentione Christi Domini, qui, vbi talem salutandi formam docet, paupertatem commendat suis, & paucis eos præcipit contentos esse debere. Item verbis Clementis Alexandrini 1. Pædagog. cap. 12. hæc documenta tradentis, temperantia, & paupertatis amatores nos esse monentis: *Non enim in bello, sed in pace instrumur: bello quidem magno apparatu opus est, magnoque, & profuso sumptu egent delicia. Pax autem, & dilectio simplices: & qui lites, ac negotia fugiunt, nutrimentum eis verbum est.* Quasi dicat, non tam pro pascendo corpore aduentasse illuc, quam vt eis alimenta diuini suppeditarent verbi. Fruantur ergo pace sua: suadeant non turbare eos venisse, sicut contigit Marthæ, quæ turbata est multa fercula Christo parans; cum tamen paucis contentus esset, & potius ad forem accederet, vt spiritaliter pasceret, sicut Mariæ testimonio probauit.

Matth. 5.

Marc. 4.

Theophyl.

Luc. 10.

Clem. Alex.

Luc. 20.

tur ex regno mandato, abundantèrque omnia suppeditabantur: at ille paucis libris contentus, vilique veste indutus, pedibus itinera exornans, magno nobis exemplo proposito præ oculis, docuit eius sequi vestigia. Cur sub præcepto nobis mandatum, ne stipes mitentibus demandetur, etiam si Missiones iniungantur longissimi tractus? nisi vt omnino liberi ab his oneribus, facilem viam ad paupertatem inueniamus, & ne temporalia exquirendo, perdamus maiorum occasionem rerum. Desiderio maximo P. N. paupertatem exiniam suis alumnis commendat, & vt in ea frequentes sint, omnemque commodi curam abiciant. Qua motus de causa? Vt animos alat his expeditionibus faciles: ait enim in Examine, cap. 4. §. 27. *Quandocumque exigit nostre professionis ratio, vt parati, & in prociñtu simus, ad ea omnia, que quouis tempore in Domino nobis iniuncta fuerint, nec petendo, nec expectando premium vllum, in presenti, & labili vita.* Sic ergo ad praxim hæc reuocemus, quemadmodum ex Regulis, & Constitutionibus paupertas commendatur mittendis, talis, quæ aliis exemplo sit. Primò, vt Prædecessorum tritam viam sequamur. Secundò, vt ferueat opus hac præmissa paupertatis virtute. Tertio, ne his, ad quos aduentant, oneri sint, & grato animo amplectantur. Quarto, vt ipsi missi liberentur cura, & sollicitudine, & ad vnum creditum sibi, oculos conuertant. Quintò, vt fiducia in Deo resplendeat, & fulgore suo securos reddat de necessariis. Sextò, vt ita melius ad fructus capessendos disponantur: qui enim plus patitur, & omnibus exiuitur commodis pro Deo, & bono proximorum, ed maiora, ad quod intendit, auxilia obtinebit. Quidam Vir magnus ex Nostri, assuetus prædicationi, ante Concionem, & vasa ad comedendum seruata tergebant, & panem contentus ad vires augendas, de nullo alio curabat alimento: vnde prodibat mirabiles audientium conuersiones.

Exam. S. Igo.

Pedites iter conficere iubemur, cum suo moderamine; cum Missiones oppidatim fiunt, Si in longinquum tamen protenderentur, aliquo iuuamine indigerent, ne iter nimis molestum esset, & duraret, hominèrque conficeret, nec postea laborare possent. Pro duobus Sociis vnum sufficeret, vt inuicem iuuantur, & sarcina, (leuis tamen,) ac vestes ad facilius deambulandum dimissæ ponerentur. Si tamen duo iumenta necessaria sint, curent, vt nec magna sarcina onerentur; & ipsa ad honorem potius, quam ad leuamen corporis, haud seruiat.

Sarcinas leues esse oportere dixi, ad necessaria solum portandum, non superflua. Libris non egent: aut enim inueniuntur in locis magnis; aut non vacat tempus eos relegendi. Breue Breuiarium, & ad deuotionem promouendum aliqua ferant: reliqua vitanda, vt paupertas resplendeat, & laboribus futuris totum deseruiat tempus, & hominum sollicitudo.

CAPVT IV.

Quibus incumbunt Missionum expensæ.

S tatuendum est primò, hoc spectare ad Prælatos, si Missiones exposcant, & à Superioribus dari sibi optent: qui enim onera sibi credita aliorum humeris imponunt, partiri etiam cum illis æquum est commoda, quæ ex honore reportant. Id quidem haud difficile persuasum erit. Oportet tamen modum religiosè, & cum decore id exequendi commendare. Solent suis Ministris hanc committere curam; qui quidem occasione arrepta potius se, quam missos alunt, liberalitatem mentientes, & plùs necessario prouidentes, magnam, tam carniùm, quam altitium, ac volatiliùm, vniq; copiam congerunt, ex quibus ipsi, & noti cum familia vescuntur: & dein cum rationem expensarum reddunt, omnia Patribus ministrasse affirmant. Cedunt hæc in Prælatorum damnùm, & plùs in Patrum præiudiciùm, quos voraces, & heluones possent talia videntes dicere. Quibus enim animarum curam committunt, (sicut pro remedio,) credant etiam copiam pecuniarum, quæ ad alèdum pauperes Religiosos sufficiant, quod ædificationi seruit, & charitati. Hoc interest præstare Prælati, etiam renuentibus mittendis, vt partem sortiantur, tam spirituale, quam corporaliùm laborum. Si enim, qui Prophetam recipit, Prophetæ mercedem recipiet, qui alimoniam præbent operariis, eosque destinant ad spiritualem suarum ouium vtilitatem, vtrunque mercedem obtinebunt. Succedunt Ministri, quasi hæreditario iure, in bonis Prælatorum, eos ad laborandum mittentium, vices illorum gerentes: si enim ipsi spiritualia per se bona illis afferrent, necessariò expensis indigerent. Cum ergo commutent proprios labores cum his, quos legunt; spiritualium, & temporalium debitores sunt, vt commodum sibi integrum inde reportent: verè enim maximam capiunt vtilitatem, alienis laboribus acquisitam. Illa verba Apostoli: Per Euangelium ego vos genui. 1. Corinth. 4. difficilem sensum habent. Si ille parens dicitur, cur hoc Euangelio tribuit? Si è contra Euangelium tales peperit fructus, cur sibi eos arrogat? Respondendum planè, Euangelij fructus sibi meritò arrogare: quia ipsius ore euangelizatum fuit Gentibus. Augustin. ad hoc lib. 3. contra epist. Periliani, cap. 53. ait: Genuerat itaque illos, non per se, sed per Euangelium. Meritò adscribent sibi Prælati filios, quos feliciter genuerint operarij: nam per eorum prædicationem tales partus habet Ecclesia: at isti missi fuere ab eis, eorum cura, & sollicitudine alimenta præbendo: in humano sudarunt labore, cum esset in vtu Prælatum ex suggestu alloqui populum, nec id committi licebat Sacerdotibus. Valerius, qui linguæ impedimento laborabat, Augustinum suæ Ecclesiæ Presbyterum ad hoc munus delegit: nec deerant detractores, qui hoc malignè interpretarentur: at his contem-

1. Cor. 4.

August.

A ptis cessare ab incepto noluit, existimans Sanctus Pontifex, prædicationem illam non tam Augustini esse, quam suam, cuius vices gerebat, & impedimentum supplebat. Ait Possidius in Augustini Vita, cap. 5. Sed vir ille vilitati consulens obtrectantium non curabat linguas, dummodo scilicetaretur à Presbytero, quod à se Episcopo minime fieri posse cernebat. Si ergo Prælati aliqua de causa impediti hoc onus subire nequeunt, Ministros mittant, per quos ipsi laborent, & pensum sui muneris persoluant: at, vt plenè nomine ipsorum hæc præstent, eorum curam gerant, & suis expensis alant.

Minores Ministri ecclesiastici, vt Parochi, Vicarij, Abbates, aut alio nomine insigniti, hoc idem præstare debent: nam ratio facta idem pondus habet, eosque vehementer premit: siquidem mediis his hominibus, oues proprias pascentes, ad meliorem frugem redire faciunt. Cum ergo ex munere hæc curare teneantur, iuuare oportet eos, qui ipsos ab eiusmodi leuant cura. At ignari omninò tanti boni, non modò spiritualia bona non probant; sed ea maximè innitentes ratione, ne adstricti hoc debito teneantur, aut impedimento sunt huic oblatae occasione, aut in alios onera reiciunt; ad sua commoda attendentes. Plùs quidem apud eos temporale, quam spirituale damnùm valet, non attendentes ad illa Christi Domini verba, Matth. 6. cap.

Nōne anima plus est, quam esca? Cur hæc profert verba, ponderat Hieronym. ibi, scilicet, ad maiora in tuto ponendum, vt inde minorum prouidam curam coniciamus. Fatuæ virgines cur dicantur, exponit in Matth. 25. Chrysostr. quæ enim maior fatuitas, quam ardua concedere, & circa minora, & facilia deficere? Tales sunt, qui continentiam colunt, se Deo dicendo, & suarum facultatum ne obolum quidem egentia erogant. Deus, summa Sapientia, non his similib: sed animarum spiritualia præbendo curam gerens, quomodo obliuioni dabit corpora, minora eis subtrahendo? Ait Hieronymus: Qui maiora præstitit, vtiq; & minora præstabit. At contra, isti, qui animarum negligunt prouidam curam, haud dubiè minora etiam negabunt: maius enim est, & plùs habet apud illos ponderis temporalium amissio, aut diminutio, quam animarum, quibus præstunt, salus. Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuum, Matth. 5. ibi amor, attentio, cura, & sollicitudo: si enim pro thesauro habeant temporalium cumulùm; vbi cor, & cura eorum inuenienda, nisi in his augendis, & accumulandis bonis, non libero, sed seruilis spiritu, vt ait ibi Hieron. Huic seruit vniuscuique, quo vincitur. Pastor ille centum possidens oues, vnam magno studio, & fatigatione requirit: nam inuigilans super eas iugiter numerat, tanto amore tenetur, damnæque vnius timeret, vt continuò eam anxius quærat, & inuentam reuocet ad numerum. Quod ponderans Ambros. serm. 26. Vsq; adeò habetur sub tutela, qui habetur in numero, vt errans propriis apportetur humeris, ne quid de numero minuat. Qui enim sollicitus est de vna oue, summa cura non parcens labori,

Math. 6.

Hieron.

Chrysostr.

Math. 5.

Hieron.

Ambros.

labori, eam requirit non confusa ratione omnium contentus; sed cuiusvis, ac si illius solum esset institutus Præfectus. At, qui non vnus, sed totius gregis negligit curam, laborem & refugit, & volentes illum ab eo leuare, contemptui habet, ne aliquod detrimentum temporale pariat. In hoc solent faculares homines sollicitiores esse, quam Ecclesiæ dediti, de aduentu Patrum, cognita eorum causa, gaudent, eos fouent, ac ministrant necessaria, hospitium, & alimoniam præstantes, plùs intendentes bono Reipublicæ, quam hi, quibus interest.

Cum ergo hæc omnia incerta sint, quæ curare debeant missi, nostra Regula docet; & quæ cap. præcedenti adieccimus, ad has angustias è medio tollendas, parat viam: qui enim pauperes esse gloriantur, & laboribus sustinentis animum expositum ferunt, non angustias debent, cum hæc occurrant, & auxilio humano destituti inueniantur. Demens Dominus sollicitudinem pastus, & vestimentorum, quid innuere velit, docuit Hieronymus in 6. cap. Matth. vt tota mente, omnem sollicitudinem ad spiritualia conuertant, ne impedimento ista sint huic operi intentis: Ceterum de spiritualibus cibis, & vestimentis semper debemus esse solliciti. Qui ergo ad hæc descendunt curanda, nulla præpediuntur sollicitudine temporalium, quanuis claudantur vicinorum viscera, nemòque illorum curam suscipiat; immoti manentes ad spiritualia se accingant temporalium obliuioi facti. Ne ergo tanto priuentur bono ob alimenti caritiam, homines securos reddant, nullo egere; sed tantum hospitio: cetera secum portare, paucisque contentos esse: quod & viam aperit suscipiendæ Missioni, & operariorum animos superiores omnibus incommodis reddit, instructione quidem ad huiusmodi confecta à N. P. Claudio, à quo hæc habemus. Ait ergo:

Hieron.

Const. Soc.

IESV.

Isa. 22.

15. 229.

Doccant præterea sibi præscriptum esse à Superioribus suis, ne cui victus causa sint oneri, idque adeò curaturos, cum habeant, vnde vitam sustentent, cubiculum tantummodo desiderare. Nec Regula 5. Missionum huic opponitur directioni, quæ sic habet: Ex eleemosynis, vel oblatiis, vel cum adificatione emendicatis viuunt, nisi alia ipsi à Superiore sustentationis ratio sit constituta. Regula quidem ex mendicata stipe ali docet, cum ædificatio, & rerum fors id præscribit faciendum. Primum semper locum habet, si lubenti animo quis alimoniam præstet, more pauperum (& Christi Domini inuitari se sinentis, & hospitari apud notos) accipiant. At sicut ipse loculos portabat, vt quando hæc deerant auxilia, suos alere posset; illum imitentur. Nec hoc paupertati derogabat; sed curam arguit Domini, molestiam aliorum è medio tollentis. Itaque, si vir pius, Ecclesiasticus aliquis, pia, ac diues femina, misericordia ducti alimenta præbeant, cum moderatione, & more pauperum, lubenti animo suscipiant, & gratias reddant, verè quidem magnum reportabunt lucrum, pro re vili emptum, præcipuè cum pauperes homines paucis contenti futuri sint.

Duo enim hoc in conflictu laudanda in missis; & in his, ad quos mittuntur, in istis, quod

pauperes, & ignotos libenter suscipiant, alere offerant, hospitium præstent. Nec mirum, quòd illa Purpuraria femina Paulum coegerit domum eius ingredi, & pro hospitio habere: probauerat vim dicendi Apostoli, fidei femina in corde eius iniecerat, cuius, hoc facto, indicia probat: Si iudicatis me fidelè Domino esse, introite in domum meam, & manete. Et coegit eos. Act. 16. At Nostris non ita contigit: antequàm pro suggestu loquantur, virtutum iaccant fundamenta, corda mulceant, prauos mores abigant. In habitu humili conspectui se offerentes, inuitantur, & magna cum charitate tractantur:

hoc Missionum debetur fauore. Incognitum femina Sunamitidi Eliam famis tempore, ex his, quæ sibi parata habebat, alimoniam præstitit; nec in tanto pretio fuit necessitate urgente id facere, quæ solet negare necessariis ea, quæ sibi quisque reseruat, quanto id fecisse cum ignoto homine: quod ponderauit Theodoretus q. 52. Accepit fideliter promisso, attulit nutrimentum, idque alienigenæ, cuius prophetica virtus nullam adhuc acceperat experientiam. Hoc quidem non tam feminae charitati dandum, quam Deo, qui huius hominis curam gerebat. Missionibus additis laus danda, quòd paucis contenti sint: hoc quidem tollit è medio difficultates, quæ præpedirent susceptionem talium hospitum. Nec mirum, famelicum illum prodigum haud inuenisse, etiam de vilibus cibis, qui eius expleisset voluntatem: quia cupiebat saturari, ac de filiis porcorum implere ventrem: miser profecto, qui vilibus escis contentus; sed miserabilior, qui earum amat saturitatem, & ingluuiem. Petrus Chrysologus hoc notauit Serm. 1. Miser, inquit, qui squalentis cibi cupit, nec impetrat qualitatem. At temperati, & modesti hospites, qui paucis, & vilibus contenti sunt, hospitio digni videntur, & in culpam vertitur talibus necessaria negare: eò enim quòd minora exposcunt, culpa crescit in negantibus. Acriter hoc reprehendit Chrysostom. oratione de ieiunio. Quid à te petit mendicus? Num vestes pretiosas, mensam ferculis refertam, lectum, & stratum molle, aut alia magni pretij? Minime quidem.

Duos obolos, si habes. Bona mentis, & affectus opes requirit Deus. Cur hortatur Christus misericordiae opera exercentes, vt potum aquæ frigidæ elargiantur sitientibus. Num, quia hæc sitim restinguit, bibitur ardentius, maiorisque cum voluptate? Non vtiq;: sed quòd facilius concedi potest petentibus, & minorem diligentiam desiderat in dante; nec opus habet struem componere ad eam calefaciendam. Idem Chrysostom. supra: Ne propter lignorum sumpsum mercede priueris. timens ea de causa aquam negaturum. Cum ergo facilis via eleemosynæ stratur, culpæ adscribitur eam negare egentibus, præcipuè spiritualibus excubantibus, & maiora bona conferentibus: si verò contingat, hæc, licet vilia, sibi negare quencunque, vt Religionem præferat pierati, (exemplo Sunamitidis, quæ pauit Eliam, ex sibi, & filio reseruat), magno in pretio apud Deum erit. Parua concessit Iacob Esau fratris, quibus comparauit ius maioratus. Cur hoc? Quia egenti elargitus fuit ea, quibus ipse opus habebat. Ambr. 1. Offic. c. 24. Delectabatur

Act. 16.

3. Reg. 17.

Theodoret.

Chrysostr.

Chrysostr.

Idem.

3. Reg. 17.

Genes. 25. 9.



Ambros.

*inique alimento, non secundum naturam; sed secundum pietatem cessit petio.* Non tam æstimandæ sunt res ob ingentem earum copiam, aut valorem, quantum ob pietatem, & religionem, parum necessitatem patienti conferendo.

Quamvis hac via ali soleant Nostri, aduertendum est, non conuenire, imò obstare operi, cui intendunt, inuitari ab aliis, præcipuè Magnatibus, aut viris primis: tum, quia lautè, & magna ostentatione, hæc sunt conuiuia; quod dedecet homines spiritualia meditates: tum, quia alia succedunt comotationes, exemplo piorum, & vitæ sunt hæc, quæ obmurmurari, & notari possent, & spiritum hebetant, ac infirmant. Præterea, si nimis in his tempus teratur, rebus maioris momenti deest. Item, familiaritas parit contemptum, & vires ad spiritualia profcindit. Hoc quidem non est ali, sed delicias; non necessaria ministrare, sed superuacua ingerere; non pauperum more tractari; sed delicatiorum ad enervandam prædicationis, & aliorum ministeriorum vim. Alienum enim reputat Ambrosius à Prædicatoribus regni caelorum plura hospitia habere. Ita docet 6. in Luc. cap. 9. *alienum à Prædicatore regni caelestis asserens, consistere per domos, & inuolabilis hospitij iura mutare.* Ne ad multorum mensas accedamus; sed vnicam, sicut & vnum domicilium, teneamus. Excipitur tamen, si id negari non possit absque amarulentia, occupationes obiciendo, impediendes talia tractare. Ex tali conuiuio, vrgente necessitate, ortum habet gratiam illum habere, autoritas ad populum, negotia spiritualia otiosius tractare, eius fauorem implorare, rei faciendæ, aut factæ rationem reddere, ministeria explicare, quid hac via intendatur, velut alia fercula ei proponere. At aliæ inuitationes omnino refecandæ, & vitandæ ob dicta.

Ambros.

Missiones si fiant, exposcente eas populo, aut Ecclesia, aut alia Congregatione, vel Confraternitate, aut Principe viro, cui loci cura interest, facile est alimoniam securos reddere operarios: tunc quidem frequens est eos eis necessaria suppeditare. Si tamen Societas ipsa mittat homines, & teneatur id præstare ob fundamentum Collegij, aut ipsius expeditionis; etiam claret ad idem Collegium pertinere mittendorum sustentationem providere; non quidem solum quod eos domi manentes alere teneret: sed cum mandat hoc opus, ad ipsum perficiendum redditus annui concessi sunt; & Regulæ, ordinationisque ad Superiores remissio, hoc ipsum probat, ne molesti sumus populis, neque grauari hac cura potius tristentur, quam gaudeant de Missione. At, cum vicatim voluntariè destinamur ad loca, quæ inuisere, & inuare hoc fauore, nisi charitate obligati non tenemur, maximoperè conuenit stipem secum ferre, loculos portare, siue ex Collegio, siue alia via, vt omnem è medio tollant occasionem populis abiiciendi, quæ eis necessaria sunt adiumenta. Magna libertate sic aduentantes portentur, omni excusationi vires profcindentes, & viam ad fructus vberes capeendum aperientes. Dixi, libertati deseruire: quia læpissimè illi, qui Nostrorum curam suscipiunt, maiori egerit remedio, & cura; aduersus eos multa vox populi congerit mala; scandalis expõsi degunt. Quid facietis, qui ab eodem ali-

tur, & magna sollicitudine pascitur: Quæ fronte peccata, ac scandala ei obiciens obiurgabit? Libertati ministerij, cui incumbunt, contraria hæc sunt. At qui à nullo in temporalibus pendunt, magna cum audacia eis rebus remedia apponent, quæ culpa refecanda exposcere videtur. Tunc quidem aliqua munuscula mitti solent, quæ vel ad vitandas expensas deseruiunt, vel ad delicias comparandas. Huius generis licet prudentia, & vrbinitas doceat, ea non abiicere: minime tamen (si à necessariis excedunt) in vsu sint; vel Xenodochiis ea remittendo, vel vinculis, aut infirmitate oppressis, vel aliis pauperibus concedendo, quod exemplo est, & adimit fomentum delicatius nos tractandi, & murrurandi aliis, quæ ea præcipuè occasione, ableganda à nostris Dominibus sunt.

CAPVT V.

Vbi fegenda habitatio.

Regulæ 6. Missionum verba huic faciunt factis interrogationi: *Si nullum eis à Superiore designatum fuerit hospitium, intelligant, sibi ad ali-quod Hospitale, tanquam ad hospitium pauperum, esse diuertendum: si tamen honestum id sit, atque ad exercenda ex eo ministeria Societatis accommodatum, aliqui conuenientius erit, vt in domum pij al-cuius, & exemplaris Ecclesiastici se recipiant, in quo cum adificatione manere possint.* In instructione Generalis pro Missionibus eadem ferè habentur: *Quod si mundum aliquod in Xenodochio cubiculum erit, alibi non querant.* Intelligendum hoc iuxta Regulam: si inde ministeria commodè exerceri valeant. Quod non eueniet, si distans ab Ecclesia, vbi standum erit, ministerij locus sit. Eiusmodi documenta exemplo Patrum conueniunt. Semper nostri Maiores in vsu habuerunt, pauperum hospitia amare; tum ad eos iuuandum spiritualibus, & corporalibus operibus; tum, vt more se gererent pauperum. Præterea, vt adificationi hæc seruirent, patienterque sustinendo incommoda Missionum, aptiores ad intentata redderentur. Primum ergo, ac destinatum hospitium, Xenodochium erit, his conditionibus. Prima, si aliud à petentibus Nostros non sit designatum: imò tunc eos suadere oportet, nostros sequi mores permittant. Secunda, si commodum sit ad ministeria, ne vel ipsi plurimum distent ab Ecclesia; vel, qui eos requirent, labore laxentur ob loci distantiam. Ioan. 1. petentibus duobus Ioannis Discipulis, vbi Christus habitaret, ipse non statim ostendit locum: sed ait: *Venite, & videte.* Quod notans Euthymius ait: *Non dat habitationis signa, vt ipsum sequerentur, quò maiorem haberent fiduciam.* Longum iter virtutem firmam exposcit: at infirmi longitudine spatij fatigati, domum Patrum non requirent. Tertia, si in eo sint necessaria, & nullum impedimentum intus, quod ad indecentiam spectet, vt si illius curam fœminæ haberent, quibuscum commorari haud liceret.

Rationes, quas ad hunc eligendum locum suppedit nostra occupatio, plurimæ sunt. Prima, Patrum exempla, Secunda, commendatio Parentis

Conf. S. Iga.

Ioan. 1.

Euthym.

Math. 27.

Zachar. 11.

Anastaf.

Origen.

Ierem. 17.

Petr. Dam.

Genes. 13. Chrysof.

tis nostri, ac Regulæ, & directionis. Tertia, hoc adificationi seruit. Quarta, congruit cum cap. 4. dictis, nos viatores pauperes esse. Hospitium autem congruere illis oportet. Nec stat cum hac habitatione, commoditas viam agentibus procurata; nec cum nudo, & inermi homine, alia querere maioris commoditatis habitacula. Pro peregrinorum sepultura Christi Domini pretium concessum est, non vt velut paternum sepulcrum conderetur; sed, vt humile, & pauperibus aptum, in quo potius Christo similes esse debemus, quam his, qui ibi sepultura mandabantur. Ille lubenter hoc parauit pretium huic operi destinatum. *Sicut constituit mihi Dominus,* ait Zacharias. Illi tamen necessitate pressi ad tale destinabantur hospitium, cum casu euenit, & vt ibi morentur, captantes parentum monumenta occupare. Anastasius lib. 4. de Dogmatibus, hæc notauit: *Pradium eius, qui erat liber, factum est peregrinis in sepulcrum.* Liber quidem, vt vendi se sineret, vt capi, & morti destinari. At Origenes in 27. Math. caput, de peregrinis ibi sepeliendis agens, inquit: *Vt in eo peregrini sepeliantur, non secundum votum suum in monumentis paternis.* Nos quidem Christo similes effecti tale hospitium legamus, & ex voto, ac libera voluntate: id enim mores nostri gerunt, id operis cepti congrua ratio. Quid de Domino in spiritu obtutui suo obiecto Propheta Ieremias ait? *Expectatio Israel, quare factus es quasi colonus, & quasi viator declinans ad manendum?* Videas, libentissimè hospitium elegisse congruens colono, & peregrino, ob id declinasse, & studio quæsiisse, vbi egeni quietem habere solerent, Vagante populo per desertum, prima statio destinata ei fuit Sochet, quod tabernaculum significat, vt deinceps se peregrinum crederet, non commoda quæreret, sed quæ decent hominem peregrinū. Petrus Damianus lib. 2. epist. 7. *Vt sibi, tanquam peregrino, & incole, non habitaculum figat: sed potius tabernaculum exruat.* Hoc exemplo Abraham Christum Dominum præfigurauit, semper tabernacula tenens, nunquam domum adificans: nec cum morti destinaretur, dicitur ad eum: *Morieris, sed, Ibis, aut abibis ad patres tuos.* Quod ponderas Chrysof. hom. 37. in Genesim, inquit: *Quasi peregrinatus, & migratus à patria in patriam.* Fortè id voluit, quod docuerunt Plutarchus, & Seneca. Quid melius, mundum pro exilio habere, an pro patria? Hoc sanè perfectius, & contemptum omnium redolens: quia eliminatus pro pœna habet extra patriam manere: at qui nullum amat locum; in patria semper se esse credit. Ita Abraham tabernacula figens semper se in patria viuere arbitrabatur, & ex illa peregrinando ad aliam transferri per mortem: qui enim domi curam paupertatis habent, omnibusque exuuntur, non à patria defecisse existimant, sed in ea persistere, quamuis humilia occupent loca.

Hinc confirmo, quantum Nostri interest, paupertatem amare, & ita componere expeditionem, vt principium fini congruat. Dixi, fini, non modò comparatione facta inter paupertatem peregrinorum, & hospitij delectum, quæ oportet adaptare; sed etiam finem attendendo totius operis, & animarum lucrum. Historia

nostra 7. lib. num. 38. de Stephano Baroëlo loquens, & Missione ab eo cepta Bassano, eius paupertatem laudat, & miram hominis abstinentiam, quam haud difficilè posset curare, si signum necessitatis præberet: at ille tacebat hac ductus ratione. *Sensit in ore pauperis longè esse fecundissimum verbum, nec quenguam melius persuadere diuina, quam qui contempsit humana.* Magna sibi, & aliis parat commoda, qui hoc genere armorum incedit, cum hoc opus aggreditur. Contendebat Xauerius cum Comite de Castañeda: ille paupertatem sollicitè curans, iste vt Regis mandatum faceret, ei abundè omnia necessaria volens suppeditare. Obtinuit Xauerius ratus hac via ad futura parari, & pauca fumens, *Reliqua proiecit omnia, quod diceret, suscepto paupertatis voto, & Dei causam agentis, nequaquam esse de crastino laborandum.* lib. 3. Histor. num. 42. Postrema pondera verba: qui enim causam Dei aggreditur, sollicitudinem proiciat omnem in eum: siquidem & ipse sollicitus est Dei operas ad profectum adducere: sic enim semper hoc spiritum, paupertatis voto adstrictis, agi debent, vt Clemens docuit 7. Stromatum aien: *Reuera hic est totus hospes, & peregrinus, tota vita, qui ciuitatem habitans, contemnit ea, quæ sunt in ciuitate.* Quanto plus id exequi oportet, peregrinam ducens vitam, & animarum saluti incumbens? Facilem reddit hanc viuendi, & iter agendi formam fiducia in Deum, qua velut baculo innitebantur ille Baroëlus relatus supra, & Franciscus, omnibus cedentes commodis. Haud dubiè commendans Christus Dominus suis paupertatem, Marc. 6. *Præcepit eis, ne quid rollerent in via, nisi virgam.* Id significare voluit virgam eis concedens, quæ non ob aliud data, nisi ad non vacillandum circa hanc fiduciam, qua innitentes operarij certò credent nihil eis defuturum. Beda ibi sic ait: *Tanta enim Prædicatori in Deo debet esse fiducia, vt presentis vite sumptus, quamvis non prouideat sibi non deesse, certissime sciat.* Ob id Iacob relinquens patriam, baculo vtebatur, aut virga, vt æmulus etiam tunc esset apostolicæ futuræ vitæ, cuius prælagus erat. Idè Chrysof. hom. 54. in Genesim, de eo loquens ait: *Apostolicum morem imitatus iter facit.* Illa enim virga fiduciam in Deum prædicabat, qua innixus nullius rei temporalis curam agebat, certus de Dei erga eum prouidentia. Quod Prædicatores verbi, contemptum rerum mundialium verbis & habitu, vitæque præ se ferentes imitari debent, & paupertatem omnibus commendare. Chrysof. in illud relatum Marc. 6. Idè, ait, *pauperes elegit Dominus Ideta, seminatores verbi, vt per habitum ostenderent, quantum à diuitiarum desiderio distabant.* Insignis ille Petrus Fabrus huic occupationi per singulos annos quarto voto adstrictus, omnibus valedicebat, nihil sibi ad vsum reseruando hac ductus ratione: *Vt ubicunque terrarum esset, ostia- rum sibi vite subsidia, atque alimenta perquireret.* Lib. 3. Historiæ, n. 34. Ad hæc addenda verba Histor. Soc. Gregorij Nazianz. de Basilio, & se ipso loquentis, epist. 11. ad ipsum Basiliū: *Testes esse possimus, quàm nobis cordi esset pedestris Philo sophia, humique depressa,* hoc est, illa diuina scientia instruens nos, humiliter incedere, non pompa, & equitum, aut curruum apparatu, solum

Hist. Soc.

Iesu.

Hist. cañ.

Clem. Alex.

Marc. 6.

Gen. 28.

Chrysof.

Ideta,

Histor. Soc.

Iesu.

Nazianz.

pedibus prementes; hoc etiam nostris cordi esse oportet, vnde velut e fonte manabit, farcinas abicere, fercula non curare, hospitium pauperum deligere, incommoditatibus gaudere, & omnia, quae redolcant paupertatem, amplecti.

Ipsa paupertas, & dicti loci electio plurima commoda afferunt. Primò, ab importunitate civium se eximunt. Secundò, omnem eorum sollicitudinem e medio tollunt. Tertiò, domum omnibus communem legunt, vt nulli sit impedimento cum illis negotia tractare. Sequentes Christum Discipuli Ioannis interrogant, vbi habitet, Ioan. 1. Rationem reddunt Theophylactus, & Euthymius: Volentes itaque seorsim ab eo aliqua dicere, interrogant, vbi maneat. Secreta quarunt: fugiunt testes, qui res conscientiae cum magistro tractare praetendunt. Nec, quanvis Dominus propriam domum haud habitet, sed alienum domicilium, existimandum est cum aliis commorari; sed seorsim, vt omnibus commune esset consortium non erubescitibus aliorum praesentiam: sic enim de his discipulis dicitur Domini sequentibus aiunt dicti Authores: Verisimile enim est, eos erubuisse, & reueritos illum. Quid sentiendum veniret, si aliorum ignotorum praesentia, & societate praepedirentur. Hae Beda confirmat: Mansionem enim inquirerebant, quatenus & tunc liberius in secreto verbis illius imbui, & exinde sapius possent eum visitare plenius instruendi. Id ipsum Ioan. 3. Nicodemi aduentus significat, non solum timens Iudaeorum insidias, aduersus eum, ob consortium cum Christo; sed volentis ab eo instrui sine turba, in noctis quiete, & cum esset hominum solitudo. Beda hoc notauit: Venit nocte cupiens secreta eius allocutione plenius discere mysteria fidei. Quarto, forte incident in ingratum hospitium: qui enim non iter, & sine praevia scientia, locum aliquem ingrediuntur, caeco modo res disponunt, & in omnia, quae cognita vitarent, incidunt, ducti aliorum iudicio. Quid, si domus hospitij aliquod continet scandalum? Notantur ab omnibus in ea commorantes: quod cedit in missorum dolorem, & notam: & vel discedendum esset, vel tolerandum malum casu inuentum. Hoc quidem cessat Xenodochio assumpto. Quintò, aedificationi seruit: fragrantissimum enim odorem diffundunt, qui tam amanter pauperem vitam amplectuntur, & more egentium se gerunt. Sextò, plurimi consuetudinem cum eis recusabunt ob hos hospitis mores, aut inter eos simultates. Liberum ab omni suspitione hospitium esse oportet, vt communium parentum munus obeant. Quarentes Christum duo Discipuli Ioannis rogant, vbi habitet; qui quidem nudum cubiculum, & ab omni liberum impedimento eis monstravit, cum illisque egit solus cum solis: qua occasione & suum nudauerunt pectus, & Christi capefferunt doctrinam. Humanum quid redolebat ille Nicodemi noctu aduentus, vt Christum alloqueretur: qui quidem non auerit luce clara ad illum accedere. Id ipsum timeret, si hospitium testes haberet, qui ipsum prodere possent: qui enim vitat extraneos, fortius domesticos fugeret. Ionathas Dauidem non domi, aut in propatulo aggreditur; sed in separato, & occulto loco, in agro:

Ioan. 1. Theophyl. Euthym.

Beda in Ioannem.

Ioan. 3.

Idem.

Ioan. 1.

1. Reg. 20.

verè enim designat, quanta cum cautela, qui virtutem teneram habent, consuetudinem cum viris probatis incant. Drogo Hostien. in Dom. Pass. id notauit: Quid ergo per Ionatham, nisi doctores, & elegantis ingenij adolescentes, qui moribus, & maiorum colloquiis depravari, amicitiam suam non possunt excolere cum David, nisi furum, & quasi camentes ab insidiis detrahentium, & illudentium sibi? Vt haec vitentur pericula, & incommoda, Regula sit dux in hoc negotio, sicut stella Regum, quae duxit eos ad praesepe, vbi intrantes inuenerunt Puerum cum Matre. O societates! O Math. 2.

Math. 10. Gaudet. Iste 7.

si vir sit IESVS; hoc est, moribus compositi, bonae opinionis, pij viri, nobiles, & grandaevae foeminae; hoc hospitium legendum, cum Xenodochium deest, aut valde incommodum reperitur. Regulae verba iam supra initio capituli adduximus. Nec sufficit, quod foemina anosa sit, & fama nota, virtutèque decorata; si secum habeat, aut ad eam conueniant aliae iuniores, quae (licet hospitia habeant commoda) ab his, qui paupertatem amant, vitandae sunt, ob societatem, & contubernium, aut consuetudinem cum aliis. Haec pietate motae concurrunt frequentius ad amicam, vt deuotionem ex Patrum aduentu, & consortio capient. Hoc minime ferendum: quare vir tutior, sub cuius patrocinio domus sit decorata, praehabebatur; ipse, qui non Parochus loci, sed alius Ecclesiasticus bonae notae sit, qui & necessaria Patribus suppediret, & omnem scandali, aut periculi demat occasionem.

Sed omnibus his praeligo domum nudam, vacuam hospite: vbi haud difficile duo strata ponere, sellas, candelabrum, ac mensam à vicina domo, & fercula condita accipere: hoc omnium vitat notam, periculum famae, consuetudinem cum disparibus habere: dispares enim mores non concinne connectuntur. Quanta diligentia, & sumptu pecuniarum Abraham sepulcrum à Chananaeorum Principibus separatum sibi quaesuit, offerentibus illis sua, & electa? In electis sepulcris nostris sepeli mortuos Genes. 23.

Abnuat, numerata pecunia sibi dari proprium locum, rogans. Quare hoc? Drogo Host. supra. Nec bonum sibi aestimauit esse, si in foetibus mundi sepulcris habitaret. Foetent quidem frequentes saecularium mansiones, vbi irae, iuramenta, rixae, & turpia eloquia aures castas offendunt, & molestant. Si enim Lot patientia commendatur, quod prauos mores Sodomitarum prospectui habens, eos tolerabat; haec audire, ac videre intolerabile malum censendum esset. In Concilio Niceno lib. 3. rescriptum Marci PP. habetur, qui foetidos mores locum persecutorum tenere censet: Persecutorum san-

Concil. Nic. tiam supplem dissimilitudines morum. Condens Deus habitaculum parentum, in alto locauit, vt à vicinis pagis haud infici posset ventorum, aut nubium malignitate. Hanc reddit rationem Basil. hom. de Paradiso: Ob sitis celsitudinem nulla sui parte villas admittit tenebras. Domicilium enim hominum, mores redolentium antiquorum parentum, seorsim sit, ne à vicinis, & sibi coniunctis aliqua nota inurantur.

Nec ob id timidi periculorum esse debent; sed vitare, quae possunt, & ad finem intentum, quae

quae securiora legere: sicut occasiones praescindere necessum est; haud tamen timere, quae casu instant, securi de Dei prouidentia, cuius vices implent, non quidem mores illorum Pharisaeorum imitari, qui à se peccatores alienant, ne eorum contagio intingantur. Petrus amans Magistrum, vt ad eum citò aduenteret, mare calcans, haud timuit securus pessundari ab eo. Hoc ponderans factum Gaudentius ad Paulum Diaconum, inquit: Nec plantam gradientis tumentis vnda lungebat. Qui Christum Dominum sequuntur, ob eumque salum perunt periculorum, securi incedant, pessundari haud finunt, imò ipsa pericula timent, & fugam meditantur. Hoc ipsum Isaias docet Praedicatores, & Christi vices gerentes cap. 7. his verbis: In illa die sibilabit Dominus musca, quae est in extremo fluminis terra Aegypti, & apis, quae est in terra Assur, vt veniant, & requiescant simul. Quae societates tenebrarum ad lucem? Quomodo ergo musca, & apis foedaltium component; illa vites, ac terros mores ducens, haec florum amatric, & mellis artifex? At sibilò Dei haec, quae dissimiles mores habent, in vnum coeunt, cum ipsius virtute, vocantis peccatores, ad ministros suos adducit, vt deponant pristina vitia, & alia via tendat. Apprimè supra Drogo: Sibilante enim gratia, musca, & apis conueniunt, & simul requiescunt in torrentibus vallium, id est, disciplinis humilitatis. Nec timenda occasio, cum in ipso hospicio, quae vitanda diximus, casu contingunt; videlicet, ibi homines iniquae famae commorari, sepius enuenit ob visa, & audita, consuetudinèque cum viris virtute ornatis, vità comutare, & ad meliorem reddere frugem. Id factum, cum Franciscus de Borgia, ab Episcopo Placentino vocatus, initia Collegij iecit: is enim, qui potius miles, quam Praelatus videbatur, consuetudine Patrum mutatus fuit; & curiosus inuestigator factus eorum, quae occultè clauso ostio meditabantur, adedò compunctus fuit, vt veteribus abiectis, novos induerit mores, & exemplo omnibus fuerit. Miram ad hoc Ambrosij accipe doctrinam, qui 6. lib. in 9. cap. Lucae sic exponit praecceptum illud Domini: Si non receperint vos, excutite puluerem pedum vestrorum. Et ita interpretatur: Ne non solum pacem tribuamus hospitibus; verum etiam, si qua eos terrena obumbrant delicta leuitatis, receptis apostolicae praedicationis vestigijs auferantur. Hoc muneris nostri erit, mutare hospitium prauos mores, vt conuersatione nostra eorum viuendi formam, ad normam diuinæ legis, traducamus. Confirmat, quod Scriptura docuit 3. Reg. 17. in illa Sunamitide hospicio suscipiente Eliam, quae plorans in pedum Prophetae amplexu aiebat: Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meae. Ac si diceret: Ingressus es domum meam, & virtutum visarum splendore tenebrae meae aufugerunt, quia peccatorum meorum memor facta fui, & dolui de eis.

Math. 10.

Gaudet.

Iste 7.

Drogo Host.

Ambros.

3. Reg. 17.

Glossa.

quae securiora legere: sicut occasiones praescindere necessum est; haud tamen timere, quae casu instant, securi de Dei prouidentia, cuius vices implent, non quidem mores illorum Pharisaeorum imitari, qui à se peccatores alienant, ne eorum contagio intingantur. Petrus amans Magistrum, vt ad eum citò aduenteret, mare calcans, haud timuit securus pessundari ab eo. Hoc ponderans factum Gaudentius ad Paulum Diaconum, inquit: Nec plantam gradientis tumentis vnda lungebat. Qui Christum Dominum sequuntur, ob eumque salum perunt periculorum, securi incedant, pessundari haud finunt, imò ipsa pericula timent, & fugam meditantur. Hoc ipsum Isaias docet Praedicatores, & Christi vices gerentes cap. 7. his verbis: In illa die sibilabit Dominus musca, quae est in extremo fluminis terra Aegypti, & apis, quae est in terra Assur, vt veniant, & requiescant simul. Quae societates tenebrarum ad lucem? Quomodo ergo musca, & apis foedaltium component; illa vites, ac terros mores ducens, haec florum amatric, & mellis artifex? At sibilò Dei haec, quae dissimiles mores habent, in vnum coeunt, cum ipsius virtute, vocantis peccatores, ad ministros suos adducit, vt deponant pristina vitia, & alia via tendat. Apprimè supra Drogo: Sibilante enim gratia, musca, & apis conueniunt, & simul requiescunt in torrentibus vallium, id est, disciplinis humilitatis. Nec timenda occasio, cum in ipso hospicio, quae vitanda diximus, casu contingunt; videlicet, ibi homines iniquae famae commorari, sepius enuenit ob visa, & audita, consuetudinèque cum viris virtute ornatis, vità comutare, & ad meliorem reddere frugem. Id factum, cum Franciscus de Borgia, ab Episcopo Placentino vocatus, initia Collegij iecit: is enim, qui potius miles, quam Praelatus videbatur, consuetudine Patrum mutatus fuit; & curiosus inuestigator factus eorum, quae occultè clauso ostio meditabantur, adedò compunctus fuit, vt veteribus abiectis, novos induerit mores, & exemplo omnibus fuerit. Miram ad hoc Ambrosij accipe doctrinam, qui 6. lib. in 9. cap. Lucae sic exponit praecceptum illud Domini: Si non receperint vos, excutite puluerem pedum vestrorum. Et ita interpretatur: Ne non solum pacem tribuamus hospitibus; verum etiam, si qua eos terrena obumbrant delicta leuitatis, receptis apostolicae praedicationis vestigijs auferantur. Hoc muneris nostri erit, mutare hospitium prauos mores, vt conuersatione nostra eorum viuendi formam, ad normam diuinæ legis, traducamus. Confirmat, quod Scriptura docuit 3. Reg. 17. in illa Sunamitide hospicio suscipiente Eliam, quae plorans in pedum Prophetae amplexu aiebat: Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meae. Ac si diceret: Ingressus es domum meam, & virtutum visarum splendore tenebrae meae aufugerunt, quia peccatorum meorum memor facta fui, & dolui de eis. Glossa motalis: Significatur opera recipientium Praedicatorum, qui per bonas exhortationes, & preces eorum, videmur resuscitati per emendationem vitae suae, vt sic hospes possit dicere: Nunc in isto cognosco: quia vir Dei es. Vt hac via malum in bonum vertatur, & suscipiens Dei ministros mercede non careat.

An procuranda epistola commendatitia, & fauor humanus.

IGNOTI homines aggressuri populos, qui eorum notitia expertes sunt, indigere videntur fauore notorum hominum, qui valeant auctoritate sua eos commendare, laudes dicere, & quanto eorum bono ad eos accedant: praecipue, si isti sint locorum Domini, aut viri primi, tam saeculares, quam ecclesiastici. Nec abhorret ab istis S. Ignatius 7. p. Const. c. 2. Const. 5. litt. G, vbi ait: Quod ad modum atinet eos mittendi cum litteris, aut sine illis, quò tendimus destinati, (sive ad priuatos aliquos homines, sive ad ciuitatem, vel eius caput scribatur, quae ad auctoritatem, aut beneuolentiam conferant.) Superior, quod conuenit, consuet. Et littera L: In his, sicut & in aliis auxiliis suarum Patentium, aut Sedis apostolicae Litterarum, & aliis rebus, quae possent esse necessaria, prouidebit Superior, &c. His addendum exemplum Sancti Francisci Xauerij, cui ad maiorem hominum destinationem, & officij commendationem litterae Nuncij Pontificis suere concessae, quibus ipse usus fuit, & experientia doctus, quantum apud Iapones valeret personae auctoritas, eam induit: & cum inuiseret Regem Bungi, magno cum comitatu hominum, & ornatu personae ad eum venit. Non quidem haec fiunt ad hominum auram captandam; sed, vt Euangelij gloria fulgeat.

Regulae Missionum solum praescribunt necessaria esse procuranda; & potius Dei fauore innitendum, quam humano. Ita 12. Instr. & 13. pro Missionibus, quae est quinta litterarum Superiorum, quibus interest Missionem destinare, quae Patentes vocantur, meminit, cum ait: Ostensis Patentibus, &c. declarem, sibi hoc unum esse propositum, vt doctrinam Christianam tradam, &c. In vsu fuit praesens temporibus, cum magna erat copia peregrinorum ad visitanda sacra Martyrum monumenta, tolerandumque labores itinerum, secum ferre commendatitias litteras ad illius regionis Episcopos destinatas, vel ad caeterum fidelium, quibus de personae fide, virtute, itineris causa, ratio prodebat, ne lupi sub ouina veste contexti extorquerent elemosynas, & pro fidelibus haberentur. Haec Theodoretus recitat, & ipse Theodor. Episcopus plures commendauit, quorum in Historia meminit: & Baronius 4. Annal. tomo Baron. alia his similia recenset. Harum loco duo necessaria ad hoc ministerium. Vnum, Praelatorum illius diocesis scripta, quae commendent Parochis, & Vicariis Parres missos, talium auctoritate fulcitos, in eisque mentionem faciant intenti operis, Iubilei, & ipsum Praelatum vices suas eis committere, vt grato animo suscipiantur; fauorem eis, in his, quae intendunt, praesent, quod grati ei erit. Alterum, vt etiam Superiorum Patentes ferant, quibus constet, eos missos, & viros esse Religiosos huic operi ad vtilitatem animarum deditos.

Alias externorum commendationes, siue eorum, quibus loca intersunt, siue Principum saecularium,



secularium, quæ potius ad factum, quam ad veram Patrum indigentiam valeant, nullatenus existimo procurandas, imò vitandas, & omnino parvi faciendas, ne potius his humanis auxiliis, quam diuino fauore inniti videantur, vt Regula præscribit, & experientia docet. Vera enim commendatio ex virtute, & fructu carpenda, vt Paulus monet 2. Cor. 3. qui quidem cap. 2. recenset ea, quæ operatus fuerit, aliis vtilia, aliis verò inutilia; quanuis odor bonus omnibus manifestus fuerit, vt Augustinus notauit. Addit his: *Deo autem gratias, qui triumphat semper nos in Christo IESV, & odorem notitia sua manifestat per nos in omni loco.* Ne tamen quid horum sibi arroget, addit: *Et ad hæc quis tam idoneus?* Quasi velit, omnia, quæ profectui suat aliis, Deo referenda. Cùm ergo Macedoniam occuparet, regionem illi ignotam, & vbi nulla eius haberetur notitia, videbatur intento operi expedire, vt ex aliis partibus commendatitias deferret litteras, videlicet, ex Corintho, vbi fama vigeat Apostolice exortus est cap. 3. *Incipimus igitur nosmetipsos commendare?* (hæc, videlicet, præclara facta recensendo: ) *aut nunquid egemus (sicut quidam) commendatitiis epistolis?* Notat Pseudopropheta, vt Chrysofomus, Ambros. Theodoretus censent, qui carentes vero virtutis splendore, aliorum fauore, populorum captabant benevolentiam. Nos his non egemus: sed gratia, & Christi Domini fauore inuixi, audeamus nouas intendere Prouincias: si enim aliquo auxilio hominum egeremus, *Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, qua scitur, & legitur ab omnibus hominibus: manifestati, quod epistola estis Christi.* Multi hæc exponunt de exemplo Corinthiorum, quantum valeret Paulus, suorum morum mutatione, omnibus manifestè ostendendum. Sed alia via incedendum puto: quid enim significat, hæc epistolam scriptam in corde suo gestare Paulum? Si enim de exemplo eorum, apud quos commoratus fuerat, loqueretur, dicere oporteret, scriptam esse in cordibus eorum. Item addens: *Manifestati, quod epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta, non atramento, sed Spiritu Dei viuis.* apertissimè ostendit, hæc omnia Christo, & Spiritui Sancto concedendo, epistolam secum ferre, coramque ei esse, nempe, horum memoriam, quæ fiduciam magnam in eo ingereret, vt talia speraret in ignotis hominibus bona efficere, eadem existente in eo fiducia in Christum: quibus annectit: *Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum.* hoc est, eadem etiam hic commorantes; & laborantes speramus, quæ in vobis ipse Dominus dignatus est operari per nos. Nulla ergo commendatione egemus, cum semper hac imbuti fiducia inueniamur. Nec Lyra ab hoc sensu dissentit, qui exponens verba hæc, ait: *Ostensio, quod hominum commendatione Apostolus non indigebat; hic consequenter ostendit, quod eam querebat per hoc, quod quidquid agebat boni, non sibi, sed Deo tribuebat: & ideo dicit: fiduciam, &c. id est, audaciam sic loquendi. Non quod sufficientes simus, aliquid cogitare à nobis, quasi ex nobis: sufficientia nostra ex Deo est.* Quibus confirmat dicta: si enim minima à nobis prodire nequeunt, quantum maiora minus explere possumus? Vt vis omnis loquendi, & ho-

2. Cor. 3.  
2.

2. Cor. 3.

Lyra.

minum corda mutandi, Dei auxilio subdatur, cui, velut scipione, innitens, aliorum approbatione haud egeat. Hoc argumento omnia Deo refert, & commendat, ait Lyra: *Si istud, quod est minimum in humanis actibus, Deo attribuit, & illud, quod est magis.* Idè scriptos eos ferre in corde dicit, cum ad ignotos pergit, qui fortè Corinthiorum notitia vacui erant, vt ostendat, secum ducere memoriam eorum, quæ apud eos Dominus operatus fuerat, vt eadem speraret in aliis facturus. Ob id epistolæ istæ omnibus palam sunt, non quòd illorum conuersio clarè Vniuerso pateret; sed, quòd hæc veritas per Vniuersum volat, nempe, Deo credendum, & fiduciã in eũ locandam. His epistolis armati, hac commendatione fulti incedere debent, qui his expeditionibus dicantur, non hominum laudibus, & encomiis; sicut Pseudopropheta requirebant, intenti potius ex hoc onere laudum lucrum captare, quàm animarum salutem venari, vt optimè docuit Ambros. in 3. cap. 2. ad Corinth. *Pseudopostolos notat, quos proprii honoris, & questus causa circuire Ecclesias probat, ad auferendam, non ad tribuendam salutem.* Augere quidem oportet, non minuere fiduciam Deo commendatam, non modò faciendã ab eo memorie mandando; sed etiam factorum recordatione, tam ab aliis Missionum operariis, quàm nostro labore partorum. Hoc confirmat idem D. Ambros. 6. in Lucan. cap. 9. explicans, cur sine virga, & pera, & sine calceamentis iubeat Dominus Discipulos ad opus commendatum illis pergere: *Hoc est, subsidijs secularis adminicula non requirere, sedque tuus, putes sibi, quominus ea requirat, magis posse suppetere.* His enim adminiculis humanis fiducia in Deum minuitur.

Aliud genus notissimum omnibus epistolarum vita esse debet. Eam hominibus ignotis, cum quibus consuetudinem habent, humilitas probat, quæ magna occultat, quam docuit Paulus, purè Deo facta referens: & ne laudes amare videatur, sibi opponit: *Incipimus iterum nosmetipsos commendare?* Facit satis haud talia desiderare, qui omnia Deo tribuit. Cur hoc? Chrysof. *Ne adulationis opinionem subeat, vt qui honores ab ipsis ambiat, his verbis vitetur.* Patientia, charitas in proximos, paupertas commendata superius, hæc litteræ sunt adè nota, vt ab omnibus legi possint; easque docti, & insipientes, vulgus, & honoratores aptissime noscere haud difficile possunt. Odore isto refertus Paulus; quanuis aliis in bonum, aliis in mortem; non, quia malè de eo loquerentur, (cùm fragrantissimo odore virtutum eius fuerit imbuti;) sed, quòd in maiorem damnationem, non conuerti, seruiret tam aperta veritatis notitia, & Prædicatoris virtus. *Neque illud exitij causa est, sed eorum peruersitas,* inquit Chrysof. hom. 5. in 2. Cor. Hæc viros probatæ autoritatis redolent, vt ignoti cùm sint, nulla cõmendari notitia aliorum, alia via possint promereri laudes, autoritatèque, videlicet, virtutum fragrantia. Videas Ionam è mare eiectum, spumis belluæ infectum, aqua madidum, vultu pallidum, ac horridum hominem, Niniuen occupantem, & voce graui, ac parum suaui mirari ciuitatis interitum, cui omnes parere decreuerunt; & Regem ipsum legibus suis subdidit.

Ambros. J

2. Cor. 2.

Idem.

Ionã 2.

Qua

Theophyl.

Dan. 13.

Hieron.

Bernard. ser. 3. de Annunc.

Exod. 39.

Theodoret.

Cant. 1.

Athanas.

Qua fortè commendatione vir alienæ conuersationis omnibus ignotus potuit ad hæc illos pellicere? Nulla alia, nisi virtutis ipsius: siquidem illa paupertas, & vitæ austeritas, corda mulcebat, & ad poenitentiam prouocabat. Theophylact. in 3. Ioan. cap. *Ingens, inquit, miraculum erat, virum Hebraum ex alia terra venientem nemini cognitum, per urbem ingredi, & vociferari.* Quid plura? Et omnia traducere, & mutare, & in ordinem redigere incompósitos, & prauos hominum mores. Notanter, clamauit, inquit. Quis clamor iste adè validus? Planè, qui ex virtutis magnitudine proficiscitur. Hoc mouentur, & ad meliorem frugem redeunt homines. Cui consonat ille magnus clamor Sufannæ, inter senes laborantis pudicitiam seruare. *Vocè* (inquit Textus) *magna clamauit.* Cùm viri illi, & Iudices, & fortiores illa, haud clamauerint magna voce, femina quidem, & reæ personam agentis, clamor vicit illorum clamorem. Quare? Hieronymus docuit: *Magna vox erat, non acris percussione, sed pudicitia magnitudine.* Magnas virtus vires habet, cui consonat comparatio huius vocis, cum ouis balatu, inter luporum latratus cum dilacerare cupientium. Ita contemplatus est Bernardus: *Fit clamor, & concursus luporum, & ouicula balantis inter eos.* At iste adè debilis, & exiguus clamor, caelum pertingit, & repetit, Christoque querelas deserit, quo vires lunit, & fortior euadens hostes omnes subternit, ac deiicit, & victoriam decantat. Tanta vis virtutis, quæ omnia ad se trahit, tanquam clamore valido personantis. Quis videat ornatissimum Pontificem procedere auro, purpura, lapidibusque pretiosis fulgentem: at in fimbria vestis, simul cum malis granatis, tintinnabula deferre, quæ ab omnibus cùm audirentur, venerationi, & honori erant. Cur hæc in obscuro iacebant loco, illa ad oculum omnibus patebant? Num, vt ex illorum fulgore reuerentiam capesseret? Minimè: imò potius, vt doceret ea honorem, & gloriam conciliare, sonumque ab omnibus audibilem edere, quæ occultiora essent; cùm tamen malogranatorum morem redolerent, in quibus ordo, honestas, pulchritudo, verecundia, cautelaque videnda notantur. Inde sumenda est cuiusvis fama, gloria, lausque, ait Textus, *quibus ornatus incedebat Pontifex, quando ministerio fungebatur.* Theodoretus hæc exponens, & quid annuntians ait: *Vt ipsos Sacerdotes doceret, quanta illi, animum suum pulchritudine exornare, & virtutum ornamentis condecorare teneantur.* Vt hinc conicias, non ea, quæ hominibus patent; sed virtutes in animo existentes honorem conciliare, & litterarum supplere commendationes. Hinc efflant suauissimum odorem, quo externi delibuti amantes efficiuntur virtutum. Paradisi ligna adè odorifera erant, vt non modò locum illi replerent fragrantia; sed etiam vicinas arbores eadem ornarent. Cùm enim Sponsi fragrans redolentia commendatur, hoc additur ad maiorem commendationem: *Nardus mea de dit odorem suum.* Parum hoc Origenes habet, *odorem eius.* Non tam ipsa spirat odorem innatum sibi, quàm communicarum ab Sponsi suauitate. Id notauit Athanasius quæst. 47. de Paradiso: *Sic etiam ex Paradiso ven-*

torum aspiratione fragrantia exhalans propinquiores illis locis arbores aromaticas efficit. Hæc virtutum redolentia, quanuis in continenti afferentur, & in occulto lateant pectoris, aspirante earum foras fragrantia, prodit, & omnes ex ea participes fiunt. Verè enim non solum homines; sed ipsa muta elementa tales reuereri sciunt: adè enim virtus omnibus patet, & in honore est, atque omnibus commendata. Quis non rideat Dauidem bruta, & elementa vocantem, vt Deum laudibus efferant, cùm hæc tanti boni cognitione careant? Rationem reddens Chrysof. in Psal. 124. *Sciunt* (inquit) *Chrysof. elementa eos, qui suat tam magnanimi, reuereri.*

Quid mirum, si hæc præstent homines, quorum interest id, quod pro bono ipsorum geritur; videntes operarios magna sollicitudine eorum saluti incumbere? Tabernaculum suum Deus prohibuit lignis infructiferis ornari, plantarique lucum iuxta illud. Qua ratione motus id præceperit, docuit Philo lib. de Monarchia, inquit: *Verum templum non amantiores possulas, sed severam castimoniam.* Qui enim Dei templum sunt, vasaque ab eo lecta, vt portent nomen eius Gentibus, sacrarium diuinarum diuitiarum; quo alio egent ornatu, qua approbatione, & plausu, quibus laudibus, & præconiis hominum (quæ omnia inania sunt, & lignorum syluestrium, infructiferorumque mores amulantur) opus habent, præter veram virtutem, castimoniam, modestiam, paupertatem ostendere omnibus aliis stipitibus, ac fulcimentis? Veri Societatis operarij destinati ad hanc negotiationem, se exuant, & contenti mundos euangelicos pedes deferre, dicant cum illa Sponsa: *Exiit me tunica mea: Cant. 5. quomodo iterum induam illam?* Valeant omnes alij fauores: sæculo relicto, omnes abiceerunt simul fauores humanos, ne iterum ea resument, quæ dimiserant, fidentes Deo omnes suas operas, qua via mira experientur.

Præterea hæc iuuat experientia comperitum, nempe, cùm homines vident pauperes, abiectæ conditionis, amantes vilia, contenti paucis, sitientes salutem omnium, eos etiam peccatores magna charitate amplectentes, in-tonantes Dei verbum valenti spiritu, laborantes indefessè; ea ipsa, quæ initio contemptui ministrabant, agnitis ab interno spiritu diffluentibus operibus, adè mirantur, vt magni faciant ea, quæ prius despectui habuerant, & inde magnæ prodeunt utilitates. Passus est Paulus contemptibilem personam ferre: ar voci vim, & energiam tribuit, qua vilitas illa non officeret, nec impedimento esset his, quæ curæ suæ erant. Inquit ergo 2. Cor. 10. 1. *Hoc 2. Cor. 10. 1. cogitet, qui eiusmodi est: quia, quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & presentes in factis.* Vide modum se etigendi, ac leuandi super eos, quibuscum contendebat, monstantem. Ne vilipenderetur ab eis absens, haud ostendit personam contemptibilem; sed verba fortia, & reprehensionibus onerata: at, cùm præfens, ob-tutui audientium ea, quæ possunt parui facere, monstrat: hoc verò magnitudine operum cecelat, vt plus ista valeant ad æstimationem, quàm abiectæ hominis conditio ad contemptum. Rogo, qualis in factis, ne dissentiret à verbis, & absentia à seipso præfente? Chrysofom.

Chrysof. *foft. Hoc est, humiles, compofiti, nequam nos ipfos iactantes.* Sic enim magno in pretio futurus arbitrabatur habendus, qui persona, & verbis parum ornatus, nullius pretij iudicabatur. Elias ille pellibus indutus, montium cacumina occupans, ciuitates, & Regiam fugiens, afpectu folummodo terrere Reges solebat: fic virtus omnino alia ornat, & commendat, vt nullo Patrono egeat, nec illi opus fit, Saulis imitatione, petere à Propheta: *Honora me coram populo.* qui vacuus verè virtutis ornatu, honorem regium requirebat. Sed Elias nudus omni hominum fauore, & timori, & reuerentiæ viam aperiebat. Ratione reddidit Hieronymus in cap. 35. Ezechielis: *Conuerfationis austeritas, non solum virum; sed etiam virum fortissimum demonstrabat.* Imò id, quod aspectui hominum contemptibilius apparebat, signum factum est, quo Rex Prophetam absentem agnosceret, ac pertimesceret. Audiens virum pellibus indutum, zona præcinctum, Eliam esse contestatus fuit: illa enim memoria tenebat, quæ virum tantum decebant, & ei metum incutebant, vt Cassian. *Multum corporis specie, virum Dei indubitanter agnoscent.* Id enim, quod nullius pretij ipsum reddebat, maiorem conciliabat reuerentiam: quippe cum ipse rerum pretiosarum contemptus, & factus depositio, virum magnorum spirituum esse demonstrat. Basilius in reg. ful. disp. reg. 22. *Quæ res facit, vt ab eis, qui nos viderint, actiones etiam professioni consentanea requirantur.* Aded enim virtuti consonat vilis tractatio, vt etiam hi, qui teneri in ea sunt, cogantur talibus compofiti, etiam mores dignos externo aspectui assumere. Idem Basilius: *Imbecillioribus veluti quadam pedagogi disciplina est, qua inuiti etiam à rebus flagitiosis prohibentur; hæc, quæ in vestitu foris apparet, professio.* Hæc multis confirmat ibi, ne lato vique ab hac regula internarum actionum recedamus. Quamobrem concludimus verbis Hormildæ epist. ad Anastasium Imperatorem: *Hæc est enim de suscepto moderamine Rectoris cura salubrior, vt eius sibi fauorem per opera bona conciliet, qui vniuersum ei tribuit imperium.* Id enim ipsum hominum comparatione existimo: fauor cum eis valet, si virtutibus fulciatur, si operibus bonis decoretur, si proximorum salutem manifestetur: nec alia externa auxilia suppetias dare arbitrandum; sed potius nocere, & periculo rem inceptam exponere.

CAPVT VII.

Quæ tentanda pro Missionis initiatione.

**H**Abemus ex dictis, nullam aliam commendationem necessariam expeditionibus intentis, nisi Prælatorum Societatis litteras, & Prælatorum illius diœcesis facultatem, tum ministeria inibi exercendi; tum suam communiendo in foro conscientia potestatem; tum denique Clerum hortando, vt Patres benigne suscipiant, foueant, atque in omnibus adiuuent, vt sua exequantur. Breuiter hæc Constitutio lib. 7. cap. 2. §. 2. littera M, comprehendit, necessaria prouidendo missis, vt nihil desit rei

Vide Reg. & Instrum.

agenda: *In hoc ergo, sicut & in aliis auxiliis suarum Patentium, aut Sedis apostolice Litterarum, & in aliis rebus, quæ possent esse necessaria, prouidebit Superior, prout ratio, & charitas mouebit.* Quotum enim his auxiliis fulciti strictius fuerint, tantò securius suum opus reddunt, & humilitatis indicia præferunt; ne, sicut falsi Prophetæ: *Hæc dicit Dominus.* cum id non diceret, inclamantes, nec missi ab eo fuissent; populos decipere videantur: sed Maiorum authoritate ostensa, suam præferunt, vt à nullo possint impediri eorum ministeria. Quæ enim alia via animos omnium in sui expectationem conciliant, quàm quod non sponte sua; sed Maiorum, & Prælatorum studio, ac facultate præmissa, eos inuifunt? Quod enim obedientia, humilitate commixta fuerit, eò maiorem sui splendorem emittit, & securitatem Ministrorum pandit. Accedens Christus ad Iordanis alueum, vt à Ioanne baptizaretur, ille quidem agnoscentis Domini dignitatem, munus recusabat. At Iesus: *Sine modo,* inquit, *adimplere nos omnem iustitiam.* At ista, vt in totum perfecta existeret, & obedientia, & humilitate coalescere necesse erat. Humilitas recusat opus: obedientia ad illud cogit, & coactum, authoritatæque Maiorum pressum, non suo arbitrio id agere demonstrat. Remigius: *Illam autem est vera humilitas, quam comes obedientia sequitur.* Hæc regula tenenda est, omnique cura exequenda; ita vt, quauis in absentia Prælatorum, per nostra priuilegia possumus Confessiones audire; in Missionibus minime id præstandum est; sed præmissa benedictione, & facultate eorum, quorum interest, gregi sibi commutato passum præbere. Meminerint illius Equitis, cuius historiam Gregorius contexit; qui quidem Dei monitu, (sicut Isaias cauterio linguæ,) & facultate verbi faciendi fultus, ad populos accedebat: at non defuerunt, qui hæc murmure notarèt, & ad Papam deferrent: qui iussit hominem coram ipso comparere, vt ab eo sciscitaretur, quæ cum facultate id munus obiret. Ille pari humilitate ornatus, præsto exequi Superioris mandatum paratus, sui rationem reddere voluit: at detentus fuit à Ministro Papæ, qui fatigatus itineris molestia distulit, & procrastinauit iter, & ab eodem Pontifice, certo de Viri sanctitate, & doctrinæ securitate, vtilitatæque eorum, apud quos versabatur, iussus est manere, & ea, quæ incepta fuerant, profèqui, inquit: *Rogat Pater noster, ne fatigari debeatis.* Numinis enim prouidentia cognouit Pontifex, qualis esset vir, quæue authoritate munitus, talem legerat viuendi morem. At nos, qui nulla alia authoritate possumus ab hoc onere liberari, nisi accepta à Prælati; ab eis obtinere facultatem, & à nostris Superioribus debemus, ne exarmati, & expositi hominum repullæ procedamus.

Hac obtenta facultate, accedentes ad populum, Plebanum, vel Vicarium inuisere est opus; eumque, & intenti operis, & facultatis Prælatorum, certiores reddere est necesse, vt ab eo, & benigne suscipiamur, & de agendis instruamur. Si opus fuerit, totum Clerum in vnum congregare, & eadem referre, vt omnium adiutorium exposcamus, & omnium subdamur directioni; id fiet: sic enim conciliantur animi; ita murmurationis, & nouitatis admirationes è medio

medio refecantur: plus enim potest vnus malè affectus, aut similiter aduentum nostrum explicans, nocere, quàm multorum cōsensus, & placitum iuuare. Cum enim inimicus initia turbare assuescat, & ex paruis scintillis excitare magnam vim ignis; oportet omnes ei vias claudere, ne aliqua tenui relicta, perforet domum, & animos maleuolorum hominum pulset. Licet enim ab his, qui loci notitiam habent, multa liceat discere, nobis ignota; tamen haud eorum directio tenenda est; non tamen repellenda, ne contemni credat, sed grato animo suscipienda, & quæ experientia docet, exequenda: illi enim insueti his exercitiis leuiter callent, quæ Deus solet facile conficere, quauis ab eis id impossibile fore iudicetur. Sæpè quidem etiam Diabolus his vitru machinis, vt debilem reddat operatorum animum, difficultatum obiectionum pondere pressor. Petrus nolens Christum pati, & humilè gerere personam, *Abfit, inquit, à te, Domine: non ita erit.* Cui Dominus: *Vade retrò, Satana; scandalum es mihi.* Quæ partiens, ac diuidens Hilarius, & Petro primam tribuit reprehensionis partem; & Zabulo secundam, hoc cōminiscente, ne Passio Christi ipsum destrueret. Hilarius in Matth. can. 16. sic fatur: *Sciens Dominus Zabulicæ artis instinctum, Petro ait: Vade post me. id est, vt exemplo se Passioni sequatur. In eum verò, per quem opinio hæc suggereretur, conuersus adiecit: Satana, scandalum mihi es. Quia infidelitas omnis, Diaboli opus est.* Sic Diabolus suggerere quædam solet hominibus parum de spiritualibus curantibus, quæ totam destruunt Missionum formam: per hos enim consilia dantur, Nostris parum tuta, quæ minime admittenda sunt, cum prodeant ab his, qui luce veritatis carent. Quæ maiore luce præditus, ob scientiã, & experientiam non tenetur sequi, neque in his rebus, (etiam si in aliis eis subdatur,) minus expertos, & humanius res tractantes audiãt. Sol fons luminis est, Luna ab eo lucem accipit: non esset æquum, ab hac Solem duci, etiam si contingat, eum obscurari, & denigrari per eclipsim; sed potius contra Luna Soli obtèperare, & sequi tenetur. Rationem reddens Damasc. 2. de fide, cap. 7. sic ait: *Vt concinnitas, & ordo seruetur creatura, quæ præst, & subest.* Res quidem inordinate procederet, si maiore luce præditus, ea carentibus obtemperaret: vnde fieret, vt multa non tentarentur, & tentata incepta defererentur. Tale est hominum ingenium, vt in rebus diuinis sint nimis timidi, & prudentes: alii in rebus credant his, qui populorum curã gerunt: id enim, quod intendunt, meliùs hæc obedientia, & humilitatis via afferuntur. Et si mare omnia absorbere, & superare videatur, lege diuina adstrictum est fragili arena: inde memor diuini præcepti, & ipsi pareat, & totas suas continet vires, & tanquam Superiori subiectum eam abluat, & leniter deosculatur. Quod ponderans Basilius, de Seleuc. orat. 1. in Genesim: *Manet præcepti memor arena vincitum, nec præ vincitoris reuerentia, vincula violat.* Scire enim oportet, nos ministrorum munus obire, & aliorum ductui seruire, vt Basilius Magnus docuit in quaest. ful. disp. quaest. 30. *Verum illud credat, quod plurimum cura, plurimum est ministerium.* Nec primis contentus, sæculares potestates adeat, vt omnes, hæc via, amicitia vinciat: nec enim à nostri instituti ratione alienū est, sæcu-

Matth. 16.

Hilar.

Matth. 3.

Remig. in d. cap. 3.

Gregor. 1. Dial. c. 4.

Damasc.

Basil. Selouc.

Basil. Mago.

laribus subici in his politicis negotiis. Vt enim ait Basil. summa 79. *Moralium: Potestatibus pre- eminentibus subici oportet, in quibus mandatum Dei non impediunt.* Isti clauum Reipublicæ tenent, & plurimum conducit eorum gratus animus ad futurum animarum lucrum. Recordemur (vt supra notauimus) vnum Malacæ Prætorum, Xauerio impedimento fuisse, ne opus illustre in vniuersi vtilitatem perficeret. Quibus horum in locis suæ ditionis potestatem habet, & maleuolè accipientes aduentum nostrum, possent disseminare falsa; populum mouere, ne nostrorū operatorū solliciti sint. Quod docet Paulus Titum monens, cum ait: *Admone illos, vt Principibus, ac Potestatibus subditi sint, vt obediant Magistratibus, & ad omne opus bonum parati sint.* Verè enim hæc præstita obedientia, stratur via ad multorū bonum, & paratos animos ad omnè lapidem mouendum patescunt. Præterea, hi homines facilius curam suscipiunt hospitij, & faciliè viam inueniunt necessaria præbendi: sæpè plus aliis sentiunt, indigere hoc fauore populum, ad ipsorum spectatam regimen, quàm Ecclesiastici satis sibi sufficere arbitantes: vnde illi alacriores, & expeditiores ad omnia necessaria præstandum inueniuntur: cum suffragia Communitatis habeant, ex communi Reipublicæ penu facilius hæc parant absque singulorum molestia, & sumptu: semper enim elemosynæ ex Communicatis bonis promptius elargiuntur, quàm ex cuiusvis propriis facultatibus. Cum hac hominum forte agentes, simplices esse appareat, vt prudentia, & sagacitate omnia scrutentur, & obseruent; vt populorum mores capiant, sciãtque inexperti, quæ emendare, & ad meliorem frugem reducere teneantur: qui enim populorum consuetudines, mores, vitia tenent, penitus ista cognoscunt, quàm hi, qui eorum nouiter fruuntur consortio: & quauis detractores non desint, non dissidia, non odia, non iudicia temerè iactata, in contumeliam proximorum, (quæ etiam notanda sunt) tamen vbi viderint proprio Marte, nõ vnum, sed diffisos homines, eadè affirmare, ac damnare; pro certo tenenda, vt corrigantur, & emendentur. Hanc simplicitatem docuit Gregorius lib. 4. epist. 31. indict. 13. Mauritius Imperator in sensus Pontifici hominem rudem, & simplicem ipsum appellabat: cui rescribens Sanctus Pontifex ait: *In Scriptura sacra, cum in bona intelligentia ponitur simplicitas, vigilanti sæpè prudentia, atque rectitudini sociatur.* Sic socianda prudentia, & cautela cum simplicitate, donec discant populorum mores. Quod autem plurium consensus veritatem rei indicet, notauit Scriptura, cum Deuter. præcipit, si pater, & mater accusatores filij fuerint; iudex damnet, & puniat filium: hoc quidem testimonio comprobatur veritas delicti. His verbis lex hanc statuit pœnam: *Si genuerit homo filium contumacem, & proteruum, qui non audierit patris, ac matris imperiũ, & coërcitus obedire contempserit; apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos: Filius noster iste, proteruus, & contumax est, monita nostra audire contempsit, conuersationibus vacat, & luxuriis, atque conuiuio. Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatur malum de medio vestri, & omnis Israël audiens pertimescat.* Cur hoc iudicium solo parentum testimonio conficitur, nulla audita rei

Idem.

Ad Tit. 3.

C

D

E

Gregor.

Deut. 17.

defen



defensione, nulla tergiversatione apposta? Abundè probatū manet delictum, si tales testes ab omni suspitione indemnes aduersus caput filij testificentur. Theodoretus q. 20. in Deuter. **Theodoret.** Quia veritatem accusationis coprobat accusantium concordia. Si vnus eorū quereretur, fortè ira, vel passio timenda esset: at simul consentientes in pignus ipsis charum, parètes, veritatè haud dubiè produunt. Pari modo, cum parentes populorum cōsentiant in aliquo suorum conciuuū, aut Cōmunitatis vitio, non timèda est passio excācans; sed amāda in ore talium veritas, vt obseruantes hæc sic nota, ad corū remedium currant.

CAPVT VIII.

Disponenda ministeria, electione loci facta.

**D**iximus suprā, hospitium non solum redolere paupertatem oportere; verū etiam commoditatem attendēdam in eius electione; non nostram attendētes; sed multò plus eorum, qui ad nostros accedere sperātur. Quamobrem sit iuxta templū, vbi ministeria frequentius, aut semper exercenda. Ad eodē hoc notatur in nostris Regalis, vt etiam Xenodochium inutile censetur ad habitacionē, si distans sit ab Ecclesia, vbi laborandum est. Hæc quidem, & domus nostra, & perpetua mansio esse debet: ibi nos quærere, inuenirèque oportet: nec vagemur alibi, ne proximi solliciti, Nostrorum egentes adiutorio ererent, & abeant. In Missionibus quidem nisi vrgentia negotia id exposcant, nō quærere homines oportet, aut inuisere decet; sed, vt ab eis quæramur, pro sede stabili constituta est Ecclesia. Ambrosius hæc docuit 1. Offic. cap. 20. **Ambros.** Quid nobis cum alienis domibus? Vna est domus, que omnes capit: illi parit ad nos veniant, qui nos requirunt. Quantis vbi fixa Societatis sedes est, soleant selecti Viri, fœminas probatè vitæ, & autoritatis inuisere: tamē in Missionibus, vbi ad tempus breue stādum, vbi plura negotia, quàm tempus esse debet locus. Hoc idem Ambr. loc. cit. docet: **Idem.** Ministerium Altaribus Christi, non hominibus deferendam recepimus. Huic vno seruiamus læti, in eo firmus intenti, vt Christo animas deferamus, ministrorum ipsius munus obeuntis. Valeant cætera, quæ potius ad solandos benefactores, & gratum animum ostendēdum seruiunt, præterquam quod acres inuehamur in vitia; licet multi inde insurgant aduersarij, qui quavis data occasione leui, detrahant, & enervare hac via nostram autoritatem conentur. Hac de causa S. Ambr. suprā ait: **Idem.** Quam non dederunt errori locum, & dederunt suspitioni? Pore est absque periculo hæc communicatio tractari. At nec leuiter danda est causa suspitioni, ac obrectationi, cum aliud facere iniuncto muneri congruat, ne vel breue tēpus in his minutis teratur. Prosequitur idem Sanctus: **Idem.** Quid necesse est, vt detur secularibus obrectationis locus? Quid opus est, vt illæ visitationes crebra accipiant auctoritatem? Nos quidem pro suggestu suadere debemus, (fœminis præcipuè,) hæc vitare, quæ plurimum animum distrahunt. Domus (absentia herarū) custodia, & modestia domesticarū periclitatur, vt acriter reprehendit **Clem. Alex. 3. padag. c. 11.** Ne ergo authorita-

Ambros.

Idem.

Idem.

Clem. Alex.

tem præstemus his occupationibus, aduersus quas inuehere oportet. Discrimen etiā assignare possumus inter domestica ministeria, & Missionum. Ibi quærendi, & inuitadi sunt homines ad Confessiones, & alia virtutis exercitia: at in Missionibus omnes consensu maximo acti, ad Ecclesiam confugiunt, nullòque mouente nos inuitant, & sollicitant, vt sua negotia expediamus. Cum Deus omnia Noë animantia in arca includere iussisset, non fuit illi opus ea quærere per speluncas; sed solum fores arcæ pandere, & eis liberum concedere ingressum. Rationem reddit Basilus de Seleucia, orat. 6. **Basil. Seleuc.** Arcanus quidem erat impetus, & signum diuinum, suaque sponte animantes concurrerant: Noëmus verò constitutus erat, qui accurrentes hospitio exciperet. Ita planè contingit in eis expeditionibus: arcano enim quodam omnes mouentur, & accurrunt, vt in arca Ecclesiæ saluentur, si à Ministris à Deo constitutis excipiantur, & iuuentur: non enim opus est vicatim eos quærere.

Vnde apertissimè colligitur, nos nullam debere admittere fœminam intra nostrum domicilium, etiam quocūque prætextu necessitatis, quanuis non sola, sed cum matre, aut anu veniat. Magister Venerabilis, Ioannes de Auila, in hoc negotio vigilantissimus, clausis foribus, & fenestra, similibus per seruos respondere consueuerat, eas ad templum, & locum destinatum remittens: **Ambros.** Vt ea cautione nullus sit opprobrio locus, inquit Ambrosius suprā, suadēs vitare coniuuia extraneorum, nec minis cōfortia fœminarum, quæ maius periculum, maiorēque notam inferunt, præterquam quod nostra ministeria, suo pondere, loca sacra, nō profana petunt: ibi enim dignè tractanda, & perficiēda, etiam si homines viri sint, qui nos accersunt, vt aliqua expediant negotia. **Idem.** Quæ enim dignior domus apostolica prædicationis ingressu, quàm Sancta Ecclesia? ait Ambr. 6. in Luc. cap. 9. sicut enim Deus non in quouis Orbis loco sua mysteria probebat; sed Moyfi dicebat: **Exod. 33.** Est locus apud me, & stabis supra petram. Cui consonat Basil. lib. de Spiritu Sancto, aiens, hæc verba expendendo: **Basil.** Hic est locus veri diuini cultus sempiternus. Alienum crediderat Iacob locum, vbi super lapidem dormierat, à Dei præsentia, & tantæ gloriæ manifestatione; nec ad hæc talem ipse delegerat. At experientia doctus ait: **Genes. 28.** Verè Deus est in loco isto: & ego nesciebam. At ne tanti boni præsentia cōtra propriam fidem videretur, adiecit: **Idem.** Verè, non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cali. Quasi diceret: Vbi Deus, & diuina tractantur; ibi domus Dei, non locus profanus, non aliis negotiis cōmunis. Deus, velut in propria sede, in domo sua residet. Basilus suprā ad hæc: **Idem.** Hunc locum conspicatus Iacob, dixit: Dominus in loco hoc. Notanter videns locum specialem, Deo dignum, tunc optimè ibi adesse cōspicatus fuerat. Ob id quidem Abraham, qui hospitio viros calore confectos susceperat, in tabernaculo mensam apponēs, fercula parans, cernens nō homines, sed Deum ipsum præsentari obtutui, indignum censens hospitium pro talibus hospitiis, mente cæpit grande palatiū affabrè construere, ornare, magnæque copia pretiosarum rerum componere. Quare? August. **August. Genes. 18.** Fide Abraham palatiū fingebat, vbi præsentia esset Maiestas diuina. Ita planè nostra ministeria, cum ad Dei gloriam ordinantur,

Basil.

Ambros.

Exod. 33.

Genes. 28.

Idem.

Genes. 18.

August.

Genes. 18.

tur, cum ad reconciliādum homines, & ad amicitiam cum eo iniendam seruiant; exposcunt propria loca, templum, videlicet. Exemplo hoc docet Basilus lib. de Baptismate. Quid frequentius in vsu, quàm homines edere, ac bibere? At graues viri non in foro, non in frequentia negotiorum, sumunt necessaria alimenta. **Basil.** Quis modestus sustineat in foro edere, ac bibere? Multa sane quis inuenerit, præter locum, periculosè, aut cum condemnatione fientia.

Igitur habitatio nostra necessariò petit viciniam templi, vbi tractanda hæc, vbi tribunal Confessionum, vbi è suggestu concionandum, tum ob dicta, tum alia de causa nota, & admonitione digna: non modò enim attendere debemus aliorum profectum nobis incubere, sed nostrum non minuere. Vt ergo liberi à sæcularium sæpè importunè accurrentium molestia, tempus proficue infumamus, nostra curemus, aliorum bono infudemus, & à Deo efflagitemus salutem animarum; orationi vacare oportet, ad quod opus est templum velut asylum quoddam propè habere, vbi commodè ista exercantur, reuerentèque perficiuntur. Meminerimus illius magni Apostoli Francisci, qui cum Calaminæ, id est, in ciuitate Sancti Thomæ Apostoli, degeret, elegit domum Vicarij, non, vt ab eo opulenter tractaretur, nec vt locum quietis inueniret: sed, quia Ecclesiam vicinā domui habebat, & noctu ex domo habitationis ad Ecclesiam confugiebat, orationi vacabat, & somnum, ac quietem in luctam cum Deo commutabat. Nec deest Scripturæ authoritas hoc confirmans. **A. Bor. 18.** Paulus, cum domum Aquilæ habitaret, ad Iusti domicilium se contulit: quoniam huius ædes Synagoga vicinæ erant. Ita habes: **A. Bor. 18.** Migrans inde, intravit in domum cuiusdam, nomine Tivi, iusti, colentis Deum, cuius domus erat coniuncta Synagoga. Cur hoc fecerit, clara est ratio: tum, quia ibi conueniebant Iudæi, quibuscū agebat, vt eos fide imbueret: tum, vt ipse locum Deo dicatum in proximo haberet, vt ad eum confugeret, & oratione pasceret. Hoc Theophylactus notauit aiens: **Theophyl.** Vt etiam hinc studio, atque ardore incenderetur, nempe, propter vicinitatem. Hoc ipsum Nostris aptissimū est, non solum, vt proximis iuuet; sed vt vicinitate sacri loci (Domus orationis) ad sua exercitia perfecte conficienda attendant: qui enim sæcularium conuersatione fatigati sunt, vt velut portum ament, salo relicto, ad quietum, & Deo manifestum locum confugiant. De Iudæis loquens Iosephus, qui in Ægypto degebant, à tempore Alexandri locum habere in ciuitate Alexandrina proprium affirmat, vbi sacra Ædes, ad quam conuenientes separati à populi gentilis conuersatione, sua obibant munera sacra: **Ioseph. lib. 2. c. 21.** In parte urbis locū eis proprium deputauerant, quatenus haberent conuersationem per omnia mundiorem, & communionem etiam gentium sequestratam. Cur & nos inter vndas sæcularium degentes, & in eorum causis occupati, vt conuersatione munda recreemur, secretum à turbis negotiorum locum, nō comparare studebimus? Quid non tentauit ille sapiētissimus Abraham inter gentes incolarum sustinens, vt locum proprium in sepultura specie obtineret? Nec gratis concessum acceptauit, regia pecunia numerata comparauit, vt ibi quietus à turba degeret, & Deo res suas commendaret. Quod pon-

Basil.

A. Bor. 18.

Theophyl.

Ioseph. lib. 2.

c. 21.

derans Hieronymus in testamēto Geruntij ait: **Hieroni.** Pater Abraham requietionis sibi locum fide, & contemptu pecuniarum coparauit. Vnde colligo, quod si ades vicinæ Ecclesiæ haud faciliè inueniantur, pecuniis commodatò quærantur. Melius quidem est, contemnere pecuniam, quàm quietis locum. Qui extra domum degūt, affueti his commodis frui, nō eis careant, cum possint. Valeat ad hoc exemplum Pauli, qui ex conductione domum habitationis Romæ tenuit, vt liberè posset, tam cum Iudæis, quàm cum Gentibus agere. **A. Bor. 28.** Mansitque Paulus biennio tūto in suo conductu. Non sicut Cynicus in dolio superbè humilitatem ostentās; sed, sicut pauper, & quietis amator. Theophylactus sic ait: **Theophyl.** Paulus etiam mercedem præbebat habitationis, qua Romæ utebatur. vt ibi tuto agere posset cum his, quos accersere consueuerat. Galpar Sanctius in Acta sic ait: **Sanctius.** Vbi sine ullo impedimento, quod alibi, cum solus esset, vix facere licuit, Christum predicabat. Hoc fine, & ad libertatem obtinendam, domus conducta quæratur prope Ecclesiam, vbi cum hominibus diuina tractanda sunt.

Quantum autem inter sit hæc ad praxim reuocare, à suspitionibus liberari, nostra pro dignitate tractare, docet, quod Inquisitorum censura mandatum videmus, ne Confessiones in domibus priuatis admittantur: sed locus deputandus, qui sacer sit, & ad tantum ministerium coaptatum. Cum Moyses flammæum rubū cernere cuperet, iussus est Exod. 3. calceos deponere, quod locus sanctus esset, quem occupare optabat. Cur hoc ei impositum onus, quærunt **Exod. 3.** Doctores. Eusebius Pamphilus ibi eam afferit causam: **Euseb. Pamph.** Vt à loco presentem agnoscat. Locus quidem memoriam excitat, vt quis ibi, quæque tractentur, recogitemus, ne indignè id fiat. Hoc præstat Ecclesia, Sacramēti præsentia, Angelorum excubia, hominum deuota frequentia. Ecclesia designata, & commoda prope eam habitatione, vnam legant, vbi ambo Socij, & cōcionētur, & Confessiones audiant: licet enim nunquam necesse sit alibi Concionem facere; aliquam nobilem, aut impeditam fœminam audire; tamen frequentem nostrorum ministeriorum exercitationem in eadē Ecclesia oportet designare, ne vagi homines, inutiliter tempus prodigendo, nos quærāt. Nec, quanuis plura sint templa, expedit diuidi Socios; sed in eodem simul assistere: tum, vt concursus sit maior; tum, vt videns vnus alterius infatigabilem assistentiam, ad imitationem, & ferendum tantum onus impellatur: tum, vt possint se mutuo iuuare, si qua difficultate pressi, auxilio Socij indigeāt: tum etiam ad exemplum externorum, hæc Sociorum assistentia maximè iuuat; & quod placuerit, legere poterunt. At, si diuersa occuparent templa, faciliè turbarentur quærentes vnū, & alium inuententes. Alia firma locorum in vno templo electio restat notanda; nempe, vbi Confessiones audiantur, vt, videlicet, certa sint, nec mutantur, separatio tamen fiat, vnus ab altero designatis cratibus. Oportet tamen nō eos in obicuriorebus, & secretioribus spariis templi legere; nec in publicis, vbi frequentia maior; hoc, ne verecundia occupētur, præcipuè fœminæ, vt quæ solēt protinus Confessores petere, & nō semel, sed iterum eorū indigent cōsilio. Primum, ne loci situs occasione præbeat sus-

Basil.

Sanctius.

Exod. 3.

Euseb. Pamph.

D

E

spicioni, & susurrionibus obmurmurandi an-  
fam, cum ad Nostros nuptæ, & virgines in flo-  
rente etate accedant: quia nos ignoramus, sint  
ne famosæ in locis: hoc ignorare haud possunt  
vicini: tales enim aduentantes frequenter ad  
Nostros, maiorem possent ingenerare notam.  
Ergo quærendus, & aptandus locus manife-  
stus, luce perfusus, vt externi cernere possint,  
quanta cum decencia res conscientie tracten-  
tur. Ob id enim, ante lucem, & clauso die, haud  
oportet feminatum Confessiones audire, &  
secretò negotia tractare. Secundum, ne turben-  
tur, & præpediantur ob multorum concursum,  
& fragorem ibi concurrentium.

Cum frequens sit concursus, tam virorum,  
quàm feminatum ad eandem etatem, multa  
oportet notare. Primum, electionem faciendam  
loci, vbi separentur, tam Confessor, quàm pœ-  
nitens, propter decenciam; & vt Regulam no-  
stram, quoad fieri possit, seruemus. Si tamen id  
minimè exequi possit, quia insuetum ob Paro-  
chorum incuriam, sella petatur: non enim licet  
supra arculas, aut alia fixa loca sedere, & ibi  
Confessiones audire, ob grauitatem ministerij:  
Iudicis enim munus exercetur: qui quidem talia  
eligunt loca ad iudicia ferenda ob maiorem se-  
cunitatem: femina enim parum consuetæ vr-  
banitatem tenere, flexis genibus per aliquod  
spatium perseverantes, fatigata temporis pro-  
lixitate, solent quasi inniti genibus Confesso-  
ris: quod quidem indecens est, & minimè se-  
curum, nec ferendum. Si ergo sella vtantur, & mo-  
neantur ad latus genuflectere, in lateribus sel-  
lae, hoc sibi quærunt remedium. Secundò, vesti-  
bus operiat faciem, & solum præbeat loquenti  
auditum: quemadmodum id fieri solet, cum ægri  
hominis, & malè olentis, aut peste infecti Con-  
fessiones audimus, ne pestis tentationis subre-  
pat, neque spirituale serpat malum, aspectum  
etiam eis negent, & contentium fugiant: curi-  
ositas enim solet belligerare in animo, præ-  
cipuè cum accedat femina ignota, & puella,  
ac teneræ virgines, nuptæque iuniores animum  
percellunt, vt earum forma teneatur: quod vi-  
tandum esse, nulli dubium, ob modestiã, exem-  
plum, securitatem, ne formæ vestigia animo  
sculpta, bellum aduersus castitatem excitent.  
Tertiò, cum desiderio accedendi ad Patres lo-  
cum pro Confessionibus deputatum teneant:  
ad eò enim curiosæ esse solent præcipuè femi-  
næ, (cum ipsis notæ cõsententur, præcipuè si su-  
spicionem alicuius mali aliquando passæ ef-  
sent,) vt aures applicent, audiendi, quæ dicun-  
tur, desiderio. Curandum ergo, vt prope crates  
haud accedant, vt pœnitentes liberiùs agant, &  
Confessarius interrogare sine metu, & corrige-  
re eos possit, cum audiri ab aliis non timeat.  
Item, curandum est, vt homines non confun-  
dantur cum feminis, licet nullum timeatur  
malum; ne distrahantur aspectu feminatum,  
sed sua curent. Id faciendū est, homines ieuam  
tenere, feminas dextram, grauius iniungendo  
ea occasione, vt possit facilius hos modò, postea  
ex alio choro alios accessere: quod quidè cau-  
tela maxima præstandum est, ne dicatur potius  
ad feminas inclinari, quàm ad viros: potius ad  
iuniores, aut nobiles, conditionisque altioris,  
quàm ad senes, pauperes, & vilis sortis. In illa  
arca pro salute humani generis composita, octo

continentes homines, & feminas, etiam separa-  
tio horum notatur, cum quatuor familias ex-  
primat facer Textus, & cuius femina sius de-  
limetur vir. Rationem reddit Cyrellus Ieroso-  
lymitanus in præfatione ad Catechesin: *Figurabat enim Ecclesiam. Sic comulsa Ecclesia, & vos omnes intus: hac tamen ita separentur, viri vt sint cum viris, & mulieres cum mulieribus, ne studium salutis sit perditionis.* Cautela opus est. Licet id, quod intenditur, sanctum sit, mores hominum omnia turbant, & à proprio extrahunt sine. O quoties hac occasione miscetur praua colloquia, & potius ad sacrilegam Confessionem fingendam prouocant animum, quàm ad debite id præstandum, quod decet! Mare occupans terram iussu Dei aufugit ad locum, ac sedem suam. Quod ponderans Beda in Genes. 2. cap. sic ait: *In fideles coercuit, ne iniquitatis suæ stultitibus, videntem, id est, animam fruentem Deum conturbent: sed liceat ei germinare fructus bonorum operum.* Imperio ergo hos homines à feminatum consortio fecernant, vt istæ deuotè Confessiones dispo-  
nant; & illi ad conscientiam reuocent cogitationes, & sensus.

Caueant autem nostri homines, aut feminas in porticu, aut agro prope ipsum templum ad Confessiones audiendas recipere: ad hoc enim eos vocare, indecensissimum est, & magnam auferit partem reuerentiæ, tum Sacerdoti, tum Sacramento debite; & immodeste exercetur grauius hoc munus, cum locus denur, clara luce, ad curiosius intuendum gestus, & loquendi modum, præcipuè feminatum. Nec ad hoc valeat exculatio, fieri, vt liberiùs loquantur, & ne audiantur à circumstantibus: eadè enim de causa vitandum est in Sacristia, clausis foribus, tales audire. Semel quidem, & maxima cum cautela id præstandum, si anus, & grandæua sit femina, & aurium ægritudine laboreat, nec audire possit, nisi clamoribus excipiat eius Confessio: semper enim hoc ministerium habere debet propriam sedem in Ecclesia ipsa, vbi bona supra explicata experiuntur ex eo: aliqui enim tædio affecti tot audiendi Confessiones, præcipuè in hyeme, vt Solis calore temperent Ecclesiæ obscuritatem, & frigus, solent eiusmodi eligere loca, ad excipiendas Confessiones: qui enim alia forti tolerant virtute, etiam ista ferant incommoda, ne contentium minuatur deuotio, & parua subrepat, aut murmurandi, aut minus dignè tali operi incumbendi occasio.

CAPVT IX.

Ad que extendenda missorum facultas.

ERTA res est, & omnibus nota, eos, qui mit-  
tuntur, potestatem ad sua munia exercen-  
dum emendicare debere duobus ex fontibus.  
Vnum Superiorum, à quibus rationem in scri-  
ptis afferre debent, (vt monet S.P.N. p. 7. Const. c. 2. §. 2.) eorum, quæ à Prælati domesticis acci-  
pit potestatem. Secundum, à Prælati locorum,  
vbi supra monuimus, à quibus sumiliter in scri-  
ptis accipere debent, quæ eis conceduntur fa-  
cultates. Cum enim nostrorum Maiorum iurisdic-  
tio quoad conscientias medicandas fe-  
rè episcopalis sit, parum à Prælati supra id,  
quod

quod communicata priuilegia conferunt, acci-  
piunt: tamen aliqua isti donant, quæ ab aliis  
obtineri non possunt.

Statuendum est primò, quòd præter munus  
Sacerdotum, siue potestatem Ordinis, iurisdic-  
tionis etiam secum deferre tenentur, vt docet  
Concilium Florétinum in instructione Arme-  
norum, de Sacraméto Pœnitentiæ, Concilium  
Tridentinum sess. 14. c. 7. sic Cõcilium ait: *Nul-  
lius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sa-  
cerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut sub-  
delegatam non habet iurisdictionem.* Munus obeun-  
tes Iudicis opus habent iurisdictione supra il-  
los, quos iudicant, & imponunt faciendâ, aut  
liberâ à vinculis obligationum, quibus adstri-  
ctos reperiunt. Ne ergo absque tali potestate  
huiusmodi aggrediantur opus, sciant, quæ sibi  
necessaria, & ea procurent obtinere, vel à suis  
Prælati, vel ab eo, cuius interest populus inui-  
sendus. Recordentur hominem ex se inermem  
prorsus esse, solùmque portare Ordinis pote-  
statem. Si rogemus, cur filij Serth, filij Dei dice-  
bantur; non tamen filij Cain, qui solùm filij  
hominum appellationem sortiebantur; ratio-  
nem præstabit Bassilius de Seleucia orat. 6. idè  
sic inter se differre: quia isti nullam dignitatem  
à patre acceperant, præter naturam; illi tamen,  
sanctitate præmuniti, ob partem sanctitatem,  
filij Dei dignitate hac obtenta dicebantur. *Vt  
quæ nauuam superabat appellatio, dignitatem depræ-  
dicaret.* De aliis verò sic ait: *Hominum appellatione  
continebantur nature nomen sortiti, absque vlla di-  
gnitate.* Rogans Sanctus August. Ser. 15. de San-  
ctis, cur Cathedræ nomine celebretur Festum in  
Ecclesia, sic ait: *Tantò plus habet necesse Ecclesia  
dignitatis, quanto sacerdotale officium plus honoris.*  
Super eiusmodi enim optimè additur Cathedræ  
authoritas, potestas, videlicet, docendi, &  
iudicandi, tanquam si auro gemmas adiicias,  
quibus pulchrius, & honoratiùs resplendet. Ita  
planè authoritas, & potestas concessa à Maio-  
ribus, honoratiore reddit Sacerdotes, & à po-  
pulis in magno habentur pretio; imò, quia cen-  
sent hac fultoris potestate accedere, & multa  
per eos fieri, quæ minimè alia obtinere via pos-  
se iudicant, ad eos accurrunt, & venientes ex-  
pectant, tanquam liberatores captiuitatis con-  
scientiæ, peccatorum vinculis adstrictæ.

Præcipua omnium facultas procuranda est,  
circa matrimonia cum impedimento, ea dissol-  
uente, contracta, quæ obtineri potest, non à  
propriis Religionis Prælati; sed à locorū Epi-  
scopis: certum enim est, eam habere, & delega-  
re posse pro occultis impedimentis, & quæ vix  
tolli possunt, sine magnis incommodis, expe-  
ctata dispensatione Pontificis. O quanto cum  
periculo, & multitudine peccatorum occurren-  
tium, ob dilationem, hæc ad statum debitum  
deuoluuntur! Septem annis Salomon construxit  
templum, & nunquam satis laudatum  
templum. Idem post quadraginta sex annos re-  
paratum fuit ab Esdra, & sequentibus populi  
Principibus: licet enim Cyrus amplam concesserit  
facultatem Iudæis ad hoc perficiendum  
opus, vel eorum negligentia, vel malitia Præsi-  
dum, vel morte Cyri, & nouorum Regum suc-  
cessionem impeditum opus sæpè ceptum, vsque  
ad dictū tempus, perfici haud potuit. Prosper. 2.  
Prædic. c. 37. causam primæ citissimè ædifica-

tionis reddens ait: *A Salomone autem ea celeritate Prosper.  
constructum est, qui omnia preparante David parte  
repererat.* Cum enim à multis res pendent, lon-  
gissimum finem habet: at, cum Sacerdos secum  
desert potestatem dissoluendi vincula illa, & ite-  
rum alligandi vxoratos, vt thoro licito vtantur,  
quanta cum facilitate res magni momenti ad  
summum perducit: Quod agrè fit, si sic impedi-  
mento adstrictos moneat; & quæ faciendâ sint,  
doceat: hæc, vel negligunt, vel deest industria,  
vel facultas. Interim tamen in eadem domo, &  
lecto manentes, plurima peccata inexcusabili-  
ter faciunt, & fortè in tam misero statu man-  
nent perpetuò.

Ego crederem, si ambo ignotent impedi-  
mentum, satius esse, cum sua bona fide eos relin-  
quere. Sæpè contentur incestum, aut alia nar-  
rant, quæ obtans impedimentum indicant; non  
tamen eo fine, vt ab eo liberentur, quasi cogno-  
scerent statum suum. Tunc quidem nulla aperi-  
enda est eis via, vt à tali nodo eximantur: cu-  
randum tamen est peccatum, aut malum, quo  
teneri queruntur; non tamen alia aperienda, ne  
inde maiora insurgant incommoda aduersus  
ipsum matrimonium, & pacem coniugarum.  
At, si vnus tantum scit nò esse verum matrimo-  
nium, hoc frequentius cõtingit, cum vir accessit  
ad forem, aut matrem vxoris suæ, antequàm  
nuberent, aut ad fratris sui filiam, (vsque ad se-  
cundum gradum hoc affinitatis currit impedi-  
mentum: ) vel, si sciat, successu temporis, intra  
quartum consanguinitatis gradum contraxisse,  
absque vlla dispensatione: arduum est, hos com-  
ponere, & suadere: verum demudò matrimonium  
perficere, dispensatione ab eodem Sacerdote  
accedente, concessa potestate à proprio coniu-  
gatorum Prælato. Existimo tamen, id fieri non  
posse, ignorante compare statum præsentem:  
sed necessariò aliqua via ei referendum, præce-  
dens matrimonium appatens, & non verū fuisse  
ob aliquod essenziale impedimentum. Hoc  
tamen ita fiat, vt nec pars, quæ causa impedi-  
menti fuit, suum detegat crimen, si ante matri-  
monium accessit ad cõiugis agnatum, sed tunc  
fateri potest, & verū dicet, non habuisse verum  
consensum, tempore contrahendi; sed fictum ob  
metum status, & amittendi integritatem suam.  
Nec si sine culpa, defectus iam notus illi factus  
est, cõsensum noui matrimonij extorqueat im-  
prudenter; sed ea occasione expectata, cum sibi  
inuicem placent, & concupiscunt ardentius. Si  
autem videat resiliere velle, negando peritum  
assensum, instruat vir feminam, aut cõtrâ, sine  
magno secuturo scandalo resiliere non posse:  
quia res occulta est, & matrimonium semel cõ-  
fectum publicum: & hoc aduersus eius caput  
stare, vt à potestate coniugis liberari non pos-  
sit. Non enim opus est in his casibus, alias cæ-  
rimonias in matrimonijs vsu venientes repe-  
tere: illæ enim primæ ad hoc sufficiunt, & so-  
lùm restat præstandus consensus vtriusque par-  
tis. Quòd autem vnus scientia non cõualesce-  
re faciat matrimonium, apertè probatur exem-  
plo voti: qui enim semel illud emisit inualidè,  
etiam si centies idem constituit, nulla obliga-  
tione tenetur; nec qui semel emissum repetit,  
alia oneratur obligatione, quàm prima. Ergo  
consensus præstitus à parte ignorante matri-  
monij inualiditatem, idem est, ac primus. Ergo

Conc. Flor.  
Conc. Trid.

Cyrell. Ieros.

Beda.

Basil. Seleuc.

August.

Th. Sanch.  
lib. 2. disput.  
36. n. 3.

Th. Sanch.  
lib. 2. disput.  
40. n. 3.

Idem q. 2. su-  
pra.

3. Reg. 5.  
2. Esdr. 5.



semper nullius ponderis ad verum conficiendum matrimonium.

Oportet etiam deferre secum facultatem dispensandi cum matrimonio ligatis, quando post illud accessit vnus coniugatorum ad consanguineum mariti, aut ille vxoris, intra secundum gradum; qui possunt quidem reddere debitum, minimè tamen petere ante legitimam dispensationem. Item, qui, aut quæ, ante emiserat votum castitatis; & post, promissione contempta, ad nuptias peruenit absque voti dispensatione, etiam impeditus manet ad debitum petendum: quoad hoc enim votum seruandum est, nec sine peccato mortali potest liberè vti matrimonio. Eiusmodi facultatem obtinere possunt à Prouinciali, cui commissa est à P. N. Generali, vel ab Episcopo cum aliis facultatibus: & hoc certius, ne fortè priuilegium illud inter viarum vocis oracula abasum sit per generalem Urbani VIII. ablationem; satis probabile cum sit, Episcopos in foro conscientiarum posse dispensare in irregularitate ex delicto proueniendi; & posse delegare hanc facultatem, eam obtinere nitantur: quia frequens est, Sacerdotes inuenire hoc irretitos impedimento; res enim periculis plena est eos sic relinquere: solent enim ad Sacra accedere, nulla urgente necessitate, & absque scandalo possent cessare ab hoc opere: quod graue peccatum est; cum solum ob vitadum scandalum, Confessione premissa, & diligentia facta ad obtinendam dispensationem, possunt his vacare muneribus. Præterquam quod etiam Romæ hæc expediuntur pedentim, & prius petunt, vt cum iuramento testentur, quantum pendat beneficium ecclesiasticum, aut beneficia, & capellaniam, vt poenam debitam, & condignam delicto commissio statuatur; obtenta tamen episcopali facultate, si res secreto recta sit. Si nullum talis irregularitatis, famæ, aut rumoris probabilis, vestigium irrepat, absolue eos possunt. Si autem contingat, aliquem ligatum voto castitatis inuenire, qui quidem iam obtinuerit dispensationem, de

Trid. sess. 24. c. 6.

Tenet Diana verbo, Irregularitas, quod quando homicidium repente, & casu perpetratur, reputatur pro inuoluntario.

licentia Prouincialis, vel Superiorum, potest litteras aperire, ac si gradum, & dignitatè, quas Bullæ exoptant in Ministris huius immediatæ dispensationis, habent; nempe, Doctoratus in Iure canonico, Magistratus in Theologia, vt habetur in Compendio Dianæ verbo, *Confessores*. Thom. Sanchez lib. 8. de matrim. disput. 34. n. 11. Si tamen hæc vota, aut Religionis emissã fuerint sub conditione, aut in poenam, dispensare licet non possit; potest tamen commutare in æquale bonum quadam proportione seruata, præcipuè inuamine Bullæ Cruciatæ, quæ omnia vota, præter absoluta hæc duo, & transmarinum, commutabilia reddit: tunc enim poterunt votorum alleuiare pondera. Hoc sequitur Sancius de matrim. lib. 8. disp. 10. n. 13. & probabile censet Lessius lib. 2. de voto, c. 40. dub. 18. n. 131. etiam post impletam conditionem. Tunc tamen elemosyna, quæ in partem commutationis imponitur, in subsidium bellorum contra infideles, mittenda est. At, cum commutatur in priuilegiarum, ad id non tenetur; sed potest Confessarius, vel elemosynam liberè præcipere, vel alia opera poenalia, aut ad deuotionem excitandam, iniungere: cum enim inueniantur sponcione futura ligatos, res periculis ple-

na; eos aut nubere compellant, aut se mutuo ab obligatione liberare: hac enim occasione plurima peccata fiunt, ne sibi displiceant; & femina, vt maiori eos teneant adstrictos debito, faciliè se dedunt, & amittunt honorem, & integritatem, vacant luxuriæ sub velamine desponsationis; & tandem res infecta manet, & plura inde emergunt mala; nam eiusmodi feminae verecundia deposita, luxuriæ se tradunt, & plurium seruiunt voluptatibus. Non ergo absoluendi eiusmodi, quin prius, aut per matrimonium, si pares sint, vinciantur; aut promissione sublata, amborum consensu mutuo sibi præstito ab incepto resiliant, ne tot peccata ex hac prodeant radice.

Peccata seruata Superioribus propriis, si episcopalis sit seruatio in subditos, ab eodem licentiam ea absoluendi demandanda est. At, si Religiosi, aut Moniales sint, sciendum est, quæ inter eos seruentur; & licentia obtenta Prælatorum sunt absoluendi: vel si hæc haberi non potest, cum comparandi obligatione indirectè absoluendi sunt à seruatis, ne periculum imminet his personis; aut scandalum, non accedendo ad Sacramenta, pariant. Declarandum tamen illis est, ad quæ teneantur: nec contenti sint, si existiment, beneficio Bullæ posse absolui: imò potius ab hoc errore eiusmodi homines liberandi sunt, cum Pontificum decreta passim hanc Bullæ facultatem quoad seruata peccata, denegent. Monialium Confessiones huius generis omnino vitent Nostri. Si autem mortalia tantum habeant, sed non seruata; eas audire, & absolucere poterunt: quia solum quoad seruata dempta est facultas aliis confitendi, quam sui Ordinis designatis.

Quannis probabile sit, Episcopum posse absolucere in foro conscientiarum Hæreticum occultum; exteriùs tamen hæresim profitentem vt absoluant, minimè facultatem obtinere nitantur: tum, quia odiosa res est, & plena periculis; tum, quia fortè Episcopi id non possunt aliis delegare: licet enim apertè Concilium deneger eiusmodi facultatem Vicariis Episcoporum, & solis Episcopis eam conferat; tamen non negat posse delegare talem potestatem; sed solum, tunc ordinariis id non competere Vicariis; quemadmodum possunt alia, quæ suis Prælati conceduntur, in quantum Episcopi sunt: quod probabile dicit Thom. Sanch. lib. 2. de matrim. disp. 40. num. 17.

Nulli dubium, per Iubileum, quod Missiones comitatur, nihil posse Nostros, præter ea, quæ ex vi delegationis obtinuerint, aut per priuilegia concessa eis fuerint, siue ex munere, siue extensione facta Superiorum; tamen multi arbitantes, grauius eorum scelera non posse tolli, nisi ab habente magnam iurisdictionem, qualem putant esse in Patribus, & per Iubileum ab eis publicatum ista deleri posse, ad eorum accedunt pedes, vt à tanto liberentur onere. Virilis est hæc ignoratio, quæ tot fructus parit timoris, & remedium querendi ab optimis Medicis. Dissimulent, quæ taliter affecti eis tribuunt: & potestate, qua fruuntur, sic afflictos consolentur, & medeantur.

Hæc generalia documenta proponenda, & notanda, necesse fore arbitror, vt potestatem examinent, & quæ eis desunt, ea, qua possint, via

via querant. Cum enim Deus Eliam Doctorem populorum institueret, facultatem amplam concessit eidem, vt quomodo posset, peccata compesceret hominum, de quo sic Basilus de Seleucia orat. 10. fatur: *Religionis Magistrum me populo emisisti: Doctorem impia multitudinis me constituisisti: da mihi & puniendi potestatem*. Sic Nostri dicere possunt suis Prælati, ac Superioribus, vt ab eis licentiam, & potestatem extorqueant in ea, ad quæ ex propriis inopes se vident. Nec Prælati in hoc parci sint: melius enim est, per homines strenuos munus suum explere, quam ea exteriùs per Ministros perficere. Rogat August. lib. 3. aduersus Petilianum, c. 56. cur Paulus multis prædicauerit; at paucis Baptisma concesserit. Respondet: *Quoniam hoc per multos fieri poterat; illud per paucos, inter quos eminebat*. Quæ enim per multos fieri possunt, æquè benè multis concedatur: quæ autem per paucos, operariis strenuis non denegentur, ne destitutæ oues Pastore intereant, fugientes comparere coram Episcopo, & sua secreta multis aperire. Censuris ligatos audire, ac mederi possunt. Si excommunicatio sit à iure, absoluendi ab ea facultatem sortiuntur: si ab homine in communi, facultate concessa à Prælati propriis: si tamen sit ab homine in singulari, haud possunt distringere vincula; nec ad id priuilegia valent: eiusmodi enim est absolucere, cuius & ligare. At cum excommunicatos absoluunt, opus non est caeremoniis publicis vti; sed in conscientia foro absque alia solemnitate verba proferre absolutionis: *Ab omni vinculo excommunicationis*.

August.

## CAPVT X.

## Quantum duratura expeditiones sint.

Statuendum est primò, Missionum tempus non esse limitatum in nostris legibus, vt habetur 7. p. Const. c. 2. littera H, vbi attenditur rei necessitas, negotiorum occurrentium momentum, vires missorum ad ferendum longissimi temporis pondus. Attendendum tamè semper esse, quid Superiores decernant, cognito rerum statu per crebras epistolas Patrum huic operi incumbentium. Vt enim clariùs procedamus: vel loquimur de Missionibus, quæ more residentiarum fieri solent; in his enim modum assignat præscripta Regula, si magna vtilitas speretur, persuerent: si non, ne (in vno loco occupati homines, quâdo magna vtilitas non apparet, ex assistentia Patrum) cum detrimento aliorum locorum fiat: ob id enim fortè Christus Dominus, quem vellent secum habere homines cuiusdam regionis, ab eis se expediuit dicens: *Aliis ciuitatibus oportet me euangelizare*. Luc. c. 4. non quidem ad ipsum venientes fastidians; sed ostendens meliorum electionem faciendam. Eiusmodi ergo expeditiones longius protrahuntur, nec in eis (vti supra vidimus) ministeria accumulata, ac multiplici via tentata exercentur: sed diebus festiuis ex suggestu Conciones fiant ad populum, Confessiones audiantur, & alia expediantur negotia magni momenti, & formentur homines in Sacramentorum frequentia, plurimæque componantur, quæ stabilem sedem obtinent.

2. Mc. 4.

Nec hic locum habet nimia sociorum fatigatio: facile enim est, talem mutare, & alium loco illius statuere. Semper tamen oportet, aliquem notioem, & honoratioem, gratiorumque populo seruare, vt pondus sustineat totius illius cæptæ Missionis. Si verò Missiones destinantur ad aliquam ciuitatem magni nominis, & expectationis, non vt ibi fides figatur; sed relinquenda sit re confecta; oportet protendere spatium ibi manendi: nam haud facile est, transcursum res attingere, mores penetrare, faciem Reipublicæ mutare, aliqua perpetuo duratura relinquere, quæ etiam in Patrum absentia conferentur. Nec enim arbitrentur missi, solū ad hæc mitti, vt commoueat populus, Iubilei causa plurimum Confessiones audiant, à peccatis antiquis, & putridis vitiis multi curentur: magna hæc; at non quæ solum intendi debent, si Missionum terminos non coardent; latiores enim sunt, & pro fine habent firmam sedem virtuti, pro futuro tempore, concedere, Sacramentorum frequentia stabilita: ad id enim opus est lapidem omnem mouere, & aliquam erigere Congregationem, quæ ad hoc tendat perficiendum opus. Cum enim hæc celeri transcurso fieri nequeant, opus est tempus prorogare, vt hæc tanti momenti perficiantur. Luna quidem, licet principio luceat, in diesque crescat, ad finem plenam demonstrat lucem: prima quidem huius comparatione imperfecta censetur, de qua inquit Galenus lib. 3. de diebus Decretoriis: *Qua facere nata est Luna, ubi falcis figuram representat, languida sunt: inualescunt omnia, cum plena fuerit*. Hoc idem dicere possumus de Missionum initiis: licet enim aliqua resplendeant opera, conuersiones, morum mutationes, Sacramentorum frequens vsus; languida hæc sunt comparatione eorum, quæ sine sperantur futura, cum maior numerus hominum onus ferant vnus Congregationis, quæ & omnibus exemplo sit, & ibi virtus vires assumat, & perpetuitatem promittat. Drogo Hostiensis de Christi Domini Passione, loquens de terræ formatione, cui secuta est lucis creatio, sic ait, ad mores hunc ordinem accommodans: *Creasti iam vt aliquid sit: crea eam, vt lux sit*. Nec satis se fecisse arbitretur, qui initia dederit; si tamen possit luce maiora, & perfectiora operari. Ad hoc idem ostendendū affert illud Dauidicum, qui peccatorum veniam assecutus. Psal. 50. non ea contentus addit: *Cor mundum crea in me, Deus*. Num per poenitentiam id non est assecutus? Stare enim non potest cor immundum cum ea? At ille optimus vir non contentus prima purificatione, maiorem munditiam exposcit, vt securus suæ salutis sit: *Iam aliquid Idem, se factum sciebat: sed noua creatura, nouum calum, & terram se fieri poscebat*. Huc tendit continuatio rei initiatæ, vt firmitas concedatur his, qui benè cœperunt, ne dicamus eis meritò: *Bene currebatis: quis vos impedit, &c.* Morem gerant illius Ducis Israëliti, qui Solem iussit stare, donec viscisceretur de inimicis Domini, eosque gladio perimeret. Quid ad hoc Ambros. 2. Offic. c. 20. Testem suæ victoriæ Solem aduocat, vt initij ipse, & finis testimonium ferret. *Quasi eius spectator victoria, noctem differret, diem produceret*. Non quidem cessationem

Galen.

Drogo Host.

Psalm. 50.

Gal. 5. Iosue 10.

Ambros.

operum affert, Sol eorundem est adiutor. Ne ergo opus cesset, imperfectumque maneat, longius praestolemur tempus, donec perfecte omnia componantur, & inimici omnes prosternantur, ac pereant, Deique victoria perfecta existat.

Aliae Missiones sunt breviores, quae oppidatim fieri solent, nec populi multam viciniam habent, nec multa occurrunt, in quibus remorari oporteat, nec licet aliquas velut festi reliquias conservare: nam hominum penuria haud ea duratura promittit pro futuro tempore. Tunc quidem facile est arbitrari, quoto tempore duratura sit expeditio. Semper tamen credo oportere non contemnere, his de causis dictis, eiusmodi oppida: quia ubi non speratur magna res, aliqua lateret; & Dei providentia, ad eam prodendum, talem instituit, & ordinavit occasionem. Quis scit sensus Domini, aut Consiliarius eius quis fuit? Cum ergo tale quid repertum fuerit, aliqua insinuat causa, res infecta haud relinquatur: alia enim eam perficiendi non se offeret occasio: plus enim Deo placet unam ovem perfecte ex luto sa face extrahere, humerisque portare ad suum ovile, quam si in magnis civitatibus, ubi copia est Medicorum, plurimae incuratae remanerent. Si autem ob paucitatem audientium, praeter eis iam pro concionando dicta, nihil docendum superfit; vacent operi, etiam sine doctrina; praeposita illa sunt huic, sicut praeposuit Dominus aiens Matth. 5. *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno caelorum.* Vbi Hieronymus inquit: *Si doctrina deest, quid faciendum? Sufficiant opera, ipsa luce clariora ad docendum eos, qui in nos respiciunt.* Memoria teneant, quod ad S. P. N. Ignatium scripsit Olysi pone existens Xaverius: Non vacat ex suggestu loqui, cum plurimi sint, qui tempus in Confessionibus audiendis consumant: hoc praecipuum Missionum opus, propter illud cetera omittenda.

Matth. 5. Hieron.

Semper dicam, & repetam, saepe in his euentibus praepediti nostros metu temporalium, in quibus a Sacerdotibus, vel locorum Rectoribus pendent: ab hac sollicitudine liberentur, omnem e medio tollentes dependentiam, vt caepa expediant, provt viderint negotium imminens exposcere. Res enim est abiectissimae conditionis, vt impedimento illis sit, ne suum perficiant laborem: melius enim est perfum in tale obstaculum, quam ne oneri sint hominibus, pondus sibi impositum deponere. Praecipit Dominus Matth. 5. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proice abs te. Quid enim faciendum, si sinister esset, minusque necessarius? Absque dubio esset contemnendus.* Hoc Hieronymus exponit de rebus spectantibus ad animam, & ad corpus, quarum illae dexterae, haec sinistrae comparantur, & ait: *Si enim dexter oculus, & dextera manus scandalizat, abiicienda sunt, quanto magis, qua in nobis sinistra sunt? ad corpus, videlicet, spectantia. Si enim nobis talis se offerat occasio, abiicienda, & contemnenda res corporis, ne scandalum ali-quod, aut spirituale damnum ex nostra cita profectioe repullulet, & id generoso ductu spiritu praestandum, ne tantum damnum ob-*

Matth. 5.

Communiter quidem loquendo, id attentè Nostri considerent, & praec oculis habeant, nunquam relinquendum esse opus, quod doleant illud praeteriisse; sed omni postposita domi eundi cura, id perficiant, quod pro fine, status eiusmodi expeditionum poscit: eo enim tendit extensio temporis, & prorogatio Missionis a N. Parente dicto cap. 2. 7. p. Constit. praescriptae, quae semper respicit ad negotiorum occurrentium necessitatem: nec optimè bene meriti essemus de proximis, laudisque digni, si tale quid praeteriremus, aut ceptum, immaturum relinqueretur. Contingeret nobis id, quod Eleazaro, qui aggressus elephantum, ipsam interemit; onere tamen bestiae pressus, & miles occubuit: ait enim Iosephus 1. de bello, cap. 15. *Nulla alia re gesta, nisi quod magnum opus aggressus vitam gloria posthabuit.* Ita isti magnum aggredientes opus, re infecta finem imponunt Missionibus, ne prorogent tempus ipsis concessum: si autem Superiores certiores reddant de rerum statu, & indigentia amplius laborandi, ibi consistent. In his enim euentibus oportet, Superiores potius habenas laxare, quam constringere, subditis iniungendo, vt diutius opus prorogent, ne Dei obstitant voluntati: credant tamen Patribus asserentibus, necesse id fore, & apertum esse ostium ad plura faciendum, quae initio nondum reserata fuerat. Quibus enim iustum est imperio Praelatorum hanc regi, & tempus ab eis assignari: at, cum absentes sint, & propinquiores in prospectu omnia habeant, credant eorum testimonio, eisque fident tempore prorogatione: quia experientia, & notitia rerum magnam aliter iudicandi occasionem praebent. Natura quidem huius negotij rationem offert; quae quidem, quantum Sol sua magnitudine omnia astra superat; Luna tamen horum inferiorum curam commisit, cuius mota augmento, aut decremento, omnia gubernantur, & metiuntur. Cuius ratio est, licet ille maiorem emittat lucem, hanc proximus attingere sibi subiecta: unde ortum habeat, suavis, & securius ea regere posse, quam Sol distantiori loco situs, & minus horum indigentiam percipiens. Galenus haec docuit 3. lib. de diebus decretoriis aiens: *Terrestrem regionem merito gubernat Luna, non potentia caeteros Planetas, sed vicinitate exsuperans.* Licet enim Superiores Soli comparentur, & hi, qui Missionum munus obeunt, Luna, vicinitate considerata, similes sint; melius necessariae prouidebunt, quam illi, qui distantia aequè bene necessaria prouidere nequeunt, facileque communibus ducti rationibus decipi possunt. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Gen. 1. Velut alis fouebat aquas, eisque vim producendi impertiebat. Cur hoc? Rationem reddit Eusebius Emissenus in cap. 7. Ioannis: *Proxima sibi sunt spiritus, & aqua: unde & spiritus Dei ferebatur super aquas.* Quis enim aequè bene fouere fecundas, & frigidam aquam potest, quam is, qui eis incubat, easque sub alias continet, & proximè earum necessitatibus prouidet? Ob id enim ductui Regum non Sol, non stellae fixae, sed, quae proximior terrae erat, inferuuit. Hac antecedebar eos, donec veniret ad locum, supra, ubi erat puer. Maxime interest, ad bene gerenda negotia, populisque necessariae defere-

Ioseph.

Ioan. 4.

Chryso. Psal. 142. 7.

Ioan. 4.

Ioan. 14.

Paschal.

Gen. 1.

Euseb. Emiss.

Matth. 2.

CAPVT XI

Sintne Missiones nouae instituenda, an requirendi noti populi.

Aliqui feruore allecti rerum nouarum, noualiisque aperire semper desiderantes, cum, videlicet, in initiatis operibus experti sint partos fructus, alia noua intentant, videturque eis, feruorem minui in his populis, ubi sedem iam fixerant, non tanti altinari doctrinam, iam eos instruxisse, provt capacitas exposcebat, denud nihil nouum habere, quo eos ad vitae mutationem promoueant: sic frigiditas res concipiunt, & parum, aut nullum sperant fructum ex labore praesenti. Sicut illi, qui templi prioris memores, videntes minus ornatum secundum, lamentabantur, & in querulas prorumpentibus voces: ita isti, memores feruoris, deuotionis, concursus populorum, in priori Missionis, & haec omnia ferè petiisse; in secunda lamentantur, & inutiliter terere tempus arbitrantur.

1. Esd. 3. 12.

Certum est haec, nec secundum regulas prudentiae metiri, nec provt commendatum sibi opus exposcit. Quis non videat virtutem debilem, ictu leui frangi, ac perire, cum tot obstita sit hostibus eam impugnantibus? Quid proderit peperisse filios, si post partum intereant? Quanto fructuosius, & laudabilius erit, paucos, ex multis, securos reddere, quam plurimos ad bonum inuitare, si successu temporum omnes retrò euntes, ad vomitum redeant? Quod enim hodie obrenta victoria possideretur pacifice, hostis acrius persequitur, & inquit: *Reuertar in domum meam, unde exiui.* Inuenit eam ornata, scopis purgatam: at sine duce, sine ostiario, absque tutelari alicuius viri cura, ingreditur, plures secum afferens socios, & hominis illius nouissima, peiora redduntur prioribus. Obtinuerunt Iudaei Ierosolymam Iudicum 2. Videmus postea Dauidem 2. Reg. 5. eam obsidisse, & obtinuisse. Si ergo nostrorum fuit, quomodo ad hostium manus deuoluta fuit? Theodoretus q. 2. in Iud. lib. *Vicissitudines rerum permultas passus est populus.* Hoc simile in spirituali militia contingit: qui enim profusus lacrymis per poenitentiam, & generalem Confessionem Christi facti sunt, statim in hostis possessionem veniunt ob rerum vicissitudinem: si enim secundò tales requirantur, agnoscunt casum miserum, ad poenitentiam redeunt, & cognoscentes parentes antiquos, relicta ficta matre, ad veram, concito cursu, reuertuntur: si enim aliquid oratione à Deo obtinendum est, instanter id repetere, & in eadem stare, ac perseverare cura opus est. Quid de his, quae ab hominibus obtinere nitimur, dicendum putas? Hugo de S. Victore Regula Augustini c. 3. ait: *Amat Deus instantiam, & importunitatem in prece; si magna sunt bona, non debent esse desideria parua.* Sic planè eidem negotio instandum est, eadem repetendo, vt id, quod optatur, obtineamus: alioqui facile semel constructa labuntur, & solo aequantur, nullaque scintilla manet illius prioris expeditionis. Nonne

Luce 11.

Iudic. 5. 2. Reg. 5.

Theodor.

Hugo.



Nōne probauimus lib. 1. idē commenda- tam esse Societati hanc curam, vt velut in per- petuo motu esset, & aliis alij succederent, & vetera renouarent, cū natura rerum talis sit, vt semel suscepta bona obliterentur, & quasi proprio motu, violentia excussa, ad pristinum redeant statum? Eusebius Pamph. 7. de præpa- ratione, c. 5. ex Philone hæc refert: *Merito igitur nec terra vnquam aquis submergeretur, nec ignis exstingueretur, nec cætera peribunt, cum verbum Dei vocale inter muta elementa constitutum omnia conferuet.* De spiritualibus si loquamur, eadem fieri possumus, nihil inceptum suffoca- retur, periret, consumeretur igne, si adesset verbum, continens omnia in suo statu. Christus Dominus hoc docuit, Iericho inuisens: nam inquit Lucas: *Perambulabat Iericho.* non air, ambulabat; sed quæ vrbs antiquitū edo- cta fuerat, ipse denuō inuisens eam ad melio- rem frugem conuertit. Petrus Chrysologus Serm. 54. *Quia quod Moyses ambulauerat, per- ambulabat Christus; & populus, quem Moyses induxit in via, IESVS ad quietem promissa mansio- nis adduxit.* Ergo iterandū & multiplicandū est opus istud: nec contenti semel ambulasse ces- sandum omninō; sed perambulandum, vt so- lidentur cœpta, & in securiori locentur statu. **Psal. 126.** Qui enim, *Nisi Dominus edificauerit,* dixit; ad- dit etiam, *Nisi custodierit.* Inutiliter adifica- tionem primam factam existimas; custodire, & tutari oportet, quæ ædificata sunt, vt per- feueret virtus, & vires sumat, ad reliquum tempus perdurandum. Quid Christus Petro commendat post pœnitentiā negationis? *Con- firma fratres tuos.* Non ergo contemnenda hæc confirmatio debiliū, vt si fortē temporis suc- cessu debiles ceciderant, more strenuorum mi- litum, fortes resurgant. Quid pulchrius, quā videntes, notos in virtute peritisse, firmare in eadem, & primis victoriis nouam addere? Chrysof. oratione contra Gentes de Babyla loquens: *Strenui (inquit) alicuius bellatoris mo- re, trophæa trophæis coniunxit, magnis maiora, & mirabilibus mirabiliora.* Certius quidē est cape- sere posse fructum, ex sapē, quā ex recenter instructis: quemadmodū carbo facilius ignem suscipit, quā viride, & fumosum lignum. Ita qui semel conceperant ignem, miserantque remediorum bonitatem, suadentur leui verbo, eadem iterum aggredi potius, quā omninō inexpertes tanti boni, quorum rebelles passio- nes, consuetudines, agrestes mores, obfistunt lumini, & veritati. Sollicita illa fortis femina **Prouerb. 31.** Prouerb. 31. surgens primo mane dedit præ- dam domesticis, & cibaria ancillis. Videas dexteritatem Scripturæ. Hieronymus hæc duo de hominibus efferatis, & domesticis, ac in Dei seruitio persistentibus accipit. Illi quidem magno capiuntur, & illaqueantur labore, dan- tūque in cibum viris fortibus, strenuisque ve- natoribus: at iam mansueti animalia feminis commendantur: quasi velint ad illa capiendum necessariam esse magnam virtutem, ac dexte- rritatem; ad ista verō, quæ domestica sunt, & nota, minis requiri: quia penē domi conti- nentur, & propius accedunt ad Dei seruitium: qui enim Missiones nouas intentant, noualiā- que aratro profcundunt, magno cum labore fetos homines lucrantur, & mansuefaciunt,

Euseb. Pam- phil. lib. 2. agricult.

Luca 19.

Chrysol.

Psal. 126.

Luca 22.

Prouerb. 31.

Hieron.

atque semel instructos iterum requirunt, ap- pelluntque ad eorum fines, maiori cum facili- tate eos ad priora reuocantes exercitia, & Sa- cramentorum frequentiam. Experientia com- pertum est, itinera plurima clausa, deficientibus viatoribus; & quæ tot impressis vestigiis trita, & plana erant, inuisa fiunt, ac si nunquā humanus pes ea attingeret. Quot populos hu- ius generis videmus, quondam florescentes in virtute, & deficientibus excitatoribus, obli- tos priorum, inuisos, & Deo inuisos perma- nere? Sunt enim paucissimi adiutores rei in- cepta; plures, & ferē omnes inuitatores, & quasi calicem porridentes, vt ad vitia redeant, si tamen hortatoribus in auxilium venienti- bus priuentur. Quid superest, nisi ferē omnium interitus? Tunc enim noua querentibus, & iam semel cœpta contemnentibus continget, quod Hieronymus notauit de Iuliano, noua regna antiquis ambitione maxima cōiungere curante epist. 3. *Dumque Romanos propagare vult fines, perdidit propagatos.* Similiter isti, dū alij noua desiderant aggredi, nec ista conseruant, & priora amittunt, ac frustratur labor impen- sus. Et ad ea, quæ istos mouent, noua perqui- rere loca, (in quibus maior excitatur feruor, concurrunt omnes ad Conciones, exempla, & his similia, generales Confessiones fiunt, quæuis media illis proposita, etiam ardua, am- plectuntur,) dico duo. Primum, admittendo ita contingere frequenter: at hæc non probare, contempni habenda semel lucrata: hoc quid- dem potius est, vanam foliorum commotio- nem, quā fructuum eiusdem arboris, in si- lentio latentium, expectare. Hoc vt puerile reiiciendum: licet enim in secundo aduentu minor feruor, & concursus experiatur; at soli- dius laboratur, vtilius res rediguntur ad du- rationis statum; & qui semel cœperant, ad se- mirelictā reuertuntur. Secundo dico, posse hoc ita componi, vt recursus non fiat statim; sed aliqua interposi- ta mora, vt certius, & melius videatur, quæ fa- cies in populo perseueret: postea verō breuiori tempore renouari possent, quæ ab statu prio- ri mota fuerant; nec opus erit eodem tenore docere, & moderari homines semel instructos. Præterea, non rarē contingit, ex priori Mis- sione multa pullulasse desideria, & temporis angustia deperitisse, nec ad effectum peruenisse Confessionis generalis studium, ablatis è mè- dio excitatoribus, quæ omnia in secundo ad- uentu reuiuiscunt, & quæ imperfecta reman- serant, ad portum vique trahuntur. Christus Dominus Luc. 4. aliis ciuitatibus euangeliza- re oportere dicens, num nouas perquirat? Mi- nimè: sed ex Galilæa in Iudæam, ex ista in il- lam sæpē deuenit: alioqui, quomodo inge- mifcens clamaret, improprians ciuitatibus sæ- pē requisitis, dicens: *Va tibi, Corozain; va tibi, Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone facta fuissent virtutes, quæ in te facta sunt, olim in cinere, & ci- licio egissent pœnitentiam.* Nec enim istis in cul- pa sunt semel visa, aut audita; at repetita, & sæpē sapius inculcata grauem insinuant cul- pam, & pœnam minantur secururam, docens, nos eadem inuisere loca, vt vel maiorem inde colligamus fructum, vel maiori grauentur in- grati homines onere obligationis, & debiri, si impensio

Hieron.

Luc. 4.

Matth. 11.

impensio non respondeant labori. Cur enim terra maledicto proxima ab Apostolo ad Hebr. 6.8. dicitur, nisi quia sæpē inuisa Deo facta, vi- sitationem ipsius respexit, & ingrata tanto la- bori, fructus haud tulerit? Ne ergo videamur casu semen iecisse, & frustra mittere falcem conemur, studio, & conatu inquiramus pa- cem populorum, & eam persequamur, donec sentiant verbi Dei virtutem, aut turpius inde iudicentur. Non contentus Dei Angelus semel Abrahamum ab actu in filium continere, ite- rum repetit eundem sermonem: *Abraham, Abraham, ne excendas manum tuam in puerum.* Ambrosius ibi causam reddit geminæ huius imprecationis: *Non semel vocauit, ne fortuitam vocem putaret.* Non ergo fastidio sit nobis ead- em repeteri loca, ne fortuitō videatur accef- sisse ad hos homines; sed maturo consilio, ra- tos, ex illis, labore nostro, plurima capessere bona.

Hebr. 6.8.

Psal. 33. 15.

Genes. 22.

CAPVT XII.

Cura aliorum ne expeditorum ablegeat suam spiritualem.

Res, quia necessaria maximè, Nostris com- mendata in 25. Regula Missionum, & in directionibus Generalis: nec periculis vacat, cūm frequentes, & molestæ occupationes plurimum temporis absumant; nec somno, aut refectioi necessaria locus conceditur. Quid mirum, si ordo exercitiorum spiritualium cesserit, cum omnia, quæ diem coniumunt, ad Dei gloriam ordinentur? Ille benè orat, qui benè operatur, qui animarum inhiat lu- cro, qui semper negotia præ manibus habet Deo maximè grata. Quomodo hæc vrgentia deserri possunt? Quomodo vtroque poterit quis ceterare gladio, cūm crudele quid redoleat; vocare, excitare, inuitare fideles, eisque com- moda tempora præscribere, & orationi lo- cum dare, cum proximorum iactura? Verūm hæc minoris ponderis sunt, quā suo quenque vacare negotio. Non tenemur soluere, quæ haud debemus: are alieno grauati, nec iusti- tiæ legibus tenentur ablegare sibi necessaria, & sine quibus vix viuere possunt; nec leges charitatis, plusquā iustitiæ ligant. *Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis,* ait Apostolus. Si ergo legibus charitatis tantum, quantum nobis, debemus aliis; nostra sollici- tudo, in spirituali profectu curando, regula erit illius, quā erga aliorum salutem asse- quendam, impendere debemus. Nec negan- dum, occasiones vrgere non rarē, omninō ces- sandi ab assuetis exercitiis: quia ita postulat prudentia, & ædificatio: tunc indefessus la- bor vices gerit exercitiorum, quibus pascitur animus. Hoc quidem nec regulæ prudentiæ exposcunt, nec damnum affert operariis. Ne- cessitas lege caret. At semper in nobis vigere debet illa velut respirandi, & cum Deo agendi sollicitudo; ita vt data opera, hæc, quæ nimia sunt, non intentemus; sed casu si contingat, & studio, ac cura nostra, ad nosmetipios prius, quā ad alios attendamus, ne de alio-

Rom. 13.8.

rum bono, ruina nostra nascatur: qui enim di- cit, sicut habetur in Examine, c. 1. non solum Exam. Soc. salutem nostram; sed etiam proximorum incum- bere opus esse; primum locum nostro profes- sui concedit, secundum proximo. Et licet in Missionibus, prolixiores occupationes occur- rant, quā in propriis sedibus; ibi etiam ser- uanda sunt, quæ vitam, & mores nostros comitantur, non loca, in quibus maxima vicissi- tudine occurrentium negotiorum, omnia mu- tantur. Valeant ergo, & longè à nobis abi- gantur illa, quæ ad eum animum distrahunt, & à propria, & debita salute eliminant: hæc qui- dem omninō abhorret forma nostra viuendi, & aliorum salutis sollicitudo. Quid enim pro- derit nobis vniuersum lucrari, cum iactura nostra? Notanter illa Davidica verba consi- deranda veniant: *Factum est cor meum, tanquā cera liquefcens: aruit, tanquā testa, virtus mea.* Non inquit, tanquā cera fluens, aut defluens; sed liquefcens in medio cordis mei; idē aruit virtus sicut testa: duratur enim hæc, cum cor in aliorum mollitur bonum; sed proprium non negligit profectum. Ponderans Richard. de grad. char. c. 4. ait: *Liquidum enim fecit, sed extra se non effluebat. Solus effluit, qui sic intendit aliis, vt sibi non attendat.* Factus canalis, non concha, vt Bernardus docet, stulto labore nos deprimentes, si aliena, sollicitudine in- tenta, custodientes; domum nostram perfodi permittamus. Illū strenuum Ducem, quem vi- rum fortissimum Angelus salutat, Gedeonem, tunc temporis occupatum inuenit in officio feminarum, nempe, purgantem triticum, ex- cutientem grana virga, & à palea separan- tem. O omen magna insinuans futura huius viri facinora! Quid significet, accipe ab Ili- doro in cap. 3. Iud. *Rectitudine iudicij, quasi virga, electionem Sanctorum à vitiorum paleis se- gregabat.* Hæc præstare oportet. Recto iudicio iecernenda sunt, quæ, velut palea, multum sonant, inutilia tamen sunt, & igni deputan- tur; à vero fructu, quo ali oportet, & aliis im- pertire. Hæc enim, quæ exteriora sunt, & oculis hominum cernuntur, paleæ comparan- tur: plurimum quidem apud eos valent, & laudantur; at hæc eligere, & verum intentum fructum deferere, & obliuioni tradere, non recti iudicij; sed stultissimi, & fatui. Similes effecti virginibus stultis, quæ de pulchritudine vacuarum lampadarum gloriabantur: non ta- men de olei nitore, vbi lux fouenda, & ser- uanda esset. Vt quid enim per tot annos nutri- ti sumus in Collegiis hoc lacte, nisi vt ita ex- ternis rebus dedamur, ne ab internis spiritus exercitiis separemur? Alias quibus assueri fue- ramus deferentes, omninō vacui inueniremur tot laborum, industriarum, ad spiritualia fa- cile aggrediendum, seruitium. Moyses qui- dem, vt notauerunt Philo, Iosephus, & qui eius vitam scripserunt, inter pessimos dege- bat homines, Agyptios, videlicet. Cur non eorum exhibebat mores? Cur inimicitias cum eis professus est: Quia materno lacte nutritus, mores, & doctrinam talis tenebat nutritis, quibus instructus armatus incedebat aduersus tot hostium phalanges. Nicæus in eius Vita Nicæa, hinc colligit: *In tenerioribus annis dati sumus Ecclesiæ lacte nutriti, mores, consuetudines, ex ætate viuendi*

Psal. 21.

Richard.

Bernard.

Iudic. 6.

Ildor.

Exod. 2.

Nicæa.



viuendi normam, quibus alius ascendit animus, A  
perdisserit, & obseruare. Id nos optimo iure di-  
cere possumus: Mater Societas hoc lacte nu-  
triuit nos, hos imbuuit mores, consuetudines,  
& exactam viuendi normam, vt facilius ani-  
mus ad superna ascendat, vnde alimenta per-  
cipiat. Optimo iure Iacob edoctus domi à ma-  
tre dicitur: *Erat Iacob vir simplex: habitabat in  
tabernaculo.* Notanter expende Vatabli transla-  
tionem, *Iacob vir fuit ineger, habitans in tem-  
poriis.* Quibus annecte Hebræum Textum: *Ha-  
bitans in domo disciplina.* Hic quidem instru-  
ctus, & bonis imbutus moribus à matre, quam  
magistram habebat, cum domo paterna egre-  
deretur, extraque eam peregrinaretur, qualis  
fuerit, accipe ex Ambrosio 1. lib. de Abraham,  
cap. 24. *Exul domo, profugus à parentibus; ubi-  
que tamen conuenientem mensuram negotiis tenuit,  
& temporibus opportunitatem reseruauit.* Hæc ima-  
go nostrorum apprimè esse oportet, qui domi  
benè instructi, dilciplinati que, extra eam mo-  
res compositos gerunt; memores eorum, quæ  
intra cancellos exercere solebant, negotiis  
tempus, ordinemque præscribunt, & ita aliis  
se dedunt, vt sui obliuiosi haud existant, suis  
vacantes exercitiis spiritualibus, orationi,  
lectioni, examini conscientie, penitentis, &  
corporis afflictionibus præstò sint, ne iultè  
queri possit Religio, extrà nos mittens, quæ  
multùm nobis fidebat: nec enim à se separaret,  
si aliter consumpturos tempore crederet, quàm  
ipsa iubet: ob id enim petitur in Exam.c.4. §. 35.  
missos maximè notos esse debere Superiori-  
bus: alioqui, quod de prodigo à patre aliena-  
to ponderauit Chrysologus Serm. 1. de nostris  
dici possit: *Quod vira, quod morum, quod pietatis,  
quod liberatis, quod est gloria, nihil reliquit.*  
Nihil secum asportauit, ac extra patris præsen-  
tiam conseruauit. Simus oportet sicut gigan-  
tes, & infantes: laborantes virtute gigantea; sed  
appetentes paruulorum materna vbera; su-  
gentes inde lac, quasi modò geniti infantes.

Gen. 25.

Ambros.

Exam. Soc. IESV.

Chrysol.

1. Pet. 2.

Exod. 17. 12.

Origen. in Exod.

3. Reg. 17.

Drogo Host.

August.

& mentis in Deum eleuationis. *Non frustra,* in-  
quit, *apicula in mellis copia habet alas: nescit enim  
barem.* Quauis inter mellea negotia discer-  
ramus, vtilitatem aliorum ambientes, ibi pos-  
sunt retiacula ab hoste armari, si nos ab oratio-  
ne exarmatos, & inermes inueniat, & conspi-  
ciat. Videt enim, nos extra proprium domici-  
lium, non his attendere, quæ domi exercebam-  
us, longè à Superiorum vigilantia, Religio-  
forum exemplo, monitionum spiritualium ex-  
citatōribus, extra Claustrum degere; ea tandem  
deserere, quæ in castris necessaria sunt: quid mi-  
rum, si nos petat, feriat, vincat, irretitos capiat,  
& ad sua trahat desideria?

Aliorum damnum inde emanat: quid enim  
boni cor frigidum, & in bonitate propria non  
sentiens de Deo, potest aliis afferre? Si tamen  
Deus ob aliorum bonum moueat corda, vtile  
his erit, non homini, per quem talia præstat  
dona. At, cum se accommodet instrumentis,  
quibus ad suum opus vti solet, non inquit: *Et  
dolani eos in Prophetis.* cum hæc apta non sint ad  
dolandum, sed ad exasperandum corda. Similes  
erunt, cum lucem amittunt, ei, quam Luna im-  
pertit, sine calore, potius frigus excitans, quàm  
lenitatem, & ardorem. Richardus de Sancto Vi-  
ctore 4. de Benjamin, sic ait: *Aurora, & Luna, lu-  
cem habent; sed calorem non habent.* Calore enim  
caret prædicationis vox, quæ Solem non imi-  
tatur; iste enim lucem absque feruore non  
emittit: *Nec est, qui se abscondat à calore eius.* nec  
qui audiunt, ad eò ignorantes sunt, vt non per-  
cipiant spiritu vero ea dici, aut fieri, quæ ad eor-  
um profectum ordinantur. Vnde conicientes,  
deesse virtutem, & contemnunt, quæ audiunt, &  
laudibus, ac præconiis debitum officium re-  
pendunt, non morum mutatione. Illa Sponsa,  
egressa cum esset, vt Sponsam quæret, malè à  
custodibus tractatur: *Tulerunt pallium meum, per-  
cusserunt me, vulnerauerunt me.* At, cum iterum id  
faceret, nullam passà est molestiam. Cur hoc,  
inquit Ambrosius? Audi eam dicentem modò:  
*Nam, quem diligit anima mea, vidisti?* Nullo alio  
egebatur testimonio, vt timeretur, in honore ha-  
beretur, quàm ex feruore cordis, talia promere  
verba. Ambrosio de Isaac, & anima: *Quæ Christus  
loquebatur, neque exuta est pallio; sed, quem quære-  
bat, inuenit.* Quid sit pallium tolli, ipse expri-  
mit: *Quærentes, si forte verum virtutis decorem ha-  
beret.* Dubij enim de virtute vera alicuius, sacre-  
tiniū internorum, & quæ occultantur, facere  
solent: at, cum prodeunt verba ex ardenti cor-  
de, ea testimonium perhibent interni decoris,  
reuerentiàmque audientes exhibent, arbitran-  
tes, ea, quæ foris erumpunt, ex vero Dei amo-  
re, veraque virtute nasci. Hæc indicia verus in-  
ternus decor pollicetur: at, vbi deest ordo exer-  
citiōrum, externa signa, cum vita spiritus careant,  
testimonio huius vacua sunt; & hono-  
rem, ac veram reuerentiàm ab his, qui ea per-  
cipiunt, auferunt. Quamobrem in desiderio P.  
N. habebat hanc suis commendare puritatem  
3. p. Constit. cap. 4. §. 2. cum missos ad hoc  
opus alloquens: *Primum, ait, conferet bonum  
exemplum totius honestatis, ac virtutis Christianæ,  
vt non minus bonis operibus, imò magis quàm ver-  
bis, eis adificationi esse, quibuscum agitur, curent.*  
Notanter ait, *plus vite ordine, quàm verbis, aliis  
vtilis fore arbitremur;* alioqui similes erimus  
Sauli,

Osea 6. 5.

Richard.

Psalm. 12.

Cant. 3.

Cant. 3.

Const. S. Iga.

1. Reg. 18.

Exod. 34.  
2. Cor. 3.

Drogo Host.

Genes. 1.

Chrysof.

Sauli, qui lancea qua perferere Dauid intende-  
bat, castro vulnere parietem percussit. Ita planè  
intendètes corda vulnerare, cum ex ore, & non  
ex spiritu ardenti, verba prodeant, inutiliter æ-  
rem verberabunt, aut parietem sensu carentem,  
habebunt pro scopo, & signo. In Moyse enim  
duo apparebant, cum ex consortio cū Deo pro-  
cedebat, & lucida facies, & cornuta: nam ex cõ-  
sortio per orationem cum Deo, & lux aliis in-  
ferenda, & cornua ventilitantia corda prodeunt,  
quibus armis illuminantur, & mouentur homi-  
nes. Vel dicamus, Moysem operuisse faciem, ne  
splendor appareret: cornua tamen haud abscon-  
di poterant; quia supra caput eminebant. Sen-  
tiant auditores verbi vim cornuperam, qua  
agitantur, & mouentur ad pœnitentiam, & bo-  
nos mores: at celestis lumè, & splendor animæ,  
velo humilitatis. Drogo Hostiens. de Dom. Pass.  
*Facies cornuta erat ad ventilandum inimicos: & ve-  
lata, propter splendorem, quem carnales oculi ferre  
non poterant.* Hoc est dicere: Vis in fructibus ap-  
pareat: lateat tamen in fonte, vnde erumpit. Sit  
verè iste in nobis, alioqui nec extrà prodiet.  
Aiebat Sanctus Parens, nos docere orationem  
alios oportere. At, qualis sit noster agendi cum  
Deo modus, tacendum, vt humilitate virtus te-  
gatur; ex ea tamen doctrina ad aliorum bonum  
pullulet. Hac igitur via, & bonum augetur pro-  
prium, & proximi fructuosè audiunt: semper  
enim Deus, quò instrumenta aptiora sunt, ma-  
iora operatur. Si roges, cur Deus ex aquis tot  
confecerit creaturas, ex illis natantia, pennata,  
cælum, seu firmamentum perfecit; hac aqua ter-  
ram ex arida solidam, & fructuosam reddidit: si  
id perscruteris; inuenies dictum Gen. 1. *Spiritus  
Domini ferebatur super aquas.* Quæ enim Spiritu  
Dei fouentur, quibusque assistit, & conuiuuit,  
quid mirum, si fecundæ, & multarum creatu-  
rarum causæ dicantur? Chrysof. hom. 3. in Gen.  
*Mihi videtur hoc significare, quòd assuerit efficax  
quidam, & vitalis operatio aquis: & non fuerit sim-  
plicitèr aqua stans, & immobilis.* Itaque eiusmodi  
Spiritus aquis affixus, virtutem importat eis ad  
hæc mira operandum. Addit tamen: *Idè, non  
absque ratione Scriptura diuina præueniendo dicit, eò  
quòd postea dictura est, quòd animalia ex aquis istis,  
iuxta præceptum Dei, omnium Conditoris, producta  
sint.* Videas, quo sine Spiritum communicauerit  
aquis, vt plurium effectuum essent procreatri-  
ces: id enim dicere oportet de illis, qui Spiritu  
Dei ornantur, & virtute maxima decorantur:  
quò enim plùs valet apud eos deuotio, feruor,  
spiritualis zelus; eò plura operatur per eos om-  
nium Dominus, & mira opera ex tam fecunda  
prodeunt causa. Qui ergo eiusmodi se priuant  
Spiritu, damnum maximum causæ Dei, proxi-  
morum profectui afferunt.

Idcirco studeant assidue, & vacent eiusmodi  
exercitiis. Quædam secreta sunt, quæ oportet  
iuxta rerum exigentiam, & impedimenta dispo-  
nere, vt præcedant operi eterno, & proximo-  
rum negotiis: nec istis neganda sunt, quæ desi-  
derant; nec Deo, quæ debentur. Ideò vel ante-  
lucani sint, vel noctu ea præueniant, quæ diei  
venturo seruire possint. Sicut enim expositi su-  
mus è somno aliquid detrahere, vt proximis  
præstò simus: ita inter numerata locum habeat  
ordinis tempus, nec cesset exercitatio corporis  
ob metum audientium flagellorum ictus. Re-

cordentur Sancti Francisci de Borgia, qui nec  
in Palatiis hæc remittebat, etiam si curiosi non  
pauci attentè numerarent flagrorum multitu-  
dinem: præterquam quòd hoc opus numerari  
potest inter externa, quæ aliis deseruiant, vt  
audientes, si qui sunt, & adificentur, & timore  
abiecto, afflictioni corporis dent locum. Lita-  
niam quotidie recitent simul: examinationi  
tempus præscribant: lectio communis esse po-  
terit, nocturno, & quieto tempore. Alia opera  
externa sunt, vt Missa, recitatio Officij, gratia-  
rum post Missam actio: hæc oportet magnâ  
cum reuerentia celebrare, genibus flexis pen-  
sum soluere, tempus consuetum (nulla rerum  
angustia pressi) Missa conferendo. Post eam  
magna cum deuotione soluant gratias: hæc  
enim & doctrina sunt pro Ecclesiasticis, & sæ-  
cularibus monumenta, vt reuerenter hæc tra-  
ctent, & Missa audiendæ toti se dedant. Aliter,  
nec publicè possent ista docere, nec arguere,  
non deuotè diuina agentes, si ipsi propter an-  
gustias temporis, celeriter, & transcursum hæc  
peragant.

CAPVT XIII.

Habendus recursus ad Superiores.

Inter alia, quæ missis iniunguntur in Regulis  
Ipsis præscriptis, & Constitutionibus, ea vna  
est, vt recursus ad Superiores habeant, eisque  
referant acta, & agenda; quæ locorum dispo-  
sitiō, quis fructus, quorum ministeriorum sint  
capaces, quæ eis stabilia possint proponi, & cu-  
rari, vt fiant; quoto tempore apud eos commo-  
rari oporteat, quæ vrgeant negotia, quæ com-  
ponendæ simultates, quæ damna publica repa-  
randa; quo item fauore egeant ad ista perfi-  
ciendum, Superior, si propè sit, Rector, vnde ad  
Missionem exeunt missi, accipiendus est: at si  
distet, & responsum breui tempore habere non  
possint, ille erit, qui proximior. Hæc habent in  
Regulis Missionum 3. 10. 22. 24. & p. 7. Constit.  
cap. 12. §. 2. & littera H; & parte 8. cap. 1. lit-  
tera L. Quòd Superior sit proximior, habetur  
7. p. cap. 3. littera A. Magni quidem momenti  
hæc mutua communicatio iudicatur tot expe-  
tita in locis, vt rectè obeant operarij munus  
commendatum; consilio, orationibus, & præci-  
puè humilitate, & obedientia fulti. Si enim fie-  
ri possit, nihil, nec minimum, agere oporteret,  
quòd ad limam non reuocaretur. Solares ra-  
dij ita inferiora inuisunt, vt à facie Solis non  
discedant. Vnde Seneca colligit, animum no-  
strum conuersantem cum hominibus, hære-  
re oportere origini suæ. Sui iuris factus Eli-  
seus, Magistro absente, cum rebelles impe-  
rio suo aquas Iordanis sentiret, eas pallio fe-  
riens Deum Eliæ inuocat. *Vbi est* ( inquit ) 4. Reg. 2.  
*Deus Eliæ etiam nunc?* 4. Reg. 2. quo quidem au-  
xilium, & adiutorium Parentis exposcere vi-  
debatur. Approbat Gregorius, qui ait: *Vbi enim* Gregor. 1.  
*ad humilitatem sub Magistro esse capis, quæ ille fa-* Dialog. c. 2.  
*ciebat, ipse fecit.* Vires recepit ad opus cceptum  
perficiendum, cum Magistri inuocat auxilium,  
sub eoque humilis, & obediens prosternitur.  
Vnde conici potest, spiritum duplum, quem  
Magistri interuentu exposcerat, ad hoc respici-

F

Glossa.

4. Reg. 2.

Matth. 28.

Ezech. 1.

Judic. 11.

August.

Judic. 16.

Idem.

Matth. 8.

cere, vt semper coniungeretur illius factor suis conatibus, & ambo simul in vnum collecti operarentur. Moralis Glossa: *Per hoc autem, quod spiritus Elias requirit super Eliseum, significatur, quod bona doctrina Magistri redundat in bonum discipulum.* Vires suppetit laborantibus hæc Superiorum dependentia; & quæ sine illa videbantur inaccessa, tali laterensi facilem finem habent. Dicant ergo Prælati: *Fiat in me spiritus tuus duplex.* In me, inquit, mecum associatus duplicabitur: id enim Christus promittit missis ad opus Discipulis: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.* Matth. 28. non quidem alio fine, nisi vt crebrum sit ad eum refugium, & ipsius auxilium vires operantibus præbeat. Hac via optimè Bernardus epist. 246. ad Eugenium, inquit: *Fœcundauit obedientiam, præcipientis auctoritas.* Fœcundauit, inquit, quasi plures ei præbens partus, adiuuante Superiorum mandato, directione, approbatione: quia verè augetur virtus, si obedientiæ latus, velut auxiliare, exposcatur, & obtineatur. Ezechiel. 1. hoc confirmatur, vbi: *Iumentis, erant penna eorum.* Rupertus sic exponit in eundem locum: *Ala iumentis, quia virtutum sibi vnanimitate iunguntur.* Si ergo hæc Societas inter Superiorem, & subditos instruat, plus valent isti, quam si arbitrio suo ducantur.

Idèque cernere licet in intentatis operibus, quæ, si iniiciuntur, Superiore approbante, ex se impossibilia visa, tali sale condita, tali spiritu recreata, & faciliter, & feliciter, finem desideratum accipiunt. Tentat Abraham filij necem. Hæc non temeritas; sed obedientia: qua intercedente, laude dignus, gloriosiorque Deo, & hominibus visus. Quod Iephte defuit, qui nutu suo ductus, temerarius, & crudelis exitit parricida. August. in st. *Sicut Abrabæ factum, quando filium voluit immolare; quod, Deo iubente, fuit obedientia; Deo non iubente, quid fuit, nisi dementia?* Paucis capillis intactis in capite Samson, leuitate scētis, obedientia dimissa, qua à Deo tenebatur, & velut fræno regebatur, perit, & similis stetit cæteris hominibus. Quid quod postea crescentibus capillis irruiat Spiritus Dei in Samson? Agnouit leuitatem suam, Deo se denuo dedit: quo fauente inimicorum victoriam obtinet. August. contra 2. epistolam Gaudentij, c. 23. rationem reddit: *Quia visus est eo, vt faceret, quando illi assuit, quod facere non poterat, quando idem Spiritus defecit.* Magna, & difficilia hæc obedientia perficit, & ea, Spiritu assistente diuino, nihil arduum cernitur, & finem accipit desideratum. Centurio ille in Euangelio laudatus, vt posset alios iubere, mente se subditum concepit, vt inde vires resumeret, suæ voluntatis in alios imperium. Homo, inquit, *sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic: Vade, & vadit.* &c. Vt quid enim se subdit alio Superiori, nisi vt securè præcipiat sibi subiectis, cum ille, nec lato pede, à maiorum dissentiat voluntate? Bernardus epist. 42. id notauit: *Præius, inquiens, se agnouit hominem, quam potentem.* Præius subiectum, ab alio duci egentem, quam alios ducere possit. Deinde inquit: *Iam quidquid sub inferas, suspectam non habemus iactantiam. præmissa se quidem est humilitas, ne altitudo præcipitet.* Ad eod enim subiectos consiliis Maiorum esse oportet, vt si aliud factum sit, quod dissideat ab eorum

A ductu, iudicandum potius veniat, nomina esse diuersa, non iniunctam illis obedientiam. Optime id docuit August. cap. 8. quæst. in Iosue, cum legamus, Deum præcepisse igni dare Achan: Iosue tamen ipsum lapidibus obrui iussit; quomodo dissentit à præcepto diuino aliter exequens mandatum, & commutans in lapidum, ignis pœnam? Respondet: *Idè magis querendum, cur Dominus lapidationem, ignem dixerit, quam Iosue aliud fecisse, quam Dominum iussisse: nam, quis ad intelligendum verba sapientior esse potuit, vel ad faciendum obedientior.* Casum ponam, vt hoc ad praxim reuocemus. Consultis quis Superiorem, rationem, & statum negotiorum referens, & quæ vtrò, citròque conueniant, vel dissideant. Absens Superior præscribit seruandam formam expressis talibus verbis: qui verò proximis res conspicit, accepta obedientia id exequitur, quod iniungitur; nō tamen ea forma: alia enim statui negotiorum aptior, & facilius videtur, vel successu temporum facies rerum mutata est: minimè discordat à Prælati iudicio, ita exquæ eius mandatum: id enim ipsum ipse vellet præcipere cum moneat Sanctus Patres, quanuis conueniens sit, vt missi ad eiusmodi expeditiones, scriptura deferant Prælatorum modum se gerendi; addit tamen 7. p. Const. c. 2. §. 2. lit. L. *Dicitur, ordinari: propterea quod aliquando is, qui mittitur, tam instructus est, tamque de xeritate pullet, ut instructio non sit necessaria.* Cum ergo his hominibus (quibus multum confidunt Prælati) iniungantur agenda, declarant eos mittentes, si eis ita videatur congruere cum rerum euentu, populorum moribus, &c.

Nec existiment, molestum, & onerosum esse, ita pendere à Maioribus: id enim non modò securitatem, & euentum secundum promittit; verum etiã populis interest. Commune, ac tritum est illud Prou. 8. *Vbi multa consilia, ibi salus populi.* Quod exponi solet de multitudine suffragiorum, quibus consultis, multa ignota panduntur, & via rectè definiendi aperitur: id enim ita accipi posset. Sed aptior videtur expositio Sancti Dorothei Ser. 5. qui verba refert ad multiplicem, & infatigabilem rerum consultationem, ne minima res sine consilio Maiorum fiat, ex quo maxima secutura videtur salus populis iuuadis à tali homine: *Non dicit, in multo consilio, quasi velle, vt vnunquę quis consulat: sed vt in omnibus eum cōsulat, cui plurimam adhibere debet fidē.* Hac etiam via, vt supra dicebamus, Christi societatem, & assistentiam lucratur: ipse enim induēs personam Maiorum ait: *Qui vos audit, me audit.* Ei autē, qui ipsum audit, quid restat, nisi quod ipsum adiutorem assistentem inueniet, vt consiliis suis illustret mentem, vires voluntati præstet, effectus secundos disponat? Optime Gregorius id docuit super 1. c. Iob. ibi: *Erat vir, Iob nomine, in terra Hus.* Hus interpretatur *consiliator*: Iob verò *vir dolorum*, Christum representat, quem Isaias, *virum dolorum, & scientem infirmitatem* appellat. Fit ergo, vt Christus his assistat, ibi inhabitet, & commoretur, vbi ab eo mediis Prælatis consilium exigitur. Ait ergo Gregorius: *Terram ergo Hus inhabitat, id est, corda consiliis dedit.* Quid tutius, iucundius, felicius excogitari potest, quam talem consiliatorem gestare nobiscum, vt omnia prosperè contingant? Aliquæ facienti dicitur: *Qui non colligit mecum, dispergit.* Quasi

Idem.

Const. S. Igra.

Prouerb. 8.

Doroth.

Luc. 10. 16.

Gregor.

Iob 1.

Isai. 53. 3.

Luc. 11.

Quasi

Chrysof. orat. in Pelagiam.

Ezech. 1.


Quasi omnia euanescent, quæ totis viribus procurentur, hoc deficiente bonorum omnium conservatore. Exemplo hoc probat Sanctus Chrysof. de Pelagia puella virgine, quæ interrogata ab inuasoribus, citissime responderet. Quare? *Non enim erat inuis sola: habebat enim optimum consiliatorem Iesum.* Hinc est, vt quanuis plures fiant expeditiones, & alij aliis operariis succedat, nulla experiat mutatio rerum, nulla varietas mediorum; sed vnitas, & conformitas, ac si ab vno, eodémque procederet, eod quod omnes sub vna Regula viuunt, vnus Capitis consilio gubernentur, à quo modum rectè agendi accipiunt, & ad quem recursum dubiorum habent. Hoc etiam sæculares fulibus, & dicere solent, omnes Societatis fulibus vna comparari, sub vna forma compactis. Hoc cernere licet in illis Ezechielis rotis, de quibus cap. 1. dicitur: *Et vna similitudo ipsarum quatuor similes mari, & hyacintho.* Quorum primum, et si vastissimum sit, eandem vbiq; regulam tenet, crescit, & decrefcit statutis horis: hyacinthus verò cælum refert, eandem tenens equalitatem. His similes Societatis Filij, quanuis per varias regiones discurrant, vnã, eandémque viuendi, & agendi formam retinent; & sicut cælum aequaliter latè diffusum, se gerunt: quia, sicut rotæ istæ ab vno rectore mouentur, eadē regulas, directiones, consilia accipiunt, & sequuntur: *Et vna similitudo ipsarum quatuor.* Licet diuersæ, vna, eadémque omnes videbantur,

A neque in forma, neque in motu discrepantes. Hieronymus ibi: *Tantæque erat similitudo rotarum quatuor, sequentium quatuor animalia, vt vna rota verissime crederetur.* Hæc in Nostris elucet similitudo, licet nationes occupent diuersas: quia sub vno degunt gubernatore: qua via facile conseruantur ab vno confecta opera; quia eodem spiritu alius imbutus, non noua, non aliena censet; sed nota, & propria, ac si ab eo elaborata essent. Clauditur hæc monitio tali conclusione. Secum ferant ordinem se gerendi à Superioribus, vt Constitutiones præscribunt; & ab eo ne recedant. Si dubia occurrant, Superiorem consulant; expectent, quid velit; & quandiu moratur resolutio, hæreant re infecta, donec accedente approbatione Prælati, eam perficere liceat. Sic experientur, fauente Deo, omnia ad effectum feliciter venire. Si tamen quedam non approbentur, relinquuntur, iudicantes haud diuinæ esse voluntatis ea tractare, & ad finem perducere. Quod si propter responsi moram, res in periculo versetur, tunc licet ea exequi, quæ ad maiorem Dei gloriam conducere iudicauerint. At, si à Prælatis aliud iubeatur, liceat; semel confectum opus stare, & currere, approbarique ab omnibus, quibuscum agunt, notum eis facere: permanebit tamen, si approbatio sequatur: funditus verò dissoluetur, aut cessabit Missio, si id iniunctum eis fuerit.



EXPE





# EXPEDITIONVM SPIRITVALIVM SOCIETATIS IESV,

## LIBER TERTIVS.

### MINISTERIA, QVÆ EXERCENTVR Missionum tempore.

**H**VCVSQVE actum est de Missionum pretio, & ea, quæ in earum vfu, tam ex parte mittentium, quàm eorum, qui missi fuerint, intercedunt, exposuimus. Vt ergo ad ministeria, quæ ibi tractantur, & expediuntur, deueniamus, suo ordine quodvis horum exponemus, ne multitudo confusionem ingeneret, & vt certò innotescat his, quorum interest, quæ, & qua via, apto tempore, & modo, opera compleant. De hoc argumento in sequentibus capitibus disserendum restat.

#### CAPVT I.

*Prædicationis muros quibus temporibus exercendum, & quomodo, quidque pro sine habendum.*

**O**MMVNIS est prædicationis omnibus animarum curam gerentibus. Nec alia via, multis aperitur ianua salutis, & facilius, & aptius, quàm ex suggestu verbum Dei audiendo. Calore, & ardore pariter imbuta, Discipulorum corda, Christus Dominus reddidit, cū aperiret eis Scripturas, & mysteria inibi tecta referaret. Ipsi confessi sunt, qui experti interni animi prius frigidi, post calentis, mutationem, dicebāt: *Nōme cor nostrum erat ardens in nobis, cum aperiret Scripturas* Luc. 24. Hanc energiam tribuit verbo diuino Gregor.

Luce 24.

**A** homil. 1. in Pentec. *Exaudito enim sermone, inardescit animus, torporis frigus recedit, mens in superno desiderio fit anxia. Audire libet præcepta caelestia, & quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur.* Cū tenebris vniuersa sint circumtecta, lux verbi lucida reddit, & à tanto malo liberat. Quis contemplans mundum vniuersum tenebris confusum, & circumamictum, de aquis sub istis degentibus idem non iudicaret? Asserit tamen Scriptura c. 1. Genes. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* cū præcedat: *Et tenebra erant super vniuersam faciem terra.* At satis est affirmare, Spiritum Dei adesse, in quo lux fulget veritatis, vt inibi etiam lumen impertiat aquis, quibus superfedit, quauis cætera tenebris denigrata maneant. Nicæus sic ait super hunc locū: *Ea enim, super qua fertur Spiritus Domini, similia facit iis, que in luce sunt.* Spiritus enim Domini, lingua est Ecclesie, Magister vniuersi, omnes docet: huic enim dicitur: *Ille docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia, que dixi vobis.* Hoc enim, ac tanto Magistro, indiget mundus. Ob id etiam mittuntur, qui & tenebras ignorantie, & erro-

Gregor.

Nicæus

Ioan. 14. 16.

rum

rum auferant, & virtutum ornatu omnia componant, & decoro amictu vestiant. Chrysof. in Genes. hom. 3. has, vniuersum implentes, & occupantes tenebras contemplans, ac si tabulam oblectat ante pictoris oculos quis proponeret, vt eam arte sua mutaret, ac loco nigroris, penicillo, coloribus, dexteritateque, qua pollet, pulchram, & spectabilem imaginem conficeret: *Ita planè, inquit, opus est sapientissimo artifice, qui has tenebras excutiat, & ornatum aliquem inducat.* Hoc præstant peritissimi verbi diuini Ministri, qui luce veritatis, & doctrinæ vniuersum ab his liberant tenebris, & mundum, ornatissime decoratum varietate virtutum, reddunt.

Chrysof.

Vtùm, quia hoc commune omnibus Concionatoribus diuini verbi, vt speciali ratione nostris ministeriis, ac muneribus aptemus talem rerum mutationem, non modò ipsius verbi diuini introducta luce id præstant nostri homines, sed aliis industriis, quibus adè singulare medium istud efficiunt, vt noua audientibus, omnia, quæ percipiunt, videantur; nec se vnquam talia audisse, maximis præconiis fatcantur. Adè enim iis intenti, spiritu, feruore, desiderio proficiendi aliis, & mores mutandi, concionantur, ad ægritudines singulas medicamina apponentes, apto modo, & tempore; vt, velut impossibile credatur non fortitura desideratam valitudinem. Vnde nascitur feruens populorum commotio, Confessionum generalium inextinguibilis sitis, mutandi mores incredibilis fortitudo, ac valens resolutio, omnes vincens, ac superans natas difficultates: licet enim gratiæ vocationis hæc referenda sint; (quanuis Concionatores non sint ex primis, & maiori talento pollentes, & alios clarioris notæ populi haberint pro Magistris; ) id etiam tribuendum est instantiæ, ordini, fortitudini vincenti omnia impedimenta, feruori, & materiarum speciali tractationi captui audientium accommodata.

Qui ergo ad loca destinata accedunt, si occasio se offerat, primùm, populum, in loco amplo, signo campanæ conuocent, hora, quam præstabit tempus, & hominum talis populi occupationes; vel primo mane, si penè omnes ad laborandum, locum deserunt, suas quisque petens operas; vel, cū finito labore domum repetunt initio noctis; vel, si hæc incommoda videantur, die festo, cū Missa solennis solet, vocato, & præsentem populo, dici. Tunc quidem quisque exponat mentem suam, sui laboris fines; Iubileum omnibus patefaciat; quibus temporibus, & horis publicè ex suggestu locuturus sit ad populum; quæ cum eis acturus sit negotia, aperiat: hæc tamen non simul proponat; sed, quæ immediatè agenda restant, vt vnum verbum aliud eructet, & successu temporis, se instructos in omnibus videant, quin mentem Concionatoris teneant, ac comprehendant. Si autem Nundinarum tempus adfuerit, idque prius ad manum, quàm festiuum sit, pueros in Scholis accersant, & cum eis orationes, ac rudimenta fidei per vicos cantent, & deuenientes ad publicum locum, vbi concursus populi, interrogent, quæ scire omnibus oportet, & dein concionentur, vt mentem exponant suam, & quæ, quandoque, cætera successum habitura sint, proponant. Si verò tempus vacet, antequàm aliis occupatio-

**A**nibus præpediantur, visitent ægros in Xenodochiis, & carceribus constrictos, doceantque eos necessaria ad Confessionem futuram, & ad labores sufferendos, piè, ac moderatè vitam transigendo; instruant, ne otio dediti rixis, iuramentis, turpibusque actibus vacent. Inuisant Magnates, Prætores, Vicarios, vt eos lucentur, & de futuris certiores reddant, vt ea approbent, & faueant exemplo, & ratione faciendis, vt supra dictum est.

Vt autè assignemus, quæ certa sunt, (cū alia pro locorum varietate legenda sint,) hoc supponendum, nec difficultatibus vinci se sinant, nec violenter aggredi res conentur, sed tempus eligant minùs incommodum populis, & quod frequentiam ipsius non impediatur; sed potius ad eam sperandum, aptissimum videatur. Illud in primis certum, oportere verbum Dei frequenter proponere populis: tum, quia hac via excitantur ad feruorem: tum, quia multa audiendo aliqua capiant ipsis necessaria, quibus conscientie agitantur, & in sollicitudinè æternæ salutis deueniunt. Nec timendum, quòd hæc repetita Concionum occupatione fatigentur, & nauseam sentiant; quin potius maiori cum impetu, & feruore ad iequentia se præparant, & quasi pretiosioribus ferculis appositis excitantur ad avidius comedendum, qui ad magnam cœnam accedunt. Ierem. 25. alia ratio ininuat, vbi ait: *Et locutus sum ad vos nocte consurgens.* Ierem. 25

Hoc tamen per plurimos annos factum recenset, numerans Iosæ regnum, Ioachaz, Ioachim, qui quidem vixerunt plus quinquaginta annos. Quo fine tot repetitas Conciones populo proponebat? Glossa ibi: *Ostendit, nos semper Dei auxilio indigere; nec sufficere, quòd semel datum est, nisi assidue Domini admonitione reuocetur.* Vt ergo Deus sua hominibus salutis oblitis impertiat auxilia, opus est, verbum Dei sæpè sapius repetere, vt ibi inserantur, & ad corda audientium mittantur. Inueniri solent oppida frigidum cor habentia, negligentia maxima, à tanto bono ipsis repente oblaro, laborantia. Quemadmodum, qui vertigine laborant, aut apoplexia, crebris clamoribus, & tenuibus fumibus, constringentibus eos, indigent, vt à somno graui excitentur: ita populi, grauitè dormientes, multis, ac continuatis vocibus, quibus verbum Dei intonatur, opus habent, vt à tam alto torpore excitentur. *Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam: annuncia populo meo scelera eorum, & damna Iacob peccata eorum.* His ergo de causis interferrere oportet Dei verbum frequenter, ne à feruore cœcepto resiliant, & ad somnum redeant, vt diuina auxilia, quasi fulgetra, frequenter ictu verbi excusa, corda frigida, calida, ac ignita reddat. Hoc audies à Philone dictum, de quo refert Eusebius Pamphilus lib. 8. cap. 2. de præparat. euangel. hæc verba: *Non semel, sed sæpius, imò verò singulis diebus septimanæ, propter malos, hæc repetuntur; maledicunturque, qui non seruant.* Nos non modò in fine septimanæ; sed quotidie, aut tertio die, interreptione aliqua facta, propter impedimenta vrgentia: dandum est enim verbo diuino tempus commodum.

Ierem. 25

Glossa.

Isaia 58. 1.

Euseb. Pamphil.

**D** Si enim alia se ingerant negotia, in obliuionem veniunt eorum, quæ imperfectè renue-rant, facileque ab incepto feruore resiliunt, & ad consueta peccata reuocantur. Vides, exem-



Iosue 10. 11. plo Iosue id monstrari, qui noluit victoriam accipere differre; sed nulla lassitudinis militum ratione concepta, ad amplius dimicandum, Caelo iuuante, Solis administratione, eos hortatur, ne interuentu noctis, etiam feruor tepesceret, & debilius, lassatis vitibus, altera die ad certamen redirent. Notanter id expressit Iosephus 5. Antiquit. c. 2. *Insuper etiam die crescentis pugnaverunt, ne nox succedens, eorum impetum refranaret.* Ita plane res disponenda sunt, vt nullus relinquantur quieti locus, nulla vagandi occasio, quousque res effectum fortiantur, & ad pedes suos, lingentes puluerem, per humilitatem, homines videant iacentes. Duo enim hoc complent negotium, & diuina inspiratio, & nostra sollicitudo. Illa plane cito opus suum perficit: at humana diligentia tempus exposcit; idcirco semel, & iterum laborandum est, vt ad perfectum res deueniant. Ponderans Ambros. de fuga seculi, cap. 8. illud dictum Iacobi: *Fuit voluntas Dei, vt mihi cito occurreret.* duo contemplatur: primum, quod ex parte Dei; secundum, quod ex hominis industria se tenet: illud enim certissimum est; momento enim operatur, & excitat hominem: at, quod ad hunc spectat, licet diligentia, & studio, breui interuallo, id potest explere; tardius tamen operatur. In hoc opere haec duo considerat: *In quo & diligentia palma, & ingenij significatur obertas: ingenium enim Dei est; inuentio diligentia: illud sine tempore; haec indiget tempore: illud supra nos; haec ad nos refertur.* Cum ergo, quae praemanibus habemus, vtroque compare perficienda sint, oportet, vt Deo cooperatore simus, diligentia, & studio negotium vrgere, & homines allicere ad spiritualia, quae minimè in vsu sunt, non ea accommodando ipsorum tarditati; sed citissimo Dei consilio. Et sicut ciuitatem vndique vallatam, vrgere variis machinis tentantes, nullam interponunt, die, nocteque moram, quousque tandem in potestatem eorum veniat: ita, nos vrgere debemus populos, quousque victos teneamus. Quauis enim Tertullianus non probet opera hac celeritate facta, eaque parum duratura credat: sic enim ait lib. de Pat. cap. 10. *Nihil impetu actum, aut non offendit, aut corrumpit, aut praecipit abiit.* nihilominus vrgendi sunt populi, & ab assuetis trahendi ad insueta, quae plus mouent animum nouitate, quam alia assueta; sicut de miraculis docuit Augustin. quae propter insolentiam, mira videntur, tract. 24. in Ioan. *Non maiora, sed insolita videndo stupent, quibus quotidiana viluerunt.* Ita Nostri plus mouent, quam alij, hac nouitate excitantes populos somno vitiorum, & negligentiae sopitos. Quod notanter docuit Magnus Basilius epist. 1. ad Occidentales, & Damasum, rogans, nouos mittere Concionatores: quia noti vilescere solent, & nouiter venientes in pretio haberi: *Haec enim tantum efficacia habet sermo consuetus, quantum vox peregrina ad consolandum delectos valet.* Ab iis enim quauis, etiam noua, ardua, & insueta, libenter suscipiunt, & facillimum est breui formare populos, & a vitiiis ad virtutem reuocare.

Hoc quidem locum maximè habet, cum Missiones instituendae cursando, variisque loca inuisendo sunt: non enim licet multum ten-

Ioseph.

Gen. 27.

Ambros.

Tertull.

August.

Basil.

pus in quouis eorum consumere; sed vna, & altera Concione eos docere, mouere, & ad poenitentiam vocare. Ne tamen eadem repetendo taedio afficiantur, exercenda sunt varia ministeria; modò exempla (quae vtilissima esse solent) proponendo; modò formam viuendi; post consentiendi modum, cum declaratione praeproptum; & alia his familia interserendo, quae varios affectus excitent. Nec Tertulliani ratio etiam de his exercitiis accepta mouere nos debet, vt tardius, & lentius operemur: tum, quia idem periculum incurrimus, imò maius, feruore deficiente; & negotia animum occupantia impedimento sunt: tum item tempus pessimè consumetur, ne aliis sermo diuini imperiatur. Verum existimo id contingere in rebus, & negotiis humanis: aliter tamen in diuinis, vbi auxilium diuinum ignis, ac fulguris imitatur celeritatem: & nihilominus omnibus suam formam communicat. Ita de caelestibus virtutibus Dionysius de caelesti Hierarch. cap. 7. *Inferiora agmina ad similitudinem, potentissime euahant, illa veluti incedentes, atque ad similitudinem feruoris gratiam exsuscitant.* De superioribus loquitur vim suam sibi subiectis imprimentibus. Quid aliud cernimus in Actis apostolicis, nisi citissimè tria millia, deinde quinque millia conuertiti, baptizari, vale omnibus dicere, vendere propria, alienari à domesticis, & nouam instituere vitam: Quam cito Philippus, Actorum 8. 27. instructa reddidit Aethiopen Reginae Candacis, baptizauit, & ab eo discessit, nec ob id fidem reliquit; sed tenuit, ac populos suae gentilitatis instruxit, & ad eam amplectendam conuertit. Non ergo timendum ob hunc celerem operandi modum, virtutem imperfectè imbutam manere; sed potius in alios ab his diffundendam, & extendendam, diuinæ gratiae auxilio intercedente. Ita Lupus ille Apostolicus Concionator penè vniuersam peragravit Hispaniam. Ita Sanctus Vincentius Ferrerius, ita in India noster Franciscus Xauerius, nunquam quiescens ab hoc labore, iam rudimenta docens pueros, instruens puellas, Lusitanos, Indos, mane, vesperè, nocteque, vt omnes lucrificaret: hac quippe via citissimè, plusquam credi posset, & plurima loca inuisit, & faciem populorum, & ciuitatum, prouinciarumque mutauit. Dispererat ergo metus, & ab animis mittendorum abscedat; & certi de fructu sui impositi laboris, excitent alitè dormientes, nec quiescere eos sinant, donec ad desiderata perducant.

Inter alia, quae nouam, ac singularem doctrinam nostrorum faciunt, claritas docendi ea est, quam associat descensus ad particularia, vitiorum, atque virtutum naturam, morum corruptelam, praeculis omnibus obiciendo, quae raro audierant; ac proinde omnium animos conciliant, & quandam excitant sitim, iterum audiendi ea, quae manifestè moribus eorum congruere cernunt. Vnde certi Nostri esse debent, nulla alia via, & dulcius, & vtilius verbum dicere, quam cum dicenda, audientium captiui, ac necessitati accommodant, & doctrinam, velut speculum, obtutui omnium proponunt, vbi quisque faciem suam contempletur, ac si vniuersorum conscientias agnosceret: vt, quae vitia plus eorum occupent animos; quibus inclinacionibus ferantur in ea; quibus mediis, ac

Dionys.

Act. 8.

Act. 8. 27.

Euseb. Pamphil.

Colossens. 3. 9.

Theophyl.

Iidor.

ac technis consequi intentent desiderata. Haec maximè grata esse solent populis, & dicere solent: Isti adeò tenent mores nostros, ac si nobiscum perpetuò vixissent. Eusebius Pamphil. lib. 2. de praepar. euang. c. 2. agens de Iudeis, qui quidem intenti erant lectioni legis, addit, adeò clarè & singulariter eis loqui solere Magistros, vt non egerent deinceps interrogare, quae agenda ab eis essent: *Haec enim res sit, vt ne à Iureconsultis, quid agendum sit, quaerent, nec per ignorantiam fallantur.* Non contentus Apostolus ad Colossenses cap. 3. expoliare hominem veteribus indumentis, addit, *cum altibus suis.* Haec autem praestat verbi, vicem speculi gerentis, accommodatio, singula recendentis, & notantis. Vnde etiam ad singula moderanda cogere videtur: *In agnitione, inquit. Quod ponderans Theophylactus ibi ait: Quod maiorem accepit cognitionem, pluribusque donata fuerit, hoc valentior se exhibet.* Vt ergo quicquid minuta etiam cognoscat, & reformet, opus est, cognitionem eis exhibere per specialem doctrinam, per exempla trita, ac nota, singularia recensendo, quae homines frequenter solent, aut cogitare, aut desiderare, aut opere complere.

Hinc colligi facile est, finem praedicationis, seu, quod pro scopo praeculis habendum, esse homines ad timorem Dei inducere; ad peccatorum Confessionem, & conscientiae exonerationem mouere; ad bene viuendum pellicere. Proinde semper specialia per exempla omnibus nota proponere oportet, ac si omnium euiscerent corda. Expedi doctrinam certam, claram, & ab omnibus capi facilem praedicare: nec vitium ambagibus, nec vocabulis ignotis, nec figuris obscuris; sed, ac si totus hominum concursus constaret ex rudibus, & valde stupidis hominibus, qui clara, & nota haud facile caperent, sic cum omnibus agat. Illa enim Rebecca, vt homini extero, & brutis eius potum daret, ex humero deposuit hydriam ad manum, vt facile inde ea vti posset, & munus suum obire. Hoc exponens Iidorus in Gen. cap. 19. sic ait: *Deponit de humero hydriam, utique elatam saculi facundiam, & ad humilem propheticum se humiliat sermonem.* Humiliet sermonem, aptum captui audientium proferrar, ne sublimia docere volens, animi eorum nec leuiter moueat.

CAPVT II.

Quomodo exercendum Confessionum ministerium.

Inter ardua, quae Nostri contingunt, & ad Missiones maximè spectant, labor est Confessionum: debitores enim sumus sapientibus, & insipientibus, ita vt pro varietate poenitentium, necessum sit varias personarum facies componere. Nec satis est doctrina pollere; sed patientia, discretione, prudentia, sagacitate: adeò enim homines rudes, adeò timidi, imparati, turbati accedunt, vt opus sit eorum inuisere viscera, penetrare praecordia: attentè ex vno,

casu dicto, verbo, quid exprimendum foret, quod silentio, verecundia oppressi, occultare praetendunt; vel ignorantia nimia exquirendi conscientiam, negligentia ablegat à memoria. Quis non damnet astutiam, quae callidorum hominum est vitium? At Christus Dominus non modò prudentes nos esse monet; sed etiam astutos. Ita Augustinus habet lib. 5. homiliarum, hom. 20. *Estote astuti, sicut serpentes.* At, quia differt haec astutia ab ea, quam exercent homines, fallere tentantes, addit Sanctus Doctor: *Non studio nocendi, sed nocentem cauendi.* Adeò enim homines, & verecundissima feminae, pueri, rudes, & alij huiusmodi farinae imparati accedunt, timore oppressi, onere peccatorum grauati, turbata & fuscata mente confusè suam conscientiam aperientes, vt videantur fallere velle, fingere faciem; & velut vxor Ieroboam, mentito vultu, alios se esse dissimulare: quos oportet astutia, maximaque attentione, & prudentia, (velut filo capto, vnde de maiora elici possint,) ex verbis tenuibus, ad grauiora manifestandum inducere. Vnum enim praeculis omnibus aduertendum est, maximè oportere lenitatem ostendere, amorèque omnem perexcellere metum. Satis apparet, quantis difficultatibus consistendi oppressi accedat. Ad hominem ignota veniunt: verecundia animum occupat: minas aduersus peccatores è suggestu, & exempla, quae terrorem ingenerant, audierunt: peccata, non leuia, nec assueta esse solent; sed grauiissima, & insolita. Si his addatur seueritas, asperitas in verbis, pauca, quae collegerant, peccata dissipantur, & à memoria ablegantur. Opus ergo est, amanter eos recipere, leniter monere, patienter audire, quauis grauiissima exprimant peccata: nec contra ea infargant, nec signum leue exterius edant, quo poenitentem terreat; sed ita leniter, & placidè audiant, ac si venialia proferrent peccata: & quauis longissimè eant ab intento opere, inde eos, per viam regiam ducendi occasionem sumant. Asperitas, & seueritas tacere cogit peccata, ad mentiendum mouet, & inducit, cum maximo animarum periculo. Mira res, ferox, & inhumanus Iulianus Apostata, hostis religionis, & Christi Domini, ad Bostrenos scribens, vt ad capeffendam religionem neminem cogant, ait: *Ratione enim adanci, & instrui homines decet, non plagis, vel iniuriis, neque corporis suppliciis.* Si haec impius, quid opus est, agant ministri Christi? Quomodo Mariam peccatricem suscepit? Quomodo adulteram absoluit? Propter lenitatem suam omnium victoriam obtenturum prophetauerat Dauid Psal. 44. Ita Societas edocta, & instructa, maximos peccatores (vt verecundia deposita ad poenitentiam venirent) coegit, non scandescens, & in stuporem inducens sibi commendatos; sed blandè, & leniter eos ad rectè aperiendum conscientiam suam suadens. Laudat Nazianzenus in Iambis Meletium Antiochenum, qui omnium subditorum corda possidebat, aicns de eo: *In quonamine res congruebat, prorsus ac uomen rei: nam nomen illi melleum, & mores erant.* Fauum distillantia labia Sponsi Sponsa praedicat, ob dulcedinem verborum, & morum suauitatem. Nihil acre, durum, ac asperum in nostrorum ore, & facie appareat; sed

August. Math. 10.

3. Reg. 14. 8.

Iulian. Apost.

Psal. 44.

Nazianz.

totum melleum, ac dulce sit: præcipuè cum agamus cum hominibus extraneis, ignotis: feuerius enim agi potest cum his, quorum virtutem notam habemus, qui quidem aliàs notos nos habent, & experientia conuersandi cum his hominibus, sciunt, & patientes, ac lenes esse. At illos, qui nouiter nobiscum agunt, & timore territi accedunt, maxime oportet blandè tractare, ne in malorum pelagus detrudantur, peccata occultando, & dimidiata aperiendo. Iacobus exterarum nationum habitans, cum filiam stupratam cerneret, & amore eius victum Principem Sichimorum agnosceret, viam inuenit honorem reparandi, si iste matrimonio Dinæ iungeretur, quod libenti, & hilarî animo acceptauit, ea motus ratione inquit Ambros. l. Offic. c. 5. *Eò quòd inter alienos positus, amori potius consulendum, quàm odia colligenda censebat.* Si enim perditas onus querimus, si mores mutare desideramus, si amore conciliare populos; amplectamur omnes, læta facie eos suscipiamus, vt & venientes consolatione, & remedium inueniant, & reculantur doceant, Nostros non fugere; sed desiderare, à quibus & ipsi suscepti, & suauiter tractati ab onere peccatorum liberati fuerint. Quòd si res exigit, vt quis proteruus asperitate quasi ficta tractetur, id tutius fiet audita Confessione, re omnino confecta, ne resistat, & abscedat sine cura, & peccatorum medela: quod Basilio tribuit Nazianzenus Serm. de animarum curatione, in laudem eius: cum enim cerneret lenitatem nocere, & opus esse fidei vulnera curare; aliis verò oleum infundere: *Vtrique malo ab altero opem parauit.* Verùm eo tempore, quo examinanda est penitentium conscientia, ratiòque sumenda antea vitæ, necessum est maxima vti pietate, patientia, benignitate, ac humanitate. Quod disertè docuit idem Nazianzenus oratione, aut Sermone de animarum curatione: *Nec imperij potestate utens, sed potestatis repressione, atque ignoscendi facilitate pelliciens.*

Hac præstita suauitate oportet aggredi hoc opus, non finem imponendi ei desiderio; sed perficiendi, & poliendi, vt non modò curatus homo euadat; sed instructus ad conualescendum. Similis Saulo, quem ad eò apprimè Ananias instruxit, & manibus impositis super eum doctrina imbuit, vt statim de eo legatur: *Conualescebat, & confundebat Iudæos, qui erant Damasci.* resumens vires quotidie aduersus hostes fidei. Ita instruere oportet eos, qui ad Confessionem accedunt, vt dein sperari possit, & mutatio morum, & vitæ distributio accommodata; tum muneri, cui vacant; tum exercitiis spiritualibus. Ex multis pauci esse solent huius eruditionis discipuli, præcipuè in paruis populis, vbi ferè omnes laborant ignorantia. Et licet etiam isti instruendi sint iuxta capacitatem, vt Sacramenta frequentent, rudimenta fidei inter familiares repetant, Missæ Sacrificio intersint, Rosarium recitent, à iuramentis abstineant; cæterum capaciores plus perficere oportet, & ad maiora capeffenda ducere. Quod non solum eis vtile erit, & familiæ; sed etiam aliis. Hoc quidem est relinquere virtutem velut in semine, in vno, vel altero, vt plurimos fructus pariat. Ambros. in Psal. 118. oct. 22. id probat exemplo conuersionis Pauli, & Christi Domini Pa-

storis vicem gerentis, & vnam ouem ad gregem reducentis, aiens: *Vna igitur ouis errauit, sed reuocata totius spatia Orbis impleuit.* Hoc euenire solet in vno homine benè instructo, per quem tota familia, & multi ex vicinis, & contribulibus amantes virtutis redduntur. Opus est, vt Confessarij imitentur, quod, natura duce, omnibus commune est, etiam brutis, quæ non contenta pullos parere, eos nutriunt, & fouent, Deo Creatore hoc docente, cui negare gubernationem nihil aliud est, quàm ipsum factorem fuisse haud asserere. Quod Ambros. sic probat l. Offic. cap. 13. *Si iniuria est regere, nōne maior iniuria est fecisse? Non curare, quod feceris, summa inclementia.* Vel initia salutis, & vitæ, his hominibus negemus; vel eos doceamus, quovsq; euadant optimè educati, ita vt possint & alios curare. Nec præpediamur ad hoc bonum præstandum ob angustias temporis. Ad hoc quidem, si solerter fiat opus, non longum est necessarium: præcipuè, vbi elucet indoles, infirmitas, & subiecti capacitatis ad tenendum, & exercendum, quod eis ostenditur necessarium. ad salutem, & rectam animi gubernationem. Nec item obstat hominum negotia, occupationesque tempus consumentes: inter hæc enim inferi debent exercitia potius suauitatem inducentia, quàm onus asserentia communibus occupationibus. Iulianus, vel fingens pietatem, vel alia causa curiositatis, videlicet, aut agendi desiderio cum homine eruditissimo Basilio, ipsum per epistolam accersens ait, velle cum eo agere, vt inter imperij curas, aliquod tempus, pacis animi causa, documenta salutis audiendo, impendat. *Quare ipse mihi opportunitatem comparauit, vt sine ulla Reipublica negligentia, nonnihil quoque spatium, ad relaxationem animi sumam.* Qualis autem futura esset hæc relaxatio, docet: *Ex eo accidit, vt dum relaxamur, serua agamus; & dum hoc agimus, minimè cruciemur, & securè dormiamus: quouiam, cum vigilarem, non tam pro me ipso, quàm pro cæteris omnibus, vt par est, vigilaui.* Quid enim occupatissimi homines præstare debeant, tale docet exemplum omnî explosa excusationis ratione, vt tempus signent, & Deo dedant, vacantem animum à secularibus offerentes.

Patientia necessaria ad hoc opus, ea est, quæ audit homines rudes, & foeminas in conscientia negotiis ignorantia laborantes: vnde euenit, multa inutilia congerere; necessaria, aut cõfundere, aut non attingere; peccata sine delectu, circumstantiis, numero proferre, fabulas interférendo, quæ multum consumunt tempus. At ad eò leue ingenium horum est, vt si impedimentum aliquod apponatur, ea, quæ conceperant dicenda, statim turbentur, arbitrenturque, minimè Confessionem debito modo fecisse. Audiant huiusmodi homines, & ex eorum inordinata confitendi forma coniciant, qua via instruendi sint; quæ interroganda necessaria ad benè opus ceptum perficiendum. Nec terere inutiliter tempus arbitrentur: non enim vt plurimum Confessiones audiant, vocati sunt; sed, vt benè instructos à pedibus dimittant; ita vt deinceps, quid dicere, quid verò tacere debeant, discant. Attendant, quanta sedulitate illa Rebecca, non solum homini extero; sed etiam bratis potum manu sua è fonte eductum dedit: quia debitores sumus

Genes. 34.

Ambros.

Nazianz.

Idem.

Act. 9.

Ambros.

Idem.

Iulian. epist. 12. ad Basil.

Ambros.

Gregor.

sumus etiam hominibus ignorantia laborantibus; & vt ex ore proprio eos iudicemus, opus est audire, quæ ingenio suo ducti promunt. Primum, eiusmodi genus hominum fugere solent eos, qui conscientias suas penetrent, timentes ignorantiam suam eis fastidio futuram; & ob id quarunt Confessarios similes ipsis, qui ritè confessos esse facile asserunt, nec eos, præter ea, quæ ipsi promiserint, alia doceant. Rationem reddit Ambros. l. Offic. cap. 14. *Nolum supra se esse Iudicem, quem nihil fallat: nolunt ei dare occultarum scientiam, qui mensuunt occulta sua prodi.* Oportet ergo, quasi optimè munus suum obeuntes, eos audire, & quæ defuerint, postea supplere scientia sua: quo fieri, vt metu omni depulso alios ad Patres asferant, eosque inuident, vt si uelint ritè confiteri, ad eorum accedant pedes.

Cum ne mentito aspectu, intra conscientias intras, scandalosos homines, aut foeminas audiant: eiusmodi enim damnum infamiam Confessariorum adducit, cum videant ad eorum tribunal, absolutione suscepta, absque ita mutacione, aut satisfactione facta, ad Eucharistiam accessisse. Oportet quidem eorum detegere rethnas, & minimè absoluere, quin prius auferant scandali causam; ita vt populus retroacta vitæ sentiat mutacionem: mala enim fama, velut tetrus odor, omnes offendit, haud sublata causa, inique de eis iudicandi, præcipuè cum vox populi sit Dei, & omnes in eodem conueniant iudicio. Christus Dominus ià resuscitatum Lazarum Discipulis soluendum remisit, non quidem mortuum. Rationem reddit Gregor. hom. 29. in Euangeliâ: *Si enim Discipuli Lazarum mortuum soluissent, factorem magis ostenderent, quàm virtutem.* Hoc ne nostris contingat, oportet, foetidos, ob pessimam famam homines, non soluere, nisi prius à vita pristina, satisfactione facta, resuscitent: alios non solum à peccatis iudicantur; sed turpius, & maiori cum offensione, grauioribus vinculis constricti.

Cum autem remedium salutis in generali flet Confessione, eò quòd reticent peccata dicenda, vel ob veterem peccandi occasionem absque dolore, & proposito emendæ accesserit: tunc quidem, vel isti sunt rudes homines, foeminae leues, vel prudentia præditi, qui dicenda à Confessore capiât, & opere impleant. Illi statim instruendi sunt, & confitendi, examinata per Confessarium conscientia, computatione annorum facta Confessionum; item & Communio; ne à pedibus eius elapsi, vel timore territi, remedium negligant, vel ad alios accedant, qui hoc damnum ignorent, nec ei remedium adhibeant. Præterea, huius conditionis homines, quauis instruuntur, necesse esse examinare conscientiam, à tempore peccati non confessi, aut malæ Confessionis ob doloris defectum; nec considerare hæc curant, nec sciunt, omne onus in Confessarium proicientes, vt ipse petat, & inquirat, quæ in toto illo curriculo peccata commiserint: Cum ergo tempus signandum inutiliter teratur, & eodem modo imparati accedant; item, quia periculū adest non redeundi ad Confessarium, aut iterum reticendi conscientie latebras; aptius est, statim aggredi hoc negotium; & quo

meliori modo id fieri possit, penitentem disponere: saltem enim peccata, quæ occasionem dederunt præuæ Confessioni, facile exprimere poterunt; & quot Confessiones, ac Communiones iniqua conscientia intercesserint, vt remedium his malis adhibeatur.

Si autem penitentes ingenio sint præditi, quique tenere possint consilia, & instructionem Confessarij, vt remedium apponant Confessionibus antea actis; tempus eis assignetur, vt meditentur peccata sua, & omnium rationem reddant: nisi tempus assistendi in eodem loco adeò breue sit, vt conuenientius iudicent, hos audire, & curare homines, quàm aliis relinquere; à quibus non æquè benè examinari, & instrui possint.

Cum penitentes (cuiusuis fortis sint) peccata confessi fuerint, in fine eos moneant, vt omnium peccatorum in Confessione prolatorum dolorem, & propositum nunquam peccandi eliciant, ne fortè Confessio facta absque dolore, etiam in fine interiùs hunc promant, inuoluita fiat, quatenus talis dolor non cadit super peccata, quæ sine illo confessi fuerat; ac proinde non sunt peccata confessi, sed narrata, ac si ea referret amico; cum tamen idem Confessarius memoria teneat, satis erit à penitente exposcere omnium, ac si denuò ea confiteretur, dolorem.

Cum ex gestibus penitentis coniecerit, ipsum peccata tegere velle silentio; prudentia, ac suauitate ipsum prouocet ad rectè confitendum; tum ob mala, quæ inde pullulant; tum, quòd non cum homine agat, sed cum ipso Deo, quæ nihil lateret: ob secretū Confessionis, potest ei fidere occulta cordis, ac si sibi ipsi ea panderet. Præterea, se audisse grauiora mala, & agnoscere conditionis humanæ fragilitatem, ipsumque maiora perpetrasse, nec erubesceret ea dicere. Ingerat illud Isaia 1. *Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabitur.* Quod Bernardus de peccatis verecundiam, & ruborem excitantibus exponit: *Vt non confundaris super cunctis adiuuentionibus tuis, quibus prauaricatus es, & de quibus nunc erubescis.* Sicut nix nullum ruborem excitat: ita peccata semel facta, aliena esse oportet à verecundia, & promptè manifestanda, ac si leue quid essent.

Audita Confessione, & per Confessarium correctâ, ita vt ritè factam esse iudicet, opus est aduersus peccata insurgere; minimè tamen aduersus peccatorem, qui tunc Dei hostis fuit, nunc autem reconciliari cum eo vult. At ad excitandum dolorem, quanta patrauerit, qualiaque fuerint, recensere oportet. Miram Dei patientiam laudet, & cur eum tulerit, malaque infinita, velut iacula, in ipsum non miserit? Miretur, qui ob vnum inter tot peccata Infernum mercuratur, misericorditer reseruatam fuisse, vt hac via timeat, doleat penitens, & dein cautiùs agat, ne redeat ad vomitum tot peccatorum. Præcipuè id præstare libet, cum peccata non cognoscuntur; sed leuia reputantur, facileque lapsius repetuntur, vt solet foemina contingere, cum euomunt iuramenta, maledicta, iraque vindicem paratæ iniuriæ, quæ ferè semper mortalia sunt, & ferè nunquam ab eis parrandis desistunt; sola carnis peccata grauiâ reputant: hæc flere solent, alia minimè

Isaie 1.

Bernard. de conuers. ad Clericos, cap. 24



minimè sentiunt, & quod peius est, nec ea amplius iterare in animo habent. Rudes verò homines, cum ex vi suae dispositionis, & peccatorum noticia, pauca, & confusè deprimant; opus est, ea ritè confessa, doctrina, & studio Confessarij denuò ob oculos obiiicere intuenda, vt sentiant, quantis oppressi sint malis, quantis aegritudinibus fatigati, quàm valens Dei manus requiratur ad ea tergendum, & curandum, quot viis ad Infernum vsque properauerint, quanta Dei patientia ad eos ferendum, ac sustinendum; ne iterum mancipia Diaboli fiant, & ad inimicitias cum eo redeant: incident enim in certiorum punitionem peccatorum, desertionem Dei, & certam damnationem, quæ ingrato homini debita est, postliminio ad patriam reuerso, & tot bonis perditis, domum recuperanti paternam. Moueatur ergo peccator ad dolorem verum, ad propositum stabile, ad vitæ mutationem. Dexteritas quidem prudentis Confessarij ad hoc magno in pretio est: si enim hæc frigidè fiant, nulla securitas manet, opus factum ritè esse, cum vix inueniatur, qui suo ingenio motus cum sensu peccatorum accedat, vt de eis doceat. Qui tales sunt, potius laudandi, quàm exprobandi sunt, confirmato, & probato eorum dolore, & proposito. His enim apprimè conuenit, formam denuò viuendi proponere, quæ supra dolorem talem grato, & lubenti animo suscipitur. Cateri, & ferè omnes, primo modo alliciendi sunt ad dolorem concipiendum, quid sit, exponendo eis, ne à pedibus Confessarij abeant, vt venerant; imperfectè, videlicet, penitentes. Cum Ioannes Matth. 3. fructus dignos penitentiae petat, non solum floribus desideriorum, sed vitæ mutationis fructibus, contentus est: quia flores citò euanescent, fructus durationem secum afferunt; illi abundant in arbore, isti ad paucitatem rediguntur. Ita paucorum est, durabilem vitæ mutationem, ex penitentia carpere, tanquàm ex ligno vitæ. Iubet Deus, si in lebetè fictili carnes coctæ fuerint, iste confringatur; si verò in æreo, aut ferreo, mundetur: *Vas autem fictile, in quo cocta est, confringitur.* Innuit per penitentiam coqui carnem: at eam continens vas, tunc fictile esse, cum propositum leuiter mutatur; & ea facilitate, qua fictile quodque fragitur, eadem etiam propositum perit, & quæ in eo cocta fuerant, disperunt. Ita Hefychius in eundem locum: *Propterea confringitur, sine conteritur: quia, cum esset infirmus, bona malè percepit; videns enim peccata dimitti, putat semper licere peccare.* Hic oportet manum apponere, & magno rationum agmine suadere vitæ antea obliuionem, & præsentis perpetuitatem: nam, qui baptizatur à mortuo, iterum tangens illum, quid proderit se lauasse? vt inquit Ecclesiasticus 34. Sic penitens, & peccata deplorans, quem fructum habebit, si iterum redit ad pristinam vitam. Moneat penitentes, Confessionem non ordinari, vt sæpè sæpius eadem referantur peccata; sed, vt semel confessa, nunquam iterentur: verum beneficio Confessionis sæpè inculcata vires resumi, vt persistere valeat animus in proposito nunquam peccandi. Quod autem dici solet ad eneruandam hanc rationem, nempe, iustus septies in die cadere; non de mortalibus accipiendum est, (aliàs quomodo iustus dici posset?) sed de manibus defec-

antibus. Hoc apprimè docuit Hilarius in Psalm. Hil. 135. vbi habetur: *Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.* Cur (inquit) *confiteri Deo iubemur, cum ipse omnia noxæ? Non, quia ignoret peccata: sed, quia scire desiderat dolorem nostrum, & mutationem vitæ.* Nam multiplici Confessione facta, idem firmatur propositum, & hoc præstat iustus septies in die: quia sæpè sæpius propositum confirmat nunquam amplius delinquendi. *Cui enim adeest presentium accusatio, iusti nomen offertur.* Sicut Paulus, semel persecutor Ecclesiæ factus, sæpè in Epistolis dolet, tale crimen patrasse, tantum Dominum offendisse; & persecutorem se nominari; non, quòd mutauerit sententiam; sed, quòd eandem firmauerit: cum enim ait: *Quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei, iustitiam præsentem ex præteritorum conscientia, & confessione commendat.* Addens: *Gratia Dei sum idcirco factus.* hac quidem stabilis in proposito consistit. Imitatur Confessio Baptismum: ob id dicitur: ille enim semel datur; hæc semel peccata prædicat, ne iterum ad ea redeat, licet sæpius ea referat in multiplici Confessione. Ob id dicitur: *De propitiato peccato noli esse sermone metu.* Non, quòd dubitet, an remissum, & condonatum sit; sed quòd Confessionibus subsequenibus, primum metum, vt nouum concipiatur, ac si tunc initium faceret penitendi: *Quia peccati veteris, & antiqui vitæ sit indefessa confessio,* inquit Sanctus Doctor. Vnde apparet, ignorantem Confessarios malè petere noua peccata ad absoluendum penitentem, cum potius nihil desiderandum esset, quàm eadem sæpius repetere, non nouiter in peccatum impingere.

CAPVT III.

*Quæ Confessarium ad manum habere oportet, vt ad Confessionem ritè, & frequenter faciendam homines moueat.*

Remedium Confessionis, quæ à Tridentino Conc. Tri. sess. 6. cap. 14. naufragij tabula dicitur, ad eò necessarium omnibus est, (etiamsi per peccatum nunquam à Baptismi gratia recesserint,) vt sine illo nec peccantes saluari possint, nec non peccantes firmos in gratia permanere haud facile esset. Hæc quidem post Christum Dominum Sacramenti vim obtinet, gratiam conferens, si ritè fiat; & velut basis nostræ firmitatis concessa est. Cap. 8. Leuitici vixit inter alia Aaron Summus Sacerdos altare: *Labrum, quæ cum basi sua sanctificauit oleo.* Videas hinc remedia hominibus præstita ad salutem tenendam comprehendere: labrum, vbi aqua Baptismi; basis verò, vbi Confessionis remedium; & Altare, vbi tanquàm ad mensam accedimus, vt Christi Domini carnibus alimur. Vt ergo à fundamento ordiamur, basis, Penitentiae, seu Confessionis significat necessitatem: est enim firmitas labri, & Altaris, vt optimè Hefychius lib. 2. in Leuit. interpretatus est: verè enim tota firmitas Baptismi, & Eucharistiae, à ritè confessis peccatis pendet. Sanctificauit Baptisma, videlicet, ait, cum basi sua: *Per quam intelligimus Penitentiam,*

Penitentiam. *Supposita est autem hæc Baptismati: quia gratiam eius, quam sæpè nostro facimus tribuere mendacio, per penitentiam corrigimus, & fulcimus.* Non, quia prius Confessio, quàm Baptismus sit; sed, quòd vel gratiam ibi susceptam firmat, vel amissam recuperat, cum nihil remittatur à Deo, nisi per hanc Confessionem, aut in se, aut in voto factam. Nec hoc præstat Confessio virtute sua, & quasi ex iustitia, aut condignitate: (peccator enim quomodo ad id valet?) Satis quidem est, securus esse de diuina promissione facta in fauorem peccatorum, hoc interueniente remedio: imò ad plura se extendit. Sufficeret quidem ad statum gratiæ reuocare inimicum: at Deus, vt Penitentiam amanter appetamus, & difficultates, quæ ad eam ritè faciendam se offerunt, superemus, non modò gratiam confert; sed omnia restituit amissa bona. Contentus est naufragium patiens, tabulæ remedio innitens, vitam ab externis liberare: quanuis omnia sua, vestesque amiserit: at tabulæ Confessionis etiam bona, & vestes, quibus denudati fueramus per peccata, iterum recipimus, & ad pristinum reuocamur statum. Optimè id notauit Theophylactus in illo Prodigio, quem benignè penitentem susceptum parer ornare iubet, *Afferre illi, dicens, stolam primam.* Rogat, cur eam vestem primam vocat? Et ait: *Non solum filij Dei efficiuntur, sed & restituntur.* Prima ergo vocatur, quando ad pristinum statum redimus, ac si nunquam à paterna domo discesserimus. Hoc idem D. Thom. 3. p. q. 89. art. 3. eodem exemplo, & explicatione stolæ primæ, concessæ filio penitenti docet. Quæ ratione moueri maximè possent homines ad auide penitentiam amplectendam.

Et ne difficultatibus hoc obruatur desiderium, his etiam vincere oportet rationibus. Haud dubitè arduum esse promere peccata, aperire conscientiam, latebràs Deo soli notas, homini pandere, fateamur: at cum bona comparamus ex Penitentia ortum habentia, eiusmodi difficultates facile disperunt. Primum, nullo alio fræno coerceri posset libertas humani ingenij, & fortius, quàm ad confitendum homini peccata obligare. Secundum, ne auderet ad ea redire, pressus difficultate confitendi, & prodeundi scelera post Confessionem facta. Tertium, ipsa difficultas victa, ac superata præbet Penitentiae vires, & maiorem Deo offert satisfactionem, quòd plùs vincit honoris, & verecundiae. Iob id expressit cap. 3. *Si abscondi, iniquis, peccatum meum quasi homo,* &c. Vatablus ex Græco, vt e Adam, pro homine posuit, alludens ad illius factum, cum celare vellet suam transgressionem. Vel, vt alij: *Homini non abscondi peccatum meum.* rumpens viriliter vincula honoris, & pudoris prodèdi occulta in sinu peccata. Idè addit: *Et celauim sinu meo iniquitatem meam.* Quàm arduum hoc sit, Gregorius expressit 33. Moral. c. 22. *Ego verò non minus admiror Confessionem humillimam peccatorum, quam tot sublimia gesta virtutum.* Plerumque grauioris certaminis est, commissa peccata prodere, quàm nondum admissa vitare. Vt ergo his franis leuitatem hominum Deus compesceret, (cum ipse occultissima rimetur,) Confessionem posuit in præcepto: & item, vt ipse homo augeter satisfacti-

tionis materiam, grandi hac difficultate superata: quo remedio certior redderetur indubitata veniæ, & restituta sibi gratia. Notauit Moralis Glossa 1. Paralip. 11. illud: *Venerunt autem Benjamin, & Iuda, ad præsidium, in quo morabatur Dauid.* Iudas confessionem sonat; Benjamin filium dexteræ; Dauid Christum Dominum: qui enim confitetur peccata sua, filius dexteræ efficitur, & ius acquirit, vt tutus quasi in præsidio Christo adhæreat, cuiusque societate gaudeat: *Significatur (inquit) quòd ille, qui peccata sua pure, ac fideliter confitetur, ad dexteram Christi, in finali iudicio statuetur.* Haud contemnendum remedium, licet arduum proponatur, ex quo tantum nascitur bonum. Quis non timeat occultum morbum manifestare? Alienum tamen à prudentia erit, si verecundia occupatus perire eligat, ne Medici, aut Chirurgi manum sustineat. Item, suadeant indigentibus tanto remedio, vt citissimè eo vtantur, ne malum vel obduretur, & recrudescat; aut ira celerius accedat, quàm apponenda medicina: si enim Paulus de speciali ira peccato ait: *Non occidat Sol super iracundiam vestram.* timens frigescentis noctis interuallo cor obdurari; cur de plurimis peccatis, ira acrius pungentibus, & prementibus, id non iure timendum erit? Vt enim Paulus viperæ sensit ausum, eam vi magna, celeriterque à se proiecit in ignem, vbi periit; docens, si semel à peccato aggrediamur, statim proiciendum à nobis, ne dilatione Penitentiae plùs noceat, aliisque secum trahat peccata, obliuionem ingeneret: & velut, qui somno pressus, etiam excitatus, ad iterum dormiendum redit; sic, qui peccata secum degere patiuntur, etiamsi excitentur, ad ea tuendum, & conseruandum impelluntur, imò ad alia plurima prioribus coniungendum. Quis nauem, aqua intrante per tabulas, grauati sensu, quin, data opera, instrumento celeriter ad eam expellendam, haud vtatur, ne crescente illa tandem nauigium demergatur, & omnes, qui eo vehuntur, intereant? Hoc peccata seruata præstant, & augmentum sumentia in interitum tendunt. Rogat Chrysost. hom. 44. in Genes. cur Christus Dominus hoc instituerit Sacramentum: & ait, velle peccatorum detrahere pondus, ne pressi eo homines ad profundum malorum deuenirent: *Nisi seruem deteriores fieri, quòd prima peccata non confitentur, neque id ipsum requirerem: verum, quia scio hominum genus magis ad peccatum vergere; propterea volo, vt confiteantur priora peccata, & Confessione prohibeantur, ne in eadem recidant.* Quis hoc non expetit malum, cuius remedium efficax foret, statim peccata Confessione delere? pondere enim suo vnum alia adducit peccata; tum ex Dei desertione; tum ex Dæmonis noua in hominem potestate: ob primum debilis manet natura; ob secundum praua admittit consilia, molestæque patitur cogitationes, carnis incendia, fremunt appetitus, interitum tandem hominis hæc inducunt. Differre enim Confessionem, horum malorum omen est; in obliuionem venit peccati magnitudo; haud pungit conscientiam; timorem excurit ab ea; damna futura non videt. Quanta vitaret mala Iudas, si à peccato statim resilliret? In remedium desperationem

Matth. 3.

Leuit. 6.

Hefych.

Eccles. 34.

Prov. 24. 16.

1. Cor. 15.

Eccles. 5.

Conc. Tri.

Leuit. 3.

Hefych.

Theophyl.

Luca 15.

Iob 3.

Vatabl.

Gregor.

1. Paral. 22.

Glossa.

Ephes. 4. 26.

Act. 28. 3.

Chrysost.

tionem



tionem commutaret; verum dolorem formaret; ad Medicum, curreret. Non attendit miser ad Domini verba: Iuda, osculo Filium hominis tradis? nomine ipso excitans eum ad Poenitentiam, quippe cum Iudas Confessionem significet. Ac si diceret: Confitere cito, cum peccatum per osculum malignum commissum in me, negare non vales: vides à me cognitum, tibi que referatum, ne timeas ipsius Confessionem. Optime hoc notavit Cyrillus Ierosolymitanus cateches. 13. Tradidit, inquit, Magistrum in mortem, & non sensit dicens admonitionem: Iuda, osculo Filium hominis tradis? admonens eum, per ipsius admonitionem: (Iudas enim interpretatur Confessio: ) Intellige, accepisti argentum, confitere cito. Nota, attende, & cito confitere. Peccator quidem parum attendit, quid agat, quantum malis se implicet. Remedij oblitus ad Confessionem citissime desiderandam haud accedit, qua via malum tollere posset, & deinde securura vitare.

Verum enim est, ipsum peccatum puncturam in animo operari: horret semel factum, per quod coangustatur cor, & amaritudine replentur. Videt rei vilitatem; minus inuenisse, quam cogitauerat; breue esse delectationis momentum; sub ira Dei degere: timere merito posse, incidere in manus iustitie ipsius. At hæc omnia, si Confessio non adsit, stimulorum vires gerunt, vt applicatis calcaribus equo, celerius currat. Qualis post desideratam (vsque ad ægritudinem) sororem remanet Amnon, qui quam prius ardentè amauerat, odio, & ignominia maxima à se abiecit, ita vt plus illa despectui se habitam fuisse deploraret, quam stuprum cum incesto coniunctum. At ille ad alia se conuertit oblectamenta, nec poenitentia ductus peccatum adeo factum deleuit, 2. Regum, 13. & tandem in peccatis suis perit. Quod notans Rabanus, inquit: Amnon, donans interpretatur; Thamar, amaritudo; Absalom, pax patris. Ex quibus hæc cõponit: Qui enim membra sua donat libidini, & seruit iniquitati ad iniquitatem, in peccati amaritudinem cadit, licet inimicus se quasi patrem pacis ostendat, & prospera pro talibus factis promittat: necesse est enim, vt cito ad poenitentiam redeamus, ne forte Diabolus per malignos Spiritus in nostram necem conspiret, & mortis perpetua tradat. Philisthæis similes effecti peccatores esse solent, qui audientes aduentum Arce in castra Israelitarum, & horum incredibilem plausum, ac læritiam, timore territi: Ingemuerunt dicentes: Vae nobis: quis nos saluabit de manu sublimium istorum? &c. Statim tamen aiunt: Confortamini, & estote viri, Philisthiim, ne seruitatis Hebrais, &c. Lyra ibi sentit hæc posteriora verba esse illorum, qui à prioribus timorem excutere desiderabant, animos eis addentibus, vt certarent aduersus populum Dei: Alij erant nullam habentes reuerentiam ad Arcam, nec per consequens timorem: & isti, vt excluderem timorem ab alijs, dicebant: Confortamini, &c. Id enim obseruauit Sapiens, inquiens: Cum sit timida nequitia, dat testimonium condemnationis: semper enim presumit sua, perturbata conscientia. Ac si diceret: Conscientia in peccatum irritans, & antequam in eum impingat, & possit, timore terretur, ac concutitur: at, vt signa præbeat iudicij damnationis, abiecto timore, presumit

Buc 12. 48.

Cyrill.

2. Reg. 13.

Raban.

1. Reg. 4.

Lyran.

Sap. 17. 10.

A ad alia procedere, malum augere, in noua rueret peccata, fauitia, & crudelitate in femet ipsam ducta, & animi perturbatione fuscata; quæ omnia vitaret, si statim ad poenitentiam curreret, & malum contractum deleteret.

A principio mundi Deus citam desiderauit poenitentiam. Nondum parentes peccato transgressionis infecti fuerant, cum eos ad poenitentiam vocat, statimque mutationem demonstrat illis verbis: Vbi es, Adam? Ac si eum monebat, qualis tunc esset comparatione prioris vitæ; ne reticeret culpam; sed eam humiliter fateretur, vt ad meliorem frugem rediret. At ille, sicut faciunt illi, qui ipsum imitantur, prætexuit exculationes, non tamen peccatum grauissimum recognouit: semper enim culpa his inuolucris tegmen peccatis querit. Cum enim Petrus cum Ioanne, & sociis, in nauicula degeret, vt munus piscatoris obiret, monitu Ioannis, Dominum esse, qui loquebatur in litore, recognouit: quo audito (erat enim nudus) vestibus succinxit se, Ioann. 21. Cur hoc Petrus fecit ad vocem Ioannis, & præsentiam Domini, qui antea non erubuerat oculos prope ipsum stantium; sed nudus munus suum obiecit? Cùm enim paulo ante tam grande facinus perpetrasset, verecundia culpæ quæsiuit operculum, quo peccatum tegeret, potius Dei oculos, quam hominum timens. Notauit hoc Petrus Chrysolog. Serm. 78. Quia reatus semper refugit ad velamen. Aded enim à poenitentia elongatur peccator, vt vel ipsum peccatum alijs obuoluat, & conseruet, vel occultet, & tegminibus exculationum abscondat, ne proprio ore confitens, absolutionem accipiat. Ergo opus est, vt Confessarius hæc, & alia mala inueterati peccati, præ oculis habeat, & vel ex suggestu moneat auditores; vel Iudicij officium exercens, à tanto malo poenitentes retrahat, & ad poenitentiam frequentem inuitet.

Genes. 3.

Ioan. 21.

Chrysol.

B prætexuit exculationes, non tamen peccatum grauissimum recognouit: semper enim culpa his inuolucris tegmen peccatis querit. Cum enim Petrus cum Ioanne, & sociis, in nauicula degeret, vt munus piscatoris obiret, monitu Ioannis, Dominum esse, qui loquebatur in litore, recognouit: quo audito (erat enim nudus) vestibus succinxit se, Ioann. 21. Cur hoc Petrus fecit ad vocem Ioannis, & præsentiam Domini, qui antea non erubuerat oculos prope ipsum stantium; sed nudus munus suum obiecit? Cùm enim paulo ante tam grande facinus perpetrasset, verecundia culpæ quæsiuit operculum, quo peccatum tegeret, potius Dei oculos, quam hominum timens. Notauit hoc Petrus Chrysolog. Serm. 78. Quia reatus semper refugit ad velamen. Aded enim à poenitentia elongatur peccator, vt vel ipsum peccatum alijs obuoluat, & conseruet, vel occultet, & tegminibus exculationum abscondat, ne proprio ore confitens, absolutionem accipiat. Ergo opus est, vt Confessarius hæc, & alia mala inueterati peccati, præ oculis habeat, & vel ex suggestu moneat auditores; vel Iudicij officium exercens, à tanto malo poenitentes retrahat, & ad poenitentiam frequentem inuitet.

D

CAPVT IV.

Examen conscientia commendandum.

Cum iuxta dicta cap. 2. oporteat spectare, quo ordine, quæue dispositione poenitens sua prodat delicta: experientia enim docet, eum in multis errare, & tenuissimam dispositionem asserre, ex qua nulla securitas bonæ Confessionis conici possit: primum aduertat Confessarius, & petat ab his hominibus, ex quo tempore non fuerint confessi, & quo examine ad Confessionem accedant. Vnde occasionem capiet eos instruendi, in quantis se periculis coniciant, si non respondeat tempori peccandi, tempus examinis peccatorum; tum reticendi culpa sua plurima peccata; tum etiam defectu doloris omnium, cum ea non expenderint, non numerauerint, sed confuso inuolucro ea perceperint, & ore tenui confessi fuerint. Pactum quidem intercedit inter Deum ignoscentem commissa, & peccatorem, qui si ritè confiteatur, (vt inquit Ioan. 1. Cap. 1. Ioan. 1.) illi remittet ea. Ob id necesse est ad examen recurrere; tempus iam transactum ad memoriam

1. Ioan. 1.

memoriam renocare; quæ opera frequentius fecerit; quod munus obeat; quæ officia exerceat: proponat ante oculos diuina præcepta; attendat, in quibus horum grauius peccare sit solitus; quas veteres consuetudines conferuet; quibus passionibus ardentius vrgeatur; vt inde conieceret, quæ peccata, & quanto in numero perpetraverit. Hoc examine opus esse præmuniri ad Confessionem, Conciliū Florent. docet doctrina de Sacramentis, quibus annexæ illud Chrysof. lib. 2. de conc. cordis: Quomodo enim confitebitur, quorum ne memoriam quidem tenemus? Id etiam Dauid docuit: Iniquitatem meam annuntio, & cogitabo pro peccato meo. Qui enim grauitatem, multitudinem, consuetudinem, & alias circumstantias commissorum non considerat, & recogitat, haud benè ad dolorem excitari potest, nec talia peccata ritè confiteri præsumere valet: vnde maiorem partem, culpa sua omit- tens, incidit in periculum iniquè confitendi, ac sacrilegium committendi; atque auditio poenitente, aperte probabit plurium peccatorum, & numerum & speciem, quorum ille omnino oblitus, ac si nullius essent momenti, reliquisset.

Conc. Flor.

Chrysof.

Psal. 37. 19.

Præterea ad idem suadendum valebit hæc ratio, ex Tridentino desumpta. Deus quidem non solum ad remittendum peccata desiderat eorum Confessionem; sed etiam oblita delerit, cum tamen præcessit discussio conscientia, qua potius defectui memoria, & humane fragilitati adscribi poterit aliqua reticere, quam culpæ, & negligentia poenitentis. Si ergo tunc, quantum minorem prodat peccatorum portionem, oblita etiam cum illis remittuntur, ac si confessa forent; qua fronte quis queri potest, iniungendo examinationem, multum, & graue ab eo exigi, vt à commissis liberetur: Tunc quidem iudicio Confessarij potest signari tempus examinationi dandum: quo benè expenso, si ad omnia spatia, & occupationes animum conuertens, non inueniat aliqua præter recogitata peccata, securissimè accedere potest ad Poenitentiam. Concilium audiamus his verbis alloquens fess. 14. c. 5. Constat enim, nihil aliud in Ecclesia à poenitentibus exigi, quam vt postquam quisque diligentius se excusserit, & conscientia sua sinus omnes, & latebras explorauerit, ac peccata, confiteatur, quibus se Dominum suum mortaliter offendisse meminerit. Reliqua autem peccata, que diligenter cogitanti non occurrunt in vniuersam, eadem confessione inclusa esse intelligantur. Vbi notare licet, quanta excusationis diligentia sit necessaria, vt occultiora, & secretiora peccata in lucem exeant. Igitur oportet per temporum stationes, & occupationes, ac consuetudinem agendi, mala, quibus conscientia onerata fuerit, discurrere, vt securi ad poenitentiam, & inde ad remissionem omnium, etiam obliuorum, deueniamus.

Conc. Triid.

Adiungenda item alia ratio est, quam Concilium magni facit ad hoc examen suadendum. Iudicis manus obit Confessarius; ipse poenitens rei, & testis, ac accusatoris. Nulla alia via sententiam iuste proferre potest Iudex contra delicta rei, nisi iuxta accusationem, & testis comprobationem; alioqui in ignota caderet, nec rectè iudicaret. Opus ergo est, poenitentem recensere delicta, aperire conscientia sinus, proderet mala, quæ fecit, scrutari occulta, & à mente, temporis intervallo, ablegata, vt rectè, accusatione

A facta, sententia aduersus ea proferatur. Ex his, Id. Conc. inquit, colligitur, oportere à poenitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui excussorem conscientiam habent, in Confessione recensere, etiam si occultissima illa sint. Nec ad hoc contenti sumus, si peccata, velut in aggere composita, aperiantur: Colligata est iniquitas Ephraim, inquit Oseas: unde de conicit absconditum peccatum eius. Qui enim sic colligata, & confusa recitant, velut abscondites peccatorum iudicari æquissimè possunt. Ob id Tridentinū supra, ex vi officij exerciti iudicis in hoc foro colligit aptissimè, peccata non in genere, sed in specie promenda; alioqui quomodo iuste in ea sententia cadere potest? Ita habet: Con-

Oseas 13. 12.

Id. Conc.

B stat enim, Sacerdotes iudicium hoc incognita causa exercere non potuisse; neque aguitatem illos in penis iniungendis seruare potuisse, si in genere dumtaxat, & non potius in specie, ac sigillatim, sua ipsi peccata declarassent. Si hæc ad iudicium rectè exercendum necessaria sunt, quis præbere notitiam potest, nisi poenitens? Quomodo singulariter, & sigillatim præstabit, nisi excussione id faciat. Solent enim dicere poenitentes, se examinasse conscientiam, & tenere in memoria, quæ fecerint; contentes idem esse, velle confiteri, & id cordi habere, ac ad conscientia sinus, & latebras recurrisse. Item, memoria tenent recentia peccata, heri, aut nudius tertius facta; vel quædam, quæ magis dissona sunt illis, quod ea, repugnante natura, commiserat: at cetera fortè grauiora, & retrò antefacta omnino à memoria, & dolore alienata sunt, ac longissimè ablegata: vt enim Rufinus docet lib. 1. c. 30. Temere cepta, spatio corrigi solent. Ita cepta peccata temeritate, & appetitus impetu, temporis spatio ad memoriam reuocari solent, non præcipiti acceleratione, ac si sufficeret dicere, Peccaui; vt absolutio adhibeat, sicut cõtingit Dauid cum Nathan agere. 2. Reg. 12.

Præterea hoc ipsum necessarium est ad excusandum dolorem peccatorum, qui ex cognita qualitate, & numero nasci solet. Natura magistra hoc cernitur in pelicano, de qua aue recentent Authores; solere partus suos rostro, & vnguibus discerpere: at bili quiescente, cognita nequitia, & crudelitate, colligit pullos, proprium pectus rostro transfodit, & cruentans illos, caloreque suo fouens, tandem post tertium diem ad vitam reuocat. Cui assimilatur poenitens Dauid, aiens: Similis factus sum pelicano solitudinis. Psalm. 101. Quod ponderans Cardinalis ibi sic ait: Sicut pelicanus pullos suos occidit, & postea lugens, tribus diebus, sanguine suo eos viuificat: sic poenitentes modo seipos mortificant, vt postea in futuro viuificentur. Vbi notandum, perdurare in gemitu tribus diebus, docēs, non præcipitanter ad Confessionem accedere, ni prius excussione facta, & deploratis peccatis, vt sanguinem eorum emittant ex præcordiis ad os, per manifestationem ea reuocando: hac enim via non velut historiam, aut fabulas narrantes, accedent ad Confessionem; sed verè confitentes, ac dolore compuncti, vita tela expansa, & præ oculis statuta. Notandum est, quo tempore accessit Christus Dominus Zachæum ad se, vt Confessionem, & satisfactionem peccatorum, velut ferculum, mensæ apponeret: id est, vbi ascenderat arborem sycomorum, & à turba se expedierat, quæ ei impedimento erat, ne

Luce 19.

cerneret

cerneret IESVM: & inde velut è specula, eum A conspexit: ad significandum, nos hæc facientes, oportere fugere turbas, negotiis valedicere, ad conscientiam recurrere, interna penetrare, vt velut è specula, quæ longè, & propè sita sunt, conspiciamus: quo factò accedere oportet ad Christum IESVM pedes, peccata apertendo, satisfactionem acceptando, & eam opere complendo. Hæc Petrus Chrysol., disertè docuit Serm. 54. aiens: *Vt proficiens in arborem venie, misericordia apprehenderet fructum, & de specula Confessionis, cerneret largitor.* Vocat speculam Confessionis, illam arborem; non, quòd ibi confessus fuerit; sed, quòd didicerit, & ad memoriam traxerit, quæ post confitenda forent: alioqui non ferula benè cõdita, Christo inuitato proponeret; sed semicõcta, quæ potiùs ægritudinem, quàm sperandam salutem operentur. Quid aliud notauit Cellensis lib. 2. cap. 12. *Solet (inquit) festinatio etiam semicruda quasi iam benè cõcta præ nimio appetitu insumere.* Ita festinata Confessio semicruda parat, quæ ad ægritudinem animi potiùs, quàm ad salutem consequendam valent. Moncat, & doceat Confessarius pœnitentes, vt in re tanti momenti non deficiant, fallerèque propriam conscientiam desinant; sed securitate arrepta consequendæ optatæ veniæ peccatorum, ad examen reuocent memoriam, quovsq; notitiam capiant delictorum, & ea expromere valeant sigillatim, ac notitiam cordis Confessario proponere, vt rectè iudicis obeat manus.

Chrysol.

Cellens.

CAPVT V.

Dolor peccatorum, & in quo stet, docendus.

Item, instruere necessum est pœnitentes, in quo verus peccatorum stet dolor, necessarius ad ritè implendum hoc pensura, vt sine illo, minime quidquam valeant perficere; non quidem in lacrymis, nec in pectoris tusionibus, nec in cordis compunctione sensili; sed in vera displicentia peccati, aut peccatorum, omnia, quæ facta sunt, complectente, quam etiam illa signa (quæ ad hoc iuuant) ostendunt. Publicanus ille optimè meritis laudis, Prodigus similiter, Maria ad pedes IESV, eos lacrymis madefaciens, verè pœnitentes fuerunt, & his signis, viscerum dolorem ostenderunt. At nec hoc necessarium, cum adfit vera displicentia delictorum: hæc quidem animæ est affectio, non corporis. Sicut enim voluntate peccatur, eadem etiam dolenda est culpa: illud conuerso est ad creaturam, & auctio à Deo; hoc contrà verti ad eum, & à creatura discedere. Nec satis est cessare à peccatis, nisi præcedat odium, ac detestatio commissorum. Concil. Trident. sess. 6. c. 14. id docuit, de Christiani hominis pœnitentiæ agens: *Ea contineri, non modò cessationem à peccatis; sed & eorum detestationem cum Confessione in re; vel in voto.* Definiensque sess. 14. cap. 4. contritionem ait: *Animi dolor, ac detestatio est de peccato commissio, cum proposito non peccandi de cetero.* Cui doctrinæ adiungit infra: *Declarat sancta Synodus, hanc contritionem, non solum cessationem à pec-*

Luc. 18. Luc. 15. Luc. 7.

Conc. Trid.

cato, & vitæ noue propositum, & inchoationem; sed verum etiam odium continere, iuxta illud: *Proicitis à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus prauaricati estis; & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum.* Ezechiel. 18. Hinc apertissimè liquet, dolorem non corporis, sed animi esse; nec aliud addere illud verbum, *ac detestatio*, præterquam exprimere; in quo talis consistat dolor, nempe, in detestatione, & auersione talis facinoris, sicut expressit Iob, cum diceret: *Vnum locutus sum, quod vtinam non dixissem; & alterum, quibus ultra non addam.* cap. 39. Et paulò antea: *Qui leniter locutus sum, respondere quid possum?* Emendam proponens addit: *Manum meam ponam super os meum.* Præterea in illa contritionis ratione, quid ad eam alliciat animum, docet idem Tridentinum, dicens: *Animi est detestatio de peccato commissio.* Cum enim peccatum Deum respiciat, nec tale nomen ob aliam rationem mereatur, meritò contritio pro fine habet Deum, sicut factus est Dauid Psal. 50. *Tibi soli peccavi, & malum coram (aut, contra) te feci.* Præterea addens, *de peccato commissio*, singularitèr proponitur vnum, non alia de causa, nisi vt materiam, super quam cadere dolor debeat, nempe, commissio, siue vnum, siue multa sint, exprimat: ita vt ea conditione damnet, tanquam nullius pretij, dolorem de aliquo peccato, aut peccatis; si tamen saltem vnum excludatur, quòd commissum fuerat. Hoc sufficiens erit, vt nulla sit contritio; nec veniam consequatur: siquidem quodvis mortale Deo ingratum est, & ob illud priuat hominem gratia sua, ita vt, eo non odio habito, ad amissum statum reuocari nequeat. Deinde docet, hanc contritionem, ab Adami peccato, necessariam semper fuisse; addidisse tamen Christum Confessionis necessitatem, sine qua etiam iustificat; cum tamè in voto, & desiderio, suo tempore faciendæ teneatur. Ob id quidem Lazaro Christus vitam dedit; solui tamen à Discipulis iubet, eò quòd contritio sola vitæ mortuis per gratiam præbeat: verum nondum solum debitum, quovsq; per clauas, commissas Ecclesiæ Ministris, soluatur per Confessionem pœnitentibus. Illis dicitur: *Quidquid ligaueritis, & quidquid solueritis, erit ligatum, & solutum in caelis.* Id expressit August. tract. 49. aiens: *Ministris hoc dixit Dominus: Soluite, & sinte abire. Quid est, soluite, & sinte abire? Quæ solueritis in terra, soluta erunt in caelis.* Vnde Trident. suprà sess. 14. addit: *Ipsam nihilominus reconciliationem, ipsi contritioni sine Sacramenti voto, quòd in illo includitur, non esse adscribendam.* Hoc accipiendum est de illo dolore, qui verè contritionis nomen mereatur. Ceterum, si imperfectus sit, ob metum maiorù, quæ Deus rependere solet, vt inimicos, aut puniat, aut moueat; non sufficit, ad delenda peccata, nisi cum pœnitentiâ actuali iungatur: licet enim fiat interuentu Spiritus Sancti; non tamèn eo commorante in anima. Hoc Concilium aduersus Hæreticos docet sess. 14. c. 4. *Verum etiam donum Dei esse, & Spiritus Sancti impulsum; non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus, viam salutis sibi ad iusticiam parat.* Et quanuis sine Sacramento Pœnitentiæ per se, ad iustificationem perducere peccator nequeat: tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam, disponit. Verum quidè est hoc genus Pœnitentiæ, ex timore conceptæ rei temporalis,

Iob 39.

Psalm. 50.

Matth. 16.

August.

Conc. Trid.

Idem Conc.

Nazianz.

Theodoret.

Chrysoft.

Idem.

Luc. 15.

Idem.

Hieron.

Bernard.

temporalis, ægritudinis, aut aliarum afflictionum, non esse securum, ac duraturum; sicut illa, quæ ex vero Dei amore nascitur: hæc quidem illatis laboribus, visisque, ac experientia notis, solet cor ad pœnitentiam cogere. Iuliano perfido Apostatæ in quodam Sacrificio Diis oblato, euiscerato bruto, & referatis eius secretis, sub quodam orbe, Crux ibi inclusa apparuit. Omen bonum sibi ostensum clamauit, quasi Crucis imitatores, ipse velut quodam circulo complecteretur, vt eos ad mortem duceret. At Deus prætedebat, ipsum prodigio tali ad Pœnitentiam adducere, & ad reuerentiam Crucis, velut quodam constringere, & premere vinculo. Ita exposuit aptius, quàm ipse impius, Greg. Nazianz. orat. 1. in Iulianum dicens: *At fortasse his verbis id agebat providentia, vt illius iniquitatem compesteret: multas enim, & mirabiles salutis vias Deus inuisit, modo aperire nouit, ad humanitatem, & misericordiam propendens.* Hac de causa ægritudines, labores, & tribulationes immittit, vt saltem hæc mala coarceant, & velut fræho quodam contineant peccantes. Alius Iulianus, huius auunculus, blasphemias in Christum iniecit, & Ecclesiam rapru captam expoliavit: at manum sensit Omnipotentis, incidens in grauem ægritudinem, ex qua morti vicinus cum fieret, vxor eius, pia femina, ad Pœnitentiam eum excitans, agebat, vt refert Theodoretus lib. 2. c. 11. & 12. *Nam, quem oppugnasse, plane te præseruisset, nisi consueta sua lenitate visus, has plagas tibi diuinitus impleuisset.* Chrysoft. etiam de consuetudine templi, hoc genus mouendi ad pœnitentiam rebelles recognouit. *Cur, inquit, non in caput Imperatoris heretici, & Dei hostis? Vt alieno ille malo edoctus, pœnitentiæ sibi seruatiæ effugeret, pœnitentiâ compunctus, & errore liberatus.* At hæc omnia, licet terrore cor incutiant, & à malo auertant, quando horrore innadit & permauer: at eo sublato, statim horum obliui, ad tritum iter redeunt, vt Pharaonis exemplo docuit idem Chrysoft. hom. 54. in Ioan. *Etenim Pharaon multis acceptis plagis, dum afflicteretur, tantum superbiebat; ad vltimum tamen diem idem persequitur, persecutus, quos dimiserat.* Pœnitentia tamen, quæ securitatem promittit, ea est, quæ ex vero cordis dolore, & mali detestatione, ob Dei amorem prodit. Sicut contigit filio prodigo, qui, licet necessitatibus se coarctari sentiret, nunquam antea actæ vitæ pœnitentiam declarauit, donec paternæ domus, & abundantia, patrisque offensu (in se reuersus) recordatus fuit. Chrysoft. in c. 5. ad Romanos ita hoc ponderauit factum: *In se reuersus, statim nouus factus est totus ab ipsa anima animaduersione, ac mutatione.* Non ex corporis sensu; sed ex visceribus animæ dolor prodiit: tantam quidem vim veritas semel concepta imprimi cordi, vt sufficiat totum mutare hominem. Hieron. aduersus Luciferianos de ea sic alloquitur: *Veritas os referat; & inuitam linguam, conscium ad loquendum peccatum impellit.* Hæc enim vim infert, cor aperit, linguam gubernat, dolorem ingenerat, vitam mutat, & stabilem in bono facit. Hoc doloris genus Deum Patrem agnoscit, se filium, vnde pudet, & rubet peccator discrimen tanti Patris, iniquo filio comparati, ante oculos videns propositum: tunc dolor è visceribus prodiit. *Pudeat, inquit Bernardus serm. 3. in Saluæ, Regina. iuxta Pavi dege-*

nerem vixisse. Idcirco perditus filius patris non- Luc. 15. men sapè recitat, vt ad hunc dolorem, animum excitet. His duabus viis Deus peccatorum concutit. Quòd si nullam earum ingrediat, etiam dolor deerit. Optimè Chrysoftom. lib. 2. de compunctione cordis, ait: *Quid prohibet, vbi nihil metuitur; vbi nihil verecundia, nihil pudoris admittitur, vt non in omnes perditionis foveas demergatur?* Videat Confessarius, quantum hac vti doctrina illi interfit, ne ab ea lato vique discedat, præcipuè his temporibus, frigiditate iam mundo, & antiquarum Confessionum obliuio. Pauci reperientur, qui armati, vt oportet, ad hoc certamen accedant, & debitam dispositionem vendicent.

CAPVT VI. Occasiones frequenter peccandi, doloris indicia, si abiiciantur.

Inter argumta huius doloris veri, vnum est, occasionum abiectio, & contemptus earum rerum, quæ cordi erant peccantibus, eisque assidue seruierant: qui enim hæc idola retinere conatur difficultatibus victus, dat signum animæ impœnitentis, & parum salutis æternæ curatis. Hoc in negotio multum laborent Confessarii. Frequens est, homines irretitos valentibus vinculis, ad eos accedere, præcipuè in paruis oppidis, vbi inuenta vna occasione vix per totam vitam relinquatur: pauca enim sunt, in quibus humana affectio occupari possit: vna tamen inuenta, vix relinquatur: nec enim facile est aliis misceri, quæ à prioris amore diuellant: idcirco in eodem ambo stata persistunt: vnde contingit Confessiones mendacis plenas effingere, nec velle discedere à præda capta; sed mentiri Deo, eiusque vocationi resistere. His hominibus nulla relinquenda est spes recidui, quanuis necesse sit remedium à Christo præstitutum apponere; oculum, videlicet, eicere; pedem, aut manum abscindere. Magnum quippe discrimen versatur inter strenuos milites, & tyrones, qui lacte pacendi sint, iuxta Apostolum 1. Cor. 3. non solido cibo: illis enim multa, quæ periculis obsita videntur, nullum afferunt damnum; istis verò parua scandali, & lapsus occasiones sunt illorum probata est virtus; horum nupta, ac nouella: vnde, cum affectus remaneant, passiones vigeant, prauis habitibus nondum superati à bonis sint; facile, ac penè nullo negotio ad assueta redeunt. Quamobrem illorum (etsi semper oporteat eos monere, ad humilitatis memoriam recurrant, ne elati cadant) virtus securè incedit inter pericula, quæ tanta est, vt conterant caput Satanæ velociter sub pedibus suis, & supra serpentes, & scorpiones, animalia venenata incendant, absque infectione. Quemadmodum Paulus viperam sustinuit, manū eius prehensam mordentem, nec vllum damnum passus est. Hoc docuit eleganter Leo Maxim. Serm. 10. de Natiu. discrimen assignans inter Iacobum, & Esau vterinos, sub cura corundem parentum eadè benedictione fultos; cur ille tanta decoratus virtute; iste verò obnoxius peccatis euaserint? Rationem reddens ait: *Praueniente gratia voluntarias actiones, ab hispida Leo-*

Chrysoft.

Chrysoft.

Matth. 18. 9.

1. Cor. 3.

Rom. 16. 10.

Luc. 10. 19.

Act. 13.



congeniti fratris asperitate discretus mansit. Quãtò enim fauor diuinus fortius vrget animum, tãtò eiusdem conditionis, professionis, habitationis, disciplinæ homines inter se diuersos reddit, quorum illi debiles, isti fortes euadunt. Intuere formosam foeminam ludith, afflictam orationi, cilicio, ieiuniis, manuum operibus, clausuræ, degentem inter virtute præditas fœminas, qualem inuenies foras egressam, pulchrè ornatâ, oculos omnium in sui amorem rapientem, Holofernis affectum agnoscentem; pericula tamen ex tot militum, & ferocium Assyriorû societate prouenientia, contemnentem, (Deum enim secum habebat, pro cuius honore certamen istud, etsi arduum, aggressa fuerat,) armatam orationis, & pœnarû remedio, inter quæ degens sic ait c. 11. *Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te. Quæ enim sic conuersabatur cum Deo, quo pacto posset pericula timere; sed potiùs sperare, victoriam decitare de hostibus, & propria manu, firmata Dei auxilio, caput Ducis præscindere, & confusionè totius exercitus, pauoremque iaducere. His similia audies contigisse Basilio, & Gregorio Nazianzeno, non quidem deserto assuetis, nõ canis, & maiori ætate decoratis; sed in florente iuuentute, cum Philosophiam Athenis discerent, & inter coartaneos, & pares incederent, qui eos propinarent assidue, carnisque blandimentis, ac aliis fomitibus vitiorum prouocarent. Quid illi: Quis potius hinc ad fidem conlaudib. Basil. firmati sumus, ibi Demones contemnentis, ubi in mirifica laude sunt Demones. Cur, rogo, Abraham, cum filium dilectissimum Deo offerre vellet, non iussit eum, ne patris nomine ipsum appellaret, quo audito, velut lancea cor ipsum vulnerabatur, sentiens tam dilecti filij vitæ vindicem futurû: Huius causam præbet Ambrosius; aded enim robusta senis erat virtus, vt plures ictus ferre posset; imò iis plûs firmabatur, & obedientiam Deo semel oblatam sapiùs in ardentiori desiderio tenebat: Inflexibilis ab studio deuotionis minister, vocari patrem frequenter non timuita erat intentionis soliditate firmatus.*

Indich c. 11.

Nazianz. de laudib. Basil.

Genes. 22.

Ambros. lib. 1. de Abraham.

Genes. 24. Chrysof. ibi in Genes.

A cata ruunt; si non opere, quòd desit opportunitas, saltem desiderio voluntario delectantur in specie fœminarum, & eas ad luxum prouocant, & magis hoc igne consumuntur, vel ab eis prouocati in consensum veniunt toris pedibus, nullo Dei timore percussis, nulla præpediti peccati deformitate. Hi enim difficillimam habent curam, cum casu peccatis denigrentur, eum occasiones fortuitæ sunt, & æquè cum omnibus hæc agritudo ferat palmam, vt mentis arcem obtineat. Hi enim notantur Nazianzeni verbis epist. 17. ad Cæsarium, quem à latere Iuliani remouere volens, iacturam ob periculum animæ proponit, alterum aiens è duobus necessarium esse: *Vel Nazianz. bonorum desiderio astuans in capitalem fraudem incidas, vel sumi saltem, si non ignis, fuis particeps.* Hi quidem, aut ardentium cupiditatum flammis consumuntur; aut saltem fumo desideriorum maculatur; & prauæ opinionis, & scandalizandi alios periculo se subiiciunt. Eiusmodi enim suadendi sunt omnes fugere occasiones, cum omnium sit obnoxia culpæ conuersatio, in omnibus periculose incedunt: non enim calcant super serpentes, & scorpiones, viriliter suffrendo tentationes; sed morsu crudeli percutiuntur ad interitum vsque eos perducente. Hoc enim exemplo Dominus docuit: *Isaiam purgat carbone forcipe accepto; Ieremiam labia manu tangit: ille enim peccator tunc temporis erat; iste iustus: vt ostendat à longè cum peccatoribus, & fœtidiorum vitiorum coinquanatis maculis, conuersandum fore, ne serpat malum, & contagio suo commaculet sic appropinquantes. Hieron. in Ierem. 1. Non manu, sed forcipe, & carbone tangit os eius, vt iniquitates auferat: hic autem ipsum Dei manus mittitur; non, vt peccata auferat, quæ multa per pueritiam non fecerat; sed, vt loquendi gratiam iribuat. Quod enim iustus nullum affert detrimentum, prauis moribus imbutis nocet. Cernere licet tres pueros in medio fornacis, non flammis consumi; sed flante vento recreari: non cessare à motu; sed securissimè incedere, velut per amœna prata, per flammarum spatiosum campû. At, quos propè reperit Chaldæos, ignis combussit: ait enim c. 3. Daniel. Erupit, & incendit, quos reperit iuxta fornacem. Qui enim tentamentis se approximat, in hoc recidunt periculum, & miserè pereunt. E longandi ergo ab eo, & pro remedio eiusmodi separatio commendanda est. Chrysof. orat. triûm Puer. rogat, cur idem ignis diuersa operatus fuerit, cum vna ambotû esset natura: *Vt cementibus certo persuaderet, se in sanctis non suam ignorasse naturam, (ignis, videlicet,) sed Religionem esse venerandum.* Ipsa enim occasio morum probitatem veneratur, & timet, quæ audax in prauos irruit. Cuidam viro religioso contigit, victo à tentatione, appetiuisse fœminæ vsu; & vna ad hoc vocata fœmina, & ingressa cubiculum, aded timuit hominis habitum, vt statim aufugerit; nec in mœtem ei venit ad peccandum cum viro religioso accersiri, nec ipsum audere tanto malo infici, ac coinquari: verè enim verebatur luxuria fœminæ, foras erûpere; & ad luxû prouocare, virtuti deditum hominem: at, vbi leuès motes sunt, audax, & ferox venena euomit, & prouocat, nutibus saltem ad malum, & residens in tyrone appetitus stimulus, ipsum excitat ad peccandum. Sicut enim pueris, obstacula parua iter impediunt, & ciuili-*

Isai. c. 6. Ierem. 1.

Hieron.

Dan. 3.

Chrysof.

simè in eis impingentes, in terram ruunt, & læduntur; vnde scandala eis sunt paruissimi lapides: sic infirmis in virtute, obstant quæuis impedimenta, & in eis haud difficile miserè incidentes feriuntur. Quare Paulus Rom. 14. ait: *Bonum est non manducare carnem, neque bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.* Gaudentius tract. in Machab. de fugiendis, bonum proprium attendentes, tentationum occasiõibus, verba Pauli explicat: *Quis ille conuictior frater, quam homo noster exterior: Cui, ne nostra licentia, vel offendiculum, vel infirmitatem, vel scandalum pariat, viuendum est ciborum licentia, non abueniendum, vt sciamus, nos non edendi causa esse natos, sed viuendi.*

Rom. 14.

Gaudent.

Ecles. 10. 4.

Philo.

Gregor. in c. 4. Cant.

Exod. 3.

146. 9.

Ephrem.

Ambros.

A & propensionem, consuetudinèque eiusmodi irritamenta audiendi, & experiendi assensum in malum. Alij enim sunt, vt initio notauimus, qui irretiti inueniuntur occasione proxima, & malo suo sciunt, tum sepius deliquisse, tum teneri amore focij, aut focia, ab inuicèque vnum ab altero pendere; ille, vt huius ministerio vtatur; ista, vt ab amasio necessaria ad esum, & ornatum accipiat. Quis enim eiusmodi dissoluit nodos? Hi quidem sunt illi miseri, quos deplorat *Isaias, aiens: Vae, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi in vinculum plaustrum, peccatum.* Vbi Ambrosius ex Septuaginta habet: *Sicut vitula ingi loro, quæ nec coactè se subdit, nec vinculum libera est.* Hi omninò probandi sunt, & non illis concedendum citò absolutionis remedium; sed consiliorum, & rationum cumulo onerandi, vt sentiant, in quanto degant periculo; quàm arduum sit telam inceptam præscindere; quomodo laborandum diu, & pœnitentia moderandi affectus, desuetudinèque agendi cum compare: sic enim dissolui solent in ita amicitia; sic in obliuionem venit amor, qui tanto tempore vigerat, & obtinuerat cordis possessionem. Nec fidendum promissionibus: recedunt enim parui pendentes, quod firmauerant etiam iuramento: qui enim assueti sunt vitio aliquo, timorem Dei à ceruicibus excusserunt: quo deficiente, nec pignus verborum, nec iuramenti pondus æstimant, & in pretio sunt illis. Nullo alio remedio ad sensum redeunt hi, somno affectus preffi, nisi absolutionis denegatione: hoc quidem & honorem pulsant, & verecundiam excitat, & periculum monstrat, & quàm malè dispositi ad Confessionem accedant, aperit; cum ad aliud probandum oporteret, priusquam venirent ad peccata prodendum, occasionem relinquere, & omninò fibras peccatorum rumpere debuisse.

Isai. 5.

Ambros. lib. ex Tobia, cap. 15.

C

D

E

Nec certiora signa impœnitentis, & fallentis animi inueniri possunt, quàm vel ista leuia iudicare, vel remedia à perito Medico apposita

Gen. 5.

haud approbare; sed, quæ ipse pœnitens præscripserit, applicando, vt totum negotium ab eo perficiendum relinquatur: hi enim non occasiones vitant; sed inuitant, & prouocant. Ille Enoch Genes. 5. *Ambulauit cum Deo, & non apparuit.* Notandus ordo: qui enim Deum sequuntur, eius audiunt consilia, (sicut Petro Dominus: *Vade post me, Satana.* id est, meam sequere sententiam, non tuam carnalem sensum.) occasiones fugiunt, deserunt pericula recidendi: quod notanter docuit Eusebius Cæsar. lib. 7. de præpar. cap. 3. de Enoch loquens, de quo scriptum reperies Genes. 5. *Ambulauit cum Deo, & non apparuit: transiit enim cum Domino.* qui ita mouetur sequens Deum, cum deserere nequit; & ad hoc præstandum, fugit hominum confortia. Transfertur, diuina gratia flante, in tutum, & securum montem. Ait ergo:

Euseb. Cæs.

*Is certe perfectus homo in Deo est, qui periculosa multorum colloquia fugit: si enim forum, curiam, theatra aliquis sequitur, in ipso malignitatis profundo mergitur.* Non fugere mundum, domum, uxorem, filios, amicos suademus; sed pericula recidui. Vnde Christus vocat ad mensam inuitandos: Ex sepibus, & exitibus viarum. Ac si diceret: Homines quæro, qui quidem finem prauis viis suis pristinis imposuerint, quique ad hoc sepe tuti iterum non peccandi efficiantur. Ambros. 1. Offic. cap. 3. *Sepe hanc possessionem, ne in eam irruant, & captiuam ducant (animam tuam) irrationabiles corporis passiones.* Qui isti, nisi antea vagi, ac perditii homines? Timendi idcirco, & sepiendi. Sepes quidem, vt arceantur, & in officio contineantur bruta, ne vineas, frutera, campos feminibus diuites lædant, ista circumdant: ita isti nouelli conuersi ad Deum, sepe continendi sunt, ne quæ in eis seminauerat, aut plantauerat Deus, ingredientibus hostilibus affectibus conculcentur, & depascantur.

Luc. 14.

Ad eiusmodi occasionum pericula vitanda, summoperè necesse est, nulla relinquere retinacula, quæ nos cogant ad ea regredi. Vaccæ Arcam portantes, vi diuina ferebantur, ne ab incepto deuiarent; cum tamen naturali charorum amore, reuerti compellerentur: manebant enim, vnde discesserant, vituli clausi. Tenebatur Petrus in carcere catenis vinculus. Angelus ipsum liberare sollicitans, & vestimenta, & caligas, præcinctoriumque assumere, & secum ferre coëgit, ne quid remaneret, quod ipsum in carcerem reuocaret. Vt nos moneret, ea assumere; quæ ne reuertamur ad vitia, necessaria sunt; & sic cauere nos oportere ab omnibus, quæ ad pristinam sequendam vitam compellunt. Cur Iacob non amplius rediit in Mesopotamiam; Laban tamen non vltra progressus fuit, sed ad pristinas sedes reuocat pedem? Ille omnia, quæ cor eius possent sollicitare, secum portauit; iste verò omnia sua illic tenebat. Glossa ibi sic habet: *Iacob vltra progrediente, Laban reuersus est, quia filius lucis in prospectu virtutis pergentibus, reprobi ex percepta dignitate, post Saram in apostasiam redeunt.* Nec mirum, si auidax Spiritus in retrò possessam irruit domum: inuenit eam ornatam. Nouiter ornatam istud recepit? Minime: sed ibi erat, latens tamen; nec illam nouam acquirit domum, sed antiquam: nunquam dimiserat. Quare imitanda Anna, cuius vultus in diuersa non sunt mutati. In vno

Ambros.

1. Reg. 11.

1. Cor. 11.

Genes. 31.

32.

Glossa.

Luc. 11.

perseueravit bono in Tabernaculo inuento, vt aduersa omnia, & amulæ mores, sterilitatisque damna ferret; quia in vno Deo, ante quem effudit viscera sua, & euacuauit cor suum, omnia repererat bona. Eo contenta, nec mala timuit deinceps, nec bona appetiuit humana. Vt ergo duret conuersio, his muniendi rationibus sunt pœnitentes, ne ad peccata deplorata, deinceps faciem inclinent, sed in cæpto itinere perseuerent.

1. Reg. 11.

CAPVT VII.

Quale esse oporteat propositum vitandi reciduum.

His enim facile est connectere aliam Pœnitentiæ partem in ipso clausam dolore, nempe, propositum emendat: sicut ait Trident. di. 24. sess. 14. c. 4. Qui enim detestatur factum; ita vt, si in eius esset potestate, deleteret, & in nihilum redigeret, ac si nunquam fuisset commissum peccatum; quæ potest vitare peccata deinceps, quomodo non vitare proponet in animo? Licet enim hoc (vt diximus) non sufficiat ad Pœnitentiæ, ad doloris vim spectat, vel in se claudere, vel ex eo dimanare tale propositum. Nec stat in eo, vt nunquam amplius peccetur; sed in affectu de præsentis, ad non peccandum. Vnde ad veram Pœnitentiæm satis est, quod accedens ad Confessionem, in hoc sistat affectu de cætero verè, & omni explosa fictione non peccandi. Exemplo id D. Thom. docuit 3. p. q. 84. art. 10. ad 4. *Sicut enim verè cucurrit, qui postea sedet: ita verè pœnituit, qui postea peccauit.* Opus ergo est antea peccata desistere, & stenda non committere, scilicet, simul dum stes, vel actus, vel propositio. Hæc ille. Debet tamen, sicut dolor, extendi ad omnia mortalia: vno enim excluso, quod emendare non habeat in mente & animo, nullum est propositum.

Conc. Trid.

D. Thom.

Aduertendum tamen, ad huius propositi faciliorem cognitionem, aliud esse in animo permanere non peccandi; aliud iudiciòse timere, & quasi moraliter certò credere peccaturum. Hoc secundum non pugnat cum primo: istud quidem est voluntatis motus, illud verò intellectus: primum respicit animi deliberationem in Dei adiutorio fiduciam habentis; secundum verò fragilitatis propria timorem, occasionum pericula, tentationum bellum, consuetudinis prauum vsus; quæ omnia attendens, iudicium fert, se fortasse non posse in tali permanere statu. At voluntas firmiter statuit, Deo fauente, omnia ista vitare, quouisque impugnante hoste à gratia non discedere. Habes hoc apud Franciscum Suarez 4. tom. disp. 4. sect. 3. assertionem 1. ad finem.

Suarez.

Præterea, cum Confessarius audit Confessionem hominis in extremo vitæ positi, vel ob ægritudinis magnitudinem, vel quia citò puniendus est in capite à Iudice, non curat de hoc proposito; sed solum vt doleat de antea actis peccatis: difficile enim est, ab eiusmodi hominibus, in peccatis enutritis, verum de cætero non peccandi propositum capere: cum enim non restet viuendum de futuro, ad quod tempus, propositum ordinatur; nulla est necessitas, quæ

quæ conscientiam premat ad talem affectum promendum. Id docuit idem Suarez supra. Sicut enim periculosum est hominibus, rebus humanis affectis, & honori deditis, petere propositum non vindicandi ipsis illatam iniuriam; aut ferrè adulterium in uxorem commissum; aut alapæ, virgarumque percussionem: ita propositum offerre non peccandi, si vita duraret, haud petendum est ab his, qui ad peccandum procliuces fuerunt; cessat tamen ob periculum proximum vitæ. Qui quidem, si scirent duraturam vitam, nec confiterentur, nec mores mutarent. Extorqueat tamen dolorem de commissis, nulla animaduersione facta futurorum euentuum: ibi enim inclusum manet propositum necessarium: sicut illi, quorum meminimus, in genere ad non peccandum hortandi sunt; non tamen specialem rationem talis peccati ab eis petant, ne vel propositum falsum sit, vel à pœnitentiâ resiliant. In hoc firmiter præstito affectu, basis pœnitentiæ stat. Commissa impossibile est non præteritis; facièda non difficile vitare: quantum enim facilitatis elucet, in præstando odio præteritorum, quæ confusionem pariunt, & disperierunt, oblectamentum versum in amaritudinem, & ruborem cernentes; tantum difficultatis crescit, ob inde secutura, ad impediendum verum dolorem. At, licet ea parte, qua peccatum amabile apparet, ob ea, quæ seculum affert, sensibus delectabilia; qua contemplantur, vt offensio Dei, vt causa tot malorum, quot vix numerari possunt, ob conscientie anxietudinem, ob oneris magnitudinem; vilissimi, & abiectioni animi signum est, ad iterum peccandum animum conuertere. Tertullianus id notauit lib. de Pœnitent. *Euasimus semel, nullatenus periculosos nosmetipsos inferamus, vt si iterum euasuri videamur.* Quauis spes non desit peccatori, eadem tabulâ, à naufragio liberari posse. Quis periculo territus, non dicet mari, & nauis vale, ne iterum in eodem constitutus periclitetur, aut pereat? Ita idem Tertull. supra: *Plerique naufragio liberati, exinde repudium, & nauis, & mari dicunt.* Non amplius mare, non nauigium ingrediari: nolo tabulæ, & feroci fallo vitam credere. Quomodo peccator, liberatus per Christum, & Sacramentum Pœnitentiæ, iterum se vendis, & spumantibus voraginibus vocat Ioannes Matth. 3. fructus Pœnitentiæ; reliqua floribus comparantur: fructus finis est intenti laboris, & firma deliberatio finis peccandi: addit tamen: *Nam securis ad radicem, arboris posita est.* Notandum, non dicere, quod faceret radicem arboris; sed quod posita sit securis ad radicem, docens, quod, quemadmodum ille, qui arma exercet, ibi ictus statuit instrumentum: ita in hoc seruando proposito, mens, & sollicitudo statuendæ sunt. Quid per radicem intelligat, res notat: nam ea ablata minime arborem stare, & fructus ferre posse clarum est. Remittit Deus peccata dolore præstito: sed ita, vt nunquam mortuis vitam doneamus: nunquam ad vomitum redeamus. Hæc radix, quæ scissa cadit lignum mortis, unde tot pullulauerunt rami, folia tegentia, flores oblectamenta afferentes, fructus peccatorum conuictatorum. Audi Tertullianum de pudicitia,

Tertull. de Pœnit. c. 7.

Idem ibid.

Matth. 3.

cap. 10. ad fructus Pœnitentiæ attendentem: *Quid enim ex Pœnitentiâ maturefcit, quam emendationis effectus.* Si tamen asseras, veniam esse fructum istum, ad quem carpendum necessarij sint gemitus, tum siones pectoris, lacrymæ, peccatorum manifestatio, &c. addit ipse: *Sed etsi venia potius est pœnitentiæ fructus, hæc quoque consistere non valet sine cessatione delicti:* (ad radicem nunc se conuertens, quam secare iubet; vt docet Ioannes.) *ita cessatio delicti, radix est veniæ, vt venia sit Pœnitentiæ fructus.* Vult ergo vtrumque in proposito includi, & esse fructum, & radicem. Fructus est, quatenus nihil ad maturitatem veniet post tot Pœnitentiæ ambages, præterquam hæc vitæ mutatio, & in bono stabilitas. At, cum ex parte Dei venia desideretur, & reconciliatio, radix huius est emendatio, non quod sine illa in re (cum tamen in voto existat; ) venia non adfit; sed, quod hæc sine vitæ nouæ firmitate durare nequit, cum res ad priorem statum, si desit emendatio, reuocentur. Quapropter, si hæc è medio tollatur, vt inquit Bernardus, *semel putata repullulant.* In Bernard. Iudæis notatur, quod in pœnitentiis huius temporis: asueti erant lacrimis, & multis purificationibus, cum ad mensam accederent, & cum recederent, manus lauare solebant. Cur hoc illi tam frequens remedium ad manum habebant? Quærebant remedia iterata, qui in bono stabiles esse volebant. Quibus Dominus hæc obiciens, de corde exire vult id, quo semel lauati sufficeret, si radice inde ablata nulla peccandi iterum occasio relinquatur. Exeant ergo de corde etiam cogitationes prauæ, qua via non erit opus amplius purificati quasi nouas immunditias contrahentes. Tertullianus apprimè id docuit lib. de Baptismo, c. 15. *Iudæus continuo lauit: quia continuo inquinatur.* Eradicentur, & euiscerentur peccata per stabilem emendationem. *Exinanite*, dicamus, *vsque ad fundamentum in ea.* Et non opus erit, hoc adhibito remedio, repurgare conscientiam, & ad consequendam denuò veniam, ad Pœnitentiæ accedere. Ob id August. de vera, & falsa pœnitentiâ, magnum constituit discrimen inter verti, & conuerti: illud imperfectissimæ Pœnitentiæ tribuit; hoc perfectæ. Vertitur, inquit, qui quodammodo, facta mutatione vultus, stante eodem modo reliqui corporis figura mutatur; & illud magna cum violentia fieri contingit: at qui conuertitur, totus, ait, & omninò vertitur; quia ad oppositum, totum corpus mutat locum, & quæ prius intuebatur, omninò deserit, ac ad dorsum locat. Ex hac corporea similitudine licet colligere, quis iniquè; quis autem verè, ad Deum conuertatur: qui enim procliuus & affectus ad præterita manet, non benè Deo conceditur; sed violentiam & vim infert animæ inclinationibus: omne autem violentum haud durare potest; semper quidem affectus ad amata recurrit. At, cum quis conuertitur ex corde, deserit, propter quæ Deum reliquerat, ipsum inuens, alia post se habens: & cum August. lætus canit: *Quam dulce mihi citò factum est, carere illis suauitatibus nugarum!* Hoc confirmat idem Sanctus Doctor exemplo sæculi prius idololatriæ asueti; nunc ad Christum conuersi: antea blasphemis dediti, & superbia elati;

Idem.

In Bernard.

Matth. 22.

Tertull.

Psal. 136. 7.

August.

August.

9. Confess.

cap. 1.



elati; modò humilitate compuncti, & ad Do-  
mini sui pedes inclinati. Hoc videre licet in  
expositione tituli Psalmi 44. vbi sic habetur:  
Filiis Core, pro his, qui commutabuntur, in intel-  
lectu canticum pro dilecto. Id est, filii nouelli  
Christi Domini, qui quidè ducti, non sensu, sed  
intellectu, amorem suum in eum collocantes,  
mutati omninò sunt ex priorì vita, in nouam;  
illa relicta, hac toto cordis conatu suscepta.  
Ait ergo Sanctus Doctor: Qui audit hac, ipsum  
mundum videat commutatum: nuper adorantem  
idola; modò adorantem Deum: nuper seruientem  
his, quæfecit; modò ei, à quo factus est. In intellectu,  
ne oculos vestros à splendore pulchritudinis illius  
auertat carnis infirmitas. Hoc explicat Baruch  
cap. 4. Sicut fuit sensus vester, ut erraretis à Deo,  
decies tantum iterum conuerterentes requiretis eum.  
Ac si diceret: Maiori, ac acriori impetu de-  
bita Deo præstetis, quàm cum ducti sensum  
infirmitate, ab eo aberrastis: nunc quidem in-  
tellectu operante, vbi animi impetus, ac virtus  
residet, ducemini ad Deo seruendum. Opus  
ergo est, ad pristina minimè recurrere, ea post  
se habere, & omninò obliuioni tradere; ne  
relicta scintilla occasionis, iterum iis seruiam-  
us; quod aliud signum adhiberi non potest  
veræ Pœnitentiæ, præter istud, vt inquit Ber-  
nard. Serm. 1. de Resurrectione: Vere compen-  
sationis indicium, opportunitatis fuga, subra-  
ctio occa-  
sionis.  
Vno, eodemque momento duo oppo-  
sita, sed necessaria, emendatio vitæ operatur,  
cæcitatem, & visum; hoc est, cecos nos red-  
dere ad præterita intuumdum de reliquo; &  
videntes earum rerum, quas priùs ignoraba-  
mus. Exod. 4. 11. docet hoc: Qui fecit & vi-  
demem, & cacum. Exponens Eusebius Pam-  
phil. 6. de præparat. hoc testimonium, non  
de duobus hominibus, nec de temporibus di-  
uerfis; sed de eodem simul, vtrunque operan-  
te diuina gratia, ait: Eundem enim cacum, as-  
que videmem fecit; alterum ad presentia; alterum  
ad futura. Ne ergo intuearis, quæ priùs oble-  
tamenta sensibus parabant; sed loco eorum  
intuere cælestia; ad hæc anhelus animus in-  
clinetur; quàm bonum, ac iucundum cum Deo  
in vnum habitare; ius ad cælestem tenere pa-  
triam; libertate tyrannidis antiquæ frui; quie-  
tam possidere conscientiam; intellectu, non  
errantibus, & cæcutientibus sensibus duci.  
Hac via propositum firmas radices ingenerat  
in corde, & vita penè beata obtinetur.

Idem in  
Psalm. 44.

Baruch 4.

Bernard.

Exod. 4.

Euseb. Pam-  
phil.

CAPVT VIII.

Satisfactio qualis ad Pœnitentiam  
rite faciendam.

A Dhuc restat alia Pœnitentiæ pars, quæ sa-  
tisfactio dicitur. Non satis est, veniam  
petere, reconciliari velle; sed debitum soluere,  
& iustam solutionem haud negare: cum enim  
hoc negotiù commissù sit Sacerdoti, Ministro  
huius Sacramenti, vices Dei offensi gerenti,  
& hanc petenti satisfactionem; iudicio illius  
solutio, aut compensatio statuenda est, & iusta  
iudicanda, quæ ipse imposuerit. D. Thom. 3. p.  
q. 90. art. 2. Contritioni, & Confessionij tertiam

D. Thom.

A adiungit conditionem: Tertio, quod recomperset,  
secundum arbitrium Ministrum Dei; quod sit in sa-  
tisfactione. Hæc satisfactio, per Confessarium  
statuenda, iustitiæ debitum est, vindicatiue,  
videlicet: & quædam cõmutatio æternæ pec-  
catis debita, in temporalem, vt D. Thom. do-  
cet. Potest quiuis hanc sibi imponere; sed  
æquius, & seuerius id à Cõfessario Iudicis mu-  
nus obeunte fit. Vnde constat, quantum er-  
rent, qui ad hoc Tribunal accedentes, non hu-  
militer præstant Sacerdoti obedientiam, sub-  
missionem, ac omnimodam subiectionem, vt  
ea, quæ iudicauerit necessaria ad salutem con-  
sequendam, Deoque satisfaciendum, offerant  
lubenti animo; cum magnitudo debiti non vi-  
lia exposcat, sed pretiosa: tum, quia Deo red-  
ditur: tum, quia pœnæ æternæ pensum, om-  
nium iacturam faciat. Quauis nulla extaret  
obligatio, in actionem gratiarum consecuta  
salutis, sacrandæ Deo essent, quæ cordi sunt,  
& plus amantur. Dauid aperuit militibus deli-  
derium gustandi Berhlehemiticæ aquæ hau-  
stum: milites tres, forti armati animo, vt Re-  
gis voluntatem exequerentur, per hostium  
mediam aciem incedentes, attrulerunt ei,  
quod optauerat: qui quidem aquam effudit,  
& libauit Domino. Huius facti causæ plures ab  
Interpretibus afferuntur. Sufficiat, quam Iose-  
phus notauit 7. Antiq. c. 12. aiens, quod eam  
intuitus est Rex cruore admixtam, & pericu-  
lis illorum virorum; ac proinde non puram,  
sed cruentatam, & in pretio habendam; aptio-  
remque ad Deo libandum, quàm bibendum.  
Sic habet: Quasi de periculis, & sanguine homi-  
num sibi esset aduecta; & propterea non esset bibe-  
nda; libauit eam Deo, & de salute virorum gratias  
egit. Pœnitens ergo se totum Sanguine Christi  
madefactum prospiciens se hac consideratione  
munitum Deo dedat, vt tanti affectu boni,  
nempe, salutis animæ, gratias reddat, eique  
pretiosa quæque liber, & reddat; Confessarium  
alloquatur, vt huius prompti animi certio-  
rem, securumque faciat, ad satisfaciendum debito  
contracto; ne videns eum minùs promptum  
ad hoc pensum soluendum, quæ iudicet neces-  
saria, taceat, & satisfactionis partem infirmam  
relinquat.

Statuendum est primò, discrimen versari  
inter Baptisum, & Pœnitentiam, etiam cum  
adulti, & maximi peccatores illum suscipiunt:  
illud facile remedium solam voluntatem petit;  
at istud arduum multa requirit, quæ labore  
compensanda sint. Docuit ita Tridentinum  
Sess. 14. c. 2. Ille enim est regeneratio quædam,  
per quam admittitur homo ad consortium hæ-  
reditatis cum Christo: at rupto hoc vinculo,  
& per peccatù amisso, iure opus est laborare, ge-  
mere, conteri, multaque alia pati, vt veniam  
consequatur errati. Ait ergo: Per Sacramen-  
tum Pœnitentiæ sine magnis nostris fletibus, & labo-  
ribus, diuina id exigente iustitia, peruenire nequa-  
quam possumus, vt merito Pœnitentiæ, laboriosus  
quidam Baptisus à Sanctis Patribus dictus fuerit.  
Confirmat Ambrosij doctrina virginè lapsam, Ambros. ad  
ad hunc exhortans laborem: Quauis aff-  
lictionem, quam unius laborem, & indecorem subire  
esto comena, dummodo ab æternalibus pœnis libere-  
ris. Delicati nimis veniunt ad Pœnitentiam  
his temporibus pœnitentes, non consideran-  
tes,

1. Reg. 23.

Ioseph.

Cont. Trid.

Ambros. ad  
virg. laps. c. 2.

res, quæ debeant, à quibus malis liberentur, &  
aduersus quem insiurexerint Dominum. At  
Sancti Patres hæc ponderantes, facile iudi-  
cant à talibus magna petere, nihil magnum  
existimantes fore, si benè sentiant de status pri-  
stini, ac presentis discrimine.

D. Thom.

Statuendum secundò, regulas prudentiæ in  
hoc iudicio ferendo præ oculis habendas, quarum  
prima sit ex D. Thom. in addit 3. partis,  
q. 8. art. vlt. Confessarium oportere cernere,  
quanto cum dolore accedat pœnitens: & cum  
notauerit, ipsum verè sentire peccata, ad eaque  
delenda prodigè sui, & suorum copiam facien-  
tem, parè ei pœnitentiam iniungat: tantus  
enim dolor, tale propositum, tamque feruens  
spiritus, pars præcipua Pœnitentiæ est, & satis-  
factionis: huic enim minor pœnitentia iniun-  
genda. Fundatur in eo, quòd signa talis pœni-  
tentis, doloris maximi indicia sunt. Cum er-  
go constet, tantum posse dolorem crescere, vt  
omne eo soluetur debitum, tam culpæ, quàm  
pœnæ, vbi maioris pœnitentis signa elucet;  
minoranda ibi satisfactio. Ita docet ibi q. 5.  
art. 3. Quia, quantum per contritionem plus de pœna  
dimissum est, tantum per Confessionem minus remit-  
tendum restat. Si tamen pœnitens hæc non præ-  
beat indicia; sed tepidè ad Confessionem ac-  
cedat, alia via decernenda est eius causa, pœni-  
tentiam iniungendo acriorum: hoc tamen  
præstare oportet etiam cum salis grano.

Idem.

Ob id statuendum est tertio, pro omnibus  
huius generis hominibus, non oportere, vt  
Doctor Sanctus dict. q. 8. art. vltimo, monet,  
pœnitentias culpis commensurare, quasi ade-  
quatè illæ his correspondeant; id enim in om-  
ni euentu impossibile videtur: imò moderan-  
dæ sunt, quatenus iam pœnitens verecundiam  
vincit, peccata recogitat, quærit remedium,  
ad tremendum Tribunal accedit, humiliat  
animum, seque subiicit correctioni; quæ om-  
nia computanda sunt inter pretium soluendum  
creditori, quòd in his superandis difficultati-  
bus satisfaciatur Deo. Hæc cum morienti desint,  
ad æquale in Purgatorio punitur. At in hac  
vita, ista in partem numerantur solutionis.  
Quia per omnia hoc aliquid de pœna dimittitur.  
Vnde etiam à Sacerdote iniungendo satisfactio-  
nem consideranda, inquit Sanctus Doctor.

Quartò, statuendum est, in Pœnitentia duo  
consideranda esse, medicinam, scilicet, &  
solutionem debiti: quauis verò in hoc secun-  
do attentus esse debeat Confessarius, iuxta  
dicta: tamen in primo iudicio prudentia opus est  
maxima: sunt enim diuersæ ægritudines, gra-  
uitas culpæ, & affectus ad tale vitij genus, seu  
propensio; nec tã attendenda est grauitas cul-  
pæ, quàm frequens vsus, & eiusmodi animi  
propensio, ac peccati (ob iteratam, & multi-  
plicatam rationem) recidium facile: verbi  
gratia, plus acre remedium petit frequens for-  
nicatio, quàm vna, vel altera bestialis, aut con-  
tra naturam infectio. Hæc metum incutiunt,  
haud facile iterantur; at illud crimen sæpè sæ-  
piùs, & cum ardenti inclinatione. Ne ergo pro-  
cliuis homo sit ad culpam, duriori fræno coër-  
cendus est, quàm alter grauius peccans, sed se-  
mel. Idem docet D. Thom. de iuuenibus, &  
senibus loquens, delinquentibus: acriter enim  
tractandus ille est, quàm iste, qui leuiore faces

A ad carnis incendia apponit, naturæ vigore, &  
energia ob atatem moderatis: Sicut iuueni im-  
ponitur pro fornicatione maior pœna, quàm seni,  
quauis minus peccat; vel quia in eo peccatum est  
periculosius, sicut in Sacerdote, quàm in alio: &  
idè non semper pro maiori peccato maior pœna im-  
ponitur. Hæc D. Thom. dict. q. 8. art. vltimo.  
Hinc conicere quiuis poterit, propensionem  
iterum peccandi attendendam esse, pro futuro  
statu, & curatione animi ægritudinis: qui  
enim plus distat à reciduo, is lenius tractan-  
dus; qui verò vrgetur à concupiscentia, aut in-  
clinatione, & vsu delinquendi, coër-cendus est  
duriori fræno, iuxta illud propheticum: In Psalm. 31.  
cano, & fræno maxillas eorum constringe, qui non  
approximant ad te. mores ferinos demonstnan-  
tes; & illud Apoc. 18. Quam gloriificauit se, & in Apoc. 18.  
deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.

Statuendum est quintò, præter dicta, pene-  
trandum esse pœnitentis animum. Multi sunt  
adèò debiles, & timidi, vt vix eis iniuncta  
magna cum moderatione attingere audeant;  
sed velut cibi dissoni stomacho delicato, euo-  
mere incipiant, antequàm illum gustauerint,  
nausea quadam prostrati. Quid enim interest  
iudicare, esse debitores grauissimi debiti: quid  
eis iniungendam esse magnam satisfactoriam  
solutionem? quid inclinationes, & propen-  
siones ad amplius delinquendum satis decla-  
rare, periculæque cernere recidui? Si tamen  
adèò leuiter pœnitentiam degustant, vt illius  
remedia parui facientes, contemnunt, & gra-  
uioribus vinculis irretiti, se desperationi de-  
dant, ob hoc quidã his nullam iniungunt pœ-  
nitentiam. Hoc minimè probabo: qui aliqua-  
lem non acceptaret, haud dubiè absoluendus  
non esset; impœnitentis enim signa præbet.  
Nec frigidè, cum tot peccatis onerati reperian-  
tur, parua satisfactio eis imponenda est, vnde  
maius emergeret malum, in contemptum abi-  
re peccatorum, & delinquendi occasio pro-  
pinaretur. Charitas tamen in hoc negotio pa-  
tescit, omniæque moderatur, ac componit.  
Hanc exercere opus est ex parte Confessarij,  
statum, & debitum ante oculos ægro pœni-  
tenti monstrando; quàm parum fidat ipsius sa-  
luti; quàm tepidè, ac frigidè signa animi con-  
triti, ac verè dolentis prodar: dolere se, vicem  
illius; sed ne præcipitio se dedat, velle pœni-  
tentiam debitam moderari, & velut diuidere, vt  
debili, tenuem partem concedendo, sibi gran-  
diorè referuet, ne pondere pressus obruatur.  
Proinde, vt ipse ista, & his similia facilia fa-  
ciat, cilicia, ieiunia, lacrymas, vigiliæ, fla-  
gellorum ictus, pro eo Deo velle libare. Hoc  
charitatis exemplo animus æger vires resu-  
met, & fortè ad fortiorem dolorem accinge-  
tur; ac deinde satisfactionem difficiliorem  
amplectetur, ne liber, & immunis à peccatis,  
quod ipse meruerat, patiarur. Franciscus Xa-  
uerius hoc artificio militem perditum accen-  
derat, vt aduersus corpus suum graue conci-  
peret odium, nec dubitaret flagellis, ac ferro  
illud domare. Eodem modo S. Thomas de Vil-  
lanoua, cum Prælati Valentia munus obiret,  
hoc artificio Sacerdotes emollire assueuerat,  
vt vitam mutarent, & bellum aduersum car-  
nem suam inirent. Patronum habet talis, cu-  
randi ægrum animum, modus D. Thomam  
dict.

dict. q. 8. art. 2. Nec opus est eo vtens medio, vt se nimis oneret: nam charitas illa, qua compas-

Conc. Trid.

Gregor.

Conc. Trid.

te, saluantes, & conuenientes satisfationes iniunge- re: ne si forte peccatis conueniant, & indulgentius cum poenitentibus agant, leuissima quadam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem pra oculis, vt satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad noua vita custodiam, & infirmitatis medicamentum; sed etiam ad praeteritorum vindictam, & castigati- nem: nam clauis Sacerdotum non ad soluendum duntaxat; sed & ad ligandum concessus, etiam antiqui Patres, & credunt, & docent. Quid plura deside- randa, ad instruendum Christi Ministrum, vt omni prudentia munitus, his regulis adeo cer- tis instructus, & causam Dei, & poenitentium sine proprii capitis damno agat? Vbi enim ait, datam esse facultatem, non modò soluendi; sed & ligandi, praeter ea, quae ibi includuntur, illud est, quòd non datur eis facultas laxandi; sed etiam constringendi, ac vim quandam inferendi hominum peruersorum inclinationibus, & prauis consuetudinibus, quibus horrore esse so- let poenitentia, & corporis vexatio, & afflictio. Assueti quidem obsoniis, panem, & aquam tim- ent: deliciis nutriti, stercore, & dura stram- enta fugiunt, & his similia. Quis enim ciuitatem ingredi cuperet, qui prius murorum ambi- tum non tollat, & solo aequet? Caro quidem reb- ellis, mutorum instar, impedimento est, ne Deus regiae animae ciuitatis, possessor, ac domi- nus efficiatur. Ergo isti prostrandi sunt, nec re- linquendus lapis super lapidem in eis, vt Deo aditus pateat. Quid proderunt medicamenta apposta parti corporis aegritudinis molestias haud sentienti? Si enim caro aegra, & humori- bus tumida apparet; ibi applicanda, & appo- nenda remedia sunt. 2. Reg. 6. calcitrauerant boues portantis Dei Arcam; & istam turbant- es, calum minitauerant: Quoniam calcitraue- rant boues, declinauerunt Arcam. Culpa ergo Sa- cerdotum in eo stetit, vt Arca manum appo- nerent, non in bouum leuitate, & lasciuia. Chri- stus Dominus sedare volens tumidam maris inquietudinem, prius imperauit ventis, deinde mari. Ille enim, inquit Theophylactus, mare fe- rox reddiderat. Apprimè sanè: ita curanda animae mala, si caro, quae ferocem eam reddiderat per appetitus insolentiam, compescatur, frænctur, contineatur in officio, ne ultra terminos ipsi constitutos prosiliat. Hac quidem moderata, reliqua componuntur. Christus vt triumpharet, ingrediens Ierosolymam, asinam ascendit, & postea iumentum, quod ignorans fessoris regimen, ipsum sustinuit, & leniter portauit. Drogo Hoff. de Dom. Passione Christi, ita ha- bet: Sed prius Rex mansuetus super asinam, postea super pullum: prius caro domatur, vt iugo habilis sit: deinde nascitur pullus, & nutritur, & roboratur, vt fessorem suum portare possit. Aries loco Isaac ad sacrificium paratus pendebar, cornibus haerens spinosis propaginibus arboris, aut arbuti: quo- modo enim suspensus quasi vim patiens esse posset, si cornua his ramulis non tenerentur adstricta, ac firmata? Quid illa illigatio signifi- cet, expressit D. Ambrosius ibi: Cornibus haere- bat, eo quòd carnem suam virtute superiori à terra eleuaret. Animus quidè ferre non posset virtutis societatem,

1. Reg. 6.

Matth. 8. 24.

Matth. 21.

Drogo Hoff.

Genes. 22.

Ambros. lib. de Abraham.

societatem, ac possessionem, si carnem superio- ri quadam mortificationis efficacitate adstri- ctam, ligatam, moderatam, ac castigatam non tenuisset. Virgine ergo cadatur, aculeis pungatur, ieiuniis maceretur, aliisque poenali- bus officiis, impetum effrenam poenitentes coërceant. Sicut enim brumale tempus parit floridum, & omni pulchritudine decoratum campum: Ita, ait Ambros. Serm. 36. producit ieiunando libido castimoniam, superbia humilita- tem, ebrietas parcitatem. Nec alia virgere am- pliùs ad hoc debet ratio, quàm deplorandam esse absentiam Dei. Quae scemina mortem vi- ri lacrymis, habitu, domus inclusione, rerum delectabilium abstractione non ornari? Prohi- bens Christus Discipulis ieiunia, id ait non congruere cum amici societate, ac praesentia, quo absente luceant necesse esse. Hoc ponderans Theophylact. in 2. cap. Marci sic ait: Quando igitur habuerit secum Sponsum Christum, non ieiunet, hoc est, non ostendat opera poenitentia: neque enim cecidit. At, qui ab hoc latere amorus est, luceat, ieiunet, columbae imiteur cantum. Hinc Confessorij discant, oportere talibus ratio- nibus mouere poenitentes ad miseri status conditionem agnoscendam; & inducendos esse ad satisfationem. Obtemperantes signu praebent animi poenitentis; renuentes verò ob- durati, & in malo firmati, nec sentire, quae commiserunt, nec velle debitum soluere mon- strant. Si enim ouis, vt inquit Petrus Chry- sologus, pastore eget, vt ad caulas perueniat, qui baculo eam ducat, ne aberrat à recto tra- mite; quomodo feroces leones, & indomita bestiae traherentur ad Dei caulas, sine aliquo duro remedio? Imò ex facilitate impetrandi veniam, & satisfaciendi, occasione am- pliùs peccandi arripient, vt notauit Origenes lib. 5. in 5. cap. ad Rom. Quomodo quis spe im- punitatis resoluetur: aut donum gratiae, peccandi libertatem putabit?

Marci 2.

Theophyl.

Chrysol.

Origen.

Tertull. de Pudicitia, cap. 6.

Idem.

Idem.

Chrysol.

Tota haec doctrina habet patronam anti- quitatem, & vsu Ecclesiae. Ab Adam satisfac- tionis remedium durum, ac seuerum appo- situm est. Ille cum vxore, vt Tertullianus docet, ex ficus foliis cilicium composuit: & forrè idè Deum in pelliceas vestes mutauit, vt acro- ri etiam poenitentia totum corpus à capite ad pedes macerarent, & affligerent. Primum ille docuit: De ficulneis foliis pruriginem retinens. Prae- cesserat: Luxerat ante Christum caro, imò perierat, antequam à Domino suo requisita est. Huic lasci- uienti carni pro remedio, & fræno asperum addidit indumentum. Nec secundum alienum est ab eodem Tertulliano lib. de pallio, c. 3. Ficulneis filijs interim (Deus) circumdat. Dehinc cum de originis loco exterminat: quippe deliquerat, pellicis orbi, vt metallo, datur. Cui enim assigna- tur pro Paradiso terra arida, & labore colen- da, vestis etiam fuit accommodanda, vitæ tran- sigenda. Nec aliud idem habet 2. contra Mar- cionem c. 11. vbi cum naturæ post peccatum, & in primo statu constitutæ conditionem me- ditatur, ait: Exinde in scortis vestibus, sed ante sine scrupulo nudus. Ita prior bonitas secundum na- turam; seueritas posterior secundum causam. Vt er- go vim verbi teneas, scortea vestis, non pellicea vtcunq; dicenda est; sed ex pilis conte- xta: quemadmodum notauit Chrystom. in

A Ioanæ, qui indutus incedebat, ex pilis camelo- rû contexta veste. Omnia nanque (teste Festo) Festus. ex pellibus facta sunt. Scortea, inquit Commen- tator Pammelius, & Rhenanus, hoc est, ex pilis, quae asperitatem sanant, & corpus affligunt. Veniat in exemplum Christi Domini Passio, qua pec- cati nostris remedium attulit, & solutionem debiti generis humani praestitit, de qua ad Hebr. 9. Semel oblatu est ad multorum exbauiren- da peccata. Et Ephes. 5. & 2. Cor. 5. Eum, qui non nouerat peccatum, peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Peccatum vocat similitu- dinem. Item fidei uisus munus assumit, cui debitum partis tribuitur, & oneratur eisdem nominibus. Praeterea, propter poenam, quae est effectus peccati, & soluit illud. Quid Eze- chiel exposcit ad consequendam peccatorum veniam c. 18. Si fecerit iudicium, & iustitiam. Iu- dicitium vocat damnationem, poenaeque inflictæ solutionem. Ita quidem iustitiae satisficit. Gau- det Apostolus, Corinthios, 2. epist. c. 7. con- templans tristitia affectos: inde enim sperat poenitentiam riuos emanaturos, & auaræ pec- catorum poenas luituros: vnde eos laudans ait: In omnibus exhibuistis vos incontinentes esse nego- tio. Quid Dauid Psal. 50. Deo gratum offerre ad delenda peccata commissa deceñit: Non sacrificia, & holocausta brutorum; sed cordis contriti, & afflicti hostiam. Luc. 9. adiuncta est enixè poenitentia abnegationi sui ipsius, aiente Domino: Si quis voluerit venire post me, abneget semetipsum, &c. Quasi velit, vitam pri- strinam dolore abrenunciadam, ac negandam, & mortificatione carnis, afflictioneq; cruci affigendam. Vetus homo noster simul crucifixus est, vt destrueretur corpus peccati, inquit Paulus ad Rom. 6. vt ultra non seruiamus peccato. Ac si diceret: Si corpus male tractetur, quia vetera dilexit, & noua reliquit, id est, peccatis serui- uit, Deo derelicto, ultra peccare non audebit, ne in easdem incidat poenas; formidine enim harum, solemus sapere ad sobrietatem. Non existimandum est peccati absolutionem diffi- cilem esse; verum satisfationem arduum opus continere. Quam placidè Deus 2. Reg. 12. Da- uid absolutu misit à culpis: at per Prophetam poenarum cumulum humeris eius imposuit, mortem filij ex adulterio nati, domus stragem, bella, rebellionem charissimi pignoris, & hu- ius infelicem mortem. Cui terrorem non in- curiet Ninuitarum poenitentia, vt Deum sibi placatum redderet: vt ab excidio ciuitatis, cõ- minatione Prophetae promulgato, liberaren- tur? Vbi cernere est ieiunia, saccos, lacrymas, planctus. Nec hec acerbitas poenarum feminis delicatis parit 2. Mach. 3. Accinctæq; mulieres 2. Mach. 3. cilicis pectus per plateas confluebant. Quid Tyro, quid Sidon agerent, vt Deo satisfacerent of- fenso, si signa, & virtutes ingratis ciuitatibus Galilææ datas, ipsi cernerent? Matth. 11. Luc. 10. In cinere, & cilicio poenitentiam egissent. Viri- lis scemina Iudith, verbis, & exemplo suos conciuēs ad hoc satisfationis genus Deo pra- standum hortatur cap. 8. Ioël 2. non solum robustos iuuenes, sed foeminas delicatas, pue- ros teneros, senes infirmos, Sacerdotes in sa- cris constituendos, ad seueram disciplinam, & vitæ mutationem allicit, vt corda conte- rant, vestes mutent, cilicis vtantur, pro

Pammel. Rhenar.

Hebr. 9.

Ephes. 5.

2. Cor. 5.

Ezech. 18.

2. Cor. 7.

Psal. 50.

Luc. 9.

Rom. 6.

2. Reg. 12.

Ton. 3.

2. Mach. 3.

Matth. 11.

Luc. 10.

Iudith 8.

Ioël. 2.

sericis



felicis ornamentis, & dicant: *Parce, Domine, parce populo tuo.* Equum enim est misericordiam Dei cum iudicio hominis connectere, ut inquit Dauid Psal. 100. *Misericordiam, & iudicium cauabo tibi, Domine.* Vbi Basilius q. 12. breuium Reg. ad quid ista duo in vnu coeant, rogat: *Ve appareant iudicia iustitiae Dei, & misericordia eius consummetur ad condonationem peccatorum.* Certior quidem est misericordiam non defuturam, quam iudicium nostrum secuturum. Nec enim puniret seuerè non poenitentes, si nollet poenitentiam agentem suscipere, ut Tertullianus docuit lib. de poenitentia: cum enim Ecclesiam Asiae accusaret, & grauissima eis obiceret peccata, quid addit: *Age poenitentiam, &c. Sub comminationibus quidem. Non comminaretur autem non poenitenti, si non ignosceret poenitenti.* At nos leuiter haec accipimus, & pro magnis peccatis, paruam satisfactionem damus, qua Deus ratione motus, poenas, manu, & censura sua infligit, quas auertere non valemus. Cur Dauid Regi, cum semel, & iterum deliquerit, ipse Deus poenas grauissimas irrogauit. Rex erat, deliciis vacabat; status illius, corporis incommoda non ferebat. Ut ergo satisfactio digna Deo offeratur, ipse introducat poenas, fores clausas his malis aperiat, & etiam recusante Rege, ingrediatur, ipsumque affligat, & ad poenitudinem excitet.

Haec autem sale condienda sunt, & asperitati lenitas adiungenda, ne tanto onere pressi debiles, & paruam afflicti afflictionibus corporis deficient, & succumbant, ac in peius recidant malum impoenitentiae, & contemptus. Deus enim eis mala immittit, quae patienter tolerata ad partem solutionis deseruiant. Marc. 2. iubet non coniungendum vetus cum nouo panno; nec veteribus vtribus fidendum nouum, ac forte vinum, ne corrumpatur, & perireat. Rationem reddit Theophylactus, misericordiam Dei, hanc contemplari tenuitatem nostram, nec velle nos grauare, ne in peius eamus: *Itaque, si grauauero, ipsos offendam. Not oportet igitur illos graui ieiuniorum praecipio onerare,* ut inquit August. 1. de Trinit. cap. 2. *Mens nostra in excellenti luce non figitur.* Temperanda est, vt ferri possit. Videat ergo Confessarius in hac omnia, vt prudens iudicium luceat in hac causa conclusionem, & cum vices Dei gerat, negotia eius fideliter agat, & ad poenitentiam capacitatem, & dispositionem, & signa maioris, ac minoris poenitudinis, attentus, aequa lance libret poenas: si tamen rationem Deo redditurus, timeat proprium periculum, potius de misericordia, quam de seueritate sustineat.

Psal. 100. Basili.

Tertull.

Apo. 3.

Marc. 2.

Theophyl.

August.

CAPVT IX.

Quomodo aggrediendum Confessionis opus?

Quauis dicenda pro poenitentibus no- tentur; ea Confessarius commendamus, vt vel è suggestu omnibus confitendis viam aperiant rectè prodendi peccata, vel ad pedes eorum accedentes instruunt, & moueant, ad quoniam metum pellendum, Confessio ergo

executioni mandata peccatorum ex iis, quae commisit poenitens, componenda est, alia vitanda: cum enim à longe poenitentes petant peccata, id, in quo consistunt, post multorum narrationem, notandum est, & manifestandum. Nec aliena errata ad rem faciunt, sed propria; non solum vt complicitis vitetur infamia; sed etiam vt veri poenitentis formam, ac imaginem quisque referat. Haec dicenda sunt cum veritate: verum quia debiles memoria haud facile numerare possunt mortalia vnius generis, licentia eis conceditur ea recensendi cum aliqua circa numerum haesitatione, dicentibus: Parum minus, aut magis, toties haec feci. Cum autem postea vnius, aut alterius peccati eiusdem conditionis recordantur, & nondum fuisse illud confessos, nulla sollicitudine premantur; paruus ille numerus, inclusus manet in reliquis, cum illa limitatione, paruus minus, aut magis. Si autem grandis numerus esset oblatorum, nec in illa iam dicta summa, aut massa, contineretur; teneretur ea denuò confiteri, tanquam peccata oblita; nec oportet se damnare, & hac ratione plus dicere, quam fecit: Deus enim veritatis amator, ne non facta diceret; nec, quae fecimus, reticere paritur. Si res sit dubia, sub dubio, non scrupuloso, sed probabili nomine prodatur. Voco probabile dubium, quod pro se rationes habet dubitandi: & cum tali dubio, non iudicio in oppositum obfirmato, qui operatus fuerit, peccatae probabilibus videtur: saltem ergo tenebitur dicere, dubium esse, an tunc deliberauerit posse absque peccato rem talem aggredi, an dubio animo, etiam ratione in oppositum pulsante operatus fuerit.

Syncera, ac clara esse debet Confessio, nihil reticendo, quod conscientiam grauet: cum discrimine tamen, & praevia cognitione grauis, ac leuis peccati, si fieri possit. Hominibus crassae conscientiae, venialia confiteri obstitere, ne inuolucro quodam grauia, & leuia confundere. Vnde illis constaret quam foede deliquerint, & quanta teneantur obligatione soluedi, velut magno aris alieni debito, pressis. Haec tamen cognita grauitate, & breuiter expediant, & pure peccata denunciant, & clare manifesta faciunt absque ambagibus, quas verecundia confingit ad minuenda, aut tegenda peccata: qui enim vnam petunt, dicere, & aperire erubescunt. Quis occulta corporis reuelare non sentit? Nec ob id, vt salutare remedium obtineat, celat. Similiter vincenda est erubescencia peccata detegendi, vt docet Basili. q. 229. ex Reg. par. *Eodem modo etiam peccatorum confessio fieri debet apud eos, videlicet, qui ea possunt curare.* Apprimè addit, *qui ea possunt*, non solum ob iurisdictionem; sed ob peritiam, & dexteritatem, ne ad stultum chirurgum recurramus; ne, Pastore deserto, ad mercenarium confugiamus. Hac sola via Deus remedia Ecclesiae adhibuit, reconciliandi peccatores. Lepra infectos ad spiritualia attendens, ad Sacerdotum iudicium remittere solebat. Aug. 2. lib. de visitatione infirm. *Ergo cicatricum suarum arbiter,* (inquit,) *Dei vice, Dominus adhibeatur Presbyter: & reuela ei vicius tuos, & ipse tibi exhibebit antidotum reconciliationis.* Apertissime probat, plus suum, quam Dei honorem amare, qui verecundia detentus, prodere peccata erubescit. Capilli Absalonis in magno

Basili.

August.

2. Reg. 14. 26.

Drogo Hoff.

Luc. 15.

Tertull.

magno erant pretio: pondere 200. siclorum pendebantur. Sed quale istud? *Ponderabat eum pondere 200. siclorum, pondere publico.* hoc est, profano, non Sanctuarij, vbi sacra pendebantur. His quidem suspensus interit. Quid hoc significet, docuit Drogo Host. de Dom. Passione: qui enim vilia mundi ornamenta in pretio habet, plus apud eum ponderis sunt, honor, delectatio, fama, diuitiae, corporis oblectamenta, quam Dei gratia, & salus aeterna. De Iuda simili Absalonis, qui peccatum confiteri erubuit, & de eo poenitere, ait: *Quia plus erubuit infamiam, quam conscientiam; plus suam nequitiam, quam Dei misericordiam ponderauit.* Ita multi de salute desunt tacentes peccata, horrorem pluris facientes, quam Dei gratiam, & reconciliationem obtrine. O quanti non erubescunt mulierculis, ancillis, amicis sua prodere scelera, qui omnes ea aliis reuelant, & fama perit: at haec eadem, cum certae famae securitate, Sacerdoti referere reculant, qui ea minime aliis manifestare, nec cum vitae propriae detrimento potest. Quid, miser, times? Ignoras, si statuas ad pedes Sacerdotis accedere, non virtutes, non opera laude digna dicturus, sed peccata. Quis ad alium sine similitudine tui ad eundem venit? *Surgam, ait ille, & ibo ad Patrem meum, & dicam illi: Pater, peccavi in caelum, & coram te.* Non ad inimicum offensum accedens, & iniuriam passum ob tua crimina, renuncias facta, a quo timere iure posses vindictam. Proximus est, amicus est, Medicus est, Pater est, qui nullum exspectat, nisi peccatores oneratos peccatis; nec ipse discrimen agnoscit inter haec, illaque peccata, cum in omnibus eadem ratio appareat offensae diuinae. Tertullianus de Poenitent. c. 10. sic fatetur: *Ceterum inter fratres, atque conseruos, vbi communis spes, metus, gaudium, passio; quia communis spiritus de communi Patre, & Domino. Quid consortes casuum tuorum, & plausores fugis?* Num incurristi in feram, quae deuoret te: in trucem hominem, qui repellat, & spoliatum honore à se proiciat? Valeat timor iste, si corpus, infirmi membri compatitur, fouet, & demulcet, vt sensum doloris depellat. Ita inquit: *Condolet vniuersum, & ad remedium conlaboret, necesse est: in vno, & altero. Ecclesia est: in Ecclesia verò Christus.* Nec mirabitur peccata audiens, quae tu noua, & inusitata existimas. Ille grauiora audire assuetus, & ista, & illa in multis cognouerit, in Authoribus legerat, & quomodo ea mereri debeat, didicerat. Nec ipse inexperius milesium ob dictatum, quia homo est, & nihil alienum à sua communi cum aliis conditione inuenit in te; sed forte maiora commisit aliquando.

Quid, quoddam Confessarius Dei vices gerit? Non aduersus ipsum peccata tendunt, nec eum iniuria afficiunt; sed Deum vniuersorum Seruatorem. Cur ei, cui non intersunt peccati deformitates, reticere eas conaris, quae Deum haud latere possunt? Si in Infernum descendas, tibi est: si mare peruadere tentes, tibi adest. Tenebrae, lux ei sunt; cogitata leuiter penetrat; omnia occulta, clara luce intuetur. Cur insanis, & Deum relinquens, Iudicem vindicem, homunculum times, qui nec ob offensam, iniuria lacessitus conqueritur? Ille sanctus, & cordatus poenitens, quid de suo scelere iudicauit, cum

ait: *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci.* Psal. 50. nisi nos ducere, & instruere, vt Deo iniuriam factam referamus, quem nulla via laterè possumus: quo supposito, hominem haud timebimus. Paueat, Deo praesente; delinquere; non tamen praesente homine, vicem eius gerente, peccatum haud reticere. Nec Dauid agnoscens Dei in omnibus praesentiam, aliud expressius, & penitius sentit, quam coram tanto Numine deliquisse, & ab omnibus ignorari facinus suum praetendere. Cassiodorus ibi: *Quia igitur illum ubique esse nouerat, iam coram eo malum se fecisse deplorabat, arguens demeritiam suam, quae non expanit tanto iudice praesente peccare.*

Cassiodor.

Alex. 5.

Hefych.

1. Cor. 11.

Num. 5.

Theoderes.

Alex.

Hinc fit, hoc genus peccati contra Spiritum Sanctum commissum dici, quale est obrudere fores, ne Sanctus, ac benignus Spiritus per gratiam, & reconciliationem ingrediatur. Ita Ananias cum vxore Actor. 5. contra Spiritum Sanctum deliquerunt, mentientes apud Iudicem conscientiam, tantum fuisse pretium venditi praedij: *Cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de pretio agri?* inquit aduersus eum ferens sententiam Petrus: qui enim ad impoenitentiam vergit, impossibile est, reconciliari Spiritu Sancto interueniente Deo. Cum ergo hoc contingat, negantibus peccata commissa, aduersum se habent Spiritum veritatis, & damnationi subiiciuntur. Iustissime Petrus vita hos mendaces priuauit: siquidem ad salutem nullam reliquerant viam. Notauit hoc Hefychius 2. lib. in Leuiticum, cap. 10. *Tempus enim poenitentiae eis non dedit, sciens, quia cor cacatum in transgressione, & blasphemia Spiritus habentes, poenitere non poterunt: mox enim eos poenali condemnauit morte.* Meritas poenas patitur, qui hos imitatur, & poenitentiae obicem apponit, ne surgere valeat à peccato. Iubet Paulus, mulieres in Ecclesia operto capite esse debere; non tamen hoc de conscientia accipiendum est, quae nuda, & aperta esse debet. Velent faciem ob verecundiam, & honestatem: at cor pateat oculis Dei, & vicem ipsius gerentis. Ob id Numer. 5. cum ageretur de adulterio perpetrato à femina coram Deo; iustum est aperto capite stare: *Chamae steterit mulier in conspectu Dei, discooperiet caput eius.* Cur hoc? Ostendit, statim addens: *Quia oblatio inuestigans adulterium est.* Quid clarius, vt idem in iudicio Confessionis fiat: quanuis verecunda femina deliquerit, & obsecra perpetraverit: adstat enim coram Domino, cui incumbit inuestigare peccata occulta, & secreta per os agnoscere. Aperiat igitur caput, omne velamen à se abiiciat, ac dimittat, ambages fugiat, verum fateatur, vt appareat, an pudica, an verò impudica fuerit, an innocens, an autem culpa onerata, & denigrata. Theodoretus ibi hoc in vniuersum colligit ex tali facto: *Docet omnia nuda, & aperta esse in conspectu eius, & nihil eorum, quae gerimus, latere.* Olfecerant antiqui eiusmodi veritatem, statuentes sacrificios operto capite adstare coram ara debere: excipientes tamen Saturnum; nam ad hunc accedentes, aperire caput iuebantur. Ita Alexand. lib. 22. Causa constituendi inter Deos hoc discrimen, talis erat: Deus iste zelator

H

latoz

lator veritatis habebatur: graue & capitale crimen ipsi mentiri, censebatur. Ut ergo ex gestu corporis hac occultorum proditio decerneretur, pro signo habebant ante simulacrum, aut aram ipsius caput aperite: *Saturno tamen sacra facientes, velut veritatis cultori, capite aperto immolant, & inuelato.* Cum ergo Deus veritatis indagator sit, præcipue cum ad iudicium Confessionis accedimus, & velut ad aram eius, stamus ad pedes Sacerdotis; expedit aperire conscientiam, in mente concepta prodere, & nihil reticere eorum, quæ illam mendacem, aduersus tantum Numen, reddant. Hic quidem latebra aperitur cordis, vt vigeat in nobis fides Numinis offensi, ante quod interuentu hominis, ipsum representantis, quæ ipsi manifesta, & nota erant, appareant. Nec verecundiùs agendum cum isto, quàm cum illo, qui homo similis nobis est; Deus autem puritate, ac sanctitate omnes superat; & ideo ei potius displicere deberent nostra facinora, quàm homini assuetum talia in se, & aliis experiri. Foras mitramus verecundum silentium, gladium exeramus, & aciamus aduersus hostem nostræque salutem inimicum, linguam, videlicet; & cum Iob inclamemus: *Propter quod non parcam ori meo.* Propter quid? Quia, videlicet, peccavi, & necesse habeo in lingua remedium ponere. Hoc exponens Gregor. ibi ait: *Ori etenim suo non parcat, qui confiteri peccata, quæ commisit, non erubescit.* Hæc infida, & inimica erubescencia hoc gladio intus conterat; & lingua audax fateatur, quæ intus continet. Si negare in mente habes, à Sacramento isto fuge, cui grauius offensis: quod genus peccati ita vires sumit, vt sæpe iteretur, ne semel negata peccata ad Confessionem adducas, timidus eorum, quæ initio occultasti. Si dubius es, & nescis, in quam partem inclines, Iudex conscientie tuæ constitutus, an factum à te, peccatum sit, velne, patefaciet. Id Confessario aperi, cuius iudicio securus potes, vel reticere, vel exponere, quæ conscientiam premunt, ne postea agiteris scrupulis, & credas peccatum fuisse, latere id, quod peccatum fuisse dubitaueras. Et sæpe hac via inimicus multa falsa ingerit, quibus exagitat, & turbat conscientiam, vt credat sacrilegam Confessionem factam fuisse: quod vitares, si dubium tuum ad Iudicem adduceres. Cum hostis noster tentat peccata reticere, aliqua vt verecundiõra, & grauiora fingit: tunc considera, plurima à te confessa, quæ communiter grauiora sunt, quàm prætermissa: item, non omnes idem ferre iudicium circa peccati magnitudinem: quædam sceleriora his, quædam aliis videri solent; fortè enim comparatione eorum, quæ iam confessus es, reliqua mitiora sunt. Præterea, Index pro Confessionibus audiendis, aliud censet de peccatis, quàm vulgus. Ille quidem grauiora credit, quæ magis Deo aduersantur, qualia haud sunt turpiora, & sceleriora, de quibus præcipue femina magis verecundantur. Item, ista, vt frequentius passim accidunt, minorem admirationem sui ingenerant: infueta quidem, & vix ab aliquo facta, magis dissona videntur, & pluris fie-

Iob 7. 11.

Gregor.

ri solent. Cum ergo prætermissa communiter illius generis sunt, quid times obstupesciturum Confessarium illa audientem, & aduersum te insurrecturum, vt minis, & terroribus te conficiat? Valeat talis timor, & à te abscedat, qui nullo nititur fundamento. Item, communiter eiusmodi homines, quæ apud penitentes maioris verecundiæ causa sunt, minus scæda, ac timenda sentiunt; & si semel prodantur, nullum stuporis, ac admirationis edunt signum; sed serena facie, ac fronte ea audiunt. Sicut enim gustus hominum diuersi sunt: ita & peccati sceleritatis ponderatores. Nec credas tecum conuenire Confessarium; sed potius diuersimodè iudicare de sceleritate tuorum peccatorum, & plurima sine metu dicere, quæ ipse sentit grauiora.

Aut metus nascitur de peccato; aut de homine, cui aperienda conscientia est. Si primum, accipe hoc consilium, & primum omnium, confitere illud, quod magis anxie premit conscientiam; quo viam latam pandis reliquis peccatis confitendis: quod enim audacius hoc sit, minus hosti occasio relinquatur, laqueos conscientie coniciendi. Dauid pugnam iniens cum Golia, primo lapide frontem eius percussit, & victum, ac prostratum dimisit. Ita aduersus eiusmodi hostem grauius peccatum propalam facies: quo forti ictu, percussum vinces, & libertate maxima recuperata, reliqua feliciter consumes. Deinde considera, quod duorum grauius peccatum est, & quod verecundiam maiorem pariet; peccatum silentio contactum fateri; an sacrilegam ob silentium Confessionem facere: plus enim mirabitur Confessarius, te proditorem salutis tuæ fuisse contemptorem Christi Sanguinis, Sacramenti sacrilegam inualem; quàm vnum, & etiam multa, passione victum, peccata perpetrasse. Tunc adde; aut aliquando es confessurus, & peccatum, & sacrilegia; aut nunquam: si hoc asseras, damnationem inferis: si primum, quantò leuius est, peccata sola, & semel fateri, quàm tot concatenata facinora, manifesta facere, tot circumstantiis malitiam ad cælum vsque extollentia? Idcirco Tertull. de penitentia, cap. 8. grauius censens hoc malum inquit: *Tantum releuat Confessio delictum, quantum exaggerat dissimulatio.* Grauius deliquit Cain: eodem genere culpæ notatur Lamech, qui seipsum ad grauiores penas damnat: *De Lamech septuagies septies.* Ille fratrem, iste quemdam virum interfecit: at diuersæ vtriusque fuerunt sortes, ille damnatus, absolutus iste euadit; eò quod negauit primus, secundus confessus est culpam. Isidor.

verò veniam est consecutus: quoniam ille, cum argueretur, negauit; hic verò, etiam cum non argueretur, est confessus. Potius ergo Deus offenditur silentio commissi, quàm ipsa culpa, cum factam dimittat, non confessam puniat: id enim aduersarius cupit, scilicet, addere peccato tam graui onera, vt desperatus de salute, impoenitens persistas. Adde his omnibus, peccatum diuersimodè contemplati, cum sit, & cuncta confessione interueniente deletur: illud enim

Tertull.

Genes. 4.

Isidor.

ad iram prouocat diuini honoris zelatores: At, si penitentia causa ad iudicium vocetur, & penas libenti animo sustineat, ipsèque reus sui accusator existat, & aduersum se causam exaggeret; nec à Deo, nec ab hominibus, vicè ipsius gerentibus, ira dignus censetur; sed potius complacent in eo, qui forti animo, & salutaris concupiscentia audeat aduersum caput suum tale iudicium sustinere. Et quemadmodum Christus Dominus, contemplanus adolescentem à prima ætate mandata seruantem, complacuit in eo, & quasi ridens ipsum intuebatur: ita planè virum, & feminam hæc volentes seruare, & à peccati via recedere per exomologesim, placido respicit vultu, & grata aure audit, ac placidè aiens: *Vade in pace. Noli amplius peccare.* Si verò timor ex Confessario nascitur, abstine ab eo, alium quare propitium, mitiorem, placidiùs cum peccatoribus agentem. Cum leprosus ad Sacerdotes Christus mitteret, non dicebat: *Ostendite vos Sacerdotibus, sed, Sacerdoti:* vt electio penes infirmum staret, ad illumque accederet, à quo faciliùs conspici, & absolui posset. Non quidè truces eos arbitreris, non immaniter peccatorem dilacerantes, non virgis percutientes, & gladiis ferientes, & vulnerantes eos, in quos potestatem accipiunt; sed potius benignissimè eos suscipientes, eorum conscientias pulsantes, vt occulta peccata, quantum satis est ad ea dignoscenda, signis, aut expressis verbis propalent. Illa enim, quæ Sponsum quaesitura, domum egressa, per plateas, & compita ciuitatis discurrebat, inuenta est à custodibus ciuitatis, qui eam expoliatam pallio, & vulneratam dimiserunt, exprimit apertissimè, quale munus horum vigillum; nempe, latentia pandere, occulta manifesta facere; non metum iniicere penitentibus, vt peccata timeant foras mittere; quem videris hæc penitiùs, ac exterius facere, quare, istum inuestiga, ne latens in conscientia culpa, impedimento sit inueniendi, quem queris. Gillibert.

Gillibert.

Iob 20.

rat; ne si lingua prodar, dulcedine, cupidineque maximè amata priuetur. Glossa ibi: *Malum enim in lingua non sub lingua esse, si loquens hypocrita, malum etiam aperiret.* Ea enim, quæ diligimus, ferire gladio linguæ nolumus, sed parcimus. Quemadmodum, contra Dei præceptum, Saul cum suis pepercerunt rebus, & personis pulchris, & pretiosis ex damnata Amalech multitudinè: ita peccator, callidè agens cum Deo, ea, quæ ardentè concupiscit, & tenere desiderat, silentio seruatur, eiusque parcat: quia nollet perdere, quæ suauiter, ac delectabiliter possidet. Iob supra: *Parce illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo.* Quibus verbis hunc amorem manifestè insinuat, cuius de causa linguæ parcat, ne ea, amata disperdat, & iugulet. Apprimè Glossa ibi: *Malum, quod diligit, parcat, qui non hoc penitendo persequitur: & non derelinquet illud; quia sic seruatur in cogitatione, vt nunquam proferat in voce.* Patet ergo ex his, multos perditè amâtes rerum mundalium effectos, peccata sua reticere, aut minuere, aut à circumstantiis liberare, & multitudinè peccatorum, cum ad vnicam amatam spectent, ad plures referunt. His technis stultissimi homines peccata aggrauant, & cum iniuria Sacramenti sibi reseruat. Quibus applicare oportet, remedia superius adhibita, vt à fatuitate sua respiciant. Cum his quidè agere oportet, sicut Christus Dominus cum Zachæo, qui arborem scycomorum petès, vt eum videret, inde descendere iussus est, vt salutem consequeretur, errata aperiendo, quæ velut ficta quadam deuotione, & castitudine vitæ conabatur abscondere, ne qualis esset, appareret. Petrus Chrysol. Ser. 54, notauit, hunc alensum hypocritam redolere: *Vt vnde Adam reuerat nuditatem corporis, Zachæus inde velaret sceleritatem auaritia.* Descendat ergo, & ad Confessionem criminum veniat, ne in alienis bonis congaudeat, & ob ea peccata dissimulet.

Glossa.

1. Reg. 15.

Iob 20.

Glossa.

Luc. 19.

Chrysol.

## CAPVT X.

## Quomodo medicandi peccatores in peccatis persistentes.

Quæ attinent ad Penitentia partes, hæcenus declarauimus; & aliqua in proposito doctrina, ad præsentia spectantia, dicta sunt. At, quia frequens hoc malum, & lapis offensionis esse solet in Confessionibus, oportet penitiùs ista inculcare, ac vires, & energiam Confessariis imbuere, ne leuiter tractent, quæ summo per necessaria sunt ad salutem penitentium; sed fortiter cum eis belligeret, vsquedum obtineant, quæ iusta arbitrantur, ad securitatem emendatæ, omni periculo ablato recidui, scemota occasione, ac impedimento, quæ vires peccatis præbebant, vt duratione potirentur. His in euentibus non satis est proponere vitæ mutationem, aliena reddere, reconciliationem inire cum inimico, officium iuxta regulas equitatis exercere, occasionem dimittere, & periculum peccandi vitare: necesse enim est alia inuenta, & vsque nunc præterita, addere, cum illa, non semel; sed sæpe in proposito fuerint, & toties reddita irrita, ad vomitum redierint, omni fide fracta, omni proposito euacuato. Hic enim adhibendum est acre illud remedium Christi

H

Christi



Christi Domini, oculum emittere, pedem, ac manum profcindere: quasi velit inuisitata praestanda, & quae non in verbis; sed in executione sollicita consistant; quannis carnis oculis durum remedium videatur, & crudele spectaculum talia exequi. Nec talis mutatio voluntatis, naturae inconstantiae ascribenda est: sic enim se habet in aliis propositis, quae saepius facta delitescunt: ista enim profundior rem radicem habent, & praeter communem mutabilitatem, in eis elucet affectus, & periculum; affectus non ablati per poenitentiam; periculum ex conuersatione, proximitate ex usu videndi, loquendi cum his, quae ad malum impellunt; quae cum sint in animo, ad peccandum prouocant. Nec alius testis huius veritatis adduci potest fidelior, quam ipse peccator vim experiens sui amoris, aut odij, aut inclinationis ad aliena retinendum; nec se spoliandi his, quae iniuste possidet. Cum Augustin. 2. de nuptiis, & concup. cap. 8. roget, per quas timas ingressum fuerit peccatum originale, cum nec generans puerum, nec mater eo concubitu peccaret, ait: *Quid quaris latentem rimam, cum habeas apertissimam ianuam.* Ita homines passionibus obcaecati haud inueniunt, ubi peccatum lateat, cum ipsi proponant vitae mutationem, & alia pars in eodem persistat proposito: ut enim nulla sit confessio, si peccatum adhuc perseveret, quid opus est quaerere rimulas, cum apertissime pateat durare, quandiu assuetus peccare, aliqua insoluta non praestet; per aliquod tempus non probet suum propositum; non mutet locum, conuersationem; non absteat a colloquiis, quae incendia solebant parere; non alloquatur inuisum proximum; nec nummum creditori usque huc reddiderit: sed res stent in eodem periculo, & obligationis statu? Hoc quidem discrimen intercedit inter Confessarium, & poenitentem, quod ille libera passione, ratione ductus, pericula prauidet; alter vero caecus amore, aut concupiscentiae, aut cupiditatis, aut odio victus, miserum statum suum ignorat. Rationem reddidit Nazianz. 2. contra Iulianum: *Facile enim imposturam facit, quod delectat.* Ac si diceret: Obtenebrat mentem, fictas depingit imagines inordinatus alicuius boni amor. Sed duratio ipsa, & in malo constans persistentia, posset his hominibus periculum suum monstrare. Non miror, quod cum Christus Dominus iudicium suum aeterni comparat, separationem eorum, quae eo comprehenduntur, tractu in terram, non in mare fieri doceat: significans, peccata illa, quae velut rete aliquos ligatos tenent, durare, quandiu in mortali carne degunt: separationem vero seruari, cum anima a corpore secedunt ad sustinendum durum Dei iudicium. Vbi Petrus Chrysol. Ser. 47. ait: *Breuis ista mixtura, longa separatione pensabitur.* Quam pulchre hoc proponendum, & recipendum, ut discant veram poenitentiam: breue enim est, quod delectat; sed aeternum, quod cruciat. Duret, quantum iactat appetitus inordinatus, iste amor, & societas prauorum: maioris enim periculi res est, & separatio incurtabilis fiet, cum ad iudicium ventum fuerit: nec alia via videtur ista dissolueda, & curanda, quam

diu remedia insolita non fuerint apposita. Confessarius prudens minister esse debet illius operatae separationis, cuius meminit David dicens Psal. 16. *Dirige eos in vita eorum.* non quidem ira percipit poenas exposcit, sed remedium: sentiens arduum esse, & a misericordia insolita Dei profecturum. Theodoretus ibi Deum alloquens ait: *Etsi tibi facile est, homines ad mortem transmittere; tamen obsecro, ut uiuentes dissipentur.* Illud vindictam sonat; hoc maximam misericordiam ostendit, ut prudentem Confessarium eis praebear, qui virtute diuina innixus, gladio verbi, & efficacia mediorum hos conglutinatos amatores diuidat, ac secet, ne iterum in vnum coeant, & ad peccata reuocentur. Cum autem in se non sentiant periculosum suum statum; sed succedere putant ea, quae offerunt, arbitantes adimplenturos promissa, ponat ante eorum oculos vnum Augustinum toties compunctum, desiderii mutandae vitae actum; qui tamen tractus affectu libertatis, & carnalis oblectationis, milles mentiebatur, & toties in eodem persistebat periculo, usque dum valenter irruens in catenas, quibus ligatus tenebatur, eas confregit, liber effectus ab inordinato amore, iam non ipsum trahebant ligatum; sed ipse eas superans, aliis amoris diuini catenis, se Christo coniunxit, & obstrinxit aenis: *Quam dulce mihi cito factum est carere illis suauitatibus nugarum! & quas amittere metus erat, iam dimittere gaudium erat.* Ne timeat nomen comparate crudelis, indocti, scrupulosi, cum petat ea, quae usque ad illam diem ab aliis Confessariis, nec audita fuerint. Obliterabitur Patris nuncupatio; sed ante oculos proponat vnum Ambrosium aduersus Theodosium, Chrylostomum contra Arcadium; qui quidem tor Praelatos infensos habebant, damnantes eorum sententiam, & mitius cum Principibus agendum decernentes: at illi spiritu Dei ducti ad aliorum exemplum, hos impoententes iudicantes, in sententia steterunt, quousque iussa illis opere impleuerunt. Hic securitas, hic bona poenitentiae fructus. Quod si desperari ad indoctos, & leues confugiant, quod inde maius malum oriri poterit, quam absoluere homines in periculo salutis perdurantes? Hanc doctrinam iis rationibus confirmo.

Prima. Ferè semper tales noti sunt pluribus, & eorum conuersatio omnibus patet: quale damnum erit, si viderint isti ad Eucharistiam accedere homines in volutabro vitiorum hucusque permanentes; praecipue cum in Missionibus breuius, quam alio tempore soleant ad poenitentiam trahi. Hoc exemplo alij in eandem spem venient, alij ad sic viuendum excitabuntur. Cum autem viderint res aliter se habere quam antea, hominem deseruisse peccandi occasionem, amicitias procurasse, aliena reddidisse, fructum dignum poenitentiae recognoscent, ad tales Medicos current, propriam curabunt componere conscientiam, ne alienentur a communicatione Sacramentorum. Imitetur ipsum rerum effectorem: cum enim luce sua cuncta collustrasset, & perfecta reliquisset, septimum die quieti tribuit: *Cessauit enim ab omni opere, quod parauerat.* Latens hic mysterium docte sanè exposuit Philo 1. alleg. legis: *Postquam splendor virtutis exortus fuerit, cessare facit generationem naturae contraria.*

August.

Nazianz.

Math. 13.

Chrysol.

August. lib. 9. Conf. c. 1.

Genf. 2.

Philo.

Cyprian.

Math. 2.

Tertull.

Ioan. 4.

Origen. homil. 14. in Ioan.

contraria. Hoc munus Confessarij: tempore ad perficiendum sibi commissum opus concessio, instruat, moneat, corrigat, virtutibus ornet, luce illustret, ut exinde cessare incipiant contraria his bonis, pristina scelera, peccata inueterata, prauae consuetudines, ut ordo seruetur, & deinceps in eisdem perseveret operibus.

Secunda. Ostium aperiet, si semel absoluat homines huius conditionis, ut à nullo alio mederi valeant: quis negare remedium absolutiois audebit? Si homo doctus zelo Dei ardens, salutem solum animarum quaerens (ob id enim aliena petit, & sua deserit, nullum commodum desiderans) talem, nulla praestita cautione, nulla signa noua praestantem liberum abire sinit, nec curatum, nec à pristino statu deiectum, & ut verba sumam Cypriani epist. 11. *Nec erigitur sic lapsus; sed per Dei offensam magis impellitur ad ruinam.* Dicit enim aliis Confessariis, se ad pedes hominis docti, & sancti stertisse, & solo proposito amplius non delinquendi, ab eo absolutum fuisse. Quis audebit ad ista, noua remedia addere, & ipsum ab iteratis lapsibus liberare? Nec alia doctrina imbuti recesserunt Magi à Christi incunabulo, in somnis docti, ut alia via incederent, sicque ad suam redirent patriam; non utique quam dimiserant; sed quam perdidierant; non ad pristinum regnum, sed ad perditum caelorum, quod statim opere compleuerunt etiam cum Rege inita pacta non seruantes; poterant enim exultationes praetere, dicentes: Reges sumus: promissa seruare tenemur: Regem fallimus: timere possumus bella. *Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.* Qui enim alieni à Christo vixerant, in idololatria degerant, aliam viuendi formam arripere coguntur, si regnum perditum caelorum tenere desiderant. Audi Tertull. de idololat. cap. 9. *Ve ireni in sua, sed alia, non qua venerant via, ne pristina secta sua incederent.* Itaque Magis praecipuum, exinde aliter incedere praecipiat, alios tenere mores, non assueta, & trita repetere. Ita plane alienati à regno Christi ipsum recuperabant, omnia peccata, omnes conuentiones cum carnaliter coniunctis irrita, ac nulla facientes, forti, & virili pectore Dei gratia armati.

Verum quidem est, aliquos poenitentia afflictos talia solere signa veri animi praebere, ut cum illis mitius agendum esse, ipsae res exigant. Videre hoc est in illa Samaritana, cui aquam Christi desideranti ipse exposuerat, ut virum vocaret: negauit talem habere: confirmat Christus, addens alieno coniunctam iniquè esse. At, quannis hunc hominem non dimiserit, aquam desideratam ei elargitus est, qua, acta in feruentem spiritum, & hydriam dimisit, & honorem abiicit; & occulta pandit peccata: quae enim ista donauit, etiam virum alienari à se prudenter suadebat, ac proinde optimam egisse poenitentiam, & in totum mutatam euadere. Clamans ait: *Venite, ciues, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quae feci.* Quid fecerat, inquit Origenes? Quinque habuerat viros, & alieno modo coniuncta erat. Fecit ergo vltimè, & iussu Christi hunc reliquit, & septimo adhæsit, nempe, Christo: *Quem*

deserens, & septimo adhærens lagenam dereliquit iam puidca. Quasi pignus praestans suae mutationis. Ita in aliquibus talia apparent signa poenitentiae, ut in ipsis firmitas propositi eluceat; nec ab his alia duriora poscenda sunt: siquidem & dolor, & odium vitae praeteritae testantur manifestè, nullam difficultatem ipsos praepediturum ab intento opere. Quod etiam in his, qui generalem Confessionem intentant, sentiendum est: qui enim tanto labore, & studio, ad mentem reuocant aggerem peccatorum, & ea omnia, licet fœda, & verecundiam causantia, confiteri non recusant, apertissime ostendunt, paratum esse animum ad mutandam vitam, & omnem peccandi occasionem è medio tollere. Quis, nisi vaxors homo, & alienatus mente, tale opus aggrederetur, ut in peccatis veteribus perduraret? Existimandum iuste est, dolorem verum secum ferre, & rumpere velle omnem peccatorum concatenationem. Verum quidem, hos paratiores esse, monita audite, faciliusque ab eis impetrari, ut ante confessionis finem, tollant impedimenta salutis, occasionem omnem auferendo, & in debito statu cuncta reuocando, ut exinde absque scandalo incedere possint in trita via salutis, imitantes illos homines, qui alacri spiritu, & feruore deuotionis Christum comitabantur, cum in asello conscenderet, ac federet, ut humilitatis triumphus omnibus admirationi esset: hi quidem, lubenti animo vestes, quibus uti consueuerant, ad aselli pedes proiciunt, ipsum triumphatorem, vocibus ad caelum usque extollebant dicentes: *Osanna. Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Quod considerans Ambros. ibi, latere mysterium existimat: qui enim feruido spiritu aguntur, etiam quae ad usum necessaria bona habent, à se proiciunt, ut Christo Domino seruiant, & ab hoc onere expediti, liberius per viam caelestis patriae incedant: qui enim chara, & necessaria sibi non dimittit, quomodo potest spinas pungentes vitare: quomodo lapides offensionum tollere, ac operire; ne pedem animae illae pungant, isti laedant? Hieron. in 21. Math. *Strauerunt, inquit, pedibus asini, ne vbi offendant in lapide, nec calcet spinam, nec labatur in foveam, inueniat.* Qui ergo alacri spiritu ad poenitentiam venit, haec Christo praestet, & à se proiciat necessaria, ad tollenda scandala, & recidiui occasionem. Nec absimile docuit Theophylactus, quae subitici oportet spiritui, nempe, Christo Domino; & pluris iste faciendus est, quam omnia carnis oblectamenta, & commoda: *Strauerunt vestimenta sua Christo, hoc est, carnem subiciunt spiritui.* Illa enim domanda est, & subiicienda rationi, legi, obedientiae Confessarij, ac expolianda omni ambitioso ornatu, commoditate, ac vtilitate, ut Christi comites, ac socij esse possimus. His ergo hominibus, qui feruore tracti, ad poenitentiam ritè faciendam veniunt, manifesta sunt pericula consuetudinis, debilitas naturae, si inter occasiones veteres degant; quanto sunt impedimento ad salutem ista, nisi ablegentur à communi usu: ut ipsi decernant, quomodo absque scandalo, ac nota, suauiter ista disponi possint, ut liberi euadant, & Confessario obtemperantes fiant.

Math. 21.

Hieron.

Theophyl.

Verum etiam hæc non intelligenda de his hominibus, qui nunquam fidem frugerunt, nunquam mentiti sunt Deo, & eius ministris: quantum enim quis fateatur per longam seriem, & repetitis vicibus, in eadem præstitisse delinquendi occasione, odio, iniustitia, rapina, vsura, non eis deneganda est absolutio, si tunc firmiter proponant, ista vitare; & è medio pericula recidendi tollere: præcipue, si ex Confessionis contextu in aliis mentitos fuisse non appareat, credendum est eis, media, quibus id facilius præstent, ostendendo, breuitatem commendando, & quanto in periculo degant, donec id perficiant, monendo. Ita Suarez 4. in 3. part. disputat. 32. sectione 2. qui quidem ibi hortatur fortiter agere cum his hominibus, qui sapius mentiti sunt Confessariis, & in eadem peccata recidunt. Secus tamen est, cum occasio adimi haud potest sine graui, & noto scandalo; aut ita est necessaria, vt minimè pendeat ex eo, cui lapsus causam præbet: tunc quidem si sit proxima, hoc est, quæ ex genere suo prouocat ad sepe peccandum, vel ex amore nimio singularium, tunc iudicanda est hæc occasio illata, non quæsitæ, nec volitæ: & reducendum est hoc genus mali ad quendam passionem nature, vehementer ad delinquendum allicientem. Alia remedia his adhibenda sunt, quæ coërceant appetitum; quæ amorem extinguant, quæ recidendi facilitatem præpediant; non tamen neganda est absolutio; præcipue si cadens aliqua vsuata peccata vitauerit, & in numero correctus fuerit. Quod si res in eodem, aut priori statu persistant, omni coactione compellendi sunt, maiora remedia querere, omni postposito periculo; dum tamen scandalum certissimè non sequatur. Hæc ille cum Caietano, & Nauarro, quos pro sua sententia affert.

Suarez.

CAPVT XI.

Qualis eligendus Confessarius.

Hæc quæstio plurima dissoluit dubia. Spectat ad Confessarios ex nostris, vt rectum ferant iudicium de Confessionibus hominum ad eos accedentium, qui, vel necessitate coacti, vel incuria, eligunt Ministros parum idoneos ad excipiendas Confessiones. Videre autem oportet, an factæ Confessiones, sacrilegæ fuerint, & iterandæ, ob hunc defectum. Spectat præterea, ad rectè hoc ministerium exercendum, ad vsum reuocando, quæ necessaria ad munus boni Confessarij dicta fuerint: primo, vt doceant pro suggestu, quantum intersit delectum in hoc negotio seruare, & conscientiam examinare, an quis tali fine Confessarium rudem, & parum habilẽ ad hoc opus assumpserit.

Magist.

Magister in 4. distinct. 19. tria requirit in ministro, cui clauis aperiendi, & claudendi conferuntur, scientiam, Ordinem, & vitam. At videmus plures, Ordinis clauis contentos, carere, & scientia, qua discernant inter bonum, & malum; & vita, qua exemplo sint sibi subiectis. Verum ipse Magister in eadem distinct. inferius

A concludit, hanc clauem habere indoctum, & malum Ministrum, non quidem debite, & dignè; sed quoad veram potestatem, quantum male faciat, si his carens dotibus, hoc munus obeat. *Illos solos (ait) dignè, ac rectè hac potestate uti significant, qui præditi sunt vita, & doctrina apostolica.* Quibus annectit Augustini verba lit. B, qui ait: *Caveat spiritualis Iudex, sicut non commisit crimen nequitia; ita non careat munere scientia: oportet enim, vt sciat eos noscere, quidquid debeat iudicare: iudiciaria enim potestas hoc postulat, vt quod debet iudicare, discernat. Diligens ergo inuestigator sapienter interroget à peccatore, quod forsitan ignorat, vel verècundia vellet occultare.* Alia addit, vt ostendat, minutim plura esse inquirenda; & deinde, quantum intersit beneuolum, ac placidum verbis, & vultu agere cum poenitente, vt eius consilio effectum optatum consequatur: *Quibus cognitis adsit beneuolus, paratus erigere, & secum onus portare, & habeat dulcedinem in affectione, discretionem in varietate, doceat perseverantiam, &c.*

August.

At singula ad regulam veritatis adducenda sunt, & primum vita sacerdotalis plurimum interest, vt sentiat peccata, & munus obeat sanctè, Christum imitatio: quo pacto maxima charitate, & patientia, onera subibit poenitentium; nec contentus erit eos absoluerè; sed instruet, & ad perfectionem prouocabit, vt verba D. Augustini, paulò antea relata, demonstrant. Verum ad effectum huius muneris nulla sanctitatis dos necessaria est; solum vnicum impedimentum erit, si ab Ecclesia per excommunicationem sit separatus, vt docet Suarez 4. tom. disp. 27. sect. 1. n. 5. Solum, vt inquit D. Thom. dict. dist. 19. q. 2. art. 3. bonitas necessaria est secundum congruitatem, non secundum necessitatem Sacramenti, de quo plura apud Magist. dict. dist. 19. Verum tamen est, ipsum grauius peccare, si indignus audiat Confessiones. Item, peccare ipsum inducentem ad hoc munus, cognita praua illius dispositione, nisi necessitas cogat hunc solum eligere. Ex accidenti, mala fiet Confessio, si poenitens cum conscientia peccati, propter talem indigni electionem, accedat, & de tali peccato non doleat, ipsumque in Confessione non declaret. Hæc apud Suarez dicta sectione.

Suar. D. Thom.

Scientiam necessariam esse quis neget: Omnes fatentur. Iudex constitutus oportet causam, circa quam sententiam fert, agnoscere, vt grauitatem peccati discernat à veniali; impedimenta ad absoluendum qualia sint; & praua poenitentis dispositio; sive excommunicatus, aut alio impedimento irretitus ad munus suum obeundum. Non tamen semper opus est, ista omnia cognoscat, ita vt per se statim de illis iudicium ferat: satis erit, si dubitet, & ea in Authoribus relegat, aut à doctis petat. Vnde fiet, cum diuersa sint genera peccatorum, & hominum, ac foeminarum, minus scientia requiri ad simplices confitendos; item, ad foeminas timoratas, quam ad officia Reipublicæ gerentes, aut solutis habentis conscientie, peccantes, & circumstantiis parum notis, scelera ornantes. Item, plus periculi habet, qui indiscriminatim omnium Confessiones audit, quam qui ad notos sibi accedit. Idem dicerem de confitente hominem doctum, aut alia via peccatorum suorum grauitatem cognoscentem, quibus fidendum est,

Idem Suar. sup. sect. 2. esset, & securè credendum, nullo teneri impedimento. Verum, quia Iudex est, & poenitentiam satisfactoriam teneri adhibere iudicet, necesse est, statum sibi subditi hominis, & obligationes, quibus tenetur, vt ab eis liberari compellatur.

Hinc concludunt Doctores, sine scientia pro hac diuersitate personarum, & conscientiarum necessaria, accedere ad Confessiones, esse mortale ob periculum non rectè obeundi munus. Excipe periculum mortis, & extremam necessitatem, alium haud vocandi aptiorem Ministrum. Tunc satis erit, si absolutionem rectè pronunciet, & alicuius peccati conceptum formet, super quod, tanquam materiam, absolutio cadat. Item infertur, peccare grauius talem approbantem, & que iurisdictionem conferentem, & ad audiendas Confessiones vocantem; si tamen sciat eius ineptiam: quia manifestè se exponit periculo haud rectè confitendi. Si enim id malitiosè fiat, confessio est irrita, & iteranda; quia assumit ex industria hominem stultum, vt eius ignoret obligationes, & peccata, facillèque ipsum absoluat. Si autem non eo fine id faciat, & ipse proprii status sit cognitor, nolitque iniquè absolui, tenetur peccatum prauæ electionis confiteri, aliis in eo absolutionem suscipiens, diminutè confessus est. Quare scientia perfecta Confessarij non est de essentia veræ Confessionis, modò tamen poenitens ritè culpas fateatur, & Minister veram pronunciet absolutionem, aliqua iniuncta poenitentia: licet enim non ferat iustum iudicium, ita vt à peccato sit immunis, verum dicit, & Confessio ritè facta, censenda est. At, si poenitens in ipsa Confessione, vel ante eam, inscientiam hominis cognoscat, & tamè in sua Confessione perseueret, incognitèque maneant peccata; non erit iudicandus liber ab iteratione Confessionis: tum, quia culpa sua talem Ministrum ascitit: tum, quòd iniudicata eius peccata maneant, si tanta sit ignorantia, vt communiter grauitatem rerum ignorauerit. In hunc sensum exponit Magister dist. 19. in fine, illud Malachiæ: *Maledicam benedictionibus vestris, inquit; Super omnes Sacerdotes, qui vita & scientia carentes, benedicere præsumunt, dictum accipiunt.* Tertio, necessaria est potestas præter Ordinem, quæ duo comprehendit, approbationem, & iurisdictionem. Illud iuxta Concilium Trid. sess. 23. cap. 15. de reformatione. De hoc Suarez disput. 28. sect. 4. Si Regularis pro Regularibus suorum Prælatorum: si Curatus solum susceptione beneficij curam animarum habentis, aut dignitatis similis potestatis: si verò Sacerdos secularis, Episcopi illius Diocesis, vbi Confessiones audit. Præter hanc licentiam, approbationemque, indiget delegata, aut ordinaria iurisdictione, vt Tridentinum docet, & decernit, ius antiquum confirmans sess. 14. cap. 7. S. Thom. 4. sentent. distinct. 9. q. 2. artic. 3. Suarez disputat. 24. sect. 2. Si autem vtrumque deest, aut vnum solum, nulla erit Confessio. Suarez dict. disputat. 24. sect. 2. num. 7. His enim ornatus, constitutus est ab Ecclesia idoneus Minister; non vt iustus, sed vt verè, necessitate Sacramenti, tale obeat munus, de quibus plura apud Authores, quos refert Suarez disputat. 28. sectione 4. & infra. Et

A D. Thom. in 4. dist. 89. q. 2. art. 3. ad 1. & 2. pri- D. Thom. ma quæstionculæ, vbi addit in responsione: *Nisi in necessitatis articulo, vbi nemini sunt Sacramenta deneganda.* Postea hoc decreuit Trident. Conc. Trid. sess. 24. cap. 7. omnem reservationem excludens pro articulo mortis. Vnde colligitur, quenlibet Sacerdotem iurisdictionem ordinariam, aut delegatam habentem, posse istum absoluerè; qui autem caret, & approbatione, & iurisdictione, simplèxque Sacerdos dicitur, defectu aliorum iurisdictionem habentium, poterit morientem absoluerè: quia, sicut tunc nulla est reservatio; ita nulla alia potestas ad vsum clauium necessaria, nisi in ordinatione suscepra. Idem etiam venialia potest absoluerè, & mortalia iam ad Confessionem adducta; modò tamen his, alia nondum confessâ minimè addantur. Hoc prouenit, vel ex eo, quòd ad ista sufficiat subiectio poenitentis, vt Caiet. 1. Tom. Opusc. tract. 7. vel, quia generalis iurisdictione omnibus ad hæc præstanda concessa est, aut propter eminent periculum, aut quia venialia non sunt materia necessaria Confessionis, aut quia mortalia ritè confessâ voluntariè ad iudicium afferuntur. Certa tamen res est, licet in ratione diffideant Authores.

Caiet.

Hoc Suar. disp. 24. sect. 2. num. 8.

Præter dicta, quibus armatus incedit Sacerdos ad hoc bellum, oportet maxima vti prudentia, vt perpendat peccata sibi subiecti, & quibus soleat adornari circumstantiis, numero, ac qualitatibus, vt ea requirat, si poenitens ob imperitiam, aut obliuionem (solent enim etiam homines alia requisita ad bonam agnoscentes Confessionem, turbati in hoc iudicio, & accusatione) ea non expresserit: licet enim monendus sit, ne nimis emungat sanguinem, neque insolita interroget statui personarum non congruentia, præcipue in materia luxuriæ; cæterum, iuxta ea, quæ prodit poenitens, numerum, substantiam, necessarias circumstantias, requirere necessarium est. Et item si ex forma confitendi coniciat, plura peccata reticere: vt, si accedat homo, qui in integro anno confessus non fuerit, & breuiter ad pauca capita, sub generali censura, sua errata reducat; prudenter timendum est, alia latere in eius ignorantia, aut examinationis neglectu, quæ per præceptorum capita requirenda sunt. Si autem ea neget, & ster in prima Confessione, soluendus erit. Cæterum, si hæc non adhibeat diligentia, peccabit grauius Confessarius: incuria enim sua, ut ignorantia, diminuta Confessio facta est. licet forè non peccet poenitens, qui ea retulit, quæ conscientiam mordebât; accedens ad alium peritiorum Ministrum, tenebitur præcedente examinatione, ea confiteri peccata, quæ alteri non fuerat confessus: licet enim omnium obtinuerit remissionem indirectè, illa, tanquam non confessâ, ad clauis adducenda sunt, ne in culpa sit, ea non confitendo: censenda enim sunt oblita, ac proinde sub iudicis potestatem reuocanda. Oportet ergo notare modum consuetum manifestandi peccata, & rogare, an ita aliis confessus fuerit: si autem asseruerit, & diminutam Confessionem aduerterit tunc fieri; monetur poeniter tem, vt omiſſa in aliis Confessionibus, tanquam minimè confessâ, afferat; nec absoluendus erit, donec omnium, iuxta



temporum varietatem, numerum & qualita-  
tem examinatione prævia confiteatur: igno-  
rantia enim aliorum Confessariorum, & peni-  
tentis, haud demit obligationem, ea (tanquam  
omissa) ad forum Confessionis trahendi, licet  
forte excuset à culpa, & ab iteranda Confes-  
sione, de quo apud Suarez disp. 32. sect. 3.

Non solum hæc aduertenda sunt; sed etiam  
quam dispositionem coniciat esse in peniten-  
te: non enim idem est, omnia peccata referre,  
& rectè confiteri: na. n. actus iudicij eiusmodi,  
consistit in manifestatione cum dolore, & pro-  
posito vitandi reciduum. Quod si penitens  
signa præstet huius doloris, nulla diligentia  
ex parte Confessoris addenda est: si dubitet  
tamen carere his adminiculis, moveat eum ad  
dolendum; alioqui peccabit mortaliter abso-  
lutionem indigno conferendo. Suarez supra  
sect. 2.

Ex dictis patet, qualis Confessor eligen-  
dus, cum facilius sit, bonum, quam malum  
assumere: nec omnes, quanuis potestate sint  
præditi; doctrina, & bonitate fulti accedunt  
ad hoc opus, cum ista necessaria sint ad con-  
scientiæ emundationem, & apponenda reme-  
dia: non enim omnes discrimen inter le-  
pram, & lepram recognoscunt: non item om-  
nes, penitentes, tanquam sibi à Deo missos,  
suscipiunt, vt eos cura, & sollicitudine exa-  
minent, & prouocent ad dolendum de prære-  
ritis, & ea vitanda. Quam periculosum sit in-  
doctum eligere Confessarium, ex dictis patet:  
sæpè enim hac de causa, & sacrilegæ Confes-  
siones fiunt, & necessariò iteranda; aut dimi-  
nutæ, ( etsi inculpabiliter, ) ignorantibus itarum  
penitentium, quod graue scelus, quomodo vi-  
tandum sit, quæque remedia adhibenda sin-  
gulis vitiis. Hæc mala secum afferit imperitia,  
& non rarò leuia peccata ad cælum vsque at-  
tollit, & grauia confingit, vt timoratas con-  
scientias tristitia, & amaritudine repleat.

Facta igitur vnus viti periti electione,  
hunc à Deo ducem sibi concessum arbitrentur,  
cui obtemperare opus erit, ne in eo Deum  
ipsum, cuius vices gerit, contemnere videantur:  
licet enim multi sint idonei huius Sacra-  
menti Ministri; semel acceptus, non leuiter  
mutandus; nec, quia dura iniungit, dimittendus:  
hoc quidem non mederi erit, sed potiùs  
medicamina despiciere, & cæcum velle assu-  
mere ducem; vt ambo in foueam cadant; ea,  
quæ carni placent, approbando remedia, & sæpè  
vt doctiores alijs videantur, & posse pro li-  
bito, quæ voluerint, præcipere, damnèntque  
priors, & nimis scrupulosos censura sua no-  
rent. Quid, si Naaman missus à Rege Syriæ ad  
Regem Israël, & ab isto ad Eliseum, respueret  
fluminis Iordanis fluentia; meliora credens,  
quæ Syriam abluabant? Immundus planè, le-  
pra sua oneratus abiret in penam prioris Me-  
dici contemptus, alium eligens iudicio suo  
aptiorem ad desideratam sanitatem obtinen-  
dam. Vbi Theodoretus q. 19. *Naaman simplici-  
tatem* (ait) *significat rudium, qui spirituales non  
potuerunt percipere efficaciam; quia animalis homo  
non percipit, quæ sunt spiritus Dei.* Non credunt  
maximum discrimen versari inter ea, quæ Deus  
eligit; & homo leuitate ductus, sibi adsciscit;  
per illa meretur veniam, & sanitatem conse-

qui; per hæc foueam incurere. Signum autem  
huius, & istius erit, si prima electio fiat de-  
siderio inueniendi optimum suæ conscientiæ  
Iudicem: secunda verò, si fugiens hominem,  
qui ea iniungit, quæ caro refugit, ac timer,  
alium quaerit, à quo audiat carnaliter amata.  
At Deus primum approbans, secundum respuit,  
& in penam permittit, non iustum censorem,  
sed improbum corruptorem hos inuenire,  
quasi Ministri contempti iniuriam resarcitens.

Arbiter constitutus Moyses inter disceptantes  
Israëlitas, ab eis contemptui, ac despectui ha-  
bitus, meruerunt Deum offensum sentire, qui  
quidem postea veniens in mundum, à duobus  
similiter disceptantibus fratribus Iudex consti-  
tutus, noluit (inquiens: *Quis me constituit Iudi-  
cem, ac diuisorem inter vos?*) eorum acquiescere  
electioni: quia similia antiquitus verba Moysi  
dicta fuerant à duobus rixantibus fratribus  
Hebræis, sic iniuriâ vindicâs in simili negotio,  
in quo Moyses habitus contemptus fuerat. Ter-  
tull. hæc componens antiqua, videlicet, nouis  
referendo, ait: *In causa pari disceptantium fra-  
trum, commemoratione eiusdem dicti eos confudit.*  
*Planè ita erat ille tunc in Moysè, qui talia audierat.*

Si diuersorum hominum facta sic Deus obser-  
uauit; & duorum culpam, alij duo, quia fra-  
tres, quia eiusdem generis, penam tulerunt;  
quantò magis timendum respientes Ministros  
à Deo electos, iudicio Dei subdi, & negatu-  
rum eis, qui eos contemptui habuerint, secu-  
rum Iudicem, ac diuisorem? In piscibus concessis  
Dei populo, duæ conditiones obseruandæ  
erant: vna, vt squammas; altera, vt pinnulas  
haberent. In peccatore hæc eadem exposcit,  
vt pinnulis sursum tendat, quibus valeat è cæ-  
no peccatorum liberari, terrena deserendo, af-  
fecta vitia fugiendo, & ad nouam vitam aspi-  
rando; vt item squammas concedant, nempè,  
aliquid à se auferri, si oportuerit, & ab igno-  
rantia liberari. Ad hoc ergo opus est, optimum,  
& peritum quaerere ducem, vt à pristinis vitiis  
liberet, iubeat necessaria ad salutem, tergar  
ignorantias. Misso ad Ananiam doctum virum  
Paulo, ceciderunt squammarum ab oculis eius,  
& cepit videre: quæ eius indicabant igno-  
rantiam, sicut factus est: *Consecutus sum miseri-  
cordiâ, quia ignorans fui.* Ab hac liber factus fuit:  
quia non Deum, sed hominem, nomine ipsius  
imburû audiuit, & obsecutus est. Helychius 3.  
lib. in Leuit. cap. 11. sic ait: *Ergo in modis squam-  
marum superiacebant instantes eis temporales igno-  
rantia.* Optimè ait, *temporales*: quia citò ab eis  
expediti ad lucem veritatis, stellæ ductu, Magi  
peruenerunt: cum enim homines ignorantes  
veritatem, Deus perducit ad prudentem & sa-  
pientem Confessarium, instructione sua do-  
cet, & ducit ad veritatem. Arguens Dominus  
Iob amicos, quòd stultè cum eo se gessissent, Iob 42. ]  
addit cap. 42. *Sumite igitur vobis septem tauros, &  
septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & of-  
ferre pro vobis holocausta.* In quo Glossa mora-  
lis, boni Confessoris munus inuenit, cuius est  
arguere, remedia apponere, satisfactionis, &  
placationis viam docere: *Confessor, qui tenet in  
hoc locum Dei, debet peccatoribus, suorum veraciter  
ostendere peccatorum grauitatem, & eis dare salutis  
remedium: & sicut amici Iob statim obediuerunt Do-  
mino, sic peccatores obedire debent Confessario suo.*

Exod. 2. 14.

Luca 12. 14.

Tertull.

Leuit. 11.

Afor. 9.

1. Tim. 1.

Helych.

Iob 42.

Glossa.

Illos

Illos docere necesse est, & præ oculis obiiere  
facilitates peccatorum, remediâque eorum;  
quanuis opus sit tollere, consumere, disperde-  
re facultates, eâque in holocaustum Deo lita-  
re. At penitens tanquam à Deo doctus, ob-  
temperare tenetur, non leuitate motus alium  
quaerere mitiorem, & suo carnali desiderio ac-  
commodatiorem.

Nec ob id prudens huius Sacramenti Mi-  
nister potestate fretus imperandi, acerbis, &  
acer esse debet; sed potiùs, quanta valuerit le-  
nitate, ac amore remedia decoquat igne cha-  
ritatis, & ea apponat, quæ & agnitum conue-  
niant, & penitentis conditioni: non enim  
omnes ferientes; & animosi accedunt ad eo-  
rum pedes, quibus lac, non cibus apponendus  
est, ne respientes remedia, alia quaerant, cum  
grauiori damno, ac salutis periculo: nec graui-  
tate peccati fastidio affecti, signa præbeant  
acerbi animi exprobrantes peccatores. Sciant  
petram, refugium præstitum herinacis, quæ  
latum spatium præbet, & nulla punctura spi-  
narum læditur, nec dolore cruciatur: ita inof-  
fensi perliſtere debent: ita quasi sensu caren-  
tes, impauidi, placidi, ac si non terra, ac fœda  
peccata audiuiſſent; sed fabulas & deliramen-  
ta, ne zelantes Dei honorem offensum, au-  
diant illam Ioanni, & Iacobo reprehensionem  
ab eo illatam: *Nescitis, cuius spiritus sitis.* Qualis  
autem is fuerit, expressit, cum cum mitte-  
ret, tum in columbæ specie, tum ignis: quod  
exponens Gregor. 1. Moral. cap. 2. ait: *Spiritus  
in columba, & igne apparuit: quia pleni illo, sic  
mansuetudini simplicitatis deseruimus, vt contra ma-  
la, zelo rectitudinis accendantur.* Notanda ver-  
ba hæc, *contra mala*, zelus aduersus malum,  
mansuetudo, gemitus, simplicitas, imitatri-  
ces columbæ inferenda sunt. Imitetur Da-  
uid, qui præliaturus aduersus Goliath, lapi-  
des in pera pastoralis inclusit, in qua lac emi-  
tere, & incrassare solebat, quoadulque coagu-  
laretur. Interdicalis: *Lapides posuit in pera pa-  
storali, qua lac solebat mulgeri.* His lapidibus  
peccatorum conteratur; sed leniter, & blandè,  
ne peccator scandalum patiatur, & loco pec-  
cati, ipse percussus duris verbis, intereat. Ad  
hoc ( vt supra dicebam ) sanctitate fulgere opus  
est Confessarium: hæc enim omnia dura con-  
dit, & accommodat necessitati penitentis:

Psal. 103. 18.

Luca 9. 55.

Gregor.

1. Reg. 17.

Interlin.

Cant. 1. 10.

qui enim charitate fulget, & rectitudinem  
seruat in iudicio ferendo, & compassione, ac  
misericordia flecti se finit, vt remedia lenia  
applicentur: quod consuit Theodoretus in-  
quiens: *Sic homo virtute perfectus, cum absoluta  
vita moderatione relictus sit, ceteris compatiendo, per  
humilitatem flectitur, atque demittitur.*

Ne ergo rectitudinem suam omnibus imper-  
tiat, cuius non pauci, ne initia susciperent;  
sed potiùs eorum infirmitates agnoscentes, mi-  
tiora remedia commendent, medicamina lenia  
applicent, ne si ipsi vi, & energia Spiritus  
potiuntur, a'ios trahere conentur ad virtutem.  
Prudens illa Deo chara amica, de se loquens,  
trahi petit: de aliis, *Conuenis post te.* Hoc qui-  
dem iubilo, & gaudio fit; illud fortitudine vir-

Cant. 1. 3.

tutis, ad mala ferenda potentis. Non Deo  
grata sunt violenter oblata, nec apud priscos  
Deorum cultores hæc Deo litabantur. Macro-  
bius lib. 3. c. 5. de his agens, inquit: *Si hostia, qua  
ad aras offerretur, fuisset vehementius reluctata,  
ostendissetque inuicem altaribus admoneri, amoue-  
batur; quia inuito Deo eam offerri putabant.* Quid  
existimare de Deo nostro necesse est, cum  
asserit Dauid: *Voluntariè sacrificabo tibi.* nec  
coacta ei seruitia placeant? Illa solum petat  
trahi, cui vires ad vim ferendam magnitudo  
Spiritus suppetit; alij verò alacri animo cur-  
rant, facilia, & grata eis iniungendo munia.  
Gregor. in 1. Cant. cap. sic habet: *Eruſlat fo-*  
*ras, quod gustauerat suauiter intus. Si fortia, si vio-*  
*lenta petat, id fert magnitudo Spiritus; quo plena,*  
*magna etiam petat.* At ista, non pro aliis debilio-  
ribus focis, adolescentibusque exposcit, sed  
mitiora, & leuiora iniungit, vt cuius iustum  
onus, proportionem seruata, portandum im-  
ponat.

3. Reg. 10.

Sapientissimus Salomon iudicium thro-  
num perficiens, licet leonibus, & leunculis  
ipsum ornauerit, manus sibi coniunctas pro  
sedili affixit, & velut sellæ posteriora addens  
bouis dorsum, cornua abscondita habentis, ad-  
iunxit, ne leuncolorum, & leonum ferocitas  
accedentes terreret, qui Regem sedentem con-  
spicientes attenderent, quid pro sedili habe-  
ret; quid tandem ipsius dorsum sustentaret,  
cum manus illæ coniunctæ pacem, & concor-  
diam significent; dorsum verò bouis, abscon-  
dis cornibus, patientiam, & tolerantiam labo-  
rum; nec cornua ad ferendum, ac vulneran-  
dum habere. In quo boni Iudicis ostenditur  
munus, qui sedem, ac quietem, non in leo-  
num ferocia; sed in pace, & concordia, in le-  
nitate, & suauitate Spiritus ponunt, parati onus  
aliorum sustinere potiùs, quam eis imponere  
farcinas, & importabilia pondera. Iosephus 8.  
Antiq. c. 5. hæc promens ait: *In reclinacione verò  
manus erant portantes Regem, atque ipsa inclinatio  
in vitulo respiciente post tergum.* Nihil enim, quod  
Regem attingeret, iudicium seueritatis ostendit  
tabat; sed omnia amica, & placida, ac ad fe-  
rendum onera parata. Tale Tribunal Confes-  
sariorum: licet enim ipsa imago Iudicis, seueri  
censoris, peccatorum præferat feritatem;  
tamen propè accedentes ad pedes Confessarij,  
nihil non lenè, non dulce, ad ferendum pec-  
catorum onera non paratum elucere oportet,  
vt omni depulso metu, securi de venia, de re-  
medio, ac de prudenti mediocum accommo-  
datione certi, ipsum requirant, & conscien-  
tiam committant. Discant, quomodo fugiti-  
uum, & prælagum tempèstatis hominem, sus-  
ceperunt nauatæ, & viatores, confessione sui  
criminis facta, Deum timere affirmantem, &  
velle mori potiùs, quam tanto malo causam  
dare? Lenitate maxima, & affectu amico,  
ipsum alloquentes, sententiam ab eis execu-  
tioni mandandam, ipsi reo committunt, di-  
cent: *Quid faciemus tibi, & cessabis mare à no-  
bis?* Nec enim iniurijs laceſcunt, nec minis ap-  
petunt. Hoc ponderans Theophylactus ibi, sic  
ait: *Neque enim insurrexerunt in ipsum, neque di-  
xerunt: O sceſte, propter te peribimus. Sed ipsum  
Iudicem faciunt, vt pronunciet, quid secum facien-  
dum sit.* Taliter Confessarij, munus Iudicium  
obire

104 1.

Theophyl.

Suarez.

4. Reg. 5.

Theodor.

obire oportet. Cùm audiunt graua facinora; sed Deum timentes velle reconciliari, & denuò cum eo amicitias inire; & sæpè expedit rem ipsam committere pœnitenti, quid, inquirendo ab eo, cum eo facere expediat; qua via ducendus; quæ ei pœnitentia imponenda, vt eam facilius exequi valeat; quæ passiones ei dominantur; à quibus molestius prematur, ac tractetur: ne impotens æris soluendi factus, à debito minimè liberetur, præcipuè si pœnitens Dei timorem, inter peccata, quæ refert, ostendit, & velle ad sanitatem adduci. Illud notans Glossa, quod adiecit: *Deum cali timeo.* non fidendum omnibus hoc negotium docet; sed his, qui Dei timorem præferunt, & desiderio tenentur debitum soluendi. *Cum cultor Dei sis, tuum est imperare, quid opus sit factu: nostrum est manus adhibere, vt sic auersa ira Dei cesset mare.* Qui enim timentem Deum, dolentem peccatorum inuenit, securè poterit ipsi fidere pœnitentiam, & adhibenda remedia: quod etiam cum omnibus tentari poterit, ad examinandum, & iudicandum ipsorum animum, vt pœnitentia iniuncta, & remedia adhibita, ex visceribus concepta, libentius, & acceptent, & impleant. Verum semper oportet vrbane, & lenitè agere cum omni forte hominum. Leoni comparatur Christus, Diabolus similiter; diuersa tamen ratione: in illo magnanimitas, & generositas commendatur; in isto truces mores, & feritas timetur. *Tanquam leo rugiens, circuit quarens, quem deuoret.* Helychius ad hæc 3. in Leuit. cap. 11. *Per dignitatem laudabilem; vituperabilem tamen operationem gerit.* Denudetur ergo Confessarius hac fauitia, & feritate: magnanimus tamen, & regis moribus imbutus maneat. Sit tamen, quales Sacerdotes desiderat Lateranense Concilium cap. 21. *aliens: Sacerdos autem sit discretus, & acutus, & more periti Medici, superinfundat oleum, & vinum vulneribus sauciati, diligenter inquirens, & peccatoris circumstantias, & peccati.* Notanda hæc extrema verba: non enim omnia peccatorum remedia congruunt omnibus peccatoribus. Separanda hæc duo sunt, & accommodanda remedia diuersa, etiam pro eodem peccato diuersis personis. Addit veterius: *Per quas prudens intelligat, quale illi consilium debeat exhibere, & eiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo, ad sanandum egrotum.* Exemplum sit Nathan prudentia, curaturus Regem, horum ingenium recognoscens, elationem, superbiam, furorem, ac indomitam indignationem, qui aduersus Deum calces immittere solent, & sicut Pharaon ipsum negare: *Nescio Dominum.* dicentes, non raro. Præterea optimam Davidis indolem, ingenium compositum, rationi addictum, ad normamque eius frequenter sua componens opera. Aggressurus hunc, exemplum manifestæ iniustitiæ proposuit, vt ratio, & veritas vigeret Regis mentem ad iudicium rectum ferendum, quo vinculis suis, facillimo auit negotio, & ad incerorem, & culpæ propriæ agnitionem vocauit. Quod ponderans Iosephus 7. Antiquit. cap. 7. inquit: *Cum esset vir vrbanus, & sapiens, & cogitaret, quia Reges, dum in iram incitantur, amplius eam quam iniuria iura respiciunt; interminationes quidem*

Glossa.

Helych.

Conc. Later.

Exod. 5.

1. Reg. 11.

Ioseph.

*Deo tacere decreuit.* Vt hinc coniciat prudens Iudex, non prouocare homines potentes, parum Deum timentes, non perditos mores significantes, qui leuiter ab incepto discedunt, & in foueam peccatorum præcipitanter incedunt: cum autem timore correptos inuenerit, ad manum se offerunt remedia, & eos leniter tractando, & vitia præ oculis coniciendo, ad memoriam eis reuocando, in quantis Deo debitorum existant, quàm ingrati aduersus eum, tot coaceruando peccata, extiterint: vt inde apertè coniciant, & pœnitentia onus subeundum, & vitæ mutationem procurandam enixè. Huius genij David extitit, de quo idem Iosephus rursus ait: *Erat enim Deicola vir, qui nihil omnino in sua vita, præter in casu uxoris Frie, deliquerat.* Tales enim corripit se sinunt, ac ad iusta sustinendum onera animum præstant. At alij salutem animæ parum curantes, quanto artificio, & patientia, quanta opus est, vt ad timorem, & vitiorum correptionem inducantur, quos optimè depinxit Tertull. de Pœnit. Tertull. cap. 6. *Præsumptio inuerecundie portio est, instat peccatorem, despiciat datorem.* Qualis extitit ille Naaman Syrus, non ferens leuia remedia, sentiens à Propheta non tangi, eoque honorificè haud excipi, quibus de causis, respuere remedia salutis non dubitabat. Verum isti ratione moueri solent, & sub di iustis legibus, si velut in speculo intueri cogantur, quàm fœdam reportent faciem, quantis teneantur debitis, in quo gratis statui, à Deo Optimo Maximo, (eis non indigente,) constituti fuerint; timendum, ne ab eodem (sicut cum Angelis superbia elatis) præcipites à celsitudine deiiciantur. Sic Bernardus feram illam Guillelmum prostravit. Sic Augustinus Comitum Bonifacium: sic Ambrosius Theodosium, potentia hos fretos, ratione, & timore Dei incusso eis, vicerunt, ac ad iustas ferendum pœnas, compulerunt. At vbi Dei timor elucet, non ad eò timenda est obiurgatio. Illa amata flens Sponsi absentiam, & eum enixè quarens, inuenta à custodibus, discooperto pallio quæ esset, conspicientes, addiderunt vulnera, & virgarum ictus. Nunquid melius non esset eam opero capite percutere: possent enim excusari dicentes, in incognitam incurrisse, & malè tractasse? Quod facile ad veniam iniuriæ animam induceret. Acutè sanè cognitam ferire non dubitant; imò, quia cognitam: videbant enim in ea doloris signa, ardere desideria Sponsum inueniendi, nihil minus sentire quàm pro eo pati, vt ita facilius mererentur cum inuenire: sic sitientem Sponsi præsentiam, malè tractare non dubitant prudentes Ministri, vt plus doleat, ardentius amet, & nunquam ab amato discedere audeat. Quod expendens Bernardus Serm. 15. in, *Qui habitabat.* ait: *Percusserunt me, vulnerauerunt me. Ad quid ita? Ni fallor, urgebant, vt pertransiret, proinde inuentura dilectum.* Et quid significet, non ipsam inuenisse; sed inuentam fuisse à vigilibus, exponit, dicens, cognouisse ardens eius desiderium in Sponsum: *Erat enim cor eius non in vigilibus; sed in Domino fiduciam habens.* Quæ enim anima Deum ardentè quærît, à nullo malè tractata retardatur; sed iuuatur vt velocius ad amatum currat: sic enim isti tulerunt palliū eius, hoc est, percutiendo, impedimenta cursus

idem.

idem.

Cant. 5.

Bernard.

idem.

cursus abstulerunt. Ita Bernardus ibi: *Tulerunt pallium meum: haud dubium, quin vt currueret expedita.* Ita iuuandi sunt animos infecutores Christi, & gratiæ ipsius.

CAPVT XII.

Quomodo se gerere debeat Confessarius, cum Confessione audiat.

PRImò, omnium patiens auditor fiat, tam docti, quàm imperiti pœnitentis: quæ enim sponde offerat, expectet, vt audiens modum exprimentis errata & quo sensu, ac dolore, quanta cum distinctione, aut confusione, quali ordine seruato, apertè cognoscat, an sit paratus ad Confessionem faciendam; fueritne alio tempore benè confessus; sentiatne peccati magnitudinem, spem præferens correptionis; quæ omnia peritus Confessarius ex natiuo proferedi peccata modo, haud ægrè coniciet, nec aliter æquè benè possent homines rudes, dirigi, nisi expectata patienter forma, qua seruata, confiteri consueuerint; præterquam quòd liberati ab onere tenendi in memoria semel concepta, attendunt libentius iis, quæ eis dicuntur, satisfaciunt interrogatis: alia verò via nunquam contenti, existimant malè expressisse peccata, & non integrè confessos discedere à Confessario. Omnibus debitores effecti. Ita cum diuersis hanc vnicam & communem regulam seruent: si enim benè peccata expriment, placent illis nulla indigere directione, ac interrogatione, vt iuste soluant: si autem rudes, & ignorantia laborantes fuerint, etiam ea promere desiderant, quæ grauare conscientiam arbitrantur: si verò ad eò imparari accedant, vt ipsi petant à Confessario rogari, & inquiri omnia, quæ fecerint; nec in hoc eis acquiescendum; sed vtr plurimum aduertenda sunt capita mandatorum, vt ipsi, eo ordine seruato, quid aduersus illa fecisse recognoscant. Ita accusatores, licet imperfecti, effecti expriment aliqua, saltem confusè, quæ lucem afferunt Confessario, vt ea minutius petat, & numerum, ac circumstantias examinet.

Præterea hæc forma audiendi iuuat ad discernendū, an superiori tempore benè confessi fuerint, an aliquod impedimentum appareat proprio ore confessum ad generalem Confessionem eis iniungendam, tanquam necessariam ad se reconciliandum cum Deo. Cùm autem multi incautè, & sine notitia proprii status, quaque obligatione teneantur, accedant, leuiter rem istam finire, & paruo tempore consumpro, arbitrentur absolutionem obtenturos: vt aliquo velut pignore accepto ab eis, ad iam notum pastorem redeant; oportet omnia peccata eorum audire, interrogare ignorata, vt statum, in quo sint, aperientes, & necessitatem confitendi generaliter eis indicantes, ad se trahant facilius, videntes iam euouisse peccata grauiora, & sine minis, ac terroribus patienter audita fuerint. Si autem initio nullo discrimine conscientia facta, audiant à Confessario, indigere maiori examine, & plura peccata diu commissa confiteri oportere, contristantur

valdè, & timentes, tam asperum arripere iter, ad indoctos redeunt, nulla re benè confecta. Hos ergo homines, quos velut è capillo pendentes, Deus ad Confessionem perduxit, benignè tractare necessum est, vt quanta poterint benevolentia, facile propinent eiusmodi remedium, necessarium ad salutem; & ne terreatur, iis adiungant, mediocri adhibita diligentia, iterum redeunt suscepturum eos, & adiuturos, quæ eis ob ignorantiam defunt, suppleto, qua via gratiam consequentur; & deinde securos posse incedere, præterita vitæ haud sollicitos.

Percepta cordis duritia expendat peccatorum grauitatem; quot ob minora in numero, & qualitate æternas sustineant pœnas; quantum Deo debeat, à quo & expectatus, & ad pœnitentiam adductus fuerit: quid faceret, si in Inferno demergi cerneret: quid Deo pro debiti solutione, & particula temporis, non offerret. Doleat ergo de commissis, nouam initiet vitam, à factis, & delictis abstineat, ne Deum iratum vterius experiatur; peior enim esse solet, etiam cum paucis peccatis, secundus casus, quàm primus.

Si verò magnitudine peccatorum hominem pusillanimum, ac nimis timidum, & de salute parum confidentem senserit, hortetur ad confidentiam, erigat deiectum cor, spem salutis in Christi verbo, inque sanguine, pro omnibus, tam hominibus, quàm peccatis, ipsorum effuso (copiosa enim apud eum redemptio) constitutam esse aperiat; nec seram esse pœnitentiam, cum spiritus adhuc regat membra, quantum esset in extremo vitæ, de quo plura inueniet apud Magistrum in 4. dist. 20. Nec dubitet affirmare, plus Deum offendi, si hanc subterni patiatur spem, quàm ob cuncta peccata, aduersus diuinū Numen commissa, quod nullum peccatorem abiicit; tamen desperantem de salute Cainum, in peccato, & damnatione reliquit.

Oriri tamen hæc pusillanimitas solet, non tã ex peccatorum desperata salute, quã de vitæ retractione, ob immanem vim passionum, solitam formam viuendi, occasionum multitudinem, sociorum consuetudinem, ætatis inconstantiam, & pronos affectus ad vitia, cum maxima à virtutis tramite auersione. Hunc tamen moneat ad perseuerantiam, præcipuè instantis temporis: forte enim vita eius non ampliores terminos habet, & antequàm aggrediatur virtutem, à tot inimicorum castris liberabitur à Deo sine vitæ aduentante. Præterea, si is viderit ipsum fortiter initio dimicare velle, & nullum sustinere peccatum, mutabitur breui in virum alterum. Nec experietur bella, quæ timet, potius mirabitur, & seipsum ignorabit, & dicet: *Vbi acres pugna? Vbi hostium vires? Vbi antiqua, & parua victoria? Disperierunt ista, & pax Christi exuperat omnem sensum, omnem expectationem, & consuetudinem, & inimicorum potentiam: cum autem cœperit leuare caput, sentier vires augeri in fauorem virtutis, minui vitiorum tela, præcipuè non suis confidens conatibus; sed Dei adiutorio: quanti enim iuuenes, armati Dei fauore, in virtute persistunt, mandata eius, maxima facilitate, ac dexterritate, suauitateque, & gustu spiritus*



spiritus seruant, nihil magis amantes, quam Deo placere; nihil plùs odientes, quam in via virtutis deficere, & ab ea recedere. Creadat, loco Demonum impugnantium, vigiles Angelos ipsum comitari: quia factus est fors Dei, ab eoque possidetur, quibus adstantibus, illi hostiles exercitus, aut parum, aut nihil laedunt, potiùsque ad coronam augendam, quam ad consensum extorquendum seruire; vt optimè notauit, & multis declarauit Richardus lib. 1. in Cant. in id: *Inuenerunt me vigiles, &c. c. 3. Cantic.*

Richard. ibi  
cap. 4.

Ipsè etiam Confessarius Angelorum imitetur munus, & ad latus peccatoris stet, ipsum iuuans, vt dicere valeat: *Pro Christo legatione fungor.* Quasi bellum iustitiæ, & iræ Dei iniens, vt misericordiæ partes sequatur: qui enim fulciendi, nisi hi, qui debilem amorem Dei sentiunt; fortem tamen carnalem. Dicant ægri homines auxiliares copias exposcentes: *Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.* Fulciendi debiles amantes sunt, ne prostrati, ac deiecti pereant: quantum enim Theologia in fauore penitentis patitur, ei applicet, tanquam phar-maca ex floribus, ac pomis confecta, vt eum fortiozem, & animosiozem reddat. Nec timeat Dei iram incurere, qui misericordiæ partibus fauet; præcipue cum id ipsum Christus Dominus, & docuerit, & exemplis monstraerit. Totum hoc negotium eò tendit, vt peccator resurgat, in virtutèque consistat: quod gratissimum Deo est, & in celo festiua gaudia excitat.

Cant. 1.

Contingit sæpè peccatores sarcinam peccatorum grauiorem aliis ferentes, tardiùs accedere ad Confessionem, pluribus difficultatibus, ac timore obfitos; ita vt tempus non superet ad eos audiendum, eò quòd in fine Missionis id eueniat. Moneo, ardentique affectu, ob Dei misericordiam peto, ne hos homines repellant, ob temporis angustias; sed eos accersant, audiant, instruant, statimque vitæ suæ recognoscant. Fortè breui tempore, ad memoriam reuocare peccata commissa poterunt; & tanta dexteritate eos allicient ad confitendum, vt si res id exposcat, tales sequantur curatores, propria relinquentes, & aliena loca petentes: si tamen eos audire nolint, vel desperarent de salute, vel data occasione, ac necessitate confitendi prementè, accederent ad imperitum Confessarium, qui minis benè eos curet, quam ipsè in illa temporis angustia. Nec enim Theologia in eiusmodi euentibus tot requisita postulat, cum omnibus periculis expensis, minus malum sit, ab homine doctrina pollente, breui audiri, & expediri penitentem, quam ab infcio per tempus spatiosum. Cum ergo hoc periculum manifestum sit, & spem concipiat, necessitate remedij oppressum hominem, posse curare, aut suadere spatiosius confiteri, tenter per Dei sanguinem, aggredi hoc negotium, ne postea conscientia ipsum mordeat, & doleat de occasione perdita.

Quòd si nec numeri peccatorum, nec specierum, aliarumque circumstantiarum rationem reddat, non tantam ruditatem, temporis breuitati adscribat; sed hominum ignorantia, obliuioni. Certus ferè semper sit, eodem talem modo processurum, quanuis tempus longius ei præscriberetur; & accedens Confessarius ad inquirendum numerum, & circumstantias, aut magno cum excessu, aut diminutè; ita vt mini-

me statum suum exprimat, manifestabit peccata, vnde nulla potest securitas manere: quare cognita horum hominum simplicitate & ignorantia, existimò non multum morandum, in capienda notitia numeri peccatorum; qui quidem nec tempus frequentius in tali vitio consumptum valent exprimere: satis enim est, aliqua vti regula generali, quando exquisita ratio minimè haberi potest. Quid mirum, si repente interrogatus paruo, aut nullo præuio examine hæc non exprimat? Non ergo ob id abiiciendi sunt, etiam si necessariò ad generalem Confessionem sint prouocandi: aequè enim benè hæc consummari, ac perfici poterit in illa temporis angustia, ac si spatiosè ad eam accederet. At, si homo esset benè moratus, & instrui facilis, paruo tempore cura adhibita, preparari, ac disponi posset, vt rationem redderet proprii status: & licèt, si protractius haberent ad manum, alia memoriæ occurrerent, quæ modo oblita, & præterita relinquuntur; pluris interest, à docto homine audiri, quam temporis pressura, ad alia relaxare remedia. Vel, si credunt, vnus diei spatium, satis benè cum disposituros, ne iter agendi pressi instantia, eiusmodi deserant peccatorem; sed expectent, & ouem perditam iam inuentam, humeris sui studij, ac laboris reportent, vt à vitis resurgat; nec enim tanti momenti in his conscientia negotiis, tempus spatiosum est, quam diligentia Confessarij, qui prudentibus suis interrogationibus, & quæ penitentis vitæ congruunt præ oculis proponit, vt memoriam excitet, & magnitudinem peccatorum recognoscere faciat.

Quos viderint ea, quæ ad Confessionem non attinent, garrula lingua prodere, sustineant patienter molestam rerum narrationem; tum, ne turbentur; tum etiam ne credant, Confessionem ritè haud fecisse, nève scrupulis oppleti, ad Sacramentum Eucharistiæ accedant; & arbitantes, dubios esse, an benè dispositi veniant, & discrimen ignorantem, inter scrupulosam, & dubiam conscientiam peccent grauius. Quanta in foro iudiciario scribuntur, cum testimonium testis accipiat, quæ necessaria minimè sunt ad rei veritatem indicendam? At ne à lege aberret tabellio, ea scribit, quæ à teste proferuntur. Maior patientia exposcitur ab his, qui in foro conscientia, tot hominum testimonia excipiunt: nec enim argentum purum fodina patiunt; sed mixtum excrementis, quæ plurimis decoctionibus ab eo auferuntur; ita vt pura peccata ad aures perueniant Confessarij; multa velut terrea, & expurgamenta argenti excipiant. Deus, cum homines assumit, vt verba sua eis reuelat, stylum loquendi, rusticitatem, videlicet, & vastitatem non corrigit. Quid mirum, si ministri huius Sacramenti rudibus, & imperitis, minusque aptis ad exprimenda peccata se accommodent, cum ferè impossibile sit suæ peritiæ, & dexteritatis imitatores, breui eos reddere. Multa ad propositum aliena audiens, necessaria seligat, vt cætera omitrens, breuius, & verius confessionem conficiat.

Vt ergo omnes, tam confitendi, quam Confessarij, in hoc negotio ordinem seruent, breuis exponenda est forma, vt intelligant, in examinatione attendere oportere, & ad peccata præcepti præ oculis positi; & ad tempus, ex quo peccandi

## CAPVT XIII.

## Quomodo examinanda conscientia, &amp; confitenda peccata contra Decalogum facta.

Quantuis ad sequentem librum referetur tractatio horum præceptorum; tamen prout in Confessione exprimere ea tenemur, breuiter singula perstringemus, in quibus culpa grauis declaratur. Cætera, quæ ad leuem spectant, secernendo, ne confundantur hæc duo peccatorum genera, & vnum pro altero accipiantur.

PRIMUM Præceptum exprimi solet sub his verbis: *Diliges Dominum Deum tuum.* iuxta illud Christi Domini: *Hoc est primum, & maximum mandatum.* Verùm in Exodo sub aliis verbis continetur, comprehendens peccata, quæ fidei, & spei in Deum, charitatisque opponuntur, vt non adorare, aut colere alienos Deos, nec alteri diuinum honorem præstare, nisi Deo vero; non sperare inaniter in his, qui vera bona concedere haud possunt, nec de Dei misericordia diffidere, ipsummet diligere posituè, aut non odio habere: illud tamen tunc est in præcepto, cum opponitur Dei amor, creaturarum amori, quatenus eius iussa ob inordinatum harum amorem transgrediuntur. Tunc ergo aduersus Deum peccatur, cum eo sine aliquod malum perpetratur, vt præferatur creatura Deo, plurisque ea fiat, quam Dominus omnium.

Exod. 20.

Peccat mortaliter, qui Deos colit alienos; diuinam virtutem Dæmoni concedit; qui fidei veritates negat, aut de certitudine dubitat; qui in somniis credit, aut superstitiosa exercet; auguriis vitatur, creaturarum signis; euentus futuros certò venturos refert. Ista omnia inania sunt, vel à Dæmone, non tamen à Deo, eique iniuriosa.

Spem offendit, qui in Deo eam non locat, incertus de salute per media ab eo præstita consequenda. Qui desperat misericordiam consecuturum, de peccatis veniam haud adepturum. Qui miracula absque necessitate postulat, vel mediis iniquis credit desiderata adepturum; non tamen à Deo. Qui etiam absque operibus existimat, ob Christi merita, se consecuturum saluem. Qui de Dei ordinaria prouidentia ob irruentes labores desperat.

IN SECUNDO Præcepto iuramenta damnantur, addens Dominus, non iurare omninò; non tamen quia omne iuramentum mortale sit; imò sæpè actus virtutis religionis censetur; sed ad vitandum periculum periurij. Omne iuramentum carens veritate mortale est, & dubius de ea iurans grauius peccat; & qui aliud tenens mente, aliud profert lingua, iuramento id affirmans. Item, qui iurat graue malum iniuste illaturum: at si iuste id fiat, non erit mortale. Parentes, & heri, qui iuramento affirmant se punituros filios, aut seruos, eos occidendo, aut graue aliud nocumentum minando, mortaliter non peccant; hæc enim forma per hyperbolam communis

peccandi initium fecerint; non coarctando memoriam ad proximum tantum, sed simul ad distantius, vt peccata penè deperdita, & à memoria alienata, redeant, & notentur, simul cum numero, quod quidem ex facilitate, & inclinatione, occasioibusque, & temporis distantia conicere haud difficile erit. Cum ergo hæc tempora viderit, & in tali præcepto nunquam deliquisse arbitretur, in Confessione, nulla mentione de eo facta, ad sequeus transeat, in quo ostendet, & paratum accedere, & conscientia læbras requisisse; itèque notitiam interni animi tenere. At, si peccallè contra aliquod præceptum recognoscit, primò examinet, an grauius, an leuiter deliquerit, vt an mortale, an verò veniale fuerit peccatum, innotescat. Facto hoc discrimine, ad cæteras circumstantias, & numerum, temporis retenta consideratione, ex quo ad hoc Sacramentum non accesserit, perueniat, vt certus fiat, quantum fragilitati humane conceditur, quoties, & quanta cum grauitate peccauerit.

Nec satisfacit dicere, non cognoscere, an culpa grauis, aut leuis fuerit; hoc quidem iudicio ipsius committendum est, qui grauius peccare arbitrat, cum operatur, de mortali conscientiam oneret; qui verò leuiter, similiter de leui culpa iudicium ferat, licèt aliter res se habeat: hoc enim ad Confessarium spectat pro peccatis futuris, ad penitentem verò pro factis. Quòd si cum deliquerit, solum existimet, peccatum committere, nec distinctionem inter graue, & leue apposuerit; veniale fuisse peccatum reputet, quidquid aliqui Doctores indicent: quia ratio peccati abstrahit à mortali, & veniali, & sub illa ratione, nullam grauem deformitatem inuoluit.

Vnde ad penitentem spectat iudicium, an consenserit, an verò abiecerit animi motus. Quis enim alius hoc discernere valet: Consensus quidem est, id velle; aut desiderare, libera electione, & cognita facinoris grauitate, quanuis in mente retineat tale desiderium, nec exequi intenter, quorum primum graue peccatum est; secundum verò, scilicet, in se reuerfus desistere à cogitatione, & affectione, non modò culpam continet, sed meritum operatur.

Præterea, scire oportet, peccatum tunc fieri, cum vel desideria excitantur, vel executioni mandantur; non tamen si postea cognoscatur, aut obligatio, aut tale opus malum esse: seruiet tamen hæc notitia ad futura, cum sciens ad talia teneri, aut tale opus, graue malum inferre, culpabiliter operabitur, aut vitabit illud, ne in graue malum incurrat.

His præcognitis, ad seriem Confessionis, sequi oportet ordinem mandatorum, quorum duo sunt genera; primum, diuini Decalogi; secundum, Ecclesiæ præcepta: illa diuina lege in Exodo omnibus iniuncta sunt; hæc ab Ecclesia nouiter constituta, habente ad præcipiendum, & obligandum potestatem.

communis est, intelligentes sub illis verbis A iustum, verum insolitum malum latoros in eos. Maledictiones, quæ ad iuramenta accedere videntur, cum malum aliquod sibi aduenire rogant, si hoc non fecerint, aut dixerint, in tantum erit mortale, in quantum mendaciter id proferunt, animo fallendi. At, si aliis comminentur graue damnum ea voluntate, ut optata opere eueniant, mortale etiam erit, eò quod iniquum est talia, & tam graua proximis desiderare. Cæterum, iuramenta, quæ fiunt ad occultandam veritatem, ferè semper grauem continent culpam; quia ferè nullus ea seruat, quæ necessaria sunt ad veram amphibologia rationem, nec in re iurata, nec in modo; in re quidem, quatenus in rebus leuis momenti ea emittunt; in modo verò, quod non componunt, & constant ex mentali, & vocali oratione vnam veram ad rem intentatam expromendam propositionem, dicentes, se nescire, quæ sciunt; fecisse, quæ non fecerint; cum addendum sit mentaliter, ut tibi ea referam, qui ius haud habes ad veram rei confessionem extorquendam. Certum tamen est, in grauibus negotiis ad honorem pertinentibus, & etiam ad peccati grauis absolutionem: itémque ad defensionem facultatum, quæ iniuste alia via aufertentur, licere hac vti forma iurandi absque peccati periculo, imò id licere in parui momenti negotiis, aliqui Theologi arbitrantur, quos affert, & sequitur Diana in Miscellaneis, tractat. 3. resolut. 25.

Diana.

Vota, seu promissa, quæ eo animo emittuntur, ut obligati maneant ad ea seruanda sub mortali, ligant, si res alicuius momenti sit, & hac deficiente grauitate, si sapè vicibus multiplicatis omittatur; cognita tamen voti obligatione; & qui per longum tempus sine urgente excusatione hac implere derectat, in statu peccati degit, & cogendus est statim stare promissis.

TERTIUM Præceptum, & diuinum, & ecclesiasticum est: illud, quatenus interdicit mechanica officia, & agrorum labores, & his similia, quæ si absque vrgenti necessitate spatium duarum horarum fiant, graue peccatum reputatur. Inter labores prohibitos non computatur studium, scriptio, iter agere, & alia oblectamenti signa, licet labore, ac sudore emantur, ut saltare, ludere, currere, nec necessarii ad Ecclesiæ seruitium. Iure tamen actus iudicialij, nisi premat necessitas, ne occasio laboratur, prohibiti sunt.

Vt ergo dies festiuis in otio sancto consumatur, adiungit Ecclesia præceptum Sacrum audiendi, mouens animum, ut diuinis laudibus attentus Deum oret: ob id enim Sabbathum delicatum vocat, aut delictatum; illud, ut nullo labore corporis distrahente animum à diuinis occupetur; hoc, ut in deliciis celestium rerum conquiescat. Solum tamen est in præcepto Missæ priuatæ, saltem, auditio, quæ integra esse debet; & mortale est sine vrgenti necessitate ei non interesse: nec deerit ei integritas, si à principio, aut sine aliqua parua pars prætermissa fuerit. Præterea præceptum expofcit, ut Missæ interfint fideles deo, & actio enim sacra, & religiosa est soluenda corpore, &

mente: quod si distrahatur culpabiliter animus, & partem non leuem in rebus inanibus, aut cogitandis, aut loquendis consumat, contra præceptum delinquet grauius.

QUARTUM Præceptum, honorem debitum carnalibus parentibus iniungit. Geminus honor præstandus est eis: primus signis reuerentiam, & amorem præferens: secundus necessitatem patientibus (cum possibilitas suppetat) præbens. Negantes hæc duo, grauius peccant, & cogendi sunt seruare mandatum Dei, comminantis pœnas filii tale ius paternum contemnentibus. Si parentibus reluctantibus ab eis discedant, animi leuitate moti. Si statum contra ipsorum voluntatem mutent: licet enim domini sint supremæ animæ partis, ne errent in negotio tanti momenti, ducti passione iuuenili, nec contra parentum placitum faciant: periculosum enim est sic nubere. Excipitur status Religionis: meliori enim Parenti obtemperant, qui pro sæculo, & periculis, securum assumunt salutis portum. Excipitur, si malignè parentes velint impedire nuptias, cum tamen iudicio prudentum decenter fiant. Præterea, si vigeat conscientia, & debitum honoris, & propria necessitas, cum melius sit nubere, quam vti. Inter parentes computantur Iudices, viri Principes, senectus grauis, & honore digna, quos parui pendere, contemnere, iniuria verbis, & signis afficere, graue dedecus reputatur, eritque mortale.

QUINTO Præcepto verantur damna graua, aut iniuriosa corporis, ut mors, vulnera, membrorum mutilatio, bella iniusta, incestina inimicitia, & odia personarum, vnde hæc mala oriuntur. Contilia consortia, ad hæc homines animosiores reddentia, arma præbere, locum pugne securum reddere, singula mortale censetur peccatum ob periculum grauis damni, aut euentum executioni mandatum. Dixi, iniuriam corporis prohiberi, cum alapa, aut fustibus quis percutit alium. Si actio hæc iniuriosa censetur, non aliud malum, aut læsionem inferens mortale erit, non tam ob læsionem, quam propter illatam iniuriam.

Ad hoc præceptum spectat per maledicentiam expetere mortem, interitum æternum, aut aliud graue nocumentum corporis.

Item, additur huic malo excommunicatio, si persona violenter tractata sit Deo dicata; vbi non tam damnum illatum, quam iniuria talibus illata consideratur, si violentæ manus in eos imponantur, iuxta Canonem, *Si quis suadente*.

Ob eandem iniuriæ rationem iniicere manus in parentes, Iudices, honoratores Reipublicæ homines, erit etiam graue peccatum, quanuis illatum damnum leue aestimetur. Præter culpam aduersus mutilantes, secantes, interficientes, debitor redditur expensatum, & damni secuti ex tali violentia, nisi ab eodem remittantur.

SEXTUM Præceptum prohibet omnes libidinis motus externos, si consentiente voluntate sequantur, aut ad eos excitetur, & irriteretur natura; aut etiam si in voluntate sola persistant, nullo secuto motu externo: in quibus oblectationibus nulla admittenda est paruitas; sed voluntate libera supposita, quælibet actio, aut passio grauis culpa reputatur.

Ordo tamen, hanc lubricam materiam in A Confessionibus exponendi seruandus est in hunc modum. Videat, an consummauerit actum carnalem, an non? Si primum, exprimat proprium statum, & complices, & statim perueniat ad numerum actuum. Si autem plures fuerint, non cuiuslibet numerum referat; sed omnes, ac si vnica fuisset persona, sub eodem tamen statu, recenscat; solum ad rem attendendo, & numerum peccatorum, non ad diuersitatem complicum. Quid si cum aliis alterius conditionis etiam carnaliter peccauerit? eodem modo se habebit non indiuidua computando; sed culpam opere perfectam, & actuum numerum.

Si tamen cum istis, eo tempore, quo parabatur ad malum consummandum, impudica multa, gestibus, verbis, moribus, & externis membris, fecit, & dixit: ea omnia sub vno verbo, nempe: Carnaliter peccaui, intelligat inclusa, ne memoriam oneret tot turpitudinibus, neque aures offendant. At, si nulla secuta corporum coniunctione, vel post hanc alia signa turpia intercesserint, ea recensenda sunt, aut tempus consumptum exprimendo, aut numerum actuum impudicorum, diuersis temporibus actuum.

Si verò actus externi fuerint, non opus consummatum, sed carnis externa signa, effusio femine, etiam status personarum manifestandus est, & numerus, vel actionum propriarum, vel alterius complices ab eodem prouocati, & excitati, ad tale nefarium oblectamentum, seruat ordine superius expressio, ut crescat numerus ex diuersis personis, ac si vna sola fuisset.

Solum enim exprimenda hæc est, & continuatio actuum, cum peccatum, ob eisdem amatæ consuetudinem, concubinitas sit, ut remedium huic malo adhibeatur, ne serpat post Confessionem: satis enim periculosa res est, & poscit sapientis Confessarij prudentiam, & cautionem. Tacens tamen hanc cum eadem consuetudinem, damnandus est, quasi homo, qui sua vulnera detegere nolit, ne apposito medicamine separationis, à tanto liberetur malo.

Omnes cæteri actus externi impudici, affectu carnalem oblectationem experiendi, eodem modo exprimendi sunt, status in vnum componendo, & numerum collectum circa similes recensendo. Nec opus erit, diuersitatem impudicitiarum exprimere circa similes in statu: non enim diuersæ sunt, nec culpam notabiliter aggrauant; cum tamen omnes obsceni, impudici, turpes, libidinem excitantes, proprie sint, & ob id culpabiles.

Similiter signa, verba, motus omnes externi, quanuis à longè fiant, deambulationes eodem sine factæ cum statu personarum exprimendæ sunt.

Item, inductio tertij, ut scriptam chartam, munera, esculenta, aut poculenta, deferat, sine alligandi, prouocandi, vocandi, aut alia via ad libidinem trahendi, intentata eodem ordine promenda veniunt.

Actus verò, qui interiorius manent, sunt tamen peccatum mortale per delectationes morosas, & actus inefficaces, licet statum complices haud ignoret, facta numeri computatione, sine

expressione diuersorum statuum, nuptæ, aut solutæ, confitendi sunt; non quidem tendunt, tam in personam, quam in naturam, nec lædunt honorem statuum, sed solum capiunt malitiam ex oblectatione mentaliter capta.

Statuum verò diuersitas sunt, soluti, matrimonio coniuncti, virgines, femina Deo sacratæ per votum, aut inter homines per Ordinem sacrum, & Religionem, cognatione coniuncti ob matrimonium, vsque ad quartum gradum; ad secundum, via fornicaria: hoc tamen, siue sanguine cognati sint, siue matrimonio intercedente, siue cognatione spirituali iuxta gradus, & personas interdictas exprimentum venit.

Nec solum hoc vitium tendit in alterius sexus desiderium: quomocumque sensualitas prouocetur, mortale crimen incurritur, siue eiusdem sexus sint, siue in se solum quis exciteatur ad eiusmodi oblectamenta capiendum: quod si reluctante natura quid tale machinetur, exprimentum est, tanquam brutale vitium, aut præposterè sodomiticè actum consummando.

Cum quis cum matre vxoris, aut sorore carnali copula coniungitur, petere debitum prohibetur, donec ab Episcopo, vel potestatem habente, facultas ad liberum matrimonij vsum concedatur.

Semper tamen in his exprimendis peccatis, oportet duo seruare; & pudorem in verbis, non tamen, ea de causa, necessaria tacendo; & dolorem in sensu, ne videantur potius in malo oblectari, quam detestatione peccata sua proferre.

SEPTIMUM Præceptum læsiones interdicit facultatum, ius suum iure gentium immune cuique seruans, ne inuito domino, aut raptu, aut violentia, aut iniquis modis, aliena capiantur bona, aut retineantur capta: si res momenti sit, peccatum semper est mortale: si leuis materia, continuatione, & vicissitudine grauis fieri, & cogit restituere sub mortali. Hæc vera in omnibus, cum alienum sit detractum, & domino inuito: tamen vxoribus, & filiis aliqua maior facultas conceditur, ne iniuste videatur vir, & parens eis necessaria (moderatione tamen apposita) interdiceret, cum leuia eiusmodi personas exposcere molestum sit. At serui, amici, alij cognatione coniuncti, tanquam alieni reputandi sunt. Vnde iurare furantes, consilium dare, abscondere, vendere ablata, instrumenta, aut formam ad furandum dare, obnoxios, & socios furum facit, & tenentur in integrum ad restitutionem.

Hoc Præceptum læditur in contractibus, si ultra iustum, & summum pretium res venditur; si mutuo ultra sortem aliquid tulerit; si res pro expectata solutione carius ultra pretium tempore venditionis commune vendatur. Si pro debito munere aliquid peratur, cum gratis tempore solito id præstare teneatur, ut thesaurorum Regis custodes. Sicut enim census soluens tempore suo, non potest aliquid pro solutione petere: ita nec regia bona administrans, iuste potest aliquid exigere. Nec id iuste fiet, etiam ante solitum tempus anticipatione quadam, facta solutione: id enim induit rationem mutui, & vltimam redolet pro expectatione solutionis aliquid extorqueret: imò hic securior est de are soluendo, cum ipse in potestate habeat census iurati reditus,



Si res alienum, inuito Domino, retineat tempo- re elapso statuto ad eo vtendum, tenetur ad damnum inde emergens. Hinc illustrantur plu- rima his similia, quæ ad hoc Præceptum spe- ctant, vt ab habentibus Reipublicæ munera no- tentur, & examinatione facta, aut dubia requi- rant, aut certa ad Confessionem afferant.

Vnum notandum, hoc Præceptum pro- semper ligare conscientiam, nec contentum esse propositis, & voluntatibus soluendi; sed adiungendam esse (sicut Zachæo contigit) ipsam solutionem: *Si quem defraudati, reddo quadruplum.* Qui totum soluere non potest, ad par- tem tenetur; agant tamen debitores (veritate, & æquitate seruata) hæc cum Confessariis do- ctrina pollentibus; ne in negotio tanti mo- menti errent, & debito non satisfaciant.

OSTAVVM Præceptum ad famam, & honorem proximorum seruandum respicit, aut restituendum ablatum: necesse tamen est, vt tales possessores sint eiusmodi bonæ famæ; ac honoris. Si autem his dotibus destituti sunt, sicut nihil ab eis, vi, & iniuria aufertur, nihil etiam restitutioni obnoxium erit. Vnde, quod honoratiora sunt personæ, eò plus debiti resi- det apud famæ detractorem: quamuis enim de- fectus aliquorum referantur; si tamen honori eorum non aduersentur, nulla confurgit obli- gatio, etiam si falsò talia aduersus eos confin- gerentur.

Nec solum damna mendaciis illata resarcit; sed etiam si vera aliqua nota fiant iis, qui ea ignorant; ea tamen famam bonam denigrent: potest enim dicere falsò, calumniatum esse ho- minem, cum ea prodiderit, quæ aliis ignota fue- rant, etiam reluctante mala de eo æstimatione, ac iudicio.

Quod si defectus, etiam ad honorem spectan- tes, reuelentur eo sine, vt qui valet cum tali ho- mine, remedia adhibeat, ne serpat malum, & grauius fiat, maiori cū dedecore talia facientis; cum prudenter id fiat, potius erit damnum vitare, quam vulnus infligere aduersus honorem; ser- uanda tamen est regula, vt prius cōsulantur do- cti viri, quam ad prodicionem delicti accedatur.

NONVM, & DECIMVM Præceptum in sexto, & septimo continentur, desideria conce- pta, tam concupiscentiæ, quam cupiditatis co- hibent, quæ iuxta ibi dicta explicanda erunt.

Fugiant pœnitentes ab importuna repetitio- ne: *Peto veniam;* & à te, Pater, pœnitentiã. satis enim erit in fine Confessionis adicere: De his omnibus, & aliis corâ Deo commissis, vehemē- ter propter ipsum doleo, & iterum non adiciam.

CAPVT XIV.

*Quid circa Ecclesiæ præcepta exami- nanda, & confitenda veniant.*

ISSUM est fidelibus, vt ad Sacramētum Con- fessionis semel in anno accedant; vel, si peri- culum adsit mortis. Seruat hoc præceptum, qui in quauis anni integri parte Confessionem facit, licet sit initio, aut curriculi fine. Periculū mor- tis illud dicitur, quod iudicio prudentum solet frequenter accidere, non quâdo rarò, licet emi- neat aliqua dubitatio boni exitus; vt qui in tau-

rorum agitatione, tam equites, quam pedites, periclitari rarò solent, nō sunt in periculo mor- tis, nec fœminæ parientes, nec nauigantes; imò nec tempestate orta in periculo vitæ semper sunt; sed rarò, cum nauarum iudicio euadendi ferè nulla sit spes: tunc ad Confessionem acce- dere, si occasio ad manum sit, est in præcepto. Item, cum Medicorum iussu æger in periculo vitæ esse decernitur. Etiam est in præcepto ad Confessionem accedere, si Sacramentum Eucharistiæ sint suscepturi, si tamen in mortali se esse credant: nec sufficit contritio; sed necessaria est Confessio, iuxta Tridentini mādaturum. Cum autem Paschæ tempore Communio est in præ- cepto, non vrget lex Confessionis, nisi culpa mortalis conscientiam maculet; iustum tamen, & securum negotium est, etiam tunc confiteri.

SECVNDVM Præceptum, Communionem Paschatis tempore iubet, vel prope Paschæ, iux- ta locorum consuetudinem, & præcepta syno- dalia, vbi solet tota Quadragesima pro imple- do hoc præcepto assignari, quando plurimi ad Confessiones accedunt, alias diebus ferialibus occupati, & Confessorum copia tenuis est, & standum est tali consuetudini.

Etiam est sub præcepto ecclesiastico Viati- cum mortis tempore suscipere, imò diuinum etiam mādaturum est in illis verbis: *Nisi manducauerit is Carnem Filij hominis, & biberit eius Sanguinem, non habebit vitam in vobis.* Ob id enim viri docti, vt Suar. tom. 3. in 3. p. arbitrantur, pueros morientes, quando alias Confessionis Sacramenti capaces non censentur, teneri etiã Eucharistiã sumere, vt hoc diuinum præcep- tum seruent, ne carentes Christi Carne, & Sanguine, periclitentur eorum salus.

TERTIVM Præceptum ieiunia indicit tem- pore Quadragesimæ, in Vigiliis, & quatuor Temporibus. Item, si voto ieiunium sit inin- ctum, approbatumque sit ab Ordinario, lex illa omnibus imposita sub peccato mortali obli- gat; ligat tamen hoc præceptum eos, qui ad vi- gesimumprimum impletum annum peruene- runt; si tamen salute fruantur, alimentum suffi- ciens habeant, maximo labore haud sint præ- dediti: ob id enim neque agrotum cultores, ne- que pauperes vicatim exposcentes alimentum, neque fœminæ nutriendes, aut grauidæ, neque iter agentes pedites, imò equites nō facile quid comedant inueniētes, & hyberno tempore iti- nerantes, sub hoc continentur debito. Refectio post præcipuam comestionem, ferè meridiano tempore confectam, leuis esse debet, sicut no- men ipsum indicat; non ad satietatem, sed ad potum coniungendam, recreandūque aliquan- tulum corpus: vnde pro refectioe prohibitus est vsus ciborum, qui multum fatiant, & gra- uant corpus. Potus cuiusque generis haud pro- hibetur, tam antè, quam post ciborum sumptio- nem. Qui ignoratèr quidquam ciborum assump- sit, tenetur in reliquo ieiunium seruare, alias scilicet peccaret contra præceptum iniunctum.

Non modò laborantes in agrorum cultura ad ieiunia non tenentur, cum adeit labor; sed etiam in diebus feriatis à laboribus. Nec etiam tenen- tur, qui nimis laborant; quamuis labor non om- ninò sit necessarius, sed spontaneus: nimis enim grauentur plurimorum conscientie, si solum excusarentur necessitate compulsi laborare.

QVARTO

QVARTO Præcepto Missæ interesse at- tente, ac deuotè iniungitur, iuxta dicta in tertio Præcepto Decalogi; ad quod tenentur omnes ad vsum rationis peruenientes, nec excusantur, nisi vrgens necessitas impediatur, aut Sacerdos defuit: tunc enim Missam querere magno labore non tenentur: non enim Ecclesiæ Præcepta ad impossibilia, sed consueta facere obligant.

QVINTVM Præceptum, decimas Deo soluere præcipit. Est diuinum, & ecclesiasticum iniunctum à Deo, & ab Ecclesia taxata quota soluenda. Seruanda est diuersitas consuetudi- num, vbi non solum decima fructuum; sed etiam eorum, quæ comparant serui, certa pars est huic debito obligata. Est sacrilegium, seu furtum sacrum: quia debitores sumus Deo, & eius loco Ecclesiæ Ministris, quibus pro ali- mento congruo hæc pars concessa est ab ipso Deo, vt pluribus in locis, in sacris habetur Paginis. Nec deteriora Deo reddenda: quod graue scelus (ob impietatem) ingratum ani- mum, & contemptum sacri debiti monstrat: in hoc enim peccato Caini partes sequentes merentur repullam doni audire, aut sentire in aliis eis inflictis pœnis, Numinis irati vin- dictam. Rectius incesit Salomon, qui Deo in templi constructione, & ornatu pretiosa quæ- que concessit; cum autem regium palatium construeret, & tardius absoluit, & minori com- posuit ornatu, & rerum pretiosarum copia: quod notans Iosephus 8. Antiq. c. 5. ait: *Eò quod Regum habitatio, & non quasi Dei futura, tardius esset effecta.* Templum enim septem annis per- fecit; regiam verò tredecim. In his duobus soluendi hoc pensum circumstantiis, Caini sacri- ficium damnauit, qui, vt ait Ambros. lib. 1. de eodem, dupliciter peccauit, & iniqua Deo reser- uando, & tardè ea offerendo. Mortale est non soluere decimas iure constitutas, si quantitatis paruitas non obstat: aded enim auari homines sunt, & inimici Ecclesiæ, eiusque Ministrorum, vt nullum debitum grauius censeant, quam istud; inuenitque cupiditas viam ad magnam partem subtrahendi, decimam debere negan- tes eorum, quæ terræ mandabant; eo funda- mento innitentes, quòd iam pars illa soluta fuerat Ministris. Sed falsum est, & contra Do- mini ea verba, qui ait: *Si mortuum fuerit, multum fructum affert.* Contra verò, si non moriatur, fru- ctus haud parit. Si ergo frugiferum effectum granum, segetes collectæ sunt, interit hoc, & omnia, quæ inde nascuntur, noua omninò sunt, ac proinde sub tributo decimali veniunt.

Multi etiam memoria tenent peccata septem capitalia, vt in Confessione aduersus se accusa- tiones conficiant. Sed hoc inutile est, & excu- sandum, ne tempus vanè cōsumatur: quæ enim mortalia esse possunt peccata, in Decalogi Præ- ceptis continentur; alia verò rarò grauiora sunt, licet nomine soleant capitalia nuncupari.

Superbia quidem, vt grauis culpa iudicetur, Luciferina esse oportet, negans Deo bona sus- cepta, & à nullo pendere in esse, & operari, quod insuetum est.

Ira verò ad quintum Præceptum spectat, provt grauem infert culpam rixis, odiis excita- tis; vel ad octauum, si verbis iniuriam conti- nentibus honorem maculet.

Luxuria autem ad sextum pertinet, & no-

Genes. 14. 28.  
Exod. 22.  
Leuit. 27.  
Deut. 22.  
2. Paral. 31.

Genes. 4.

3. Reg. 6.  
3. Reg. 7.  
Ioseph.

Ambros.

Conc. Triid.  
sess. 13. c. 7.

1000. 6. 53.

Suar.

num mādaturum: ibi enim exprimitur, quidquid grauius hoc vitium maculat animum.

Inuidia verò ad proximorum odium spectat: ex eo enim nascitur pœnitere felicitatis aliorum.

Gula, licet frequenter peccatum sit, graue verò rarò, nisi præcognito magno salutis, aut sensus damno, voraciter comedant, ac bibant: si autem prohibita ex luxu mandentur, contra Ecclesiæ Præceptum delinquitur. Cum verò pro cibo sumuntur, quæ damnum afferunt, & ex prauis humoribus appetitus ad ea gustādum excitatur, vt sal, terra, carbones, lutea, ac fictilia vasa, quod frequens est apud gulosas fœminas, mortale erit, si vel vsu magna sit quantitas, vel semel hæc eadem appetitu irrationali suman- tur, quæ damnum non leue afferre solent.

Acedia verò tunc mortale erit, cum impedi- mento sit adimplendi iniuncta ex præcepto, vt audiendi Sactum, confitendi peccata, munus ex obligatione impositum omittendi.

Ex his generalibus notis ad dignoscenda, quæ veniant, confitenda peccata, quibus alias sibi impositas obligationes recognoscet, vt do- mini in seruorum curam, sustentationem, debiti solutionem; parentis in filios, vxoratorum in viros, & fœminas, Iudicum in causarum re- cto iudicio, & expeditione litium, curamque Reipublicæ, & vitandi peccata publica, & tol- lenda scandala; Principum, & Ducum in sibi subditorum oppressionem, iustitiæ administra- tionem, tributorum, & onerum impositionem, militum sollicitam curam, ne populos grauent, ne pro aliis liberandis à vexatione alios gra- uando pensum imponant, ne militum nume- rum falsò augeant, seruos pro militibus com- putando. Vnde constat, vnunquenque, præter omnibus communia, singularia munia exami- nare debere, ne ob eam causam, onera imposita sibi, aut ignoret, aut eorum obliuiscatur.

Similiter Confessarius præ oculis notata ad- uertat, vt tacentem roget, & status discrimina, & munium diuersitatem cognoscat, & petat, quæ communiter accedere solent. Caueat ab exquisitis interrogationibus: sed iuxta cuiusque conditionem, statum, & aetatem, probabilitatem, ac moralem coniecturam peccata, quæ non in- dicant, petat, ne duo inde mala prodeant, vel ea negare ob verecundiam, vel discere, vt expe- rientia ea degustent, quod frequens est in pue- ris fœminis. Minus quippe malum est hæc ignorata latere, quam cognita semel malitia ea appetere, & executioni mandare.

Omnis huius negotij difficultas versatur in exprobando peccatorum numero, quod haud nimis durum est: vel enim rarò peccatum con- ceptum sit, vel frequenter: si primum, leui me- moriæ iactura inueniet, quoties peccauerit: si secundum, sufficit consuetudinem exprimere. Si non detur, sed tempus vacationis intercedat, anni spatium in menses secer, aut menses in hebdomadas: ita non difficulter recordabitur, computatione facta mensium parum plus, mi- nusve, aut hebdomadarum bis, aut ter, aut semel in eis deliquisse, nec tot minuta petenda sunt ignoratibus, & rudibus, quorū disertis, & sapientibus, qui & conscientie fines facilius capient, & rogata à Confessario melius, & clarius petici- pient: alij verò exponuntur periculo mētiendi, aut reticendi grossum numerum peccatorum.

Multi etiam memoria tenent peccata septem capitalia, vt in Confessione aduersus se accusa- tiones conficiant. Sed hoc inutile est, & excu- sandum, ne tempus vanè cōsumatur: quæ enim mortalia esse possunt peccata, in Decalogi Præ- ceptis continentur; alia verò rarò grauiora sunt, licet nomine soleant capitalia nuncupari.

Superbia quidem, vt grauis culpa iudicetur, Luciferina esse oportet, negans Deo bona sus- cepta, & à nullo pendere in esse, & operari, quod insuetum est.

Ira verò ad quintum Præceptum spectat, provt grauem infert culpam rixis, odiis excita- tis; vel ad octauum, si verbis iniuriam conti- nentibus honorem maculet.

Luxuria autem ad sextum pertinet, & no-

Si autem ipse poenitens alicuius peccati infueri signa ostendat, nesciat tamen, aut timeat, clarius illud promere, suauitate maxima, quae facta fuerint, Confessarius exquirat, & an ignorauerit grauitatem illius rei, interroget: unde conficiat, quanta sit culpa, si leuis ob ignorantiam, ipsum consolatur, & moneat simul, vt ab illius generis peccato abstineat, ne in graue incidat malum; tale enim deinceps erit, re iam cognita.

CAPVT XV.

Quibus de causis excitandi sunt homines ad generalem Confessionem.

Non parua utilitas capitur Confessionis serie cognita, vt inde consilio prudenti excitetur poenitens ad generalem componendam, quae aliquibus de causis iudicanda est necessaria. Prima sit, si peccata aliqua silentio seculata in pectore iacuerint. Secunda, si dolor verus defuit. Tertia, si ore proponens restitutionem, occasionis desertionem, simultarum ablationem, corde id negauerit. Hi necessitate Sacramenti, ad generalem (saltem a tempore prima iniqua Confessionis) Confessionem cogendi sunt. Item, si capiat Confessionem factam cum Confessario non habente potestatem, quoties id factum compertum fuerit, toties iteranda est Confessio, apud eum, qui tali potestate non careat.

Ceterum prudentis consilio, etiam iustum est, hanc arripere viam. Primum, ne ad mortem, (vbi summa securitas necessaria est) sine generali totius vitae accusatione, & manifestatione veniat. Secundum, si praeterita vita, & per longum tempus absque timoris freno consumpta fuerit, laxatis habenis libertatis, ad omne iniquitatis genus perpetrandum; tunc quidem dubiae sunt Confessiones singulae, dubius dolor, propositum, satisfactio. Vt ergo cesset eiusmodi vitae cursus, colligenda sunt omnia peccata, & vero dolore, ac desiderio mutandi mores pristinos annuncianda: licet enim haec generalis Confessio necessaria non sit; grati animi erit, Deo offensus, tot modis satisfacere plus ei reddendo, quam iure debeas; similis Zachæo, qui ex Publicano, filius Abrahæ factus, quadruplum reddidit; cum vnum deberet, non necessitate iustitiae, sed gratitudinis recordatione. In hoc sensu fructus dignos poenitentiae agere Ioannes magnis peccatoribus suavit; qui quidem tunc pullulant ex animo, cum plus ei reddimus, quam debere comperimus. Tertium, ad ardua vincenda, & victoriam obtinendam de aliquibus animi passionibus, praecipue verecundiae prodendi peccata, quomodo maxima humilitate superbia calcatur; & potius honor Dei praë oculis habetur, quam propria gloriola, & laudis, aut bonae aestimationis appetitus, quo pacto Deus multa confert ad perfectè incedendum in ipsius mandatis, necessaria. Quarto, iis, qui velut nouis pennis renouati, flagrant desiderio vitae perfectae, & veteri, vel omnibus valericere, magnopere conducit generalis peccatorum Confessio, vt inde obliuione praeteritorum facta, noua cogitent, minuta considerent,

Luc. 19.

Matth. 3.

vitam ad normam perfectam forment, & configurent, ac si tunc viuere cepissent. Quintum, vitandae sunt leuiter institutae Confessiones generales, praecipue in foeminis, quae nullo solido nituntur fundamento, nec necessariam ad bene conficiendum apponunt media; sed confusè, nimisque obscure aliqua ex multis attingunt, pluribus maioris necessitatis omittunt: illa enim iudicant graua, quae sextum praecceptum laedunt; cetera parui faciunt, & inconsideratè praetermittunt; nec facta tali exomologesi forma meliores insurgunt, vitam nouam instituunt, aut ad ardua accinguntur remedia, potius appetitu, quam ratione ducta, & vno verbo audito ex suggestu, arbitrantur in pessimo degere statu damnationis.

Pro iis vero, qui serid, & aliqua graui ratione moti ad Confessionem generalem, ex consilio Confessarij accedunt, statuendum est primum, tempus requiri, vt in eo per aliquarum horarum spatium conscientiam examinent, & rationem sibi antea vitae deposcant. Quae in vsu sunt, damnans Chrysof. lib. 2. de compunctione cordis, sic ait: *Quod si aliquando ad recordationem venerimus, & visi fuerimus paululum inde cogitare, & esse solliciti, statim effugit cogitatio, & transimus ad alia, & nec integra quidem hora patimur animam nostram afflictione mrororis huius adstringi.* Statuat ergo Confessarius tempus, ingenio confessuri cognito, necessarium, ad exagitantam memoriam, vt morali hac diligentia apposita, obliuio peccatorum non sit in culpa, & securus maneat is, qui confitendus est, ea in hoc negotio vacare.

Doceat primum, a primo vsu rationis, vsque ad aetatem iuuenilem initium huic negotio dare. Secundum, ab status noui tempore ad huius finem. Tertium, a maiori aetate ad praesens vitae curriculum, si haec omnia in eo concurrant, vt ita memoriam iuuet, & ad singula mandata, quae sub ea iacent, reuocet; aut prius iuuenilia referat; deinde quae in grandiori aetate fecerit, semper ad vetustiora, & distantiora a tempore praesenti memoriam excitando. Exemplo Pauli id probat Chrysof. supra: *Vt etiam Paulum Apostolum videamus, ea, quae abolita iam fuerant, & deleta; adducere tamen in medium.* Et infra: *Oportet nos recordari priora delicta, vt possimus verecundiam, pudoremque concipere.* Deinde procedat ad numerum, quantum memoria ad id praestandum iuuet; quod licet difficile videatur, re profundius considerata, facilius exequitur: studio enim ac diligentia, computatione facta occasionum, inclinationum, a quibus facilius auersum animum habebat; ad quae verò propensiorum, rationem reddere poterit, non confusam, nec a veritate distantem; sed moraliter certam, & maximè rerum euentui congruentem, ac consonam; nec auertat faciem a peccatis ob eorum deformitatem, aut eiusmodi difficultatem: exposcat auxilium, & caeleste lumen, & intentata consequi haud difficile erit.

Semper enim praë oculis habeat illud Trid. sess. 14. cap. 5. sigillatim peccata confitenda, vt, quantum valeat, ad hanc rationem conscientiae reddendam accedat.

In hac peccatorum recordatione discutiatur, quomodo praeteritis temporibus confessus fuerit, cum examinatione, clara manifestatione facta

Chrysof.

Idem.

Conc. Trid.

facta criminum, cum vero dolore, & emendae proposito non fictè, nec ore tenus: vt inde conficiat, an praeter peccata, teneatur etiam Confessionum & Communionum culpam sibi adscribere, & eam in Confessione declarare.

Praeter omnium communia aduertat, quae in vita ei singularia contigerint, vt Paulo persecutor factus Ecclesiae, Iudae venditor. An ob diuersa officia, ac munera ad bonum Reipublicae ordinata, iniustitiae, aut grauis omissionis culpis oneratam conscientiam repererit, quid de domesticis obligationibus, aut alicuius officii, in quibus per magnam vitae periodum occupatus fuerit.

August. 1. lib. in Gen.

Confortes ad memoriam adducat, siue pro exercendis muneribus, ac commerciis; siue; vt ad delicias eis vsus fuerit, vel eos iuuerit: multa enim aliorum causa fiunt, ad quae auerteretur natura; tamen ea libertate, quae satis est ad peccatum: sapere enim Deus offenditur, inquit Augustinus, ne offendatur amicis.

His, & similibus documentis armandus, & instruendus est, qui ad generalem Confessionem accingitur; nec aliud remedium efficacius vtpurimum inuenitur, ad vitam pristinae mutationem, & nouam initiandam, quam istud. Qui ad hoc praestandum Confessarij subduntur, ab eis adiuti, reliqua iniungenda libenter suscipiunt, consilii acquiescunt, ad noua bella arma arripiunt, formam vitae praescriptam, opere exequentur.

CAPVT XVI.

Confessariorum munus est instruere, & ad meliorem frugem poenitentes adducere.

Conc. Later.

Concilium magnum Lateranense sub Innocentio III. c. 21. Sacerdotes Confessarios monens ait: *Sit discretus, & cautus instar peritii Medici diligenter inquirens, & peccatoris circumstantias, & peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi consilium debeat exhibere, & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis utendo ad sanandum agrotum.* Huc tendat, oportet, omnis eius sollicitudo, vt sanum, & non debilem, ac facilem labi, relinquat: nulli enim libentius homines parent, quam Confessariis: est quidem genus fascini amor exortus inter Confessarium, & poenitentem, cui commissum est omnium secretorum maximum, & foeda cordis occulta, velut vulnera offensa; ipse verò compassione ex amore nata, tētabit curare agrum: ob id enim inquit Origenes hom. 2. in Psal. 37. poenitentes alloquens: *Proba Medicum, cui debeas causam languoris exponere: qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente; qui condolendi, & compatiendi nouerit disciplinam; vt ita demum, si quid ille dixerit, qui se prius & eruditum Medicum ostenderit, & misericordem, si quid consilij dederit, facias, & sequaris.* In culpa erunt, qui ad ipsos venientes non sanos reddunt, nec aliter infirmos portare iubentur; qui fortes, & firma salute fruuntur, vt optimè expresse Basilius in Regul. Breu. q. 229. adducens illud Rom. 15. *Vos, qui firmiores estis, imbecillitates infirmorum portate.* addit:

Rom. 15. Basil.

*Hoc est tollite diligentia, & cura vestra.* Delenda ergo, & tollenda pusillitas peccatorum, infirmitas antiqua, ne in eadem recidant, aut deterrius delinquant.

Hoc quidem haud fit solum Confessione audita, poenitentia imposita, & absolutione concessa; commune quidem omnibus; sed non omnium remedium: ita enim proni, ac faciles manent ad reciduum, ac si ad Confessionem non accessissent, & peccata minimè euouissent: multa enim addenda alicuius sunt, vt verè sani, ac valentes recedant, persuasi virtutem aggredi, cum ea coniugium inire, nec ab ea recedere, sed vitae formam nouam sibi praescribere, qua executioni mandata, vel nunquam labantur, vel raro, statimque dicant: *Resurrexi, & adhuc sum tecum.*

Praeter amorem, & reuerentiam Sacerdotibus exhibitam, de qua August. 2. lib. de visitatione infirmorum, c. 4. & 5. addit: *Cum qua, & August. Deum, & Angelum eius docet reuerentia, Dei ministrum affare, aperiri ei penetratum tuorum abditiissima latibula, conscientiarum verecundarum penitiora, reueta repagula, &c.* Alia occasio se offert, nulli peruia, mutatio, videlicet, cordis, abolitio praeteritarum sarcinarum, a quibus liber, & exoneratus inuenitur peccator, vt nouas assumat libentius, manu leni Confessarij imponendas; illa quidem premebat animam, sicut onus graue grauatum est super me; haec verò suavis est, & onus leue. Cum ergo hoc notum sit Confessario, nec lateat poenitentem, & velut sentiat pristini oneris alleviationem, haud dubie quin libenter ad mandata per Confessorem imposita, animum conuertet. Ille Zachæus iustus est descendere de arbore. Et paulò post ad magna paratum habere animum demonstrat. Causam esse arbitror praeposterè ascendisse, non deposito onere peccatorum. At semel facta haec diligentia animum ad ardua paratum indicat. Petrus Chrysol. Serm. 54. ait: *Descende ergo, vt deponas rante fraudis onera, vt inter vitales ligni ardua, iam perfectus ascendas.* Cum igitur Confessario sit nota haec oneris depositio, ascensum in crucem poenitentis suadere poterit, vt commutet sarcinas: & sicut exhibuit membra seruire iniquitati, eadem iustitiae in sanctitatem accommodet: sic quidem liberabitur a lapsibus timendis planè, si aliam vitam non instruere curauerit, obtemperansque fiat magistro, & parenti, qui tot ei mala abstulit, & medicauit patientia, & charitate, ac prudentia, vt gratam Deo hostiam exhiberet.

Luca 19.

Chrysol.

Quòd autem ad hoc non sufficiat solum Confessionis remedium ob communem hominum, in rebus ad spiritum spectantibus incuriam, & facilitatem ad pristina, & assueta recedendi, apertissima probatur experientia. In Missionibus vniuersi ad Confessiones confluent. Idem euenit Paschatis tempore. Verum paulò post nulla extat memoria talium Confessionum, nulla cernitur morum mutatio, nulla via nouae initiatae. Quid existimandum erit futurum post Missionis labores, nisi hoc idem, nisi aliqua singularis cura adhibeatur, studio, ac diligentia Confessarij, qui experientia horum malorum maiora adhibet remedia? Factus est homo ad Dei imaginem, & similitudinem, hac intercedente differentia, quòd imago cum ipso



Nican. Gen. 2.

Psal. 133.

esse, concessa est; similitudo tamen vsu, & studio. Oprimè Nicæus orat. 1. de hominis opificio: Imago refertur ad esse, similitudo ad potestatem Deum imitandi. Cur ergo ista diuisa? Ut vnum ex gratia largitoris esset; alterum ex ista, & nostro labore. Cur Dauid ait: Mirabilis facta est scientia tua ex me? Intuitus fuerat eiusmodi propriam cooperationem, qua iniuncta, ad mirum virtutis statum animus eleuatur; ita vt videntes eius mores, & pristina vitæ discrimen, in admirationem rapiantur; imò ipsemet homo videns in Dei similitudinem non modò posse, sed etiam insurgere, in admirationem tanti boni venit. Nicæus supra: Quapropter, vt mea, non alterius esset admiratio, reliquit mihi, vt ad eius similitudinem fierem. Habeat ergo per Confessionem pœnitens esse Dei, ac ad imaginem ipsius fiat. At similitudo deest, quæ operibus nouis, & animum à vitiiis remouendo habetur. Ita vt ipsemet homo in stuporem veniat, cum videat, quantum interstit inter pristinam, & nouam vitam; quâto cum animi dulcore, pace, & facilitate arduam prius conceptâ viam teneat. Ad hæc obtinenda mouendus est pœnitens, & alliciendus, instruendûque, ne contentus imaginem reformasse, ibi sistat, & non progrediatur vltra, ad similitudinem operibus altè reponendam.

Quatuor iniungere iis oportet. Primum, frequentem Sacramentorum vsum, iuxta pœnitentium capacitatem, peccatorum sensum, vitæ mutandæ, & perficiendæ desiderium conceptum. Omnibus singulis mensibus hanc frequentiam suadere oportet: alij feruentiores, præcipuè vbi commoditas non defuerit, octauo die, vt accedant, doceantur, simul instruendo eos, quomodo vtrunque præstare deuotè, ac immutabiliter debeant.

Secundò, vt Virginis Coronam quotidie recitent: præclara enim dona huic deuotioni inrentis conceduntur, & plurimùm ad vitæ puritatem adipiscendam confert: hac enim via, & vitia fugiunt, & inimicorum vires eneruantur, & vires virtus cepta resumit.

Tertiò, vt Missæ intersint quotidie: quos fructus hæc pariat deuota occupatio, recenseant iis, qui de tanto Sacrificio memoriam faciunt.

August.

Quartò, vt ante accubitum examinent conscientiam, iuxta illud Augustini lib. de Pœnitentia, cap. 9. Ascendat homo aduersum se tribunal mentis suæ, consueti se ante faciem suam. Hoc fræno continetur animus, & ad memoriam reuocans commissa, ad pœnitendum prouocatur, ad non ampliùs delinquendum mouetur, ad confessionem, & exonerationem cordis excitatur, & facillè errata inuenit, qui assuetus est, ea memorie commendare. Nec tantùm curet ea congerere, quantum cubuli cordis, compunctione vera, immunditias tergere, & foras proicere: hæc omnibus commendanda, quæ facilia sunt, nec multum tempus exposcunt, vt frequenter fiant. At alij, quibus Spiritus Sancti gratia maiora impertierit dona, maiora exigenda erunt, videlicet, vt iis addant librorum, iuxta propria idiomata, lectiõnem: ibi enim docet Deus animum, mysteria maiori claritate aperiantur, virtutis pulchritudo, & vitiorum deformitas clarescunt, disponit mentem ad contemplationem diuinorum, præcipuè ad vitam Domini euoluendam, & cogitandam: vna-

de quasi flores ex concluso hortulo, virtutum exempla colliguntur, amor in Christum augetur, animus ad viriliter decertandum accenditur, & roboratur, & ait: Quis nos separabit à charitate Christi, &c. His etiam adiungenda pœnitentia, quæ in corporis afflictione consistit, quæ ad facilem vsum, omni horrore ex effeminatione carnis orto, sublato, reuocanda est; quæ plurimùm carnis vires frangit, ac debilitat, animum ad duriora ferenda prouocat, & experientia aliquo modo, quanta sint mala futura, cognoscit, qua via à peccando animus retrahitur.

Deinde tempus ad hæc exercenda notare oportet, vt non solum fiant; sed tali tempore, præcipuè ad formam ita viuendi consequendam radicibus, & in animo figendam, ac firmandam. Item modus deuotè, & attentè agendi cum Deo, vt fructus maximos reportent, & animus ad feruorem obtinendum excitetur docendus.

His similia quibus pro sua pietate, ac deuotione addet, & quæ propria experientia tenuerit, vt ita ad faciliorem vsum prouocet sibi subiectum hominem, si in eo aliqua signa notaauerit fructuosè vtendi talibus exercitiis.

Nec præstat dicere, in Missionibus celeriter omnia currere, homines citò aufugere Confessione peracta, incognitos ferè omnes esse, multò esse opus tempore ad hanc instructionem, & ad nudè satisfaciendum tot hominum multitudini, longiori indigere: nec satis esse diem ad hunc laborem perficiendum; sed etiam tempus ad quietem referuatum consumit. Quomodo inter tot hominum frequentiam locum habere potest hæc instructio sedula, tot consilia, & remedia eis imbuere, cum vix tempus super sit ad leuiter conscientiam scrutandam, & percipiendum peccata, & absolutionis quæ beneficium impertiendum?

Verùm huic obiectioni aduersatur vsus Nostorum, ratio, & finis Missionum: quales nostri Parentes dimiserint, quos curandos susceperant, longum esset recensere. Quis plùs laborauit, ardentiusque animorum lucra insecutus est, quàm Xauerius. Verùm singulos sic instruebat, ac si vnum tantùm haberet hominem. In Iaponia aded minima docebat, vt post plures annos ad illos Nostri venientes, ac si in medio Europæ residerent, & frequenter à magistris monerentur, cultos eos inueniebant notitiam habentes mysteriorum, festorum, ieiuniorum, & quæ exercitia quotidiana facere oporteret. Ratio ipsa id postulat, ne labor cassus, & infructuosus reddatur, si semel concepta dispereant, vt inquit Ambros. 1. Officior. cap. 13. Non curare, quod feceris, summa indementia. Quid enim proderit, homines ad Confessiones vocare, & tamen eos rudes, & periculis pristinis expositos dimittere, nulla eis forma viuendi præscripta, nulla firma lege sancita, qua velut regula assumpta metiantur opera futura? Finis etiam Missionum perit, cum nulla signa tanti laboris remaneant: licet enim non omnes docibiles inueniantur, & citò ad assuetam redeant, plurimi capaciores sunt, sæpè ad Patres redeunt, vel scrupulis agitati, vel vt generalem Confessionem adornent, monitis talium magistrorum obtemperando. Alij sæpiùs confitentur, ac tanto bono priuentur,

Ambros.

Seneca.

Matth. 19.

Nazianz.

tur, & aliqua discant in futurum, necessaria ad rectè vitam componendam: saltem enim iis oportebit monere, & manifestare, & pericula, & remedia, quæ commode adhibenda sunt vt enim inquit Seneca epist. 123. Nemo est casus bonus, discenda virtus est. studio, videlicet, & cura bonorum parentum, qui in eo opere tempus fructuosè impendunt. Nec ista contraria sunt Sacramentorum frequentia, imò ea ratione addenda, quia multi, & ferè omnes sitientes doctrinæ riuulos, ad nostros conflunt, semper arbitrantur, maiora bona ab eis susceperunt, quàm à Confessariis propriis. Falsò ergo tales quærerent, si nihil eis oneris imponatur discendi, quæ ignorant; exercendi, quæ eis hucusque minimè occurrerant. Nec oportet ista monere tempore ad Confessiones publicè staturo: nota enim esset immorari cum aliquo, præcipuè si, scemina essent: sed statuenda est hora, & tempus vacuum ab occupationibus, vt necessaria ad salutem remedia hauriant. Homines viri domi instrui possunt; scemina verò in templo; sed pomeridiano tempore. Hæc ratione Matth. 19. dicitur: Sunt eumubi, qui castrati sunt ab hominibus, non quidem ferro, sed doctrina imbuta ministerio Magistrorum, qui vitiosas præcudit inclinationes, vitiorum fibras, & radices concupiscentia euellunt, & eradicant. Optimè exposuit Gregorius Nazianz. oratione 31. his verbis: Quidam autem alij sunt, quos sermo, & doctrina purgat, vitiosisque animi perturbationibus truncat. Hos existimo, qui ab hominibus castrantur, cum, videlicet, magistri præcepta, & sermones virtutem à vitio distinguentes, spiritualem pudicitiam effecerint. Concessum ergo est Confessariis, consiliis, & monitionibus suis, vitia à medio tollere, & ad exercitia spiritualia prouocare, quibus omnibus velut ferro secantur hæc virtutum impedimenta. Quando contingeret aliquos inuenire instruendos ob spem, fructus vberes inde colligendi, eò quòd tales vtilis aliis futuros esse speretur, nec dubitent ab aliis manus ob id amouere, nec aliquod tempus vltra constitutum ad talem locum iuuandum eis inutiliter impendere, ne tanti boni, & ipsi, & reliqui ab eis iuuandi priuentur: sæpè sapitùs requirantur, & instruantur. Solet ingeri quædam vanitas in his negotiis, orta ex eo, quòd plùs omnibus laborauimus, breuique populum totum, magnam hominum frequentiam continentem, ad Confessiones perduxerint: si cum his tamen stet instructos, cum spe profectus futuri, manere, laude dignum opus erit: verùm, si solum gustauerint labijs Confessionis remedia, haud dubiè parum vtilis labor censendus erit. Attendendum ergo ad fructus copiam, & securitatem; non tamen ad viridantium foliorum inanem sonitum.

Quanta sit necessitas suadendi eiusmodi ornatum animi hominibus recenter conuersis, ex tribus præcipuis capitibus sumitur. Primò, tenera virtus plurimos timere solet aduersarios, insurgentes in eam, tanquàm lupi rapaces: nec enim fructus ad maturitatem veniunt, si frigus terræ virtutem comprimat: similiter virtus ad profectum non venit calore feruoris, (qui bonis operibus incallescere solet animum;) destituta, & frigore temporalium

occupationum impugnata. Cum Iulianus Illyricum attingeret, vt in Persidem iter ageret, tempore vindemiæ immaturum fructus vinearum apparuerunt: vnde Sapientes coniectabant, immaturam vitam Imperatoris futuram. Sozomenus lib. 5. cap. 1. Ab aliis dicebatur, ostentorum alterum significare Imperatorem immaturæ aetatis sue tempore, non aliter acque vnas immaturas periturum. Nec vanum hoc omen aduersus virtutis infecutores, cum alget frigus tepiditate intercidente, & calor deuotionis aufugit, operibus bonis desertis. Illa domus à tyranno inimico relicta, à Deo possessa, ornata quidem, & scopis mūdarta, vacas à deiecto hoste inuenitur, & eā occupandi concipit spem certam. Quid deesset, declarat Eusebius Emislenus: Inuenit eam vacantem: quia non inuenit ibi charitatem. Hæc quidem & calorem auget, & ad bene operandum excitat; torporem depellit, qua deficiente, citissimè experitur tentationum vis, vt contigit Petro, qui pro signo acceperat galli feruentis, & vigilantis tantum ad eius tepiditatem compescendam, & aduertendam. Nec exemplo hoc passus est excitari, cū priusquam audiret tantum, prostratus ad hostis pedes, iacebat. Ambrosius de obitu fratris: Tentationem præsumptionis, antequàm gallus tertio cantaret, incurrit. Imò antequàm semel: non enim armatus erat ad galli similitudinem, vigilantia, ac feruore. Quidni eueniet paruulis, & virtutis viâ nondum aggredientibus, si statim in limine, arma, quibus deberent certare cum hoste, proiciant?

Secundò, attendant, præsentiam Patrum plurimùm iuuare ad virtutis conseruationem, quasi vitia fugisse videntur: tum occupatione temporis, concionum causa, & copia: tum feruore vicinorum, & notorum de nullo alio negotio fit mentio: omnes anxij, & solliciti sunt, vt dicta memoria teneant, recolant. Aduertant tamen omnia ista citò defutura, & in silentio horum præconum, ac monitorum, locuturam, & conclamaturam carnem, ceteraque vitia, quasi è terra, aut Inferno pullulatura. De sermone diuino loquens August. 3. de Baptismo contra Donatum, c. 18. ait: Sermo Dei nos non seducit, qui, nec tacet, nec parcat, nec ulla adulatione nos decipit. Quid mirum, si reliqua taceant (Actor. 20.) hoc tanto loquente Magistro. At facies rerum citò nauatur. Scio enim, inquit Paulus, quòd post discessionem meam intrabunt lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipsi insurgent viri loquentes peruersa, &c. Quod expendens Theophyl. in 2. cap. Matth. ait: Vbi autem ego è vita hac ablati fuero, tunc ingrunt tentationes: ob id enim Christus Dominus ipso præsençe à ieiunio abstinere discipulos voluit; eo absente ieiunium induxit. Addens Theophyl. Es ieiunabunt, ac affligentur. Ergo pro absentia tempore indicendum est ieiunium, afflictio, oratio, Sacramentorum frequens vsus, quantum differret Saul à semetipso, bonis associatus, aut alienatus ab eis, Scriptura expressit: propheta bat inter Prophetas: ad vindictam animum excitabat, ab eis separatus. Dionysius: Sic isti inter virtuosos compunguntur, & inter vitiosos non subuertuntur. Nec alia delinquendi citò occasio ab hoste acciri poterit, quàm hanc Patrum absentiam præ oculis hominum præsentare. Ita

Luca 11. Euseb. Emislen.

Matth. 26.

Ambros.

August.

Actor. 20.

Theophyl.

1. Reg. 19.

Dionys. Carthus. in Sexagesim.

aggressus

aggressus fuerat Euam in Paradiso, fingens praecepti Imperatorem non adesse; sed velut au-

Iren.

tertio, virtus ad sui durationem non solum eget praeceptis; sed consiliis; folia enim ad fructus conseruationem, & maturitatem iuuant, quauis illi soli percipiuntur. Ita consilia praeceptorum seruant virosam, & illa nuda ferè raro diu permanent. Sanatus, triginta & octo annos in infirmitate degens, liber vt incederet, posset dimitti: at Christus Dominus ei iniunxit, vt grabatum tolleret, humerisque baularet; insinuans non satis esse ab agritudine peccati liberari, nisi addantur opera bona, quae, velut onus, imponantur: idèd inuentus à Domino fuit in templo exequi incipiens, quae ei spiritaliter imponebantur. Theophylactus in 2. cap. Marci: Non enim à peccato nos solum suscitari oportet: sed & lectum, hoc est, corpus ad operationem boni tollere. Ad hoc ergo monendi sunt penitentes, exequendum opus, iuxta dicta superius.

7e. 5.

CAPVT XVII.

Quomodo instruendi pueri, & puellula.

Hoc genus haud contemnendum, vt multi putant, eos fastidientes, arbitantes, aut fingentes, parum, aut nullum fructum ex horum Confessionibus carpi, terereque inutiliter tempus in rebus maioris momenti expendendum. Sed falsò ista autumant, vt liberentur, qui talia comminiscuntur ab eorum quasi educatione, & munus pedagogi exercendum in eos. Quis negare audeat ex inculta infantia prodire peccata, quae etiam tunc pullulant, & in dies crescunt, ad statumque in libera iuuentute, & adolescentia deueniunt. Si enim ab initio disciplinam suscepissent, & didicissent Dei timorem, aut dicerent: Adolescentulus sum ego, & contemptus, quasi à nullo curam eorum assumi conquerantur, quod parui pendentes eos, contemptuque habentibus, summa negligentia tractentur.

Psal. 118.

Natos liberos prauis inclinationibus imbutos, statim tradit Ecclesia per Baptismum magistris, vt ea, quae didicerant à parentibus, noua doctrina abolerentur à mente. Rationem reddidit Origenes lib. 5. in cap. 5. ad Rom. Quia non tam natura argentur in mortem peccati, quam discipulatum parentum, videlicet, & aliorum, quibus adiunguntur. Hoc ergo munus praestare oportet bonum Confessarium, gemmas istas quasi Dei collo appendendas, à vitis separando, & diuinis consiliis atate illa congruentibus imbuendo. Cum enim atate grandiores aggregiantur, duo praestare debent, & destruere, & aedificare; auellere, & plantare: at in hoc

Origen.

opere ferè nihil primi laboris necessarium est: quia parua vitia in eis resident; opus tamen est, plantare virtutes, docere Christianae Religionis documenta, initiatque, tanquam lac, facile discenda, & tenenda; vt his leuibus documentis à prauis consuetudinibus auertantur. Proponam ad hoc opus perficiendum, & tollendum impedimenta, quae solent ab his rudibus auertere Ministros Dei, Christi Domini documenta, qui Matth. 19. agens de castitatis, ac virginitatis decore, & necessitate, quam pauci eam amplectantur, existimantes rem agredi arduam, & inaccessam: ob id enim addidit, qui potest capere, capiat, continuo accesserunt pueri ad eum oblatis à piis viris, sic ait Euangelista: Tunc oblatis sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. At Discipuli aegre hoc ferentes eos repellebant reprehendentes, qui ad Christum tales adduxerant infantes. Causam inquiramus: forte enim in ea apparebit, vnde ortum habeat viros alias Religiosos, & Christi Discipulos, eiusmodi abhorre-re opus, & nolle talium curam suscipere. Discipuli Domini ad maiora intenti, hos repellebant, ne tempus in minoris momenti rebus consumeretur. Audi Chrysof. hom. 33. Imperfecti: Quis enim (ait) mereatur appropinquare Christo, si repellitur simplex infantia? Horum enim est Regnum caelorum: sub Angelorum custodia degunt: ab eis, tanquam à Pedagogy, seruantur, ac tutelantur. Quod negotium maioris momenti, cuius compatiens istud minoris sit ponderis, offerri potest, quam charos Deo paruulos Angelorum vices tenentes ad ipsum trahere, iuxta cum statuere, ab eo amplecti, & perspecta eorum innocentia lactari, ac congaudere. Ne ergo contemnendo hoc tam gratum opus Deo, alia praferamus, & maioris momenti arbitremur: quia innocentia grata est Deo, gratissimumque erit in-niti eam conseruare, & in dies augere, aut si aliqua culpa, pulchritudo eius decolorata fuerit, restituere pristinam formositatem curemus. Iuuat ad hoc exemplum Hieronymi, qui amanter tales paruulos suscipiebat, & coru salutis incubere vehementer optabat. Ad Latã scribens de Paula infantula ait: Si Paulam miseris, & nutritium me, & magistrum spondeo. Gestabo humeris, balbutientia tenera verba formabo, multo gloriosior mundi Philosopho, qui non Regem Macedonum, Babylonio periturum veneno; sed ancillam, & Sponsam Christi erudiam regnis caelestibus offerendam. Quid enim dulcius existimari potest, quam inualidum genus tenere, fouere, ne à gratia in Baptismo suscepta decidat, vitis que inficiatur, ac maculetur. Antiqui, vt refert Augustinus lib. de Ciuitate, plurimas fingebant Deas pro hac iuuanda infantia, quae munia optimè ipse Deo adscribit, quae Deo commendantur; non ingratum fit ab ipsius ministro assumi, & in pretio habere erudiente illo formare characteres, manum teneram infantis, sua roborat, & deducit, vt lineas efficiat. Videt enim id praestare non posse, nisi hoc adiumento confortati. Hoc idem de Deo nobiscu agente notauit Tertullian. de anima, cap. 43. Volens enim Deus maximè inuicij, & suis lineas quotidie agere, nobiscum manum porrigens, fidei facilius adiuuanda. Quasi velit tunc initia dari fidei, cum

Matth. 19.

Chrysof.

Hieron.

August.

Tertull.

atras

etas inualida, eius rudimenta ignorans in-

Chrysof.

struitur, vt inde ad virtutem capeffendam viam parat. Nec defunt, (absit tamen à Nostis,) qui quadam vanitate ducti, hoc contemnunt ministerium, ad maiora intenti, parui facientes huius generis homunculos, ac femellas. Quod apprimè notauit Chrysof. dicta hom. 33. in illa Discipulorum repulsa, ne infantium causa Christus occuparetur. Expellebant eos, inquit, causa dignitatis Christi. Idem docuit Theophylactus: Tumorem Discipulorum arguens Christus benignè suscepit, aens: Talium enim est Regnum caelorum. Apti quidem sunt ad id obtinendum, paratiores, quam maiotis aetatis ad iuxta regulas huius regni degendum, quòd minores vires passionis obrineant, minorem notitiam mundalium rerum habeant, res sensiles imperfectius apprehensas teneant, addit Chrysof. tomus: Dominus autem docens eos moderata sapere, & tumorem conuulcare mundanum, accepit paruulos, & in vlnis tenuit eos. Ne ergo arbitran-tes maioris boni causa hos despiceret, sed tumore duci, ne videantur hæc humilia tractare, & in-compositos, ac rudes pueros instruere: quod notans Theophylactus addit, exemplo suo Christum ista docere voluisse: Christus autem ostendens, quòd à festu alienos magis amet, dicit: Sinite paruulos. Et infra: Etiam hodie si accedant ad Doctorem nonnulli, pueriles quaestiones interrogant, non prohibeat; sed suscipiat. Absit, dixi, à Nostis hoc superbiae indicium. Paruulorum ex instituto curam suscipimus, eosque amanter auulso ab vberibus matrum, in sinu collocamus, & rudimenta ori eorum infundimus, ac libamus, nec aduersus hominum aestimationem hos suscipiendo facimus, imò in omni conuentu hominum haud quiddam plus elucet, laudèque dignum censetur, quam prospicere nostros homines in horum discipulatu occupatos cernere. Sicut enim piscatores arte sua esca operientes hamum, trahunt pisces magnos: ita Nostri, & parentes, & maiores homines, hoc velut fascino ad se trahunt, videntes filios, & eorum notos lubenti animo, facilitate maxima amplecti, erudire, aliqua signa amoris praebere, minuta eis dona erogare, quibus ad deuotionem excitentur. Pro-frequentes hoc Domini exempli, quid fecerit, attendamus: Sinite, inquit, paruulos ad me venire: talium enim est regnum caelorum. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. Primò, notanda est occasio huius euentus. Diximus, locutum Dominum de difficili castitatis consecratione. Tunc oblatis sunt ei paruuli, aut puelli, vt habet Theophylactus; tunc quidem quasi offe-rentes eos, in quibus hæc virtus, & adest, & periclitari poterat, nisi Christi manu fortis, ac firma reddatur, idèd desiderantes pueros firmam virtutem, huius manus vim experiri cupiebant, & Ministrorum ipsius. Imperfectus hom. 52. sic fatur: Dominus de castitate sermonem fecerat. Audientes autem quidam obtulerunt ei infantes castitate mundissimos: & hoc est, quod dicitur: Tunc obtulerunt. Quasi gratum ei donum offerentes, & praesentia sua, tactuque manus, permaneret virtus adeo amata, & in aliis raro inuenta. Nati pulli conuorum non parentes vocibus suis implorant, sed Deum,

Theophyl.

Imperfect.

atras inualida, eius rudimenta ignorans in-

nec ab illis foeda, & consueta alimenta acci-

Psal. 146.

Isidor. in

Carana.

Origen.

piunt, sed munda ex rore, confecta ab omnium Conditore. Ita Psal. 146. Et pullis conuorum inuocantibus cum. Quasi notans parentes, qui solum filios norunt, cum eis similes efficiuntur, corrupta & foetida alimenta inhianter appetendo, nigrorèmq; ostendendo in pennis; dissimiles moribus ignorant, & praetereunt, nulla eorum adhibita cura, qui à Deo suscipiendi sunt, & ministris eius, vt puro, ac caelesti pabulo doctrinae Christianae nutriantur. Isidorus ad hæc: Corni non ministrant cibum pul-lis suis, donec videant, eos nigrescere plumis: quia tunc recognoscunt eos, tanquam suos: interim verò murimur rore caelesti, & sic dicuntur à Deo nutriri. Tales multorum parentes, qui sibi similes moribus foedis, recognoscunt: cum autem in innocentia sunt, nulla de eis cura est. Hos ergo destitutos tutela assumant, Christum imitan-tes, vt castitas, quae in eis maximè elucet, seruetur, remediis appositis congruentibus eorum aetati.

Secundò, notandum, quid Christus Dominus eis praestiterit: Imposuit eis manus, & abiit. Origenes quasi mentem secutus, tam dictorum, quam dicendorum, monet, ne contemnant puillos, altiora desiderantes, & vile hoc censentes munus, paruique momenti; & instruendos docet, non sicut prouectioris aetatis, qui ad maiora prouehendi sunt, quibus à Domino iniungitur, vt ipsum sequantur; idèd impositis manibus discessit, eos relinquens, manu ad propria munia gratia conferens; actu verò non capaces esse sequelæ demonstrans. Sic habet: Hæc ergo debemus attendere, non estimatione sapientiae excellentioris, & profectus spiri-tualioris, contemnamus quasi magni, puillos Ecclesiae, prohibentes pueros venire ad Iesum. Quoniam autem pueri non omnia, qua Domini, sequi possunt, imposuit eis manus Iesus, & virtutem relinquens in eis per tactum, abiit ab eis, quasi non potentibus sequi Christum, sicut ceteri Discipuli eius. Ecce ergo

quales esse debeamus erga pueros, Christi exemplo, palam ostensum, ne inutiliter cum eis agendo, tempus terere falsò arbitremur: nec cum eis agendum, sicut cum grandioribus; sed mitiora, & docenda, & exposcenda ab eis, videlicet, fidei rudimenta, seruare manda-ta, quae ipso rationis lumine patefcunt, vt abhorre-re à iuramentis, rixis, verbis indecentibus, ac turpibus, à parentum inobedientia; Ecclesiam amanter quarere, ibi reuerentiam exhibendo; vt Crucis signo vtantur, genua flectant ante imagines, & Sacramentum, vi-tanda ibi rixæ, indecoræ locutiones, ac motus, ne huc illuc corpore vagentur, Virgini deuotionem praestent, precarium ipsius, & manifestè portando, & recitando deuotè, saluta-tiones frequentes sint, laudetur Dominus, aut sanctissimum Sacramentum, edendis benedi-cant, & post esum gratias Deo referant. Ista & alia facilia, & quomodo accèdere debeant ad Confessionem, & quorum conscientiam grauare debeant, ne quid taceant, aut menda-citer addant, quod peccatum arbitrentur: quãdo item ad eam accedendum sit, discant, ac te-neant, vt timere Deum sciant, & remedia salutis quarere, grauitas mortalis culpæ eis nota fiat, vt ab ea, velut à colubro, fugiant, ne ani-mam



Chrysol.

Bernard.

Can. 7.

mam Deo gratam maculent, qua via imminet eis periculum aeterni interitus. Concludo erudiendos verbis Petri Chrysol. Serm. 5. *Pe alitudine fidei mente caelos tangant, qui corpore homines* (grandiores, videlicet) *non adequant.* Et cum Bernardo Serm. 1. de Ramis: *Vt suppleat manus gratia, quod minus habet in eis natura possibile.* Nec ipsi pueri, licet minori capacitate praediti, eiusmodi curam negligunt; sed potius ea, quae ad eos referuntur, tenent, & adimplere curant, videntes non contemni à viris magnis, & cum eis occupari, & ab eis instrui, minuta quaeque necessaria imbuentibus, eaque parentibus referunt: ob id enim enixius à filiis petunt, ne praetereant tam salutaria mandata.

Puellis praeter dicta commendanda est puritas, & modestia oculorum, & ne leuiter à pueris, aut viris se tangi permittant ob foemineam verecundiam: domo non egrediantur, nisi decenti habitu, ornatis, & associatis grandioribus foeminis: pueriles ludos vitent, ne cum eis ludant, aut illud patiuntur ab eis; sed cum aliis suae conditionis foeminis: ne per vicos propeant cursum; sed grauius incedant, vt sponso grati sint motus, sicut illius, cui dicebat: *Quam pulchri sunt gressus tui, filia Principis, in calcamentis.* & pro paruulis dicta eis accommodantur.

CAPVT XVIII.

Quomodo instruendi sunt populi ad Sanctissimi vsus, ac deuotionem.

Inter praecipua Nostrorum, cum Missionibus occupantur, ministeria, hoc vnum eis commendatur, vsus, videlicet, Sanctissimi, vt eo stabilito, multa bona populis obtineant ab hoc Sacramento Sanctissimo parata: dicere enim merito possent: Omnia pariter bona mihi venerunt cum illo. Desolata, ac deserta est terra, deficiente hoc semine, corrupti mores, & omnia in maxima degunt confusione. Nec desunt Confraternitates sub nomine Sanctissimi, quae cura, ac sollicitudine, & eleemosynas colligunt, & aliqua ad ornatum Processionum conficiunt, Festa instituunt, luminibus ornant altaria, & magna hominum copia ad ista, & alia deuotionis signa concurrunt. Verum nec memoria apud eos residet vtendi hoc Pane, ac ita venerari Dominum, sub cuius vexillo militant. Solent enim Festa instituere, quorum finis est, longam compotationem, & ciborum varietatem communem facere, hilarari vultu, ac facetiis, talem ornare diem. Verum nec verbum de Confessione, & Sacramenti Sanctissimi sumptione. Vir quidam grauis ex Nostris, cum celebraretur comestationibus eiusmodi festiuus dies, in tanti Sacramenti honorem, ex suggestu eos monuit, vt vertereat eiusmodi sumptus in alia, quae cederent in Sacramenti deuotionem, ceruos ardentis augere, ante Sanctissimum suo ordine quatuor ex locis assistere, genus flexibus curarent, & post horam in oratione consumptam alij succederent: quo peracto ad Processionem denent, vt in Sacrario collocaretur. Grata illis

fuit admonitio, & executioni ordinata facile mandarunt. At conuiuia minimè praeterire permiserunt: adeo enim his signis festiuis delectantur, & ad corporis delicias propensius homines carnales sunt, qui diuina minimè aggredirentur, ac tenerent, nisi admixta aliqua commoditate corporis, aliquo conuiuio, aut compotatione, vnde rixae, iuramenta, & ciuiles discordiae saepe natae sunt; & plus ipse Dominus offenditur, quam in honore haberetur.

Licet non omnia assueta auellenda sint, ne infueta abhorreant, & fugiant. Ceterum, quantum prudentia dictauerit, summo perè oportet ad veram Sanctissimi deuotionem populos allicere. Primò, frequens vsus Confessionum (qui ex opere operato videtur his ministeriis concessus, quo populi mouentur ad aliud genus operum amplectendum) viam parat ad eiusmodi suadendam frequentiam. Item, ipsum Iubileum Missionum hoc idem exposcit: omnes enim auide hæc duo munia amplectuntur, & ambiunt, ad eaque paratiores, quam ad alia se se offerunt: vnde initium sumitur fulciendi, & roborandi tanti Sacramenti vsus: omnes enim dispositus stomachus, cibum gratum sumens, in quo complacet, saepe eo vti desiderat, & libenter sumit: ita isti homines, cum semel Sacramenta hæc gustauerint corde puro, bene instructi, quietè, ac deuotè; tale alimentum suauissimum censent, & ad eius frequentem vsus promouentur.

Hæc tamen Communio, quae pro consecratione Iubilei instituitur, ac iniungi ex suggestu solet, oportet, fiat magna cum deuotione, ac solennitate; non quidem separatim ad Communionem accedendo; sed pro omnibus diem, & horam designando, quantum antea confessi fuerint; dilatio enim ista deseruiet eis ad repurgandam conscientiam, ad reuocandum in memoriam peccata praeterita, ad paratiores accedendum ad Sacramentum prauius aliqua consideratione, fideique illius attentione: quo, ingenti deuotione acquisita, maiori cum lucro ad Communionem accedent, & vt omnes simul ad Mensam illam venientes, Ecclesiae pristinum vsus recolant, quae ita solebat filios suos alere, ac recreare, accenderetque ad labores sustinendum. Inde ortum habuit Carthagini, locum illum, vbi fideles communicabant, dici Mensam Cypriani, vbi & cibus iste confortans, & vires suppetens sumebatur, & etiam forti animo sanguis pro eodem Domino, & fide conseruanda fundebatur: talis enim locus fide dictus, sanguine Cypriani Carthaginensis Episcopi fuit consecratus, & in honore habitus, vt in eius haberetur Vita: sic enim simul accedendo ad hunc Panem, augetur amor ciuium, & in vnum coeunt: est enim ex multis granis compactus, ad significandam, vt inquit Augustinus, charitatem ex eo defluentem in omnes, qui vno aluntur cibo, & in Christo Domino, tanquam membra, capiti incorporantur, transire iam inter se mirificè coaptantur, & compaginantur. Ita gratà illis erit Communionis dilatio, & Mensa communis.

Solet enim tunc ante Christi Domini sumptionem in fine Missae, vel ab ea celebrante, vel à socio, Sermo institui, quo doceatur, quanta cum puritate opus sit accedere, quam grato animo

In eius Vita Pontius.

August.

Bonauent.

Thren. 2. 13.

Isai. 3.

Basil. ibi.

animo suscipere; & vt ad referendas gratias pro suscepto Domino accingantur, quatum praecipua pars in eo consistit, vt nunquam à Domini amore discedant, nunquam per peccatum ab eo diuellantur, ac separentur; & doceant hoc, quoties ad Mensam hanc sacram accesserint, praestare: brutale enim est, consuetudine receptum, post susceptum Dominicum Corpus, abire, extra se fieri, aliena negotia tractare, ac si talem hospitem haud susceperint: quis enim, etiam ex rudibus, & politia ignaris, cum homine infimae fortis suscepto domi, id faceret, ipsumque intus solum relinqueret, & hospes deserta domo alia curaret: qua fronte ita tractari potest Dominus omnium, cum solum de caelo descenderit, vt nobiscum ageret, & cum benigno, & grato animo susceperemus, & magna dona exigendo importunè, ab eius manibus, vel extorqueremus? De quo plura infra.

Nec contenti hac actione, desistant ab incepto: sed, quos inuenierint capaces huius Sacramenti, moneant, ne ab eo alienentur, & quasi extorres fiant tanti doni, vnde omnia bona proueniunt; sicut mala, praetermissam facientibus eiusmodi communicationem. Hinc populum damna, morum corruptio, vitiorum examina. Vnde Bonauentura, & bona huius Sacramenti referens, & mala eo carentibus obuenientia, Opusculo de preparatione ad Missam, ait: *Per hoc Sacramentum stat Ecclesia, roboratur fides, vires Christiana Religio, & diuinus cultus.* At contra eo absente à nobis, inquit: *Tolle hoc Sacramentum de Ecclesia; & quid erit in mundo, nisi infidelitas, & error, & populus Christianus quasi grex porcorum dispersus?* Ablatum quidem censetur ab his, qui ab eo extorres sunt: eo enim non videntes libant mala, quibus similes porcis, & immundis, ac efferatis brutis redduntur: nulla fides Deo, nulla amicis, & cognatis: deest veritas, & mendacis omnia confunduntur. *Quis medebitur tui?* plorans referebat Ieremias? Cibus iste, & frequens eius vsus, Isai. 3. hominem apprime ornatum suscipientes, & apprehendentes ciues eius, in Principem adscuerunt, qui repulsam dignitatis faciens, inquit: *Non sum Medicus; & in domo mea non est panis.* Ego libenter causalem facerem copularia; & quasi diceret: *Mederi haud possum populi aegritudinis pane illo caelesti carentis, qui cor hominis confirmat.* Quod autem de eo loquatur Propheta spiritali sensu, docuit Basilus: *Abstr, inquit, vt contingat in creatione, ac delectu Praesidium Ecclesiae, ita vt vnus aliquis è grege, aequè vilem apprehendat, nimirum, qui indignus sit nuptialis indumentis, qui priuatur decenti cultu, qui videntis emendicare cogatur spirituales epulas, & ne in domo ei suppetant, hoc est, in arcano secessu cordis sui, non habeat panem verum, ac viuentem, qui confirmare possit cor hominis.* Quomodo iste adeo destitutus ornatu virtutum, pane vitae, & alimento caelesti mederi poterit aegros mores, stanae concupiscentiam, continere itam, cupiditatem corrigere, & mediocritatem seruare? Sicut enim huius Sacramenti vsus medicinas praebet ad omnia mendenda: ita, eo deficiente, nec ornatus, vt, sicut in die, decenter ambulemus, adest; nec vitis irruentibus remedia adhibentur.

Solent excusari ab hac frequentia, eò quod non sit praecipuum impositum. Item, petit ho-

mines vacantes à curis mundialium rerum, puritate maxima ornatos. Labore praeterea maximo in paruis locis posse hanc frequentiam iniungi: desunt Confessarii, imò & qui ipsum Sacramentum impertiant, nolentes Sacerdotes in his minutis rebus occupari. Sed ista omnia frigidè opponuntur, & facile enodantur, primòque suadenda essent bona, si solum praecipua commendarentur, nec eleemosynae, nec oratio, nec pauperum cura, nec Coronae Virginis recitatio. Ista quidem à multis fiunt; non, quia praecipua; sed, quia his iuuantur ad bene viuendum, & durandum in virtutis studio. Cum ergo inter hæc primum teneat locum frequens susceptio Sanctissimi Domini Corporis, nullo praecipuo vrgeri ad hoc est opus; sed solum ipsum bonum inuitat, & allicit animum.

Secundò, verum est, tales exposcere coniuuas; sed hoc ipsum quis praestare facilius, & perfectius poterit, quam ipse quotidianus vsus Sacramenti? In illa Isaia visione cap. 6. *Vidi Dominum, &c.* cum tanta gloria Propheta arbitratus est non stare oris, & labiorum impuritatem: ob id clamans inquit: *Va mihi, quia vir pollutus labiis ego sum.* Ad hoc malum medendum Seraaphim descendit calculum ignitum portans, quo purgata labia Prophetae reliquit. Quid aliud innuit, nisi in conspectu tanti Domini, etiam minimum lucere defectum, & desiderium maioris puritatis augeri: at, ipse suscepto, repurgari animum, vt notauit, & expressit Iustinus ad gentes, q. 44. *Significationem habebat Iustinae Dominicae Carnis, quae conscientiam eorum, qui ipsam edunt, ab omni scelere expiat.* Ita, qui assueti sunt hoc pasci alimento, plus sui spiritus maculas prospiciunt, & pro remedio earum non separati; sed accedere ad ipsum Corpus Domini, quo quidem mundiiores euadunt, eligunt. Quantum iudicium versetur inter humiliter accedentes, & timore percusso recedentes ab hac Mensa, notauit Ambrosius de eo ponderans, & comparans loca; vnum, vbi Dominus liliam inter spinas dicitur; alterum, id ipsum assumens nomen: *Ego, inquit, sum liliam conuallium.* Qui enim censent, repulsam faciendam ab hoc Sacramento, exposcente coniuuas sanctitate praecellentes, cum tamen ipsi obsiti spinis se credant, & ab omni puritate alieni, falluntur plane: si enim tales essent, nec intra annum semel accedere oporteret; sed semper ab hoc nitidissimo lilio auelli. His similes effecti, qui aufugiebant à Domino, tanquam impossibile credentes, Carnem suam ad manducandum, non omnibus; sed illis conferre. Punguntur plane ob hanc separationem spinis peccatorum; cum tamen propè habeant remedium tanti mali. Quare humiles, ac de se sentientes pauidè; sed accedentes ad Dominum, vallium nomine notantur, quibus Dominus liliam effectus, & nitorem impertit, & aureos granos charitatis communicat, ac velut vas pulchrum diuitias suas in eorum corda diffundit. Ita Ambros. de instit. virg. cap. 14. *Christus erat liliam in medio spinarum, quando erat in medio Iudaorum, dicentium: Quomodo potest hic Carnem, &c. Sed factus est inter gentes liliam conuallium, vt omnes liberè possent eum sumere, & spina illa exarscerunt.* Itaque recedentes spinis similes effecti, duri, afflicti, puncti, ac pungentes efficiuntur;

Iustin.

Ambros.

Can. 2.

idem.

K cum

cum tamen propè habeant liliu pulcherri-  
 mum, morum mutationem potens facere. At,  
 ubi frequens eius vsus, eiusmodi spinæ inter-  
 eunt igne amoris diuini: quia humiliter etiam,  
 propria vilitate cognita, ipsum suscipiunt, vnde  
 tantum bonum nascitur. Nec aliud significare  
 Psal. 117. 12. voluit Propheta, ubi ait: *Circumdederunt me, sicut  
 apes, & exarserunt, sicut ignis, in spinis.* Verè enim  
 apis haud fugit fauum; sed in eo perficiendo, &  
 de eo gustando, ac eum defendendo laborat:  
 quin Deo appropinquantibus ipsum degustant,  
 & operantur cibum, qui non perit; sed perman-  
 et in vitam æternam; haud mirum, si tanti bo-  
 ni proximitate accensu ardeant, & eo ardore  
 spinas peccatorum destruant, comburant, & in  
 humilitatem cinerum commutent: licet enim  
 Beda. Beda primùm explicet de Iudæis affligentibus  
 Christum, & ipsum circumdantibus animo hos-  
 tili, vnde non liuorem, nec maledicentiam,  
 non iram, nec vindictam exprimebant; sed po-  
 tius dulcorem, ac suauitatem in verbis, & ope-  
 ribus: *Sic illi multum me stipantes, dulcedinem verbi  
 de me, sicut de fano mel, excusserunt.* Verùm hoc  
 ipsum ad intentum deseruit: si enim malignè  
 appropinquantibus Christo, talem fructum re-  
 portabant; quid dicendum de his, qui ad ipsum  
 accedunt humiliter, pauidi, timorati, recogno-  
 scentes, tum ipsius maiestatem, tum propriam  
 vilitatem: Nec mirum, si sentiant dulcorem hu-  
 ius faui, & igne amoris accenso, rogora confici-  
 ant, ubi cremantur, & consumantur peccata  
 similia spinis. Hoc Augustin. docuit in eundem  
 locum: *Amore veniente exarserunt, sicut ignis, qui  
 consumit spinas.* Non ergo remedium adhiben-  
 dum separationis; sed coniuncta humilitate, ac  
 timore, reuerentiam procurante, ad ipsum ac-  
 cedere oportet.

Ad tertium accedamus obiectum. Verè inter  
 alia, quæ experiuntur degentes in paruis vicis,  
 vnum hoc est, perire, videlicet, frequentem Sa-  
 cramentorum vsum, ob Sacerdotum penuriam,  
 & doctrinæ defectum. Ceterum, hoc totum  
 non tam paruis locis adscribendum est, quàm  
 nostræ negligentia, ac tædio rerum spiri-  
 tualium ad animæ salutem iuuantium. Sacer-  
 dos vnus datur in pluribus locis: & tamen si  
 negligentia ista aliquis non labore, habet ad  
 manum Confessarium, ad quem frequenter ac-  
 cedat, vt purus ad Missæ sacrificium veniat.  
 Quæ maior penuria rerum? Si enim Medicus ex  
 maioribus locis quæritur, si pharmacopola-  
 rum remedia, & alia, quibus habitationis pro-  
 priæ sedes caret, ad corpus spectantia; cur non  
 quæritur intra locum, vel aliunde Confessa-  
 rius, & qui Sacramentum ministrat? Quauis  
 opus sit aliqua temporalia erogare, vt gratum  
 ad hoc præstandum hominem habeant. Præter-  
 quàm quòd nullus adeò iniquus Sacerdos est,  
 vt videns, non leuitate, sed deuotione, & cum  
 fructu ad Sacramenta percipièda velle accede-  
 re, se ipsum neget, & retrahat à tanto bono ei  
 impertiendo: nec enim hoc cælesti Pane vi-  
 culus caret; sed abundat. Cur eo priuari vult  
 quiuus, necessitate ipsius pressus? Bethlehem,  
 domus panis dicitur, de qua ciuitate duo ha-  
 bemus inter se pugnantis. Matthæus ait 2.  
 cap. *Et tu, Bethlehem, nequaquam minima es.* At  
 Propheta, vnde sumpsit Euangelista hoc tes-  
 timonium, habet: *Et tu, Bethlehem, minima*

Psal. 117. 12.

Ioan. 6.

Beda.

August.

Matth. 2.

Michas 5.

es, siue in paucioribus es. Ambrosius, non es in  
 paucioribus, legit. Quomodo enim de eodem  
 loco hæc opposita dici possunt, & vna de  
 causa, nempe, ex eo, quòd ibi ortus est Panis  
 ille cælestis? Existimo, ei duo hæc congrue-  
 re propter ea, quæ modò dicebamus: quiuus  
 paruus vicus, & magnus est, quia hoc gau-  
 det bono; & in paucis est, quia angustiis  
 loci ad paucorum hominum manus cibus iste  
 deuenit, nec in paucis erit, si ipsi eo frui ve-  
 lint: quia, ubi Dominus pasturus homines re-  
 sidet, & magnitudinem suæ bonitatis ostendit,  
 omnibus impertire hoc bonum non refugit;  
 sed potiùs eos inuitat ad tanti Sacramenti ca-  
 pessendum fructum: ob id quidem Bethlehem,  
 & Ephrata dicebatur, hoc est, fructifera, qua-  
 tenus fructus suos augere desiderat; vel reple-  
 ta fructibus, vt exponit Ambros. epist. 18. ita  
 anima facta Bethlehem, id est, domus Panis cæ-  
 lestis, fructibus abundat, eisque caret, si ab hu-  
 ius Sacramenti vsu amoueat. *Hæc est domus,  
 benedictionis diuina gratia repleta,* inquit  
 Sanctus Doctor ibi: *Nam, cui aduenit Christus,  
 aduenit fecunditas, aduenit parum.* Qui quidem  
 exponens, cur in paucis dicatur Bethlehem,  
 aut paucioribus, addit: *Quia pauci sunt, qui  
 intrant in domum panis per angustam portam.* Id  
 enim non solùm contingit his, qui latam  
 vitam amanter sequuntur, nec paratum cor  
 ad hoc Sacramentum afferre curant; sed il-  
 lis, qui aliqua præpediti difficultate emar-  
 cescunt, noluntque eam superare. Ille im-  
 portunus hospes etiam media nocte fores ami-  
 ci pulsar, vt ab eo panem extorqueat, nec  
 repulsus cessat, & adipiscitur saltem propter  
 improbitatem, vel importunitatem perendi.  
 Si animam diligis, si amicam habes, pro ali-  
 mento ipsius quære hunc Panem, require Sacer-  
 dotem: & saltem si amicè tecum non agat,  
 ob importunam petitionem è manibus eius  
 accipies cibum: ita enim assuefactus te alere,  
 faciliùs ista deinceps ab eo impetrato Pane, in faci-  
 lem vsum Sacramenti vertitur, vt inquit Augu-  
 stinus in quæst. euang. hunc exponens locum,  
 aens: *Conuerso autem homini ad Deum, etiam  
 ille appetitus à consuetudine reuocatur.*

Circa frequentiam, vnam regulam da-  
 re non possumus. Certum quidem est, eos,  
 qui ex hoc Sacramento multum proficere cupi-  
 unt, saltem octauo die ad illud accedere  
 debere: languidè enim viuentes, & ter, vel  
 quater communicantes in anno, nec Sacra-  
 menta frequentant, nec vsu isto fructum con-  
 sideratione dignum decerpunt. At sequen-  
 tes Concilij Tridentini monita, non contem-  
 ti tali vsu, ad octauum diem omnes prouo-  
 cent, & tuba verbi, ac consilio in Confessio-  
 ne, hanc persuadeant frequentiam. Duobus  
 modis hoc institui potest. Primum, quan-  
 dam Congregationem erigendo, quæ inter  
 alia hanc Constitutionem habeat, communi-  
 candi, videlicet, per singulos menses, Domi-  
 nica stabiliter designata die; & fiet, si orationis  
 Congregatio instituat, de qua infra agemus.  
 Vel, si iam instituta sit Confraternitas Sanctis-  
 simi, hoc pensum ei adiungendo pro omnibus  
 Fratribus, & foeminis, vel iubileum Commu-  
 nionis generalis pro toto populo impertiendo,  
 quo

Ambros. ep. 18.

Luca 11.

August.

Conc. Trid. sess. 13. c. 18.

quo pro singulis mensibus iniungitur hæc obli-  
 gatio, simul omnes communicandi in eadem  
 Ecclesia. Oportet transumpta huius concessio-  
 nis afferre, & facultate præuia, tum Ordinarij,  
 tum curam animarum illius Ecclesiæ gerentis,  
 eiusmodi gratiam noram omnibus facere: assi-  
 gnare etiam opus est aliquos Ecclesiasticos, ac  
 faculares, quorum intersit diem obseruare,  
 signa facere, monere populum ad diem desi-  
 gnatum preparari, & necessaria ad Commu-  
 nionem sollicitè disponere.

Nec sistere in hac frequentatione oportet; sed  
 ea vti, velut dispositione ad maiora. Illa multis  
 sufficit; hæc aliquibus ob maiorem deuotio-  
 nem, & ardentiora desideria iniungenda. Verùm  
 in vicis paruis timore continentur, vel tanti Sa-  
 cramenti, vel excitandi aduersus se mutua-  
 tionem popularium. Vterque metus abiiciendus,  
 & depopulandus est: ille enim primus, con-  
 silio Confessarij vincitur, qui certos hos homi-  
 nes faciat de voluntate suâ, & Domini placito:  
 qui enim indignus est, vt dicebamus, bis, aut ter  
 in hebdomada communicare, aut semel in ea,  
 nec in mensis spatio, nec in anni curriculo ac-  
 cedere oportebit. Optimè id docuit Chryso-  
 st. hom. 61. ad populum Antiochenum in clamans  
 aduersus eos, qui differunt Communionem, vt  
 paratiores accedant: *Hoc, nempe, est, quod vniuersa  
 perturbat: quia non munditia animi, verum inter-  
 uallo temporis longiore, constare merito putas, sum-  
 manque arbitrarie reuerentiam, ac religionem esse,  
 si non sapius illam adeas Mensam. Ignoras, quoniam  
 indignè accedere, etiam si semel tantum fiat, te sup-  
 plicio tradit, dignè verò, etiam si sæpe accedat, salutem  
 inde conquiris?* Non est audaciæ sapius accedere  
 ad Dominicam Mensam; sed indignè accede-  
 re, etiam si semel tantum quispiam toto vitæ  
 tempore accedat. Secundum merus, tanquam  
 carnalis, & humanus repellendus est. Non ho-  
 mines; sed Deum timere debemus: nec ob il-  
 lorum metum priuari tot fructibus, animæque  
 detrimentum experiri. Vita respondeat detra-  
 ctibus; & perhibebit testimonium, & per-  
 sonæ, & bonitatis actionis. Qui enim Acto-  
 rum 2. Communionem frequentabant, timori  
 erant populo, non causa muturationis, sic ait:  
*Habebat gratiam ad omnem plebem.* Chryso-  
 st. in Acto. 2. *Et obortus est omni animæ timor.* Addit: *Si omni,  
 etiam his, qui non credebant: verisimile autem il-  
 lis, quia viderunt tantam subitam mutationem.*  
 Theophylactus: *Non enim tanquam viles despi-  
 ciebant.*

Chryso-  
st.

Act. 2.

Chryso-  
st. in  
Acto. 2.

Theophyl.

Baronius 1.  
tom. 100. 57.

Acto. 2.

A circa domum Panes, semebant cibum cum exulta-  
 tione, & simplicitate cordis. Quæ verba, licet  
 Chryso-  
st. ibi  
Theophyl.  
accipiant, verè plus energie, & ponderis con-  
 tinent. Sic sentiunt Ecclesiæ pristinum vsum  
 recolentes, cum manu propria Cibus sacratus  
 sumebatur, & domi seruabatur. Nec illa ver-  
 ba: *Circa domos Panes sumebant.* de templo ex-  
 ponenda veniunt, vt Theophylactus existi-  
 mat, aens: *Edem templum nunc quoque di-  
 cit.* sed de singulorum habitationibus: licet  
 Idem  
enim assiduè templum occupabant, domici-  
 lia propria habebant. De hoc Pane cælesti lo-  
 quendo congruunt verba eiusdem Theophy-  
 lacti aientis: *Non vnum diem, aut duos, aut tres,  
 sed quotidie, & vnanimiter quasi vno animo.* Vi-  
 delicet, conuiuiebant, & conuiuium cæleste  
 celebrabant. Obtinuit hanc quotidie commu-  
 nicandi consuetudinem Roma, & Hispania,  
 vt Hieronymus docet epist. 10. & 28. nec lau-  
 dat, nec reprehendit talem vsum: exposcit  
 enim magnam animi puritatem, & talem à  
 temporalibus auocationem, qualem verba  
 Acto-  
rum dicto cap. 2. significant. Orationi va-  
 cabant illi homines, & lectioni, in templo  
 semper agentes, negotia relinquentes, fa-  
 cultates ad pedes Discipulorum ponentes, &  
 solùm diuinis, ac cælestibus bonis pasti, nul-  
 lius rei cura tenebantur. Ob id Basilijus epist.  
 ad Cæsariam Patritiam ait: *Communicare sin-  
 gulis diebus, & sanctum Christi Corpus percipi-  
 re, præclarum est, & vile, cum ipse aperte di-  
 cat: Qui manducat meam Carnem, & bibit meum  
 Sanguinem, habet vitam æternam. Quis igitur am-  
 bigat, vitam assiduè participare, nihil aliud esse,  
 quàm multiformè viuere?* Cum enim ait, *pre-  
 clarum, ac vile,* duo docet. Primum, esse ex-  
 cellentium in virtute. Secundum, inde vti-  
 litatem maximam eiusmodi homines carpe-  
 re: vnde colligit, vitam perpetuam inde ma-  
 nare in gratia, & cumulo donorum, qua-  
 tenus secum ferunt vitæ authorem, viuente-  
 tem in æternum Christum Dominum, à quo  
 ferè nunquam auelli patiuntur quotidie su-  
 mentes. Verum quidem est, Ecclesiam Græ-  
 cam taxasse hanc frequentiam, & ad aliquos  
 hebdomadæ dies eam reduxisse. Ipse Basilijus  
 de se loquens id probat. Credendum est non  
 vt laicum loqui; sed, vt Sacerdotem, cum in-  
 quit: *Nos autem quater in singulas hebdomadas di-  
 uina Sacramenta participamus, Dominica die, quarta  
 feria, in Parasceue, & in Sabbato, & aliis diebus,  
 si quando Dominica memoria, vel Sancti alicuius  
 fuerit.* Vocat Dominicam memoriã, mobilia  
 festa Domini; memoriã verò Sancti alicuius,  
 sanctorum Martyrum celebrationem. Vnde  
 orta est varietas circa hanc materiam: quidam  
 laxè habenas dimittentes, etiam nunc quoti-  
 dianam Communionem laudant, multis probant,  
 suadent anxie, & ad eius exercitium tur-  
 bam excitant, & ex suggestu, & in Confessionibus,  
 velut vi quadam vtentes, trahunt, in quo se-  
 putant Deo præstare obsequium. Alij nimis te-  
 naces, & austeri, honorem Domini, & nostram  
 vtilitatem attendentes, damnant priorum do-  
 ctrinam, carpunt eam sequentes, & suadere con-  
 tendunt laudabilius esse, eos arcere à tanti Sa-  
 cramenti frequentia, ac quotidiana susceptione.  
 Sit vnus pro mille Chryso-  
 st. hom. 61. ad popu-  
 lum

Chryso-  
st. ibi  
Theophyl.

Idem

Hieron.

Basilij.

Basilij.



lum, qui lacrymabiliter dolet, in consuetudinem abiisse, raro accedere ad Mensam sacram, cum tamen in eo essent homines, ut in die Natalis, in Epiphania, Quadragesima, & aliis solennioribus accederent: *O* (inquit) *consuetudinem! o presumptionem! sacrificium frustra quotidianum, in cassum assistimus Altari, nullus qui communicetur. Haec non, ut temere communicemini, dico, sed, ut vos dignos reddatis.* Amplius exprimit, quam desiderare possimus: non enim dicit, praesumptionem esse accedere, quae audacem animum reddit, & plura posse fingit, quam verè valeat perficere; sed ipsam desideriam, ac negligentiam accedendi, ut temerariam praesumptione damnat. Praeterea, qui quotidie sacrificabat, assistentes inuocabat ad participationem tanti mysterij, ut vnà cum Sacerdote, sicut vnum offerrebant sacrificium, vno pane alerentur: cernens tamen, id non ita euenire, reprehendit desides, ac torpentes homines, qui ab illa comuni mensa recederent. Item, attendens ad Domini honorem, non eos audaces reddit, ut imparati accedant ipsa frequentia; sed ut tanto bono fructuari auidius ad parandam conscientiam (ea nitentes puritate viuere, ut talis Mensa mereantur participes fieri) prouocet. Stat ergo cum frequentatione honor, reuerentia, puritas, modestia, grauitas, deuotio, & reliqua, quae animam ornant, ut propria vtilitas haud cedat in creatoris contumeliam. Qui autem hanc dignitatem non habet, ne accedat, consulendum est. Quae in arbore pendent poma, non eduntur, quouisque maturitatem obtineat; & quae hodie adhuc immatura sunt, cras, aut alia die praecidi possunt: ita abstinendi sunt imparati à Communione, non quidem ut laxent habenas peccatis, non vti que ut plus frigescant; nec item accedant, aut imparati semper permaneant: qui enim ea ratione se continet, ut purius viuendo, etiam dignius eo alatur cibo, optimè faciet, saltem si Sacerdos sit, & à Missa recedat: qui autem nulla animi mutatione, quasi in eodem teporis statu permanens, Sacramenta participat, inique agit; non, quia peccet mortaliter, si conscientia non urgeat; sed, quia timeri potest lapsus ob indignè sumendi rem tantam modum, & quasi habitualiter statim istum conseruat. Et item, quia non reuerentiam debitam Domino considerat; sed vtilitatem propriam non labore partam, & elaboratam, sed virtute ipsius Sacramenti, quatenus gratiam confert sine mortali accedentibus. Vnde colligo, & suadendam omnimodam frequentiam quotidianam; & eligendos esse digniores ad vsum cum tanta frequentia. Primum monet, & hortatur Tridentinum verbis charitate refertis: *Per viscera misericordiae Dei rogo, & obsecro, ut omnes, & singuli, qui Christiano nomine censentur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiae simbolo, iam tandem aliquando conueniant, & concordent.* Quasi tuba ad vexillum vocans milites, ut inde armati, & ordine compositi ad bellum progrediantur; tale hoc Sacramentum diuinitus, vbi omnes fideles in vnum coeunt, concordant, amore copulantur, vires resumunt, & ad bellandum contra hostes virtutum procedunt, ut intelligant, & sibi persuadeant missi, ad hoc vnum stabilendum debere esse intentos, ut ad proximum reuocent deuotum, & frequentia homi-

Chrysof.

Trid. sess. 13. c. 8.

num stabilitum Sacramenti vsum, Episcoporum auxilia demandando, ceterum Sacerdotum monendo, & media proponendo ad hoc consequendum, & facilia, & vtilia: nullum ad hoc exercendum lapidè immortu relinquentes: hinc enim plurimos colligent fructus. Relegant vitam B. Caroli, qui perditam Prouinciam, & vitiis oppletam ad pristinum nitorem reuocauit, hac instituta frequentia. Ipse manu propria per plures diei horas incredibilem hominum multitudinem Communionem reficiebat, & quadraginta Horarum Iubileum saepe populis indicabat, ut hac fruereutur Mensa, & oratione alerentur.

S. I.

Quomodo vtendum hoc Sacramento.

**N**ec dicta sufficiunt, nisi barbariem auferant vtendi hoc tanto Sacramento: verè enim decentius accedunt homines ad communem mensam, quam ad sacram, nulla distinctione facta inter Corpus Christi, & cibum asfuetum pro corpore reficiendo: ignorantia enim in causa est huius abusus: nec enim oculi adsunt, quibus ea, quae fiunt, reprehensione, aut mutatione digna censeantur.

Primo, statutu est, accedere cum conscientia mortali grauissimè esse sacrilegium: & item cum dubia conscientia, non tandem credentes, & iudicantes scrupulu esse (non verum dubium) agitans ac turbans conscientiae tranquillitatem. Ratio autè theologica est: quia assumptio Corporis Christi significat quaedam vnionem spirituales inter ipsum, & suscipientem, quemadmodum membra capiti connectuntur. Qui in peccato est mortali, non potest viuere Domino copari: quare frustrans eum hac optata vnione, culpa sua, peccatum, ac graue scelus committit. Rogat S. Doctor Thomas, cur non peccabant suscipientes Christum peccatores in domo sua, ut Matthæus, Zachæus, Centurio, & alij; peccat tamen ipsummet Dominum introducens in peccatore suo in Sacramento eucharistico: *Quia non (ait) exhibebat se tangendum hominibus in signum spiritualis vnionis ad ipsum, sicut exhibetur fumentum in hoc Sacramento.* Vnde optimè conicit August. lib. 3. c. 12. contra Maximum, Sacerdotem in peccato celebrantem non conficere Corpus Domini; non, quia consecratio sit nulla; verè enim perficit, quod etiam alij iusti Sacerdotes: sed, quia corpus spirituale praesens non conficit; stat enim in vnione capitis cum membris sibi coaptatis; quod cessat propter peccatum: *Non est Corpus Christi, quod malus Sacerdos conficit: quia vniuersum Corpus Christi, caput, scilicet, cum membris non conficit.* Ob id enim grauiter peccat, destruit, quantum ex se est, id, quod in hoc Sacramento Dominus inrendit.

Verum enim verò accedens cum mortali; sed ignorans, & existimans in gratia esse, non solum à peccato liber existit; sed si attritus veniat, primam adipiscitur gratiam, & augmentum illius ob excellentiam huius diuinitus Sacramenti, eminenter continentis virtutem penitentiae, quae simili modo iustificat impium: nec D. Th. s. Thom. q. 79. art. 3. tertiae partis, aliud docet, contritionem veram expolens, ut Caietan. arbitrat: *Caietan. sed solum attritionem sufficere autumat; quae quidem*

S. Thom. 3. p. q. 8. artic. 4. ad 1.

August.

S. Thom.

Caietan.

quidem ipso Sacramento perficitur, & conuertitur quoad effectum in contritionem. Eius verba haec sunt: *Sed deuotè, & reuerenter accedens consequitur per hoc Sacramentum gratiam charitatis, quae contritionem perficit.* Quod de vera contritione non loquatur, patet: quia esset perfecta in eo genere per se, nec à charitate perfici indigeret.

Suar. 3. part. disp. 63. sect. 2.

Secundo, aduertant accedentes cum dubia conscientia peccati, non formantes iudicium, quo morum comprimant animæ, & iudicent nullum obstare impedimentum, ob dubium peccare. Verum opus est, ut sit conscientia dubia de mortali; non tamen de peccato solum; in quo conceptu non exprimeretur, nec includeretur culpa grauis.

Matth. 5. 23.

Ceterum, qui recordatur non confessum fuisse graue peccatum, eo tempore, quo proximè suscepturus est Sacramentum, & inter alios ad Altaris gradus inuenitur, discedat ab eo, & culpam per Confessionem deleat: si enim Dominus praecipit offerentibus munera, discedant inde, relinquunt munus ante Altare, recordantes se habere aliquid contra proximum suum, ut cum eo reconciliantur, & reuertantur ad Sacerdotem, in quo nulla nota, aut scandalum inuenitur; cur ad amicitiam cum Deo iniendam non relinquendum erit Altare, & munus offerendum, facta prius hac reconciliatio: Nec se mihi offert, vbi scandalum in hoc. Publicè omnes confitentur, & iudicio videntium subiiciuntur, existimantium habere peccata: quid mirum, si memoria occurrat aliquod peccatum, quod confiteri opus sit? Nec ob id censetur esse in peccato mortali; tum, quia quis scit, quid à Confessario requiratur; tum, quia potius tales personas scrupulis laborare creditur, quam vera macula peccatorum teneri. Denique multi in ipso actu communicandi solent Ministrum accire, & quae pungunt conscientiam aperire: non ergo censent in eo scandalum notari. Hoc tamen etiam omnino vitandum est, & prudens Sacerdos volentes ab eo seceretè audiri, praetereat, & remittat ad Confessarios, à quibus discant, possintne communicare, an non: grauius inde oritur scandalum; praecipue si res, fibras peccatorum demonstrat, & urgeatur conscientia Sacerdotis, compulsi ex auditis multa interrogare, & requirere, quae tempus tererent, & omnibus adstantibus occasio offensionis daretur. Si tamen adè agiter scrupulis; tum peccati non confessi; tum scandalum secuturi, si ab ara discedat; suadeant permanere cum procurata contritione culpae memoriam occupantis: quia maiori praeepto obligatus (saltem iudicio propriae conscientiae) illud implere tenetur, minori praetermissio: tale enim est praeeptum scandalum vitandi, & communicandi absque Confessione, vbi peccatum mortale confessum non fuerit. Quod si obtineat veram contritionem, nec peccabit communicans, & gratiam recipiet: si tamen attritionem existimaram habeat, deerit peccatum, non tamen gratiam consequetur: quia haec sola cum attritione conceditur ei, qui sine peccati conscientia accedit, aut Confessione facta.

Monendi praeterea sunt, tam Sacerdotes, quam laici, nulli licere, etiam cum maxima

contritione, absque praemissa Confessione peccati mortalis, aut facti recentè, aut recordati, & nunquam clauibus subiecti, accedere ad hanc Mensam, seclusa scandali nota, & deficiente copia Confessoris: nec alia de causa, aut lucri, aut deuotionis, cum tali dispositione accedere audeant, nisi etiam per plurimos dies desperent habere posse Confessarium, cui conscientiam aperiat, & in hac mora sit periculum peccandi: denudè ob defectum tanti Sacramenti, & fragilitatis humanae periculum. Sic habet Tridentinum sess. 13. cap. 7. *Nullus sibi confessus peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat; illud enim à Christianis omnibus, etiam ab his Sacerdotibus, quibus ex officio incumbere celebrare, haec sancta Synodus perpetuè seruandum esse decreuit, modo non desit illis copia Confessoris. Quod si necessitate urgente Sacerdos absque praemissa Confessione celebraverit, quamprimum confiteatur.* Notanda verba pro omnibus, secluso scandalo: quare pro aliorum necessitate non licet Missam celebrare, qui excusari potest, vel si reputent Sacerdotem non esse, vel non ieiunum, vel Sacrum fecisse, quantumvis populus integer Missa die praeepti careat: quia nullum ex hoc peccatum aliis resultat: nulla ergo cogit necessitas ei, cui non incumbit ex officio, & aliis scandalum non datur. Pro Sacerdotibus solum stat illa praeepti necessitas statim confitendi, etiam si Sacrum non sit facturus; non tamen pro saecularibus. Ratio est: quia illi, si semel Confessionem omittant, iterum, atque iterum, eadem necessitate cogente, celebrabunt absque praemisso hoc remedio. At saeculares, si semel, necessitate cogente, communicauerint absque Confessione, non tenentur ex praeepto statim ad Confessionem ire: nec enim tanta interest necessitas statim confitendi, quanta Sacerdotibus frequenter accedentibus ad altare.

Conc. Trid.

Vrgens necessitas est pro omnibus, periculum mortis, nota famae grauis. Ut moriens communicet, Sacerdos Sacrum potest facere. Ut Missa ab alio cepta post consecrationem perficiatur, vrget tunc praeeptum integritatis Sacrificij. Qui semel cepit Missam, & recordatur sui status, nec sine scandalo potest recedere, nec etiam confiteri; contritione adhibita potest ulterius progredi.

Omnibus iniungendum est, ieiunos accedere debere, à duodecima noctis hora, vsque ad sumptionem Sacramenti: nec bibentes, nec edentes quidquam, etiam minimu cibi, aut potus, quod sensibiliber per fauces traiciatur, accedere possunt. Reliqua verò, quae alimenta, aut potus non possunt dici, ut rheuma, saliuua, & alia huiusmodi, pilis capitis, aut barbae, nō sunt impedimento ad hoc Sacramentum suscipiendum: qui ciborum saporem lingua degustant, cum nihil per fauces ad intrus sumatur, ieiuni sunt censendi. Sacerdos duas Missas celebrans, eadem lege tenetur: per sumptionem specierum haud ieiunus fit. Excusantur tamen ab hoc praeepto Viaticum sumentes, & qui ne pereat particula consecrata, eam post sumptionem vini nō consecrati, suscipit. Qui itè, ut perficiat Sacrificium coeptum, nec à primo Sacerdote, nec ab alio ieiuno consummandum, Missam etiam post

comestione celebrare licite valet: quia præceptum ecclesiasticum hoc, vigente graui necessitate prætermitti poterit. Cæterum, post susceptionem Sacramenti, propter reuerentiam, oportet contineri à mensa, & potu; item à violenta spūi trahione, & dimissione: non tamen erit peccatum, quia nullum adest periculum trahendi ad os Sacramenti suscepti reliquias.

§. I I.

Quanta cum puritate accedendum.

Non solum arcendi à Sacramento sunt in mortali existētes homines; sed etiam morandi, ut à venialibus immunes veniant, præcipue quæ in ipsa Communione fieri possunt, ut prauam intentionem afferentes, cum vanitate accedentes, aut profano ornatu, immodeste videntes, quæ in prospectu sunt, inania loquentes, & his similia. Quis neget, indecens esse accedere ad Principis mensam indecoro ornatu, garrula lingua, immodestis gestibus, manibus denigratis, ac immundis: Quamò magis ista vitanda in hoc sacro conuiuio, quæ, licet mortalia non sint, multum dedecent tanti Sacramenti sumptionem. Patres prisca nec nocturna insomnia, in quibus turpium rerum imagines, ac motus sentiuntur, nec corporis oblectamenta sensilia, etiam sine sensu, ut D. Thom. 3. part. quæst. 80. artic. 3. aduertit, nec vxoris actus; permittebant accedentibus ad Communionem, ob tanti reuerentiam Sacramenti. Clemens 1. Strom. de Aegyptiis Sacerdotibus loquens ait: *Neque ad sacra ab vxore illotis adendum esse sancerunt.* Significauit aperte parabolicè Dominus, quanta cum puritate accedendum esse desiderabat ad hanc Mensam, in illo Prodigio benignè à patre suscepto, ad amicitiam pristinam reuocato; cui tamen mensam negauit, donec eum ornatum, ac decoratum redderet, veste munda, annulo, & calceamentis positis. Contemplans Irenæus hæc aduersus Hæret. inquit: *Multis modis componit humanum genus ad consonantiam salutis.* Nec sufficit musica instrumenta manu tenere, nisi concentu pulsentur: ad quod opus est concinnè ea componere, & ut vnum alteri congruat. Ita ad salutem consequendam per sumptionem huius Panis, opus est, omnem hominem componere, & ornare intus, & exterius, ut congruat tanti cibi sumptioni eiusmodi harmonia, & concentus. Ad Sacramentum, de quo agimus, Tertullianus prædictum factum pulchrè accommodat, de pudicitia, cap. 9. *Vestem primum recipit, stolam, scilicet, eam, quam Adam transgressus amiserat, (innocentiam, videlicet, ac morum compositionem: ) annulum quoque accipit, quo fidei passionem interrogatus obsignat: acque ita exinde opimitate Dominici Corporis vescitur.* Videas, obsecro, non suffecisse penitentia reconciliationem acquisiuisse; sed additum esse, pulchrè ornatum ad mensam accedendum; candorem, videlicet, puritatem, stabilitatem in bono, pedum defensionem etiam à minimis scrupulis portare; quia tales Dominus inuitatos habet: si enim non coinquinat hominem non lotis manibus panem communem manducare, ut inquit Dominus; Panis

D. Thom.

Clem. Alex.

Iren.

Tertull.

iste conditione sua, etiam externam puritatem exigit, quatenus ex ea maior reuerentia nascitur. Sicut enim templorum ornatus, mundities, componit ibi ingredientem, & ad altiora contemplanda animum vocat: ita externa mundities, modestia, gestus compositio, grauitas in incessu, silentium, & cætera, mentem ad internam quandam vocant reuerentiam. Exponendum præterea est illud Tertulliani: *Opimitate Dominici Corporis vescitur.* Nec nudè inquit: Corpore vescitur. sed, *opimitate*, ut doceat, non solum tales Corpore vesci; sed etiam ipsius degustare suauitatem, quemadmodum Richardus aiebat de gradibus violentæ charitatis: *Dulcorem suum effundit; sed decorem suum non ostendit.* Recreat animam sic ornatè accedentem; pinguis, & sapore plena impericiens. Hoc quidem non inculti sentiunt; sed optimè parati, ac ornatu; quemadmodum gustum ciborum percipiunt bene purgatum sensorium habentes. Ita affectus David aiebat: *Et dulciora super mel, & fauura.* Quod exponens Chrysofomus. proœmio in Ioann. ait: *Sed bene valentibus tantum: quamobrem subdit: Etenim seruus tuus custodit ea. Non igitur morbo aliquo affecti, sed anima prius cura adhibita hoc pabulum accipimus.* Illud examen Pauli præcedat, eoque repurgentur omnia, quæ impedimento esse solent ad bene sentiendum de hoc alimento: *Nihil, inquit, mihi conscius sum.* Arctius, ac clariùs Athanasius ad Luciferum habet: *In nullo mihi mali conscius sum.* Non solum grauias, sed nec leuia peccata mentem arguunt. Ita omni ex parte repurgatus accedo, quantum fert humana fragilitas: qui enim his oppleti culpis veniunt, grosso modo accedunt ad hanc Mensam, & nec satietatem obtinent, nec ut fame pressi, anxius comedunt. Hæc quidem huius cibi assimilatur corporeæ: hæc enim acuitur, cum calor viget: humores non occupant ventrem, cibus non replet stomachum; sed ieiunium existunt, & per longum tempus ab esu ciborum vacatur. Idè ad significandam, & petendam famem spiritualem, poscit Ecclesia ieiunium naturale, ut ex hoc signo coniciant, si minuta gustata à Sacramento arcent, & à gustu illius, fameque prouocanda; minuta quæque peccata impedimento sunt. Oprimè Gregor. in 1. Regum, ibi: *Et famelici saturati sunt.* ait: *Quia à vitio perfectè ieiunantes, diuina Sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis.* Notanda verba, *perfectè ieiunantes:* ieiunium quidem sunt, qui minutum aliquid edunt: at non perfectè: ita exacta etiam venialium peccatorum cura perfectè ieiunantes reddit. Hi & cum fame comedunt, & saturati recedunt. Ob id idem Gregor. *Si non tollunt minima peccata, auferunt fructum interna satietatis.* Licet enim hæc doctrina paucorum sit, ad vsum, & obseruationem, ut magis eluceat, quanta cum puritate omnes accedere oporteat, omnibus indicenda veniunt. Fortè inter plures aliqui apprehendent eam, & repurgata conscientia accedent: quod si semel gustauerint, experientur, quantæ id fuerit utilitatis, & alios monere curabunt, ut experientia propria acti, ad viam hæc arctam sequendam alliciant: præcipue commendanda est Sacerdotibus, qui quidem ad maiora tenentur, ut suo dicemus inferius loco. Præterea, sceminas præcipue moneant, ut decore

Matth. 12.

Richard.

Psal. 18. 12. Chrysofom.

1. Cor. 11.

Gregor.

decore habitu accedant; non tamen profano: ut modeste ibi se gerant, & demissis oculis, vultu graui, gestus vitent, nec suspitia, aut signa externa deuotionis, quæ notari ab aliis possint, edant; nec in Sacerdotem ministrantem oculos figant; nec nimis linguam extra os proferant, aut compriment, ita vt in ea locari facile haud possit forma: hanc quidem, humectata lingua, faucibusque, traiciant, ne in ore deuoluant, & aliquas particulas inter dentes pressas contineant. Totum hoc commendare oportet, ut non solum puritas seruetur in animo; sed etiam, quoad fieri possit, in corpore; & appareat, quantum distet hæc Mensa à profanis, & assuetis.

§. III.

Missæ audita accedant ad communicandum.

Accedentes ad Eucharistiam docendum primum est, ne post Confessionem veniant; sed Missam audiant; & ea finita communicent, imitantes Sacerdotes, qui ea peracta Communionem suscipiunt: nec enim seruat in Custodia Dominicum Corpus, (quanuis ad vsum accedentium seruiat,) vt statim, cum venerint in templum, eo vtantur; sed pro infirmis in extremis constitutis, vt quauis diei hora iuari possint hoc fauore. Ita Tridentinum sess. 13. cap. 6. qui hanc consuetudinem ab initio in Ecclesia susceptam fuisse testatur his verbis: *Porro deferri ipsam Eucharistiam ad infirmos, & in hunc usum in Ecclesiis diligenter conseruari, &c. in multis Conciliis præceptum inuenitur, & vetustissimo Ecclesia Catholica more est obseruatum.* Vbi notanda verba: *Et in hunc usum, &c.* Quasi velit ea sola de causa custodiri, non vt sani, & valentes, ad Ecclesiam venire, eo vtantur; sed nouum Panem à Sacerdote confectum suscipiant, Missa audita, & prauia hac dispositione, considerationeque Sacrificij Domini, parati ad tantum bonum sumendum accedant. Rogat Rupertus, cur Dominus mutauit in hoc conferendo Sacramento ordinem significatum in Psal. 77. 15. *Interrupit petram in eremo. & statim: Pluit illis manna ad manducandum.* Cum tamen hic significetur prius Sanguinem rupto Corpore in passione, deinde Corpus in cibum impertisse; cum tamen Dominus prius consecrauerit panem, & post calicem bibendū propinauerit? Respondet eundem seruasse ordinem institutum in Ecclesia, prius effusum Sanguinem in Missæ Sacrificio significatum celebrando, & post inuitando fideles ad sacram Communionem, & illius celestis mannae participationem. *Quia prius est, ut imitetur quisque ad fidem Dominicæ Passionis, quam ad participationem huius Panis.* Docens, quæ suademus seruanda, vt prius aditemus coram altari, & fruamur Sacrificio Dominicæ Passionis, illoque Sanguine purificemur; ac deinde ad participandum, & sumendum eius Corpus veniamus. Lucæ 15. pater ille amatissimus filium perditum ad conuiuium vocans, prius occidit iuber vitulum saginatum; post ad mensam conuiuas intulit. Ita oportet prius Missæ

Conc. Trid.

Psal. 77. 15.

Rupert.

Luc. 15.

A Sacrificio, vbi vitulus ille in representatione occiditur, interesse; & statim Christi Mensa frui. Qui enim deuotè Missæ adstat, ibique contempletur, quæ sunt, quanto amore nobis seipsum tradat, vt Patri oblationem mundam, ac pretio infinito decoratam offeramus, recognoscat, ad quæ deuenturus sit, quid recepturus, a quo, vbi, ad quid, vt cernere non recuset, quanto teneatur debito, cum Dominus omnium velit vilissimo homunculo suum Corpus, & Sanguinem tradere, hospitarique in cornoso pectoris loco humiliori, ac viliori, quam præsepe, vbi collocatus fuit à Matre recenter natus: *Quia non erat ei locus in dinnerio.* Verum modò cælum tenet, nullo eget loco, nulla coactione, & necessitate premitur, solus amor infinitus ipsum cogit ad requirendum vilissimum præsepe cordis nostri; hoc tamen eo sine perficit, vt se communicet nobiscum intimè, & arctissimis amplexibus vinciat, nôique cura suæ suscipiat, nostra sua faciat negotia. Hinc amor excitatur; humilitas miratur; lacrymæ profluunt, & manant; cor incalcescit, & ad promerenda maiora disponitur.

§. I V.

De gratiarum actione post Communionem secuta.

Facta Communionem modo dicto, oculos, ac sensus ab externis auerrat, reuocetque animum ad internum mentis Sacramentum, vbi collocatus Dominus adstat: ornet illud deuotè: petat mutuo à sacratissima Virgine, & Sanctis omnibus virtutum apparatus, ne appareant hospitij humilis defectus: conficiat Sacellum, aut Oratorium, altare mundissimum candellis, ac nidoribus refulgens, & suauitate referunt: conuocet amicos, Angelos caelestes, & Sanctorum choros, vt vnà ingrediantur, & summa reuerentia Dominum in miro throno, ex auro mundo, & lapillis extructo, collocatum, ac sedentem adorent, laudent, humiliter excipiant, grato animo honorent, gratias reddant tanti doni, tam mirificæ, & excellentis misericordiae. Vnde illi, quod cælorum Dominus ad ipsum venerit? Vnde, quod seipsum totum tradiderit hospitandum, seruiendum, adorandum? Vnde, quod tam adstricti amoris signa præbuerit? Inuiter socios, vt secum congratulentur, defectus suppleant, Domino gratias reddant; pro eo perant, sicut Discipuli pro Chananaea, dicantque: *Dimitte eam, non vacuam; sed donis exuberantibus referam: quia clamat post nos, nobiscumque ad pedes misericordiae tuæ iacet, & terram labijs, ac toto ore lingit, vt tanti benefici indignam se exhibeat, offerat seruitia, dona exsolcat, & larga manu Dominus ea porrigat, & plura, quam ipse excogitare valeat, de eo maiora sperans, quam indignitas propria mereatur, ac facultas suspicetur. Quod conicere meritò poterit, cum prospiciat elegisse Dominum nudum velut præsepe, & quæ desunt; ipse suppleat decora ornamenta: ex eo enim quod natus Dominus tam humilem locum occupauit, id Beda in 2. cap. Luc. collegit facturum, nobis Corpus suum tradendo aienis: *Qui Panis est Angelorum, in præsepio reclinatur, vt Beda.**

Luc. 2.

Matth. 25.



nos quasi *saucia animalia*, carnis sua frumento, reficiat. His, & aliis deuotionis signis adter coram Domino, vt minimum dimidiam horam consumens in hac gratiarum actione. Attendat, quem secum hospitem teneat, quem ditissimum omnium bonorum largitorem, quem Patrem, & amicum promissis adstrictum, ac obligatum, nec cesset sua ei presentare verba: Tu, Domine, dicis: *In me manet, & ego in eo*. fer opem, & velut fons perennis mansionem in me fac, vt tecum degam, viam, patiar, moriar, atque nunquam diuellar. Concedis, vt qui te manducat, viuat in aeternum; imple promissa, & confer aeternam viuendi viam, vt perpetuo sim tuus, tu meus; nec mors hanc exterminet, aut diuidat amicitiam. Promittis, sicut tu viuus propter Patrem, te manducantes victuros esse propter te; vita tua tota spiritualis est, occupans mentem, & voluntatem, manus, & quas habes facultates in Dei honore. Ita, Domine, vitam mihi similem tui vt conferas, quales, vt te teneam memoria, cogitem mente, diligam corde, amplectar desideris, seruiam tibi operibus, & omnibus meis facultatibus, nullum censum, pensum, officium, laborem recusans; sed omnia amplectens, quae tibi placita fuerint: esto mecum, vt tecum laborem, & sciam, quid acceptum sit coram te.

Ioan. 6.

Luc. 15.

Nullum negotium ab hac gratiarum actione eos praepediat. Recordentur illius Prodigii adstantis ad mensam patris, quem iste relinquens inter organa, & fercula, ad filium grandiorum placandum, & introducendum conuiuio exiuit, ne frater minor discederet a mensa, vt ipsum susciperet, & debita reuerentia honoraret, & a quiete, & gratiarum actione, fruitioneque caelestium deliciarum diuelleretur: ita nos, nullo negotio pulsante, a mensa praepediamur; sed credamus, Deo incumbere, respondere pro nobis, nostra curare; dum tamen occupati cum eo in gratiarum actione persistimus, dona exposcimus, ne leuitate moti, existimantes periclitari nostra, inimicus nos foras trahat, vt quae fieri oporteret, omittentes, etiam felicem negotiorum euentum perdamus, ne sollicitudo ista nos teneat: nam sub eius cura sumus nos, & nostra, quae in nobis tenemus, & propter quae alia missa facimus. Contra vero frater maior, ac senior foris stabat, intrare nolebat. Rationem reddit Ambrosius in cap. 15. Lucae: *Terrenis operibus occupatus erat, ignorans, quae sunt spiritus Dei*. Nec mirum, tales nolle intrare, cor requirere, mentis secreta inuisere, vt ibi Dominum adstantem conspiciant, ac venerentur.

Ambrosius.

1. Reg. 13.

Ordo tenendus docetur in illa Nathan parabola, 2. Reg. 12. hominem fingentis, qui vnam dilectam ouem habebat, de pane eius edentem, & de calice bibentem, & in sinu eius dormientem, cui erat quasi filia. Pulcher describitur ordo: qui enim conuiuio Deo, & panem ipsius accipit, sanguinemque bibit, haud mirum, si dormiens recumbat in sinu ipsius, contemplan, quae susceperit bona, gratum animum exhibens pro tanto beneficio, ipsum amplectens, eique appropians, & in eius ardentis rogi pectore conuiescens. Chrysofostomus in Psal. 50. ad hoc retulit parabolam significandam;

Chrysofostomus.

*Christus autem nutritor noster propria nos Carn. pascit, & Sanguinem nobis propinat. Ouis ergo in gremio cubabat. Quasi rationem huius accubitus insinuans, nempe, quod susceperit tale ferculum, ac potum: ob id enim vt filij tales habentur; quia a Deo amanter tractantur, ab eo pendunt, & exposcunt ei sibi necessaria, nullum agnoscentes parentem praeter ipsum; ideo cubat in sinu, quod ei adhaereat, cum eo degat, ab eo auelli haud patiatur. Verè enim ab hoste vrgemur, vt tanto non fruamur bono, vt hospite insalutato recedamus, vt externis negotiis occupati diuertamur ab hoc; vnde plurima assequi bona sperare possemus. Adimpletus est venter de absconditis Domini, quatenus, dum nobiscum deferentes corpus eius euoluere, quae in eo claudantur bona, quantis ditati simus diuitiis, quorum thesaurorum depositum apud nos habeamus, negligimus. Consequenter Tertulliani lib. de oratione, his hominibus applicemus: Ergo deuotum Deo obsequium Eucharistia resoluit? Non ad vltiora progreditur suscepto ore Domini Corpore? Statim recedimus, ab eoque elongamur, nullum spirituale sequitur huic susceptioni obsequium? nulla gratiarum actio? Prosequitur: An magis Deo obligatur? Nonne solemnior erit statio tua, si ad aram Deo steteris? Alludit enim ad*

significationem, & vsum huius caeremoniae: statio enim a stando, seu sistendo in templo coram Sacramento ad soluendum hoc Deo obsequium, dicebatur; & conqueritur, quod haec non fiat post susceptum Dominicum Corpus, statio; non solum coram ipso stando, pro vt in templo relider; sed pro vt in nobis, velut in quodam Sacrario stat. Cui addit: *Accepto Corpore Domini, & reseruat, vtrumque saluum est, & participatio Sacrificij, & executio officij. Ordinem insinuat seruandum, vt accipiens Corpus Christi, stet apud eum. Stationes militum, qui adstant Imperatoribus, & eorum custodiunt corpora imitantes, vt participes effecti Sacrificij, (tum Domini, tum nostri;) ad officia, hoc est, munia nostra domestica, & publica redeamus; non quidem a susceptione ad officia; sed ab actione gratiarum: nisi velimus Satanam imitari, quem adstare coram Domino inter Sanctos Angelos legimus in 2. cap. Iob, expetisseque ab eo manum mittere in ipsum, licentia obtenta, statim abiisse, nec iterum ad ipsum redisse: Egressus itaque Satan a facie Domini, percussit Iob ulcere pessimo. Vbi Cyprianus super Dom. orationem rogat: Quod exiit ab eo, qui vbiq; est? Respondet: Quando appetiit, quasi ante faciem stetit: exiuit, cum laxatus est ad effectum sui desiderij. O hominum misera conditio, vt consequamur optata, adstantes Domino, & insistimus importunis precibus, ipsum rogantes: at si obtinuerimus desiderata, more Satanae, vltra ipsius non recordamur; sed ad nostra peragenda conuertimur. Et vtinam solum temporalia nos tenerent; progrediamur vltius ad vetita, & proximis nociua opera. Hic fructus nostri obsequij. Si enim praesente Domino, & intus residente, sic ab eo fugimus, domi relinquentes, aliena tractantes negotia: quid faciemus in reliquo diei spatio, quando absens reputatur? Quomodo autem Satanas egressus fuerit Orig. 2. Origen. lib.*

Chrysofostomus.

Tertullianus.

Chrysofostomus.

lib. in Iob exposuit: *Non recordatus, quod sit Deus, quansi eo deinceps non indigeret*. Ita multi alienantur a Domino, & negotiis implicantur extraneis, & dissionis a suscepto Sacramento, ac si nunquam ad hanc venissent Mensam, nec Dei fauore eguissent. Satis enim esset habitasse nobiscum, vt locus ille facer praesentia sua esset in honore, & sapius esse inuiseremus, recolentes, quantum bonum ibi reconditum fuerit. Ita Chrysofostomus, sepulcrum, vbi iacuit Christi Corpus, ab Angelis occupatum, & honoratum contemplatus est, cum iam ibi Dominus non resideret, adstantes circa ipsum permanebant, locum venerantes, aliquando a Domino honoratum, & Corpore suo vnguentis delibato habitatum. Vnde idem Chrysofostomus oratione in Crucem Domini, ait: *Cum semel totum Corpus Domini recepisset, multum honoris ipsi etiam loco exhibent. Nos non ad sepulcrum inane; sed ad ipsam Mensam, in qua Agnus positus est, adstantes*. Hac enim consideratione quiuus intuens, pectus recenter Domini factum hospitium, in honore haberet, talique memoria, nihil auderet inibi intrmittere, quod non congrueret tam sacro loco. Si calices, & sacra vasa diuinis dicata mysterijs, non profanis seruire oportet; quid sentierunt de lingua, faucibus, pectore, sacratis Deo, ab eo possessis, tactu suo honoratis; His armati considerationibus, recedant a Mensa facti Diabolo terribiles, Deo autem fideles Ministri, vt lato vngue ab eo non discedant. Hac repetemus, cum Sacerdotes instruemus inferius.

Chrysofostomus.

CAPVT XIX.

Doctrina Christiana quanta cum diligentia docenda.

Inter praecipua nostri debiti opera, quae propria Societatis dici merito possunt, est doctrina Christiana instructio, in qua occupantur omnes grauissimi Viri ex Nostris, & magno in pretio habetur. Ad eam conuocant rudes pueros, non solum vt discant, quae ignorantia occupati non tenent; sed, vt maiorum disciplinam iuuent, cum causa puerorum conueniant, vt audiant, quae illis dantur, & notitiam mysteriorum capiant. Regula 11. Missionum hanc curam imponit missis: *Christiana doctrina ad pueros, ac alios rudes publica declaratio*. Idem in Ordinationibus 9. & 10. regula, vbi hora designatur ad hoc ministerium conueniens. Quantum intersit magna cum diligentia haec seruare, & executioni mandare, rerum miser status demonstrat aperte, cum videamus, omnia caligine ignorantiae occupari, ista despectui minima haberi. Nec disci a maioribus, quibus educatio puerorum incumbit, nec a Magistris, nec a Confessariis; sed pauca interrogari, & breuiter ab hoc labore expediti, in vltu frequenti est; vnde fidei mysteria ignorantur. Cum autem crescit aetas, ipsa ignorantia diuinarum rerum, augmenta assumit, & aetate virilem, ac senilem comitatur: quis enim audebit grandaeuos viros, ac foeminas ista interrogare, & verecundia perfundi, si ea nesciunt, & turbati ru-

Const. S. Ign.

bore, stulta responsa proferant? Quis credat, Iulianum Imperatorem Medicum quendam Zenonem ab Alexandria pulsum, restituisse; non tam vt Medicinae artem exerceret, quam vt Magister omnium effectus doceret rudimenta Philosophiae? Epist. 45. ait: *Tantum tuo discessu aculeum, tanquam apis, reliquisti?* Ac si vellet, initium docendi fecisset: tales enim oportet sint Nostris, vt etiam absentes relinquunt suae praesentiae signa, in puerorum eruditione, in quibus facilius dicta seruantur, & inde ad maiores perueniunt. Ita feruens ille P. N. Franciscus rudes instruere curabat, vt ipsi parentum essent magistri, ac instructores. In otio cum illis versantur, (& facilius possunt, quae semel tentant, saepe repetere.) Ista curent, vt ita, licet durius percipiant rationes fidei, tandem potita obtineant: vbi enim comparauit Chrysofostomus terrae, semine iacto, & fecundatae mensem hominis, hoc discrimen assignat; quod illa, semel susceptum tenet, fouet, & coadiuata, frugifera redditur, & fructus parit: at hominum mens ad diuinam hebes, & parum habilis, non semel, sed saepe colenda est, vt aliquando referat fructus, & memoriae commendata teneat. Exemplo Pauli id docet aientis: *Eadem vobis scribere, mihi quidem non graue; vobis autem tutum*. Sic transfert, & addit: *In anima nostra, non ita vsuuenit; sed frequenter, & summa cum diligentia in ea seruandum est, vt semel saltem fructum accipiat*. Hac ratione immitentes Magistri, assidui sint in repetendis fidei capitibus, & in scholis Catechismum breuem reponant, Magistris commendent, vt paulatim, quae ibi sunt, pueri discant, & voce alta cantando facilius percipiant, vt tempore designato Patres eo conueniant, scholas visitent, & quae didicerint, exponant, ac declarent, quanta claritate, & breuitate possunt, exempla afferendo omnibus nota, & res fidei percipiant, praemia bene disceribus, & acutius respondentibus impertiant, & maiora offerant, pro futura ratione, danda publice, eorum, quae tunc dixerant, quae via audaciores, & quidiores redduntur; tum ad respondendum, & comparandum sine metu; tum ad discendum, & repetendum, quae audierant. Nec vt alta scire, intelligant audientes, discedat ab incepto opere docendi rudes initia, & capita fidei; quanto enim haec maiori cum claritate dicuntur, tanto cum maiori sapore audiuntur, & vtilius tenentur. Ioannes humilitatis signa praebens ait: *Cuius non sum dignus corrigiam calceamentorum soluere*. Exponens hoc Gaudentius Brixianus tract. 5. in Exodum, ait: *Id est, nudare valeat, & euidenter ostendere calceati adhuc in isto saeculo veneranda vestigia*. Hac humilitate armati, occulta mysteria taceant, & silentio recondant, minima, ac trita leuiter tangentes exponant, quae populis in alimentum cedant.

Iulian. Imp.

Chrysofostomus. hom. 1. in Ioann.

Hebr. 6.

Idem.

Ioan. 7. Gaudent.

tes pueros, vt eodem tono, & forma seruatis eadem repetant. Si longus fuerit tractus, decem Decalogi præcepta cænent, & alia Catechismi, quæ videbuntur facilius capienda; vel redeant ad ea, quæ initium dederant. Suadeant publicè omnibus, vt sua præsentia faueant his pro pueris institutis Processionibus. Solent etiam post pueros Processionem formare Sacerdotes; iuuare, vel pulsando campanam, vel componendo pueros, vel cum Patribus canendo. Saltem tamen commendandum est, vt ad locum, vbi sistendum sit, omnes compareant, tam Gubernator loci, quàm reliqui Viri graues, vt animosiores pueros, eorumque natos reddant. Verùm id fiet, vt omnes discant, quæ fortè ignorant, & verecundia occupati querere venturur: cum enim capiores sint, facilius rudibus tradita, memoriæ commendant, & mente percipiunt: sciant omnes, nihil vtilius dici, & disci, & teneri, reuoluque interius. Christus Dominus post resurrectionem apparet Discipulis, & loquens cū eis de regno Dei, vt ait Lucas Actor. 1. quæstiones inuiles Discipulorum abiecit: interrogabant enim, si in tempore hoc resisteret regnum Israël: & ad alia conuertens sermonem, vtilia documenta dedit: quod ponderans August. contra 2. epist. Gaudicij, c. 12. ait, Dominum reseruisse harum rerum cognitionem ad extremum suæ præsentia in hoc sæculo: *Et hoc tantò tenacius, quanto posterius audientium mentibus figeret.* Ita nostri homines vtilia commendent: talia enim sunt hæc rudimenta, tanquam ad salutem necessaria, vt eò tenacius teneantur, quò tardius audiuntur. Explicent Theologicum Canonem, & communem cum D. Thom. doctrinam, de necessitate mysteria sciendi, & intelligendi, vt de eis interrogati, rationem reddere valeant. Nec arbitrentur, parua capere his perceptis documentis: magna nanque continent. Minuta capita fidei similia sunt grano sinapis, minimo planè; sed satum quot ramos producit: Cyrill. Catech. 4. *Sic & fides in parvis verbis, omnem, tam veteris, quam noui Testamenti pietatis cognitionem inuoluit.*

Francisci Xauerij recordentur exemplum, qui pulsu campanæ, & vocibus altis, per vicos, & plateas ciuitatum discurrens, ad doctrinam pueros, & reliqui vulgi fortem vocabat: cum autem, turba confluenta, mysteria per capita exponeret, & repetere ea discipulos iuberet, deinde exercere tradita monebat, & actum fidei ibi contentum publicè emittebant profidentes, & confitentes illud mysterium; & Dominica dicta oratione, poscebant à Deo, vt semper veritatem illam profiterentur, & pro ea defendenda, mortem obirent. Item, in ipso populi concursu, non solum interrogent, quæ in Catechismo continentur; sed plura ad bonam educationem spectantia, ad pacem inter ipsos seruandam, ad parentum honorem, ad vsum signi Crucis. Eos moneant, quomodo ingredi oporteat in templa, quanta cum reuerentia, qua deuotione, & frequentia, futura quomodo sit in vñ aqua benedicta: quomodo flexis genibus, & quieti esse debeant ante Sacramentum: cum ad infirmos defertur, signo campanæ dato, moneantur illud sequi, & comitari; & alia multa, quæ licet illis dicantur, maiores capiunt, & multum illis prodest ea do-

documenta memoria iam lapsa, prauaque consuetudine oblita, reuoluere.

Hoc exercitium frequentem signatis diebus, & horis, hæc certò, & communiter. Omnibus congruere non possunt: eligendæ sunt commodiores cæteris, & quæ ministerijs alijs impedi-mento non sint. In dicta Ordinatione 9. pro pueris pomeridiana hora signatur ad tradendam Christianam doctrinam pueris, & feminis; & diebus festis Processiones instituantur, præmia dentur; ornate, & decenter ita hæc fiant, vt post se populum à ludis, & alijs inanibus occupationibus trahant; cationes apte, & concinnitate ornatas pueri discant; & pares in sublimiori loco positi cantent, cæteri respondeant, & moneant his vti, vt alias vanas, & damnum afferentes exterminent. Duo etiam ex tenerioribus, quasi officium Magistris interrogantis, & discipuli respondentis, generibus proponantur coram populo: affectu enim maximo hæc audiunt, & notos monent discere, quæ illi ita expedite promebant.

Verùm hæc non satisfaciunt necessitati populorum, nisi semen huius doctrinæ perpetuò duret, irriguūque fons fodiarur, vnde scaturiant purissima, ac limpissima aquæ, hoc opus, hic labor. Sed, si tantus esset feruor, tanta industria, quantum legimus in illo Sanctissimo Pontifice Mediolanensi Carolo, haud difficile esset, pro Christiana doctrina imbuenda rudibus, & maioribus, aliquam instituere Congregationem. Ita totam ditionem suam ditauit his magisterijs; & duo vtilia Reipublicæ inde manabant bona. Primum, discere tam necessaria omnibus documenta. Secundum, occupare vagos homines, inquietam pueritiam; dies enim festiui huic operi seruiebant, quando otio vacantes multa iniqua meditabantur, & opere exercebant. Ad hoc opus est, viros primos alloqui; Gubernatorem, ac Clerum, & Episcopum loci allicere, necessitate talis remedij explicata, vt viam huic negotio parent: oportet enim, viros maiores instructos relinquere, hæc commendare, vt loco Patrum substituantur; & eo onere assumpto, occurrentibus difficultatibus, haud succumbant; sed fortiter superent, inuixi diuino fauore: opus enim esset aliquam coram assignare ex eleemosynis coactis, aut aliqua pia, alijs vñibus destinata, ab Episcopo in hoc bonum publicum, transferendo, quibus adiuuentis, & necessaria parantur, & Catechismi emuntur, præmia non desunt, signa ab Antesignano ferenda conseruantur, & ipsi Magistri iuuantur, aliqua parte eis concessa. Si enim inter grandæuos hæc partiretur cura, & vnum corpus, cum suo capite, componerent; haud dubiè quin robar, & vires assumeret, & Dei opus perpetuò duraret magno cum fructu totius Reipublicæ, & cæterorum, è proximo hæc intuentium, exemplo: qui enim hoc onus suæ curæ imponeret, plurium bonorum creditor fieret, & de eo meritò dicere possemus, quæ Libanius apud Basilium epist. 145. *Satis est non habenti, quod det; si consili sibi permittat.* Multum donabit Reipublicæ, qui hæc dederit, & bona femina mentibus puerorum imbuerit. Si mandetur hæc cura puerorum magistris, non stabit apud eos, qui plus lucro hinniunt, quam educationi, contenti docere, communia

suo muneri imposta: vt plurimum enim vt cantent orationes, curæ suæ habent; non tamen explanationem Catechismi, qua via discuntur capita fidei: verè enim opus est, homines zelo publici boni ardentes, qui ista tractent vtilia, & omnibus necessaria requirant, quanti sibi deligant studium conducendi Comicos, vt aliqua inde reportent commoda pro curandis infirmis, aut expositis nutriendis, laudabilius, & fructuosius esset, homines deligere, qui hos paruulos in Dei cognitione, & timore nutrent. Nostri Patres in Iaponia, vbi penuria est tot hominum, quot populi, vbi fideles resident, qui ab illis tradita fidei documenta recolant, ac memoria labantur, ibi in vsu habent ex sapientioribus, & maioribus, virtutibus ornatum vnum eligere, quem Docicum vocant, quasi Catechizatorem: hæc enim industria docti, ac instructi, in fidei articulis homines continentur. O vtinam in hoc negotio contingeret, quod Tertul. notauit in illa statua salis, in quam conuersa quondam fuit vxor Loti, quæ adeò stabilis permanet, vt si tempore quid labatur ex ea, aut industria tollatur, *protinus ex se, suggestu vulnera complect.* Ita hoc opus firmum, ac perpetuū esse deberet, & ex se ad integritatè priorem restitui, si quid ex eo minueretur, quatenus in hac perpetuitate doctrinæ Christianæ explicandæ, ac cõmunem omnibus faciendæ, maxima populorū vtilitas stat, magna que morū mutatio, Dei timor, ac cætera ad eum cognoscendum, & venerandum necessaria. Hæc enim schola non solum puerorum est; sed etiam virorum, ac sceminarum, & eorum, qui tenent Reipublicæ clauum. Video, quæ notauit Saluianus lib. de Dei gubernatione, qui Deum Magistrū constituens, vnam ex hominibus, & Angelis scholam componit. *Adde discitem populum, docentem Deum, ac mixtis penè hominibus, æque Angelis vnam cali, ac terra scholam.* Ita planè ex infantibus, & rudibus, cæteroque populo vna constituitur schola, vbi omnes discunt necessaria documenta salutis: hic enim non datur locus quæstionibus, non opinionibus, non ad plausum excitandum docetur: solum nuda veritates proferantur, & omnibus conuenientia annunciantur; nec censores doctrinæ sunt auditores; sed omnes signis ostendunt, quantum eis placeat hæc doctrina: quod quidem euenire non solet in alijs doctrinis, vbi potius calumnia queritur, quam vtilitas desideratur. De hoc Nazianzenus, vel Basilus aduersus calumniatores: *Plurimi (inquit) presentium, exploratores magis sunt eorum, quæ dicuntur, quam discipuli eorum, quæ docentur; & doctrina verbi non requiritur ad edificationem presentium, sed ad calumnias insidiantium.* Ita solent audiri Conciones, vbi plus attenditur, quanta concinnitate, & ornatu promantur verba, quam audientium quanta sit colligenda vtilitas. Hæc verò doctrina adeò trita est, simplex, omnibus aptata, ac necessaria, vt nullum aduersus eum excitetur murmur, nullus acuat linguam. Hæc gratissima Deo, cui conuenit docere vtilia. Rogat August. 2. de Gen. ad litr. cap. 9. quam figuram cælum habeat, an rotundam, an verò planam? Sed hæc à Moyse taceri affirmat, non quia ea ignorauerit. Addit: *Quamvis Autho-*

res nostri scierint, per eos doceri noluit Spiritus Sanctus, nisi quod proficit saluti. Videas, quanto in pretio sit apud Deum hæc salutaris doctrina, cum ab ea talia rudimenta docentes gubernentur, & moueantur. Vtinam per Nostros hoc bonum populis obueniret, vt imitatores facti illius excellentissimi Præfulis, Caroli, videlicet, hanc palæstram bonis legibus ornatam, & sub cura vnius Congregationis ab eis stabilitam relinquerent. In memoria aeterna sunt iusti: & talia operantes in eadem merentur viuere.

In dicta instructione N. P. Claudij pro Missionibus regula 10. monetur Nostri, vespere, post Salutationem angelicam, vocare ad Ecclesiam populum cum Gubernatore, & Sacerdotibus, exclusis sceminis, (quod vix fieri poterit; in paruis verò vicis nullum apparet periculum, si simul conueniant, tam viri, quam sceminae;) & ibi doctrinam explicent: existimat enim N. P. hoc fieri non posse commode in alijs diei horis, eò quòd ferè omnes viri ad ruris opera sint addicti, & ita frequens vsus docet: adeò enim commendata nostris est eiusmodi occupatio, & censetur necessaria ad vitam rationabilem instituendam, cognitio capitis fidei. In fine tamen monet, vt deformitatem peccati mortalis proponant, vt ab eo expediantur, & fugiant, ornantes hæc aliquo exemplo, vbi appareat eius deformitas, & metuenda punitio: *Horas, circiter spatium hæc in re collocetur.* Concludit, vt omnia iniuncta à parentibus circa hanc occupationem libenter opere exequamur, & ad praxim reuocemus, indeque coniciamus, quantum interfit his vacare occupationibus, & in eis multos esse debere, quæ noua videntur audientibus, nec minus placent hæc de causa, quam propter vtilitatem inde perceptam: vnde ortum habebit pro huius doctrinæ perpetuitate aliquos destinare magistros, eisque onus hoc imponere, & aliquo præmio remunerare laborem.

CAPVT XX.

De alijs ministerijs, quæ opera misericordiae continent.

Xenodochia, & incarcerationum cura Nostri commendata est in Missionibus, quæ & edificationi seruiunt; & charitatem augent, miserisque hominibus succurritur, vel ad corpus curandum, vel præcipue ad animas eorum iuuandas. Regula enim 12. Missionum primum commendat, non solum pro vt seruiunt ista animarum bono; sed etiam quatenus exercetur charitas corporaliter: hoc enim ministerium à Nostri sit. Primò, inuisendo singulos infirmos, & ab eis exquirendo placido vultu, & magna cum charitate, qua detineantur infirmitate; quid eos iuuabit, aut consolationi seruiet; qua re indigeant; quomodo cum eis agatur; an aliquid cordi habeant; quid eos in tristitia, & dolore detineat; vt clarè se explicent; rogent humanissimè. Dein deuenient ad animi agritudines dignoscendas; an confessi fuerint; habeant aliquod peccatum, quo grauetur conscientia; egeant Sacramentis

Astor. 1.

August.

S. Thom. 2. 2. q. 2. art. 3. 4. & 5.

Math. 13. Marc. 4.

Cyrrill.

Tertull. in Gen. 5.

Saluian.

Nazianz.

August.

Basil.

ruff



rum receptione; velintne cum eis confiteri, & conscientiae sinus aperire. Quod si annuant, praeparant eos, tempus assignando, ad peccata, praecedente examine, manifestanda, nisi necessitas aliud suppetat, quae solet hos homines ferè semper preuenire, quorum aegritudines parum etiam à Medicis notae sunt, & repente sine Sacramentorum auxilio decedunt. Hac quidem de causa, in multis Xenodochiis est vsu receptum, statim ac ingressi fuerint, Sacramentis iuuare, etiam si iniuncti sunt: ignorant enim eorum statum, & docti experientia prudenter arbitrantur egere hoc remedio. Quod si tale timeatur malum, ne differant Confessionem; sed iuuando agras audiant, quae exprimere valent, & ad interrogata, responsa. Caterum, si tempus suppetit, eos iterum requirant, & amplius interrogent, vt integra omni ex parte fiat Confessio. Si autem Sacramentis armatos inuenerint, moneant amplius conscientiam explicare per reconciliationem: item, latentia peccata pristina ad memoriam reuocare; & sibi male confessa, prout iudicauerint necessarium ad salutem animae expedire, proferre consulant. Haec à Nostris, etiam occupatis, semel saltem in hebdomada fiant: semper enim noua iuuanda inueniunt: tanti enim hoc ministerium faciendum est, vt nullius curae commendetur: imò, si fieri posset, idque Xenodochiorum curam tenentes paterentur, propriis manibus strata componant, & pauperes recreent. Discant (exemplo Abraham) charitatis eiusmodi officia, sua manu exercere: ille enim, qui amplam familiam habebat, hospites labore proprio fouebat, ac celeri motu accurrebat, & seruiuebat illis. Chrysof. hom. 41. in Gen. ait: *Tantoperè curabat hospitalitatem, vt nollet hospitium venationem cupiam familiarium committere.* Apprimè venationem vocat, cum vias occupabat, & itinera requirebat, vt transeuntes, aliòque iter suum dirigentes, declinare faceret in tabernaculum suum, vt eos hospitaretur, ac recrearet, lucrum, & voluptatem capiens ex huiusmodi venatione.

Commendent aliis eiusmodi officia pietatis. Primò, curam agentes Xenodochij alloquantur, vt charitatem cum infirmantibus exhibeant: moneant, plurima inde bona illis prouentura: dein publicè suadere populo nitantur: de in publicè suadere populo nitantur: de hac inuifere loca ne detrectent: qui enim solis verbis hos iuuare valent homines, eos alloquantur: qui vltro aliqua secum ferre ad eos recreandum, delicata tamen, & quae eis nocere non possint, tale officium charitatis commendatum habeant, cordique teneant, vt ad dexteram Iudicis audire mereantur: *Venite, benedicti Patri mei, &c. quia eger cum essem, visitastis me.* Nec solum videre Dominum post discessum his charitatis officiis occupatis, conceditur; sed etiam in hac vita ipsum agnoscere. Abraham exemplo id probent, qui incognitos suscipiens in tabernaculo suo, meruit in eis Deum, imò Christum recognoscere, & hospitem habere: quod ponderauit Damasc. lib. 3. Parallel. c. 37. *Peregrinus est Dei collyrium: qui cum excipit, confestim visum recipit.* Non vtunque visum; sed ipsius Dei: aded enim claritate per-

Chrysof.

Matth. 25.

Damasc.

A fundit animum, vt eius capiat notitiam, quem antea ignorauerat, vt vtilitatem inde maximam carpant omnes. Moneant in agro Deum inueniri, nec solum opus hospitalitatis; sed etiam religionis, ac diuinæ venerationis exercent: sciant enim in Abraham facta plurima ad hoc conducentia. Hospitalis factus, & Deum cernens in paupere ex primo opere ad secundum conscendit, & ipsum in paupere Deum adorauit. Ambros. de fide Relurr. *Hospitalitatem religione cumulauit, tres suscipiens, vnum adorans.* Ita homines haec loca frequenter inuisentes; in paupere, & agro, ad Deum ipsum adorandum procedent, vt religione cumulum meritorum augeant.

B Si verò pro hospicio habeant ipsum Xenodochium, frequentius agros requirant, & quae deferuntur ab externis ad delicias potius, quàm ad Religiosorum pastum deferuntur, ad eos transmittant: quod aedificationi seruiet, & mortificationi, ac charitatis officii: sic enim feruentius hortari possunt audientes, vt sua in hos erogent pauperes; & sibi negent, quae illos recreare, & alienare possint: vbi etiam si magnus sit seruentium numerus, omnes vo-cent ad breuem Concionem pro sui ministerij commendatione, vt illud deuotè, fide recta, & charitate feruida, maximaque patientia adimpleant, vt tanti laboris, non temporale tantum obtineant praemium, sed caeleste: aded enim omnes excitat hoc mira charitatis opus, vt Iulianus, Apostata cum esset, ad suos scribens, monuerit eos, Xenodochia instituire, agros in eis reficere, ne in tanto opere à Christianis Religio sua vinceretur, tale exercitibus charitatis officium. Sozomenus 5. lib. c. 15. epistolam ad Arsacium Summum Sacerdotem refert, vbi, vt Xenodochia instituit moneans, ait: *Nam turpe profecto est, cum nemo ex Iudaeis mendicet, & impij Galilaei, non saltem suos, sed nostros quoque alant, vt nostri auxilio, quod à nobis ferri ipsis debeat, destituti videantur.* Quis hac audiens non curabit his hominibus fauere, & inuisere, aliquòque seruitutis munere recreare? Etiam inimicis in honore fuit miserorum compati, eos iuuare, ac eorum curare corpora. Hoc ponderauit Blesensis in facto Sacerdotum, qui pecunia, pretium facta Redemptoris, agrum pro sepeliendis peregrinis emerunt, epist. 143. *Peregrinos, etiam Christi Crucifixores venerabantur, dum in agrum siguli, ob peregrinorum sepulcrum, Christi venditi pretium transferunt.* Si enim corpora mortuorum sic curanda sunt, quanto magis viuorum iacentium in lectis, & egentium spirituali, ac temporali aliqua consolatione.

Ambros.

In eius Vita.

Sozom.

Blesens.

E Secundò, etiam iuuare oportet detentos in carcere. Hoc genus hominum magna dexterritate opus est tractare: solent enim parum curare animae salutem, eam prodigentes, & paruo pretio vendentes; & praeter ea, quorù de causa vincti detinentur, alia grauius scelera secum portant, nec in vinculis ab eis cessant; sed ea augent desperati, & impatientia, velut quodam aculeo acti: verum, quò ipsi perditè ad perditionem celerius currunt, eò continendù sunt, & reprimendi suauius, ne perciti, & peccatis, & correctione praecipites se dedant desperationi, nullum remedium admittentes.

Ergo

Ergo quamprimum eos curare oportet, & ab eis dicere, qua de causa vincti iaceant; in quo eos iuuare valeant, vel cum Praetore loci, vel cum creditore, aut causa alia sui laboris: cum enim viderint humaniter tractari, & ipsorum compati malo, apertius expriment, quae intus recondunt: inde enim facile est ad conscientiae vulnera detegenda deuenire, & remedium statuere pro omnibus curandis laboribus, exonerationem per exomologesim tentare, offerant se illis, & ad manum habere remedium, cum hominibus agentes, qui experientia docti, nullius conditionis peccatorem mitterent, nullum abhorreat iniquè agentem, sed omnes placidè audiant, vt à tanto malo liberent; si tamen in veritate cum eis agant, & peccata pristina in futurum vitent, mutant vitam. Haec singulos alloquendo tractabunt. At oportet eos vocare, (id est exponendo à Custode carceris,) vt in vnum collecti breui Concione hortentur ad mutationem vitae, ea referendo, & verbis, & exemplis, quae homines induratos in peccatis mouere ad timorem Dei, & malorum futurorum ipsis imminentium possint. Inuenit eos ad Confessionem; subilei noticia inuuant, vt eum consequendi cupiditate moueantur: & quia periculum non est in mora, (praecipue si intelligant, non breui causam suam finem habituram,) quomodo examinanda sit conscientia, quaque dispositione accedendum ad Confessionem, discant, & reliqua fidei capita doceant, ea ab eis petendo, & quae ignorauerint aperiendo: verè enim agunt cum hominibus, plus peccatis vinctis, quam catenis; & in profundiori fouea demersis vitiis suis, quam carceris terra loca occupantibus. Ad hoc facit illud Pauli 2. Timoth. 2. *Respiciant à Diaboli laqueis, capti ab ipso in illius voluntate, vel vt nos, à quo capti tenentur.* Pro, respiciant, habet Chrysof. hom. 8. Gen. *& emergant à laqueo Diaboli,* quasi velit in profundo iacere, periculum pereundi imminere: ita respicientia his difficultatibus obsita est. Addit id exponens Chrysof. *Nam, quod dicitur: ita emergant, ostendit, quòd ab aliquo mersi sunt, & capti à Diabolo, quasi diceret: Laqueis irretiti sunt.* Quis valeat hos homines à tanto periculo liberare? Magna enim dexterritas, patientia, sollicitudo adhibenda est, vt ex eiusmodi lapideis cordibus, signa penitentiae prodeant, affectis quidem malis, difficultate maxima diuina beneficia recognoscunt, de laboribus haud penitentiam carpunt; sed desperationem, ne ipsis nota dimittant, & iugo virtutis colla subdant. Mihi videtur eis contingere, quòd Dio in Caesarem refert de Catone Vticensi, qui cum victoriam Caesarem obtinuisse cerneret, timens eius fortunam, morti se dedit; remisit tamen ad eum filium dicens: *Præsenti rerum statui assuescere posse; se autem, qui in libertate natus, atque educatus consensisset, seruitutem deinceps ferre non posse, & Caesaris misericordiam longè sibi morte grauiorem futuram.* Ita desperati isti, ac perdit, in vitiis nati, & enutriti, potius permanere ad mortem vsque eligunt in eis, quam seruitutem Christianam experiri, assuesfacti iuramentis, blasphemis, libidini, & furtis, homicidiisque. Si enim possent operarij, cum eis frequenter agentes, aliquod mentibus eorum ingerere lu-

2. Timoth. 2.

Chrysof.

Idem.

Dio.

men diuina cognitionis, vt videant, à quantis periculis damnationis eruti fuerint, in quibus miserè periissent, & deuentum esse ad eos continendos in officio, mediis vinculis, vt ibi in otio agentes audirent vera, quae nunquam ad aures eorum peruenerant; hoc vno appposito remedio fortè ad penitentiam traherentur. Tria poscebat Dauid Psalm. 118. *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.* Bonitas in sufferendis prauis hominibus elucet: disciplina in laboribus, quibus continentur, ne vltius progrediantur, & assuescant malis. Scientia tamen horum addenda est: si enim ignorent duo priora, nullam ex eis vtilitatem capient. Ita Augustin. ibi: *Tunc (ait) vilis erit scientia, qua innotescat etiam sibi homo, quid ipse meruerit, & quae à Deo bona, donata sunt ei.* Haec recolenda sunt his hominibus, vt ad penitentiam alliciantur. Cum autem damnantur ad mortem, facilius suadentur eis necessaria ad salutem, quae in hoc ferè semper versari solet, quòd è carcere in mortem tradantur: sic de Confessione curant Patres, tanquam patroni tanti boni futuri amanter suscipiuntur, & attentè audiuntur. Oportet tamen eos inuisere frequenter, ne ab aliis à proposito dimoueantur, aut ad assuetam redeant. Confessio generalis fiat. Inferni poenas eis proponant, & ante oculos obiciant: timore enim potius, quam amore compunctio exprimenda est, quovique incalcescat amor, & Crucifixi, cui in morte quodammodo assimilantur, amorem concipiant: misericordiam diuinam extendant, ne de salute dissidant peccatis innumeris obruti: solent enim eiusmodi homines cum magna saluationis spe vitam finire, si habeant, qui eos prudenter tractent.

Psalm. 118.

August.

In carceribus, cum eos frequentant, quandam Confraternitatem inter vinctos statuunt, quae eleemosynas in arcula depositas seruet: in ea enim pro lege statuendum est, vt iuramenta, & maledicta vitentur, ac turpia verba puniantur, poena tenui, tamen pecuniaria. Haec autè cum collecta fuerit, & aucta, seruiet pro in graui necessitate patientibus iuuandis, & alendis, pro alicuius vincti libertate, cum saepe contingat detineri pro debito aliquo exiguo. Item, curandum, vt recitent quotidie Virginis Coronam, & ad Litaniam, hora conueniente, omnes in vno loco conueniant, & simul hoc deuotionis opus perficiant: si enim Custodes carcerum allici possent, vt ad ista assuescant vinctos, duraturam deuotionem, & inde plurima bona processura sperent.

Publicè hortentur ad fauendum his miseris eleemosynis, ad eos inuisendum, ad causas eorum fouendum, & alia his similia praedicent, quae in fauorem incarceratorum cedunt, vt pietas, ac misericordia in omnibus vigeat: sic enim in aliis humanas miseras recognoscent, (quas experientia nondum degustarant; ideo miserorum haud compatiuntur,) & timebunt propria mala, & horum compariuntur. Plurimum in grege aliquos adfiscere, & in vnum corpus congregationis vocare, vt horum curam suscipiant: quòd enim isti desertiores ab omnibus videntur, eò maiori cura, charitas, & misericordia

L dia

Isai. 2.

Glossa.

Matth. 25.

dia in eorum bonum, conatus suos soluet, Isa. 2. A ait Propheta: *Domus Iacob, venite, & ambulemus in lumine Dei nostri.* Et statim: *Proiecisti enim populum tuum domum Iacob.* Quomodo ergo tam cito hos, quos inuitat, proicit, & à se auellit? An contraria videntur? Minime, ait Glossa: sed quasi causam reddit tantæ misericordiae: idèd eos vocat, & inuitat; quia proicte sunt; quia despectui habiti; quia deserti à Deo: tales enim misericordia, miseros, & desperatos, videlicet, prospicit, & ad se trahit: *Quasi dicat: Ideò hortandis, quia proiecisti.* Ita plane cum his hominibus, misericordia, & charitate imbutis agere oportet: quia proicte; quia omni humano favore destituti; quia sub nullius cura degunt, iuuandi, requirendi, alendi, liberandi sunt. Ad hoc ergo homines pios conuocent: eos moueant, vt horum curam suscipiant, animarum salutem, & corporum sustentationem, liberationemque, finitæ eorum litibus, procurent: componant eos cum creditoribus: veniam à læsa parte impetrent: quanto in pretio sint hæc, apud omnium Dominum verba ipsius declarant, cum se vincunt, & in carcere inclusum dixerit, vt credant, in illis contineri Dominum, & gratum illi esse eis fauere, eorum malis compati, ac mederi animæ agitudinibus: si enim hoc opus perfectum fuerit, plurima bona inde manabunt in futurum; tum his, qui talia charitatis officia suæ curæ assumpserint; tum miseris hominibus omni humano favore destitutis.

Videant, attentèque contemplantur, an in carceribus separati degant viri à fœminis. Solent in hoc magna inuolui peccata propter Custodum carceris negligentiam in his separandis; imò in admittendis fœminis corporis curam suscipientibus, & opera charitatis mœtuentibus; cum tamen inde occasionem addendo noua veteribus peccata nanciscantur; obligationes se his officiis, hominibus, aut amicis reddentibus. Illas separare curent, ne simul cum viris agant: harum impediunt ingressus, ne cumulo peccatorum veterum alia denuò augeantur, & malo exemplo sint aliis in carcere existentibus. Quid præstandum restat, cum sciuerint, Ministros carceris, fœminas admittere, vt cum vinculis coëant? pretio enim eiusmodi emuntur turpitudines: cui malo remedium apponendum restat, hæc Prætoribus, aut Prælati indicendo. Omitto, quæ solent cum his hominibus Nostri agere, cum tempore Missionum ad mortem damnati traduntur: hæc communia aliis locis: ardentius tamen hic exequentes assistant illis. Nocte: præcedente supplicium, eos ne deferant, consolentur, Confessiones audiant, & in via comitentur, quousque finis vitæ imponatur. Si tamen sint alij Viri religiosi, qui concionari desiderent, acquiescât statim: quod si quorum hæc interfuerint, instent aliqui, vt Nostri ex fugge-  
stu loquantur, omni contentione sublata id facient, magno cum feruore, & audientiu fructu.

Tertio, incumbit Nostri, si qui sint infirmi, requirere eos occasione cõsequendi Iubileum; ne quanuis accedere ad Ecclesiam eis nõ vacet, tantum perdant bonum: eos consolentur; & si placeat cum eis confiteri, libentissimè audiant, & sapius durante agitudine requirant, vt cum eis negotia animæ agant. Nec contenti id præstare hominibus honoratis, etiam pauperibus

fuccurrant, & domos eorum ingrediantur, Medici munus obeuntes, qui talia limina inuisere non solet, nisi vbi æger aliquis adest: ita Nostri domos non adeant pauperum, præcipuè fœminarum, nisi vrgente infirmitatis necessitate.

Quarto, scholas puerorum adeant. Horum duo genera. Primum eorum, qui primos characteres discunt, de quibus supra, & quæ cum eis tractare debeant, tam in propriis scholis, Magistros ad eos erudiendum monendo, & eos munusculis gratos, ac deuotos reddendo, vt discipulis proficui fiant, quàm publicè, cum processiones formantur, & per vicus ducuntur ad destinatum locum, ad rudimenta fidei eis imperiendum. Ad hoc tamen opus est in propriis scholis eos instruere, & metro composita aliqua, quæ deuotionem excitent, tradere, vt discant, & memoria teneant ad ea canenda tempore publicæ doctrinæ assignato. Secundum genus est scholasticorum humanas litteras discendum, quos inuisere oportet, & de licentia Magistrorum, Conciones, & exempla ætati accommodata, instituere; ad Confessionem, & doctrinæ Christianæ discendæ studium sollicitos reddere: si enim frequenter cum eis egerint, non vacui fructu discedent: hæc enim ætas, & ad virtutem facilis, & ad vitia procliuus.

## CAPVT XXI.

## Reconciliandi, qui simultates habent.

Inter præcipua Missionum munia, hoc vnum frequentius gloriosius exercetur. Si recollunt pristinas Missiones, plurima inueniunt exempla, vt discant modum reconciliandi inimicos. Nulla præpediantur difficultate, si occurrat, & ad manus occasio venerit obsequium tale Deo offerendi. Charitas ipse est, & hominibus eam commendat, vt filij tanti Patris, etique similes efficiantur. Hinc quamplurima mala nascuntur, & augeri solent; cum nemo tam solus, qui socios, cognatos, & amicos nõ habeat, quorum consilio, & consortio tenaciùs conceptam simultatem conseruet: hinc bella intestina, ac domestica, & omnes ad vnã partem spectantes, dissident ab alterius partis amicis, & cõiunctis, & eos odio prosequuntur: vnde, præter interna odia, rixæ excitantur, lites mouentur, honores denigrantur, & in nullo, quod lædere inimicos possit, eis parcunt. Ioseph. 1. de bello, c. 1. Bachidis meminit fidelis Antiochi amici, & quæ ei præstiterit officia: *Ad naturalem crudelitatem suam*

*præceptis impiis obsecundans, omnimodam iniquitatem excessit.* Talia solent amici præstare sibi coniunctis, vt crescat iræ incendium. Hæc vitare mala oportet; & oratione, ac ieiunio Deum rogare, instantèrque bonum negotij huius generis euentum exposcere: scaten enim difficultates, cum sæpe multi, *Exinanite, clament, usque ad fundamentum in ea.* Pauci tamen, ad reconciliationem consequendam iuuent. Vel enim tacent, nolentes aduersæ partis confortes prouocare, vel fauen villis, & velut sylua; igne in ea accenso, in cineres vertitur: quia nullus tale reparandi malum curam gerit: ita tota Respublica igne inimicitiarum ardet, & in dies hoc malum robustius fieri solet, cum

cum à nullo iniecta aqua extinguatur. Nostri hoc habent, quod nullius partes sequuntur: extranei enim homines pro omnibus sunt, omnium bonum curare veniunt, omnium amate pacem: ob id enim oportet nulli adherere parti, cum alterius offensione, ac nota; sed in momento statera ad vtriusque amicos notos, qui plurimum cum eis valent, consistent, eos alloquantur, de causa diffidij rogent, ad quæ statum malum peruenerit, quæ illorum pars grauius offensa fuerit, in quo etiã discant ab eis, quæ se offerat remedia, & quæ tentata ab aliis fuerint, vt inde, re nota, coniciant, quibus vti oporteat remediis, quas personas secum ferre, vt tentata foucant. Soler dici, initia omen præbere exitus boni, aut mali. Ita omnia inspiciant, ac cum peritis tractent, vt negotij radices, & fibras teneant. Manus Moyfi pondere graues fiebant, & ima prebant, significantes eius opera non perfuncionaria, sed profunda, & negotiorum pondera attingentia esse. Philo lib. quod omnis probus sit liber, manus graues habere sapientem dicit, non superficiali contentes, sed penetrantes in solidum. Ita qui dissidentes componere aggreditur, pondus negotij penetret, vt qua via incedere oporteat, discat, ac teneat, omnem mouens lapidem, vt tentata ad felicem perducatur finem. Prudenter se cum omnibus gerat, audiat querelas; sed semper absentem conetur defendere, nec ei referat, quæ grauent illum, in fauorem eius, à quo acceptus; sed vt veritatem in comperito habeat: nec enim tanti facienda sunt facundia vis, & alia procurata media, quàm prudens cum diffidis communicatio, ne alium iuuando alteri noceat. Discrimen constituens Ambros. inter diuitias, & prudentiam, hanc vincere probat, ex èplo Ioseph: cum enim diuitiæ Egypti liberare non possent Prouinciam, ne fame consumeretur, illa prudentia hoc vitauit malum. 2. Offic. c. 5. sic habet: *Pecunia vnus ciuitatis non redimit vbertatem: prospicientia totius Egypti, per septennium famem repulit.* Optimè ait, prospicientiam hoc bonum consecutam: qui enim res attentè prospicit, earumque penetrat statum, ac circumstantias, verè potens, & diuitiis plenus efficitur, ad ardua quæque aggrediendum, & finiendum.

Duabus viis incedere possunt; altera, diuinis vtendo rationibus; alia, humanis. Illæ parum mouent: qui enim ira percitus fuerit, nec attendit dictis, nec magni arbitratu momenti talia verba, cum plus animum eius pulset vindicta iniuriæ, quàm animæ salus: est enim supra humanam naturam subdi diuinis præceptis, monitis, consiliis, & exemplis Sanctorum. Rogans Ambr. cur Moyfis sepulcrum latuit Hebræos, qui tanto honore ipsum venerari optabant; respondit, idèd esse factum, ne patiens, & iniurias absorberet homo reputaretur, sed supra homines. Sic 2. Offic. c. 7. *Merito astimatus est supra hominem, vt & vului eius non possent inuadere, & sepulcrum eius non repertam crederent.* Quid facies homo vindictam procurans, ad eam amicos conuocans, arma parans, ea intentans, quæ rependant iniuriam? Frustrà enim diuinis rationibus operatur, quæ paruo erunt in pretio, ac eas vt vilia contemnet. Si tamen ipse ad Confessionem accedens simultatis meminerit, & quomodo in ea tu-

ta conscientia se gerere debeat, interroget; tunc diuinæ rationes adducendæ sunt; & recolenda, quæ Deus præstet inimicos amantibus bona; quàm durè agat cum iis, qui alios odio prosequuntur, partes eorum adiuuans, & vindictam iniuriæ resarciens, ac vindicans; quomodo ostium claudat culpæ remissionis, cum scriptum sit: *Dimittite, & dimitteturini.* Luca 6. 37. Credant (adiuciant) vindictam in honorem celsuram inimici, & eos consumendos rabie, & cruciatibus. Quod optimè expressit factum illud Ioannis Baptistæ. Vindicta mortem passus est: verum ille honoratus defertur: persecutores ferarum more discerebantur. Petrus Chrysol. Ser. 174. *In illo quidem tunc suauis anro, non aula Regis. Rabies tunc fera passum suum creditur, cum caput Martyris vidit, ferulum crudelitatis sua totum totis faucibus contendit, & conatur absorbere; sed Ioannes venit in sublime positus, vt lucerna super candelabrum, tenebras ei fugaret.* Tunc quidem statum rerum discat, media proponat, & fauere ei promittat, & omnia præstare, quæ ad reconciliationem opportuna iudicauerit. Explicet, quanta mala ex hac vna similitate procedant: honor periclitatur, facultates pereunt, domus turbatur, scandala vicinorum, & omnium, ad quorum aures peruenerit hoc malum, vociferantium, & dicentium, inter fratres, inter Christianos, in tali tempore, cum Deo omnes reconciliari optant, cum assequendi Iubilei indulgentiam desiderio tenentur, arma ad vindictam parantur, omnibus odiosum futurum credat. Ergo de reconciliatione cum proximo agere aggrediatur; & ea exposcere, quæ fieri possint, arbitretur, ne pars altera ad maiorem iram prouocetur, & in deterius res eant.

Præstò tamen sint industria humane: hæc apud mundalium amatores plus valent, quàm diuinæ. In primis pericula vitæ præ oculis obiciant. Secundò, domus propriæ damna: inde ad paupertatem denenitur, & domus supra domum cadit. Tertio, quantum laborer animus, hunc sustinens inimicum intus, quas noctes infomnes, quos dies, tribulis, ac spinis obsitus transigat. Quarto, contra inimicum pace frui, & pasci suo dolore, ac cruciatibus. Quintò, quàm generosi animi sit, hæc obliuisci, & contemnere, quasi in scena facta: qui enim hæc contemnunt, nobiles; qui vindictam præsumunt, degeneres, ac paruis facti censentur. Vilia animalia quouis suscepto icu in iram, & vindictam eunt: at generosa difficultius eam concipiunt: nec quauis iniuria ad ultionem armanitur. Sextò, quantò ista facilius, & citius conceduntur, tantò minus animus accenditur, minora aduersæ partis facta videntur; actiora verò, ac duriora, si super iram occidat Sol. Missam ergo faciant hanc causam, ne obligati, durius dimittendo, ad maiora inueniantur. Septimò, apud cordatos nunquam aduersa honori visa sunt ista; sed laudantur, & magno in pretio habentur: quia tamen pauci sunt, qui tanto abundat spiritu, & cordis latitudine, in fauorem vindictæ sententiã ferunt: at conspicientes his non teneri vinculis; sed ab eis expediri, incredibilis esse fortitudinis, & magnanimitatis, talia facientes autumant. Quid honoris amittit David iniurias à Saule susceptas laxans? Quid



Ioseph cum fratribus amicabiliter agens, cum, peteretur ab eis insidiis: Quid reliqui etiam ex Gentilibus, qui versa vice, bona pro malis impertiebant? In ore omnium versantur, & laudantur. Præterea alia via demergunt se in profundissimam malorum abyssum, eliminant pacem, & quietem à propriis sedibus, honorem in tanto pretio habitum depopulantur. Item, odiorum fomes, nec parcat filiis, quos hæredes huius pestis efficiunt, & suis obligationibus adstrictos relinquunt. Dicitur solitum est, odia morte finiri. Ita sensit quondam Athalaricus Gothorum Rex ad Iustinum scribens, vt refert Zonaras Annal. 3. tom. *Clauduntur odia cum sepulcra.*

Zonar.

Ioseph.

Longiores terminos habere solent, cum in successibus remanent eorum vestigia. Iosephus loquens 1. de bello, cap. 1. de Antiocho Epiphaniis hærede ait: *Regni autem eius, & odij in Iudæos filius Antiochus hæres existit.* Moueat hoc dissidia componere, ne tantum inferant malum charis pignoris: abeant ista mala, & reconciliatio desideretur omnibus optanda, & expetenda.

Nec contenti sint internum promittere amorem, mutare affectum, à malis inferendis cessare, sed signa præbeant, præcipue cum alter seit se odio prosequi, & vindictam aduersus eum machinari. Item, cum simulatæ publicæ sunt, & scandalo viam sternunt, tollendum est huiusmodi malum, & signa, vt solent ab energumenis, exposcant, qualia sunt mutuo amicabiliter agere, amplecti, remittere iniurias, & veniam petere, quæ aliis concedunt, his non negando: si enim David, non contentus parcere Saül, signa secum ferebat in testimonium interni amoris, vt cum chlamydis particulam scidit, de quo Nicænus in 2. Psal. ait: *Vt in posterum, vel oblamyza testis esset sue in Saulem humanitatis.* quid mirum, si aliqua, velut testis interni amoris, desiderentur ab eis, qui inuicem dissidebant, vt omnibus clara luce pateat, nullum inimicitiarum vestigium remanere?

Nicæ.

Si autem oporteat plura mouere ad hoc bonum consequendum, quæ occasio dederit, non prætermittant. Sciant, de industria Deum ista seruasse vsque ad ipsorum aduentum, vt clariora fiant ministeria, maiorique cum felicitate alia faciliora efficiant, & videntes hæc adeo ardua finem accipere per eos, magna de eis sperent bona ventura. Sæpe solet contingere de his simulatibus certiores Patres facere, & adedere, à nullo reconciliari potuisse, licet plurima fuerint tentata à primis viris, à Sacerdotibus, à Præside Prouinciæ, aut loci; quanuis ista soleat robur inimicitias tollendi minuere, sidenter negotium aggrediantur, & maiori humilitate amati, torum euentum Deo committant, qui, quanta aliorum interuentu cassa reddidit, potens est, per paruulum, & vilem iuuenem, vnus lapidis icu, carneam turrim solo æquare. Videant inter onera sui ministerij habere hoc vnum commendatum Regula 11. Missionum: *Dissidium reconciliatio.* vt non solos se credant esse; sed totam Societatem adiutricem secum habere. Si tamen dissidentes adeo rebelles inueniant, vt nullis tentatis modis vinci queant, Sociis annuentes, iterum tentata aggrediantur. Quod si nec ista sufficiant, orationes petant, etiam publicè, pro re magni momenti, & ædifi-

cationis, vt per alios Deus operetur, quod sua industria assequi non valuerunt. Publica dissidia, cum correctione, & monitione facta, occultè, & priuatim, non destruantur: parcenda non sunt, sed publicè etiam arguenda, & magna vi verborum, & exemplorum damnanda, vt timore saltem respiciant, & reconciliantur inimici, vel saltem Dei causa deserta nõ maneat, & in culpa sit de his, quæ omnibus offensionis sunt occasio, non agere, & ea non arguere. Inde enim solet pientissimus Dominus fores reconciliationi aperire, mouentur plurimi, prius tacentes, (& quasi pro nihilo ducentes tam prauum exemplum,) ad reconciliationem procurandam.

CAPVT XXII.

De aliis medijs ad vtilitatem proximorum conducentibus.

IN dicta Regula 11. Missionum, vbi recensentur capita spiritalium mediorum, quibus in Missionibus iuuantur proximi, dicitur: *Media spiritalia ferè sunt ministerium verbi Dei in predicationibus, sacris lectionibus, priuatisque exhortationibus, & colloquijs; Sacramentorum Confectionis, & Eucharistiæ administratio, exercitiorum spiritalium traditio, casuum conscientia ad Ecclesiasticos, eorumque officij magis priuata explicatio, &c.* De predicatione iam supra diximus, & dicemus amplius lib. sequenti, ac de sacris lectionibus, quæ in his Prouincijs non sunt in vsu. Cæterum loco earum solent breues Conciones, & exempla institui. Vbi verò fiunt, consistunt in sacra Scripturæ explicatione ad populum, vt docuerunt Patres antiqui, homilias super loca sacra Paginae componentes, & ita publicè omnes, tam vulgi homines, quam litteratos docentes.

Statim sequitur priuatis exhortationibus & colloquijs omnes iuuare, de quo aliqua addeamus. Hoc quidè apud Nostros in vsu esse solet, ita vt ex hac priuata, cum notis communicatione, plurima bona processerint. Ignoti alijs lucrati sunt, vi suavis fermocinationis, & vtilitatis ex ea nascentis conuicti: nec enim hoc omnibus licet, nec cum omnibus talia tractare, nisi ad crates ad Confectiones designatas: alias licetia daretur vagandi eo colore, quod religioni, moderationi, & modestiæ aduersatur. Quanuis in Collegijs, vt 2. lib. dictu est, hæc fiant; cum magno tamen delectu, tam personarum, quam domorum, vbi ingrediendum præscribitur, in Missionibus id magna cum cautela, & moderatione præstandu est. Quando tamen excusari non potest, qui hac gratia bene loquedi spiritalia potitur, vtilissimo vtitur medio ad animarum profectum. Contigit id non solum prodesse illius familiarie dominis; sed etiã famulis, cognatis, amicitia coniunctis, & sanguine, qui omnes vnà audiunt diuina verba, & tractantur necessaria ad vsu, modu præscribendo vtendi Sacramentis, legendi deuotionis libros, examen faciendi, domesticos tractandi, filios instruendi, &c. quæ placent, & proficiunt audientibus. Paulum in hoc imitari oportet, qui Act. 20. quomodo ageret cū proximis meminuit aiens: *Vos scitis à prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobis cum om-*

Act. 20.

Interlin.  
Lyra.  
Theophyl.

ni tempore fuerim, &c. Et infra: *Quomodo vobis nihil subtraxerim vtilium, quominus annuntiarem vobis, & docerem vos publice, & per domos.* Illud, per domos, exponunt, Interlinealis, in occulto; Lyra, priuatim; magis ad rem Theophylactus legit ex Græco, & intra priuatos parietes. Quæ locutio fuerit, ipse docet: *Nihil vtilium subtraxerim vobis.* Theophylactus legit: *Vt nihil, quod vtile esset, suppresserim.* Quibus addit, electionem horum faciendam, cætera supprimenda, & silentio prætereunda. *Quænammodum enim nonnulla celare, inuidijsa omnia dicere illis, amantis est.* Vbi duo notanda. In domibus priuatis, non quidem cum vno, aut altero solum agendum: omnibus, qui in illa, & inter latera eius inuenti fuerint, dicenda sunt ista; tum, vt suspicio omnis, quæ in secretis locutionibus esse solet, tollatur; tum, vt verbum commune fiat, & omnibus proficit.

Chryso.

idem.

ap. 7.  
Lyra.

Luc. 12.

Theophyl.

Secundò notandum est, teneri Nostros vtilia loqui; nec ista negare, quod inuidia esset scelus; nec alia vana, scurrilia, ac profana verba promere, quæ scandalum parerent, aut inutiliter tempus tererent; nec inde bonum Societatis nomen, notum esset. Quæ autem vtilia sunt, æstimanda. Chryso. explicuit, qui sic habet pro Textu Scripturæ: *Nihil eorum, quæ in rem vestram sunt.* Optime sanè hæc vtilia dicenda, quæ his, cum quibus agitur, inter sunt, congruunt statui, necessitati, opportunitati: qui enim dolentes consolatur, non tristitia, sed læta referat: qui forminam grandæuam alloquitur, non puerilia, sed tali ætati conuenientia: fœmellis tamen, ac pueris similiter, quæ capere possunt; & alijs ea, quibus instructores reddantur, inculcentur. Addit Chryso. *Erant enim quædam, quæ disci non oportebat.* Ita legenda sunt verba; quæ oblectationi seruiunt, & vtilitati, quatenus audientibus conueniunt: hæc enim ex officina disciplinae, cum Deus Magistri munus gerit vtilia docentis, sumenda sunt: qui enim ab eo discit, cum eo agit, verba eius recolat, & memoria tenet, ruminatque assidue. De his loquitur cum externis: *Quam sine fictione, inquit, didici, & sine inuidia communico.* Sap. 7. Addit Lyra: *A Deo sine fictione didici, & à Nathan, cui sui tractatus ad erudiendum.* Nos enim Deum Magistrum habeamus. Et sicut Nathan Dauid instruxit, diuinatque, etsi acerba, reuelauit, nihil ei vile celando, quanuis amarum esset: ita Nostri vtilia loquantur, quæ auditoribus proficiunt, & tanquam à Deo accepta venerentur: qui enim docibiles sunt Dei, ad manum habent eadem, vt alijs diffundant, eos instruant, moneant, celestiumque bonorum reddant amatores. Luc. 12. vbi Dominus lumbos constringere iubet, & lucernas tenere in manibus, ponderauit Theophylactus, non dicere: *Lucerna ardens sit, sed, Lucerna ardens: duabus enim egeamus; vna interna; altera ad agendum cum alijs.* Ait ergo: *Demus igitur operam, vt virtute simus pradii, duas habentes lucernas ardescentes, & sermonem internum in affectibus, & quem pronunciamus; & internum quidem, vt per omnia animam illustret; cum autem, quem proferimus, vt in lingua resurgat lucidus.* Vt quales esse debeamus, ostendat, si cupimus cum hominibus agere: non enim occurrit lingua, quod intus in corde non seruat. Si diuinus sermo intus fulget, eoque ræns pasta est, tunc foras erumpet, &

ad audientium perueniet aures, vt eos, quibus loquitur, reficiat, & ad bonum capeffendum iuuat.

Hoc munus non est in omnium vsu, cum infrequens sit: pauci enim audent diuina eloquia inducere, & ad prosequenda prouocare audientes. At Religiosis, præcipue ex Nostris, & in vsu est, & licet audaciter hanc assumere prouinciam: imò aliter se habere, & inutilia loqui, aut vana, scandalum ingeneraret, cum in ore omnium versetur, Nostros semper verbum Dei in ore habere, & ad virtutem omnes excitare. Superata hæc difficultate, opinione, expectatione eorum, cum quibus versantur, aut conuersantur; quid superest, nisi frequentes esse in procuranda vtilitate amicorum, & familiarium, diuina cum eis amicabiliter tractando, & conscientiarum, ac difficultatum nodos dissoluendo; quæ quidem opinionem conciliant, & ex loquela venitur in personæ cognitionem, ac venerationem. Paucis hoc docuit D. Iacobus cap. 3. suæ epist. *Qui, inquit, sapiens, & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientia.* Vbi notanda verba, *ex bona conuersatione*; priuata, videlicet, & inter amicos consueto loquendi modo: inde enim optime conicitur, virtutem internam possidere: siquidem ex corde exeunt, quæ os profert, & lingua ostendit. Ammianus lib. 29. de Theodoro, Valentis familiari, & eius virtutibus ex linguæ tenore, & moderatione conicit: *Solusque penè omnium erat, cuius linguam non infranem; sed dissipientem, qua loqueretur, nullius clauderat periculi metus.* Nec mirum, quod virtutis internæ signa præbeat lingua moderata, & discreta locutio; cum ipse Dominus ad hoc linguam disponat, & manu propria gratiam ei loquendi conferat. Mira res! Isaïæ immunda labia habenti Seraphim mittitur; nec manu locum ægritudinis tangit, sed forscipe. At Ieremiæ ipse Dominus apparer, & propria manu linguam perficit. Ratio, quæ assignari potest, ex Hieronymo ea est; quod ille maculatus lingua erat; & hæc etiam à longè, ac si pestis esset, curanda est. At purissimum os Ieremiæ, non culpis inustum, vt initium daret locutioni Deo gratæ, Dominus manu sua blanditur, vt verba digna Deo proferat, quibus omnibus, tam publicè, quam priuatè magister sit. *Huius autem,* inquit Hieronym. in 1. Ieremiæ, *ipsius Dei manus mittitur, non vt peccata auferat, quæ multa per pueritiam non fecerat; sed, vt loquendi gratiam tribuat.* Vt inde etiam constet, linguam habentem ægram, longè statuendum: at qui loquendi obtinet gratiam, & desiderandum, & querendum: Deum enim secum affert, à quo tale donum bene loquendi hauserat: Deum sollicitat, ad verba ei elargiendum, plena sapientiæ, & bonæ disciplinae signa. Ierem. 28. Ieremias ille, qui manu Dei linguam accepit habitum ad bene loquendum, à quodam falso Propheta fractis catenis, è collo eius pendentibus, iussu Dei; ludibrio habitus est. Tacuit ille: at deinde propheticè aduersus eum infurrexit. Cur non statim; sed post longam temporis moram? Silentio enim luo, & garrulæ linguæ

Iacob. 3.

Ammian.

Ierem. 1.

Hieron.

Ierem. 28.

continentia, vt iniuriam deglutiret, meruit verba diuina loco vindictæ proferre. Glossa ibi: *Cum silentio denorasset iniuriam, factus est sermo Domini ad eum.* Nondum enim, quod diceret, à Domino acceperat. Sapiens igitur, & benè disciplinatus, ex sua conuersatione hæc ornamenta animæ ostendat, vt aliis effectus utilis sibi etiam auctoritatem nanciscatur, pro proximorum bono, & maiori fructu ex aliis publicis operibus capeffendo.

In his colloquijs priuatis, etiam finita Confessione, oportet homines inducere ad Sacramentorum frequentiam, & instruere eos, ( quantum tempus locum præberit, ) quomodo ista factura sint, vt bonitatem ex substantia actionis, & modo eam exercendi fortiantur: idèd Luc. 12. lumbos præcingi, & lucernas tenere iubetur, vt opera bona, & bene fiant, vt notauit ibi Theophylactus: *Opera quidem fecerunt, sed non bene; hoc est, non habuerunt rectum iudicium.* Deuotiones, quæ ad praxim reuocari queant, doceant, & quo tempore, quam vtiliter, quanta cum facilitate hæc fiant.

Verùm cum hominibus agentes, intellectu præditis, desiderijs inhiantibus Deo seruiendi, & modum viuendi sibi congruum eligendi, exercitia suadeant. Item, alijs Confessionem magna cum præparatione desiderantibus: hæc enim ad eiusmodi obtinenda aptissima sunt, quæ animum disponunt ad futura, & vt plurima, quæ difficilia videntur, quam facillè fieri possunt, ibi demonstrantur. Offerant se illis, & domi, si nolint eam deserere, posse his attendere doceant: quòd si non valeant à negotijs vacare, vt otio sancto se dedant, etiam inter illa, in exercitijs occupati licebit; cum tamen aliquas designent horas ad distributionem iniun-ctam seruandam. Hæc suadeant Religiosis, si qui cum eis de rebus suis verba misceant: hæc Sacerdotibus, qui maiori tenentur Deo debito; & vt puriorem eligant viuendi formam, orationi assuefcant, lectioni, & pensibus suis deuotè, ac magno cum feruore soluendis. Hæc enim occupatio probat veram virtutem, eam stabilem faciens, quoniam multa, quæ latent homines, per transfennam res percipientes, ibi assiduo cogitatu vim ingerunt, pondus virtuti conferunt; satis enim per signa, quæ apparent, cognoscitur, quam leuiter deofculati fuerint virtutis limina, cum protinus, versa facie ad pristinam, eam obliuioni dederint. Similes planè Abfaloni fingenti patris subditos diligere, 2. Reg. 15. quos exofculando, ac blanditer, & humaniter tractando, velut quodam fascino dementabat: at, quantum hæc durauerint, quam citò fortunæ orbis, in contraria versus fuerit, tempus exiguum monstrauit. Hoc notauit Ambros. 2. Offic. cap. 22. hoc vsus exemplo de fitione loquens: *In principio vernat, in processu, tanquam flosculus, dissipatur, & soluitur.* Qui ergo firmas radices virtutis iacere optauerit, hoc vtatur medio. Meditantur quidem in exercitijs res, quæ metum excitant, quæ rerum mundialium vanitatem demonstrant. Optinè Theophylact. in Luc. 12. rogat, cur Dominus seruis suis gestare lucernas in manibus præceperit. Nunquid semper in nocte sunt? Non sufficiunt Solis lumina sparsa, & totum Orbem illu-

Glossa.

Luc. 12.

Theophyl.

2. Reg. 15.

Ambros.

Theophyl.

strantia? Respondet, semper esse in tenebris, qui luce verbi carent: ob id enim sapissimè ab eis comprehenduntur. Iuber ergo Dominus lucernas tenere; *ne in tenebris, & absque ratione versentur; sed sit vobis lux verbi, quod monstrabit, quid facere, quid non facere debeatis,* inquit ille. Hæc lucerna pedibus nostris iniecta conceditur his, qui exercitia in honore, & vsu habent; quæ tenebrarum pericula fugiunt, & stabiles in virtute perseverant. Apprimè quidem Summi Sacerdotis pectori Rationale iungebatur; erat enim quadratum, vbi inscriptio hæc, *doctrina, & veritas:* propterea Rationale dictum, quòd his luminibus instrueretur ratio: forma quadrata erat, ad significandum, hæc figura, firmitatem, & stabilitatem in bono designari, quæ verè consequitur, si ratio ornetur doctrina, & veritate: his enim homo imbutus, pectus armatum gestat aduersus inimicorum tela; & virtutem amicum, ac charam semper habet. Nicænus de vita Moysis hoc mysterium reperit in eiusmodi Sacerdotis ornatu: *Quadrata figura stabilitatem virtutis ostendit: nam hæc figura equaliter vniuersis angulis, & conexis mixta lateribus, non facile de loco mouetur.* Hæc pro iis, qui vitam hanc imitari desiderant: at reliqui, qui in ea progressus fecerint, aut ad eam teneantur, quales sunt Religiosi, & Ecclesiastici, hæc tutissima via incedere necessarium credent, si semel gustauerint, quantum bonum exercitia secum afferant; his enim ad maiora præbetur ascensus, si firmi consistunt in virtute. Ille Moyses, qui initio viderat in rubo Dominum, & cum eo familiariter egerat, post ad montem ascendens in caligine sermocinabatur, & audiebat loquentem. Cur minus ei Deus manifestatur, quam à principio? Imò magis nunc eum ad spiritualiora intromittens, imaginibus corporeis imperfectorum relictis. Nicænus de vita Moysis: *Mens hominis ad maiora, & perfectiora semper procedens, quanto magis ad Dei speculationem accedit, tantum perspicit, quòd diuina natura inuisibilis, atque incomprehensibilis est.* Qui enim supra virtutum petram ædificium spirituale erigere voluerit, his pretiosis lapillis opus ceptum crescere faciet; & spiritualibus assuetus, altius eorum notitiam percipiet. Quòd si sit in statu, non tamen obtinuerit virtutem, qua ornare eum opus erat, vt moueatur, & alliciatur ad vitam illi congruentem instituendam, hoc speculo præ oculis obiecto videbit clara luce, quantum à via aberret, quanto in periculo versetur, & per aliam viam à Deo edoctus in patriam suam reuertetur. Videat agente cum Deo Moysè, homine sæculari, pasturæ occupato, domum, ac filios cum vxore gubernante, statim ab eo exposcere Deum, vt calceamenta è pedibus abiciat. Quid peteret à Sacerdote cum eo quotidie conuersante, in manibus tenète, & intra cubilè pectoris sui introducente? Hæc audiat ex Nicæno dicto loco: *Quòd si primo statim aditu reprobatur (calceaméta,) multo magis à Sacerdotis pede reiciuntur.* Nec cessent ista persuadere, videtis negotiorum occupatione: nullum enim maioris momèti, quam istud. Zachæus à turba negotiorum impeditus, Christum videre non poterat: verùm ab eo vocatus à negotijs auocatur, vt quantis irretitus esset, cõspiceret. Quis occupatus, sicut Moyses, cui loceat, *Suulo labore, inquit, fatigaris,*

Exod. 18. Lenit. 9.

Nicæ.

Idem.

Exod. 3.

Idem.

Luc. 15.

Exod. 18. 1.

Exod. 32. Ambros.

Idem.

*consummeris.* Et tamen relicto populo per quadraginta dies cum Deo fuit, & vniuersam ab eo latam legem amplexus est. Ambrosius de Officijs, lib. 3. c. 1. *Cuius autem maiora negotia quam huius oria, qui quadraginta diebus positus in monte, totam legem amplexus est? Nec satis est, in futurum respicere: quis scit, an à Deo impetraturus sit tempus reliquam, cum præsens culpa sua amittat? Optimè Ambros. 2. Offic. 26. Illud enim possidemus, quo vrimur: quòd autem ultra vsus est, non vrique habet possessionem; sed custodia periculum.* Ita explicio. Qui re ei ad vtilitatem concessa non statim vtitur, custos depositi efficitur, vt vel furto pereat, vel ei ratio petatur seruati talenti, & non ad vsuras concessi. Excusationes ergo abeant, & res tanti momenti, vnde ordò vitæ nasciturus est, cordi sit, & instructore Patre, qui eum mouit, exercitia disponat. Monialibus, & fœminis selectis hæc exercitia nota faciant. Cum magno quidem fructu solent ea procurare, non solum contentæ primis, sed experientia vtilitatis, addictæ, pro singulis annis, & etiam sæpius eadem repetunt, ac pro more assumunt, semper requirere remedia talia: longum enim esset recensere, quanti hucusque viri, fœminæque magnæ, hoc armorum vsu exercitatissimi euaserint, & quot profectus in virtute fecerint. Cum ergo hoc vnum sit è medijs, Nostris concessis, ad profectum animarum procurandum, intrepidi oblata occasione illud proponant, & suadeant; nec dubitent curæ Deo esse homines mouere, & allicere ad ea amplectenda, & executioni mandanda.

CAPVT XXIII.

Quantum interfit, Ecclesiasticos alloqui, instruere, et ad perfectionem vocare.

Nvlli dubium, hoc genus hominum plurimum valere ad aliorum bonum, & in periculis versari, si non statui vitam congruam eligant. Ex eis multi ab ea aberrant, & scandalis populos offendunt, & ad vitia similia faciles reddunt, Nostros fugiunt, & sapissimè plus alijs Missionum opus impedire conantur, de quo 5. libro agendum. Quanto enim apud Deum in honore sint, apertè docuit illa arcæ sacrae captiuitas, eo sine à Deo permissa, vt mali Sacerdotes punirentur: quod Prosper 2. de Prædict. c. 24. docuit his verbis: *Sic enim Deus Israël irascitur peccantibus Sacerdotibus, vt etiam sacris locis suis, vastisque non parcat.* Cum his agere maximore oportet, eos honorare, cuiusvis sint conditionis. Docuit hoc David 1. Reg. 24. adeò Saülis venerationem in pretio habens, vt eum tangere timeret. August. contra epist. Patmeniani, c. 4. *Venerationis mystico Sacramento tantum honorem derulit, vt id neque in sceleratissimo Saüle contemneret, imò tantum veneraretur, vt amplius omninò non posset.* Commendatum est nostris hominibus, ne publicè arguantur, ne ab eis fugiundo notentur: satis enim est ad eorum correctionem, peccata, quæ solent illis obici, in sæcularibus damnare, & quantam

Prosper.

1. Reg. 24.

August.

grauitatem habeant, ponderare. Maria, & Aaron eodem peccato maculati fuerunt: at illa lepra punitur: non tamen Aaron, qui Sacerdos erat, Num. 12. Rationem reddit Saluian. de Dei gubernatione: *Maria igitur supplicio afficitur, vt Aaron confusione mulctetur.* Aliud enim remedium quaerendum est, vt eorum necessitatibus subueniatur. In locis paruis, quanuis noti sint omnibus mores Sacerdotum, (imò procliuiores sunt omnes ad eos damnandum, & carpendum, cum culpa non vacant, quam ad tacendum, & silentio honorandum dignitatem,) Nostrorum reprehensione furiosiores redduntur, & omne euertitur remedium. Oportet igitur cū eis frequenter agere, donis eos obligare, ac allicere, spiritualis libellos tradere, vt aliqua legant, & delectabilia, & vtilia. De occupationibus frequentibus eos interrogent, in quo genere operis totam diem consumant: & videntes eos titubare, & verecundia suffundi, generalia quædam documenta ad vtiliter tempus terendum, quæ Sacerdotibus feriatas à laboribus congruant, tradant, ne singulares videantur; cum omnibus ista tractent, & quantum munus gerant, exponant, quanta cum puritate & reuerentia exercendum. Lucæ 5. non fert Petrus Domini præsentiam, quasi magnum à se proiciens onus, cuius magnitudo amoris, & reliquorum bonorum ipsum obliuiosum effecerat: tantum enim Deum frequenter secum gestare, timere deberent Sacerdotes, & onus grauissimū sui muneris. Hoc ponderans Petrus Chrysol. Sermon. 147. dicebat: *Hoc dicebat: quia, quidquid amoris & fidei erat, pondus pavoris extinxerat.* Ab eo, qui inter eos præest, ad Capitulum vocentur hora assignata. Multi hoc vitare contendunt, inter reliquos socios schisma seminantes, & dicentes, hoc Episcoporum proprium: eos verò publicis Concionibus interesse, vbi libenter audient, quæ ex suggestu dicuntur, vellèque Nostris eos arguere, & defectus obiicere, sicut Gillibertus Sermon. 1. notauit explicans verba Isaïæ 57. *Suscipisti adulterum, & dilatasti cubile tuum.* Et addit: *Strati dilatationem obiicit animæ adulatoræ.* Cui verius hæc congruunt, quam Sacerdotibus, qui quotidie Deum quasi in lecto, in pectore continentes, simul dilatant, ac extendunt illud, vt alterum suscipiant; alienis, videlicet, oblectationibus, quæ statum eorum dedecent. Hanc obiectionem timentes fugiunt priuata, & clandestina verba audire, existimantes malam aliquorum famam ad Patrum aures peruenisse. Si talia impedimenta senserint, ad illud superandum duo necessaria sunt: vnum, licentiam Prælati in scriptis deferant; vbi inter ea, quæ exercere debeant ministeria, hoc vnum apertè exprimant. Secundum, eos certos reddant, nec in eorum mentem tale consilium venisse; sed desiderare alloqui quædam multum distantia à vulgi doctrina, & propria hominum alienatorum & communi ceterorum consuetudine. Si enim aliquid aduersus eos didicissent, cui interesset, id notum facerent, magna cum charitate, & veritas rei patet, & potius male loquentes, liberius, & securius arguere possent: honorem enim Sacerdotum ipsosmet in pretio habere, & illum tangentes, propriam pupillam vulne-

Num. 12. Saluan.

Luc. 5.

Chrysol.

Gillibert.



rare. Sciunt enim odio esse secularibus, & ex paruis signis, leuitatis cumulum confingere, vt eos detrectent: se verò potius, sequi eorum partes intendere, murmuratores pungendo: morem sequentes illius Magni Athanasij, qui ob Sacerdotum defensionem nec ipsi Imperatori pepercit. Apologia enim ad Constantium ait: *Exemplo Doeg mutato, cuius insidia contra Sacerdotes plurimum valere: sed auditor ibi Saul ille iniustus fuit.* 1. Reg. 22. Alludit enim ad Doeg, qui coram Saul factum Sacerdotis in Dauidem carpsit. Quibus verbis placati debitum officium eis iniunctum proponant, etiam, quantum dederit eis Dominus, exaggerent, de quo nihil in presenti. De eiusmodi Concionibus 4. libro latius agemus. Statuant, ipsis contententibus, certam horam, & vnam septimanæ diem, ad eadem repetendum, & alia ipsis vtilia paulatim exponant, & vt amicos conuocent, suadeant, certiores factos de rei vtilitate, deque securitate nihil audituros, quod eis rubori sit.

Si qui ad Confessionem accedant, benignè, & magno cum honore suscipiant; & audita Confessione, quæ supra de Confessionibus agentes diximus, cum eis tractent, & exercitia suadeant, vt generali Confessione ibi decocta securiores euadant, & virtutis carpant viam magna cum alacritate.

In dicta Regula 11. assignatur pro occupatione Nostrorum, casuum conscientie explicatio, maximoperè his hominibus necessaria: hoc tamen solum tentari posset, vbi degunt è Societate aliqui per aliquot annos. Inuitari tunc ad hoc exercitium gratum esset, tum aliquibus ex eorum gremio, tum popularibus; attendentes vnum ex Sociis in hoc munere occupandù; vt doceat, quæ præ manibus versantur, & non rarò ignorantur: secundum, vt eos occupatos teneant: tertium, vt ad studia priuata eos assuecant: quartù, vt rogent, quæ meriti conscientie non audent, & nullo præuio lumine exercent audaciter. Cum enim præ manibus versentur diuersorum casuum responsiones, quiuis audax redditor ad ea roganda nomine alterius, quæ ipsi necessaria sint. Ne ergo nouum hoc arbitrentur, regulam talem occupationem præscribentem relegant: sufficere enim hoc, vt sibi promittant bonum habitum exitum, & plurimum lucratos, si in hoc hominum genere iuuent populares. Dixi, gratum, tum rationibus positis, tum ne ab ignorantia laborantibus curentur: fortè enim peccatis suis hoc meruerunt pro pena habere, videlicet, ignorantes magistros. Illud Ieremieæ 2. 8. *Sacerdotes non dixerunt: Vbi est Dominus. Et tenentes legem nesciunt me.* exponit Gregorius de Sacerdotum ignorantia, culpa populorum permissa 1. p. Past. c. 2. *Quæ Pastorum impesitia sapè meritis subditorum congruit, qui, quantum lumen scientia sua culpa exigente non habeant; districto tamen iudicio agitur, vt per eorum ignorantiam, & qui sequuntur, offendant.* Vt ab hac labe purgentur, gratum illis erit, instructos habere Ministros, quibus fidere possint conscientias, Fœdissimum quidem est, in Sacerdote non esse, quod in secularibus inuenitur. Arguit illa Iudith Sacerdotum consilium tradendi Assyriis, ciuitatem, si intra certum tempus Dei auxilium

1. Reg. 22.

1. Reg. 22. Gregor.

Indub. 8.

præstito non sit, & in eorum fauorem non aduerterit. O ignorantia sapientium! quod femina in cubili cognouerat, & pro certo habebat, Deo non esse assignandum tempus; sed de futuro auxilio certos esse debere; hoc nesciunt Sacerdotes. Angelus Zachariæ, natiuitatem Ioannis nunciavit: at ille: *Vnde hoc sciam? ego enim sum senex.* Luc. 1. Hoc ipsum ignorantiam condemnat, quod Sacerdos, & grandævus nesciat Deo omnia possibilis; & quæ hominibus inaccessa videntur, ipsi ad nutum obsequi debere. Petrus Chrysol. Serm. 90. *Nonne, quantum senectute longa spem posteritatis amiserat, tam longo vitæ usu fuerat edoctus, quod Deus impossibile nihil haberet.* Hæc tendunt, vt probatum maneat, damnabilem esse ignorantiam in Sacerdotibus, & dedecere à feminis, & secularibus ea discere, quæ ipsi aliòs docere oporteat. Ament igitur Concionum frequentiam, & casuum conscientie disciplinam, vt ab ignorantia purgentur, & populorum Magistri fiant, ne cæci duces dicantur, & cæcorum interitus.

Sic agentes cum Sacerdotibus, & affectos eos sentientes, quos viderint maiori imbutos feruore, & deuotione, speciatim instruant, & suæ absentie vicarios instituunt: fortè enim acti à Deo, metu omni depulso, audaciorisque facti, puerorum educationem, Christianæ doctrinæ curam, Xenodochiorum suscipient visitationem, incarcerationisque, & afflictos consolari non recusabunt, & in omnibus publicis ministeriis Nostrorù vestigia sequentur. Ita solet Deus suscitare pro patribus filios, & nouos milites ad spirituale bellum armare.

Quos scientia viderint pollentes, ad Confessiones audiendas, & scelestas personas instruendas, moueant. Quantum hoc cum eorum officio congruat, patefaciant: non natos sibi, nec ad solam propriam salutem perquirendam vocatos; sed pro aliorum bono, vt legem Domini in labiis ferant, hoc est, ad facili omnibus eam ostendendam credant. Orante Zacharia, & offerente suffitus Domino, audisse: *Exaudita est deprecatio tua.* Num hoc ad solum desiderium filiorum referendum? Minimè: sed ad populi bonum. Verùm hoc in Ioannis natali consistebat, qui multorum futurus erat magister. Ait Petrus Chrysol. Serm. 88. *Putasne Sacerdos tamus sic incensum totum populi, in solum desiderium proprij pignoris addideret? Non utique; sed in bonum commune: quia ad illud procurandum à Domino instituti sunt. Nec valet responsio quorundam, non teneri cura animarum, & hoc munus illis emandari, quorum interest ex officio: licet enim iustitiæ debito ad hoc non teneantur; charitatis tamen, & communis necessitatis verè constringi censendum est: quia paruuli clamantes panem exposcunt: & non est, qui porrigat eis buccellam.* Non serui addicti ad patremfamilias ministrandum, panem egenti, & postulanti concesserunt; sed pater, qui ad id minimè præstandum tenebatur: vt doceat, sic egentibus, (quantis Curati Sacerdotes non respondeant,) non negandum panem, nec dimittendos ieuunos; sed eum, qui minimè adstrictus est officij debito, eos alere oportere.

Ita agant cum Sacerdotibus, eos in honore maximo

Luc. 1.

Chrysol.

Luc. 14.

Chrysol.

Luc. 11.

maximo habendo, & præueniendo in politia, sine aliqua ætatis, ac status consideratione, vt minimè iocose cum eis ludant, inuitari ad mensam non permittant, nisi id seruiret ad eorum spirituale, lucrum. Quemadmodum hoc præ oculis habens, solitus erat facere Franciscus Xauerius. Verùm vrbauitatis, aut familiaritatis causa nullo modo ad eorum computationes, ac mensas accedant; nullam ab eis elemosynam accipiant; nisi ex charitate velint ad propriam sustentationem iuuandam, aliquid suppeditare, ne aliis oneri sint, aut tenui alimento destituti inueniantur. Pro Missis dicendis nequaquam quidquam accipiant: solent enim hæc notari, & in absentia Patrum, silentio præteritis circumstantiis, murmurari, & cupiditatis nota inuari. Dicant, non solere, nec posse elemosynam pro Missis accipere; sed gratias eas dicere secundum rerum exigentiam; scrupulosum tamen esse aliis eas commendare, & pro commodo aliorum, propriam grauare conscientiam. Nec quæsituros vtilitatem temporalem aduentasse ad eos; sed pro animarum lucro, & Sacerdotum vtilitate nullam stipem eis offerri posse gratiorem, quàm eos sanctitate imbutos relinquere, & curam illius populi suæ delegare sollicitudini. Missione finita ad eos scribant, mittentes eis aliqua munuscula, in memoriam, & amoris signum, vt cepta perficiant, & rationem reddant status rerum, an conseruentur statuta, an in deterius res abeant, vt videant, qua via & fulcire, ac resarcire ea valeant.

CAPVT XXIV.

Quæ alia curanda in Missionibus in populis degentibus; exercenda tamen ab instructis hominibus.

7. p. Constit. 10. lit. E.

Ordinem constituens P. N. S. Ignatius operibus exercendis in Missionibus, vt populares ea exequi valeant, & ad id à Nostris excitentur, primo loco spiritualia assignat. Secundò verò corporalia, quæ licet virtutis sint, ad corpus tendunt, vt opera misericordie corporalis cum egentibus, & necessitatibus oppressis exercere. Primi generis sunt, quæ ad Nostris spectant, & quæ ad alios. Nostris curare debent omnia, & velut ex specula contemplari, quæ damnus graue commune publicum inferant; quæ verò vtilitatem maximam conferre possint: illa vitare tenentur; ista inducere, & magna cum prudentia, ac fortitudine statueri.

De primis dicendum pauca. Ea sunt præuæ consuetudines, quæ solent in populis irrepere, & quasi malum à natura acceptum, totam Rempublicam inficere, & maculare: sunt enim peruersissimi abusus, ita ab omnibus in vfu habiti, vt nec Præsidum, nec Præsulum studio, aboleri hucusque valuerint, aut fortè, quod intentatum fuerit, non attendentium, quantum inde malum serpat. Patres verò, qui conscientias examinant, & attentè considerant, quæ frequentius ferè in omnibus sit, propter talem abusum, introducenda pestis omnes inficiens, & denigrans, etiam delendam esse statuent: tunc enim nihilis totis curare oportet, vt radicibus intereat, & vt omnes prospiciant, quanta inde

pullulent, emergantque damna, vt consuetudinem præuam abiciant, & odio prosequantur: vt enim 1. lib. diximus, D. Augustin. in quadam Missionem, iam Episcopus factus, in nullo negotio maiorem adhibuit conatum, quàm in delendis, & extirpandis abutibus illarum gentium, & studio Sancti Doctoris, prædicatione, lacrymis, vique orationum, omnes conuicit, vt à tam innata consuetudine discederent. Quo factum est, vt facies populorum mutaretur. Solent inhonesta quedam vim vsus habere, palliata quidem sub nomine lætitiæ, & celebritatis. Item, choreas institui in vsu est, inter viros, & feminas permixtim se tangentes, & motibus, ac signis prouocantes ad lasciuiam; affectus suos promentes; quæ ad simplicitatem, & hilaritatis indicia, referri assuescunt: cum tamen lateant ibi maxima luxuriæ irritamenta. Recordentur illius ludi Isaac, & Ismaëlis, quem persecutionem dicit Paul. ad Gal. quare odio habitus à Sara, ancillam, & liberum, à latere filij eliminavit: licentia enim hac concessa, & auctoritate firmata, facile est feminas iuuenes contrectare, & ad impudica prouocare: inde obscæni amores, ornatus sollicitudo, absconzarum loquelarum cura, munerum elargitio, quibus captatur voluntas, & misera irretitur anima: hæc enim, nisi decentissimè fiant, omninò delenda, & abominanda sunt, tanquam semina totius luxuriæ, & accensi amoris, tam inter se fricantium, quàm aliorum intuentium, & malitiosè contemplantium.

Similiter esse in vsu solet, feminas solas ambulare, turmatimque incedere, campos vagantes perere. Hinc iuuenes occasionem captant eas requirendi, & sollicitandi: cum enim ab oculis matrum distent, & inter similes versentur, nec timeant earum leuitatem referendam esse maioribus, audaces ad quoduis perpetrandum malum fiunt.

Solent nocturnos exitus non timere, & colore alicuius deuotionis vagari puellæ extradomum, vnde plurima sequuntur incommoda, & periclitatur castitas. Id ipsum contingit, cum aut filia, aut famulæ à parentibus, & dominabus, ad quedam portanda, nocte mittuntur. Quemadmodum venatores insidias retium parant, vbi intelligunt frequenter esse futuras aues, aut animalia: ita iuuenes hanc nanciscuntur occasionem, vt incautis puellis retia parent; aut si quæ inter eos sunt amoris initia, facile tenebris tegentibus, solent conuenire, & assequi, sapius tentata verbis.

In finita his similia inueniuntur in locis incautis, vbi ignorantia potius, quàm malitia oculi hominum caligant, ne tot inde emergentia mala conspiciant: quæ si expendantur, & obrutibus audientium proponantur, vitabunt inde secutura scandala. Arduum planè opus, sed necessarium: vim enim magnam vsus rebus infert, necessitatem inducit, naturæ leges imitatur, vt optimè notauit Basilii q. fusè disp. q. 6. *Non paruum est autem hoc certamen, consuetudinem superare: consuetudo enim per longum tempus confirmata, natura robur accipit.* Verùm difficultatis obstaculum tollendum est, magnitudine inde emergentis vtilitatis perspecta: nam vnum malum, à plurimis semel ablatum, liberat. August. 8. Confess. cap. 4. optimè ad hoc ait: *Plus enim hostis*

Gal. 4. 29. Genes. 21.

Basil.

August. hostis

hostis vincitur in eo, quem plus tenet, & de quo plures tenet. Hunc hostem consuetudinem esse credo, quæ tenet, ac ligat fortiter irretitos, quæ vt vincat, conatur, & qua multi tenentur, eam sequentes, tanquam inuitabile malum, & exemplo aliorum vires capiens.

Speculentur etiam, an aliqua scandala odorantur, siue quia similitates publicæ omnes offendunt, siue ob aliquos concubinitus, siue quod iniusta in publicis officiis exercentur, siue murmuraciones grassentur, honores præcipuè sceminarum, Sacerdotum, Præfectorum, Prælatorum; hæc omnia delere tenent, magnæque diligentia è medio auferant, quantumvis tempore, & personarum autoritate sint firmata: plus enim valere oportet legem à Deo præscriptam, quam hominum inuenta, & vsu ad legantem mensuram peruenientia: vbi enim Matth. 18. de malo scandali, & eius remedio Dominus agit, duo notanda sunt. Primum, illud: *Si autem oculus, manus, pes scandalizat te.*

Matth. 18.

Matth. 5. 30  
Orig.

Secundum Origenem per oculum Sacerdotes intelliguntur. (Eadem comparatione vitur Saluianus infra.) Sic in ecclesiastico corpore, etiam si pauci sordida faciunt, prope totum ecclesiastici splendoris lumen obscurant. Quemadmodum oculum turbat paruum offendiculum. Per manum Diaconos, per pedem reliquum populum accipiendum putat addens: *Quibus omnibus parcere non oportet, si scandalum Ecclesia facti fuerint.* Secundum, docet hoc Christus verbis illis: *Expedis ei, vt suspendatur,* &c. Pro bono enim scandalizatoris certatur, cum è medio tollitur, ne eius causa malum serpat, & damnum reliquis inferat; quatenus, vt inquit Chrysof. hom. 60. in Matth. *Scandala quidem sunt prohibitiones recte via.* Ne ergo ab ea discedere nos compellant, è medio tollenda sunt. Pauci quidem reuertit solent, & aliud ire, ne scandala offendant, vt refert de vno Benedicto D. Gregorius, cum iuuenis esset, in Dialogis: *Recessit ergo scienter nescius, & sapienter indoctus.* Quis ita prudenter se gerens, vt foueam scandalorum videns, ab ea elongetur? Curandum ergo, vt eiusmodi mala radicibus euellantur. Præterquam quod non respondebit labor expectationi omnium, & munus suum iniquè gerent, qui aduersus hæc scandala non certauerint, vt ea penitus destruant: si enim causa eorum, vt Dominus inquit, necesse est, vt suspendatur, vt è medio tollatur aliis cadendi occasio: quid dicendum putamus de eis, qui malum cernunt, & illud vitare non intenderint nisi- bus totis, omnem lapidem haud motum relinquentibus? Imputabitur planè eis tale malum, & grandiores radices emittet, vt plus radice- tur, si finita Missione res in pristino permanere statu homines videant. Illa Maria, peccatrix in ciuitate dicebatur Luc. 7. quod vitæ perditæ culpam in omnes spargebat, quatenus è medio non auferbant terretimum viuendi licenter modum. Saluianus lib. 7. de gubernat. sic habet ad hoc: *Quasi paruum piaculi esset, si malo illo, malorum tantum inquinarentur auctores: per publicam sceleris professionem fiebat etiam scelus integra ciuitatis.* Quanto magis in culpa erunt, qui ex munere suo tenentur publica scelera tollere, clamare aduersus ea, auxiliares copias exposcere, tam secularis, quam ecclesiastica

Chrysof.

Gregor.

Luc. 7.

Saluian.

potestatis, piorum virorum, & omnium qui charitatis lege tenentur Dei honori fauere. Inculcent, peccare grauius talia scientes, & remedium non adhibentes, & verba eiusdem Saluiani dicant: *In cuius enim manu est, vt prohibeat, iubet agi, si non prohibet admitti.* Idem. Certum quidem est, tentanda prius esse, (vt supra notauimus) media suauitatem redolentia: monendi, qui scandalum præbent; separandi ab inuicem, aut saltem pars vna conuincenda est, vt hoc vitet malum: aduersus quidem proprium caput certat, quoties persistere in eodem cæno conatur, quod notum sit omnibus tale commercium intercedere, & famam ipsius acriter vulnerari, ita vt à maximo ad minimum ab omnibus notetur. Solent perdiri homines tempore Missionum, amicas, seu concubinas comminari, si ad Ecclesiam accedant, si cum Nostris res suas tractent, si domi egrediantur, ne spiraculum quidem aperto paruo foramine ingredi possit. Si hæc ad eos peruenierint, aliqua via tentent alloqui eiusmodi miseram peccati seruam, & vile mancipium: solent enim vi quadam metus compelli, ne ab amicitia resiliant, & seruiunt potius necessitati, quam voluptati. Quod si resciunt, hoc ita esse, sulti autoritate Iudicum, & Prælatorum, eiusmodi è tam duro eruant carcere, & in libertatem filiorum Dei transferant, vt scandalum cesset, & fera illa immanis prædam non diripiat, & dentibus perfidiae suæ dilaniet.

Alia spiritalia, quæ defunt, vt plurimum inducenda sunt magna cū dexteritate, & omifis, quæ capitibus præcedentibus teriginus, ad spiritualem profectum spectat, frequens, vsus Sacramentorum, de quo egimus. Omitto prædicationem verbi, omnia clarè exponendæ, stylo, videlicet, hominis; hoc est, omnibus accommodato magis ad rem, & præter aliorum vsum. Paruas instituunt Conciones pomeridianis horis, vbi tractantur domestica, & omnibus trita documenta, doctrinæ Christianæ capita, & quomodo cum parentibus filij, parentes cum istis, serui cum dominis, & contra, se gerere debent, quæ eis iniungere, quid prohibere teneantur. In his miscentur exemplaria, imò solent ad ista ex primæua intentione vocari ad pulsum campanæ, omnes hæc gratissime audiunt, tenacius tenent, & referunt domesticis, & magno cum fructu percipiunt.

Hic inferenda essent spiritalia opera, quæ diuturniora sunt, vt certis temporibus tale, vel tale spirituale exercitium, quod omnibus congruat. Sed de hoc latius cap. sequenti.

Suadeatur omnibus, virtutes exercere, quantum frequentius id consequi poterint, ne carnaliter, & sine fine virtutis operentur, & inutiles telas aranearum conficiant. Vt initio diei, pro primo mane, Deo omnia sua dicent; quotidie Missam audiant, etiam si laboribus sint implicati; locum tamen dent huic penso, in quo soluendo magnum fructum experientur: nec ob id tempus præfixum domesticis dilabatur; sed felicius omnia consummabunt: vt Dei præsentia recordentur, ad ipsum referant, quidquid præ manibus gestauerint. Benedictione ad mensam accedant, & gratiarum actione recedant. Crucis signo frequenter vtantur, præcipuè cum è lecto surgunt, cum domi

domi exeunt, Ecclesiam adeunt, aliquid aggregantur opus, & cum cubili se dederint: armati hoc signaculo, ab hoste liberabuntur, qui quotidie infestare in externis occupatos non cessat. Aqua benedicta domum adornent: ea frequentissime vtantur, cum à lecto surgunt, & ad eum redeunt: & hoc domesticis suis præcipiant. Iuramenta euitent, & maledictiones abhorreant, ea omnia in se, & in suis acriter persequendo, quousque omnino hæc pestis cesserit. A murmuracionibus caueant, & proximorum honorem, vt proprium, indemnem custodiant, tanquam depositum sibi traditum. Videant, quid velint de eis dici; & hæc eadem de absentibus audiant, & loquantur. Nihil humanum agere patiantur, cum, præter opus, solum Deo intentionem consecrant, quæ occulta est, & opus spirituale reddit, ac dignum merito; non coniugem, patrem, matrem, seruos, heros intuentes in iis, quæ gratia ipsorum operantur; sed iustum à Deo, vt in his occupentur, & vt eis placeant libentissime aliis præstare, tanquam reddentes ei hoc debitum, non creaturis: quo fiet, vt magnum cumulum meritorum in cordis arca recondant. Ad hoc valet, quod Origenes notauit hom. 1. in Iud. libro, cap. 2. vbi habetur: *Seruiuit populus omnibus diebus Iesu, pro, seruiuerunt Domino cunctis diebus eius, Iosue, videlicet, siue Iesu Naue.* C

Origen.

Idem.

Idem.

Iob 1.  
Gregor.

His innixus verbis, suadere conatur omnibus, vt Iesu seruiamus in omnibus: & sicut dies eius finem non habent; ita obsequia nostra istum ignorent: & quemadmodum dies diuersi sunt, sic opera, quibus Domino seruire tenemur, diuersa sint, scilicet, virtutes multiplices exercendo, nunc vnam, nunc aliam assumentes, vt eis, velut ornatu quodam cælesti, venustissima facta manuum nostrarum redantur. Sic habet: *Qui habet dies Iesu in se, seruiit Domino omnibus diebus. Multi sunt dies eius: vnus dies est iustitia, alius sanctificatio, alius misericordia, & singula virtutum bona, in quibus Domino seruiunt. His autem virtutibus animi Domino placeat. Non quod careat aliqua harum, & similitum: sed, quemadmodum cytharædus, nunc fidium vnam, nunc aliam pulsat, vt musica concentum conficiat: ita virtutibus ornatus animus, non simul omnes ad opus excitat; sed pro opportunitate, aut Dei excitante auxilio, diuersimodè exit ad opus. Addit idem Origenes: *Vt omnibus his virtutibus adornatus, & in earum actibus positus seruiat Deo.* Hoc significauit illa, per hebdomadæ circulum, conuiuantium fratrum, ac sororum festiuitas: *Cum per orbem transissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos.* Exponit factum istud Gregor. ibi de conuiuio virtutum, quorum vna nunc, alia postea, sorores, & fratres in vinculo charitatis coniunctos inuitant, vt de illorum virtutis lætentur profectu. Ita omnes Christiani ad manum habeant frequentem virtutum vsum, vt se mutuo iuuent, ac excitent, & inuitent ad simile opus faciendum, & dicandum Deo omnium auctori, ac conseruatori. Si enim in his occuparentur fideles, haud dubiè quin inter opera domestica, & mercaturæ sollicitudines, futis labores, euntes, & redeuntes, ambulantes, iter agentes, & domi versantes, maxima possent lucra spiritalia comparare.*

Ante cubitum, & cum manè surgunt, aliquas de more habeant orationes, quas deuotè recitent: & licet omnibus Sanctis communis laus sit exhibenda; quosdam habeant Patrones, vt Angelum Custodem, Sanctum Michaëlem totius Ecclesiæ Principem, sui nominis prototypum, & alios pro diuersitate affectuum; & super omnes Beatissimam Virginem assidue deprecantur, ad eamque veniant, tanquam ad salutis portum, & Cæli scalam, confugiantque ad eam in tribulationibus, & cum aliquid enixè expetunt, & ea interueniente assequi pro certo habeant, fauore ipsius implorato. Hoc idem domesticos doceant, vt similes sibi reddant. Inter alia gratissima Virgini recensetur Coronæ recitatio quotidie; Sabbathi ieiunium; Festa eius colere Confessione, & Communione; aliquam stipem pauperibus erogare nomine eius; mortem felicem exposcere eius interuentu. Hoc facientes facile erit suos eadem monere, & deuotos Virgini reddere. Si legere sciunt, nulla prætereant dies sine linea: aliquid spirituale relegant, vt quid ruminent, memoria teneant; & vt discant, quæ ignorant, & luce illius libelli, quæ agere, ac vitare teneantur, discant. Ante cubitum ad seipso redeant, & examen conscientie faciant, à primo mane horas, & facta in eis recensentes, vt si deliquerint in aliquo graui, vel leui, memoria retineant ad Confessionem; & de eo tunc doleant cum proposito non delinquendi amplius. Si graue quid inuenerint, quamprimum confiteantur. Sciant actum contritionis componere paucis verbis; sed magno cum dolore, ac displicentia. Hieronymus sic exposuit illud Psal. 4. *Que dicitis in cordibus, & in cubilibus, compungimini. Et quod in die cogitando peccatis, nocte expiate per lacrymas. Si egritudo non deest, nec deest remedium.* Psal. 3.

Commune vulgaribus vitium esse solet iracundia, ac impatientia: potius enim effrænes bestia, quam ratione ornati homines videntur. Hinc iuramenta, temerariæ comminationes, maledicta, rixæ, & aduersus maiores, & parentes inferiorum irreuerentiæ. Hæc vitent, quanta cū diligentia possunt, & animum mansuetudine perficiant, vt affluant labores ferè patientissime, tempus arguendi cum fructu expectare: verba dicere, quæ verecundiam excitent, non tamen iram accumulent, & iniuriam redoleant.

Diebus festiuis Ecclesias visitent ad vesperam diei, non vt cum vicinis sermocinentur; sed, vt diuinis intersint laudibus, vt Dei memores se, & sua commendent; assueta maiori cum deuotione repetant, semper reuerentiæ memores, quæ Deo, & Sacramento debetur; vt inde ad domum denoti redeant; secum filios, & filias deferant, vt discant maiorum exemplo, quæ ibi exercere oporteat, ne etiam relicta sine pædago liberius cum similibus iocentur; assuècant tamen spiritalibus vacare, & sciant, otium festorum, non ordinari ad liberius agendum, ad ludos, & choreas. Sed ad Deum laudandum, & animæ profectum exquirendum. Vtantur instrumentis, quibus affligitur corpus, quantum non impositum sit à Confessore, nec peccata grauius id petant; sed, vt imitentur Sanctorum exempla, & sup: omnia



omnia Christum Dominum, cuius Passionem frequenter meditentur, & visis imaginibus Crucifixi recogitent, quæ sine debito pro nobis passus fuerit, & capiti membra congruant, vt caro delicatè non nutriatur, ne resiliat, & ad illicita pronocetur luxuriosius, & delicatius curata. Ieiuniorum haud obliuiscantur, etiam si ætas non obliget; & filios ad ea moueant; non tamen sub peccati debito, eis ista iniungant; sed vt Deo gratum pœnale opus offerant.

Hæc quidem documenta ad spiritalia, & priuata spectant opera; corporalia verò ad quatuor rediguntur capita. Primum, in carcere de- tentos visitare, stipem eis mittere, eorum causas iuuare, vt supra dictum est. Secundum, hospitalitatem exercere: dupliciter hoc fieri solet. Primum, Xenodochium, si quod est in oppido, inuisendo, & infirmos consolando, leuandoque eorum laborem aliqua recreatione, stratum versando, aut delicatum cibum præbendo, fieri solet. Secundò, infirmos in suis lectis iacentes requirendo, præcipuè si necessitatem pati senserint, si desertis humano auxilio viderint. Procliuius sint his, & similibus manum porrigere, quàm aliis, qui alimento, & iuuamine vtrunque sit, & dignum laude; illud propius accedit ad Domini exemplum, cuius affectum, & oculos rapiebant hi, quos desertiores cernebat. Tertio, opus est elemosynam egenis impendere, & elargiri. Mendicos ostiatim posulantes non licet spernere, quanuis ad omnes accedant: si vacui à quouis mittantur, peribunt: quod omnes iuuari ab aliis, possunt fingere, & eos ieiunos relinquere, hoc quidem impium est. Si aliquos saltem benignè susceperint, & aluerint, licet omnibus non possint ira fauere, alij de his curabunt, Dei prouidentia disponente, ne cui necessaria desint. Sunt tamen alij egeni spiritaliores, quales Religiosi, Hospitalia, captiui, & alij, pro quibus demandari solent elemosynæ. Magnum, & gratum his fauere est. Sunt præterea domi existentes, & egestate confecti, qui nec laborare, nec mendicare solent, aut decet: si enim tales inter populi ditiores partiantur, vnus curam vnus, alter alterius lumentes, obsequium Deo, dignum præmio præstabant. Cogit ad hoc vicinitas: eò enim in vnum corpus Reipublicæ componuntur, vt firmiores debiliores, velut sibi impostum onus, portent. Hinc illa mensa dicta agapis, siue charitatis, siue Dominica, vbi ditiores pro se, & suis, & egenis alimenta ponebant: cuius defectum notans, & carpens Paulus ait ad Corinth. *Iam non est Dominicam cenam manducare, alius quidem esurit, alius autem ebrius est.* Sua quisque quærebat commoda, & nulla illis cura de egenis: vbi notauit Chrysof. hom. 27. prius arguere scissuras eorum, & schismata. *Audio scissuras inter vos. Quæ dissidia notantur? Quæ sunt circa mensas, inquit Chrysof. Verè enim, si non sustentantur egentes, scinditur charitas, periclitatur amor debitis conciuibus, & vnusquisque sua commoda quærens, aliorum obliuiscitur, & quæ communia proportione seruata esse oporteret, propria sunt. Iam non est Dominicam cenam manducare.* Alludit, inquit, ad cenam peractam cum Discipulis, post Synaxim, hoc est, Corporis, & Sanguinis participatio-

nem, quæ nec Iudæ negata fuit. *Nunc autem non sentis eam esse Dominicam, vt qui non sentis eam esse communem.* Nec caret mysterio alios ebrios dicere, alios verò esurientes. Chrysofomus de nimia ventris ingluuie eos notare arbitrat, id credo: sed etiam addi potest, ob nimiam temporalium bonorum copiam, velut ebrii, obliuiscuntur eorum, quæ præ manibus habent: ita isti indigentium necessitatibus haud attendunt, ventris nimis solliciti effecti. Semper visa fuit difficilis, & paucorum, ista egenorum curæ: & quanuis alia opera virtutum aggrediuntur, hæc charitatis officia deseruntur. Ille, qui totam legem seruasse à iuuentute mentitus, iussus à Domino, vt elemosynis expendere bona sua, vt eum liberius sequeretur, tristis discessit: *Multas enim diuitias habebat.* Quod expendens Gaudentius de Villico agens ait: *Cum ille se omnia custodire iactaret; extorqueri tamen ab eo ad præbens vnum mandatum non potuit, vt misericors esset in pauperes, & thesaurum suum transferret ad cælum. Nec immerito tristis: quia gaudium celestis thesauri, malo auaritia possessus, possidere non poterat.* Imminet planè periculum, & ingressus in cælum ianua constringitur, ita vt acus foramen imiteretur, his, qui hæc pietatis officia recusant, & in vicinis, & notos sibi, crudeles efficiuntur, nec eos inuisendo, nec stipem erogando, nec curam illorum agendo: qua via latam viam reddere possent, & thesauros ad cælum transferre, vbi securi permanerent in pauperum subuentione terrenas diuitias consumendo. Quod autem iuuenis ille, de quo supra mentionem feci, mentitus fuerit, probat Hieron. in dictum locum, aens: *Hic qui interrogat, & adulescens, & dines erat, & superbus, & non vno discens, sed tentantis interrogabat.* Rursum: *Fraudulenter interrogabat, que sunt illa mandata? quæ non ea ipse legeret.* Id ipsum Origenes in 19. Matth. expressit, cui annecte Basilium, qui ait: *Præceptum, quod tibi à Domino impostum, aperit demonstrat, te charitate destitutum.* Signum manifestè ostendens ficti animi, & tentantis Christi sapientiam potius, quàm Deum honorare volentis. Imperfectus etiam hom. 3. in 19. Matth. ait ex persona Christi: *Scio quidem, quia mentitus es, & interim accipio ista quasi vera.* Idem sentit August. epistola 89. Ambros. in 18. Lucæ: *Versuta interrogatio, & idèò arguta responsio.* Quod autem dicatur Christum dilexisse, responderi potest cum Chrysofom. hom. 64. in Matth. *Quia accesserat ad Christum, tanquam ad hominem; Christus, tanquam homo, respondit ei.*

Quartò, circa defunctorum animarum curam alliciendi sunt, vt in eas misericordes sint, suffragiis, & oblationibus iuuando: gratissimæ enim sunt, & rependunt vicem largissimè. Præterea hoc idem præstabant id facientibus alij, & in eos misericordes erunt. Nec deserenda corpora, quæ in nostra manent potestate: de pretio enim Domini sepulcrum comparatum fuit peregrinis, & derelictis, ac incognitis hominibus, vt nostro pretio comparemus, quod ad funebre officium spectat; præcipuè si pauperes sint, qui sepulturæ mandantur, ne velut deserta, & insepulta nostra culpa maneant corpora defunctorum. Ad hoc opus Tobie exemplum monet, in terra captiuitatis, & cum vitæ periculo, infatigabiliter fratrum suorum cadauera

terrarum dabat: vnde illi labores multi; sed plures virtutum, & terrenarum felicitatum fructus carpsit, ne imitatores simus illorum Arrianorum crudelium, quorum meminit Athanasius Apologet. de fuga sua, qui & plurimos occidebant ex Catholicis; eos tamen insepultos relinquebant: *Quod putarent suam crudelitatem posse latere.* Ibi enim ostendebatur: sicut in his parat, qui cadauerum curam non habent; nec in hac extrema positos necessitate iuuant; aut, si pauperes sint, præbendo necessaria; aut saltem officium pietatis non recusantes, eos ad sepulturam conducendo, & luminibus, oblationibusque iuuando; aut, si sepultura caret, propriam concedendo, memores illius Ioseph, qui sepulcrum sibi elaboratum Christo Domino pauperi, & omni humano fauore destituto, tradidit. Quod Theoph. ibi refert ad eos, qui IESVM præsentat: *Imitare & tu Ioseph, adde aliquid bono: Ioseph enim interpretatur additio: & nuditatem tege Christi, hoc est, pauperis.* Nec isti arbitrabatur Filio Dei hæc præstare; sed pauperi, & necessitatem patienti: *Ne in sepulcrum (spectaculum crudelitatis factus) maneret.* Ita idem: vt enim hæc pietatis officia vno complectamur verbo, sciant ea in pretio à Deo, & ad iudicium cum misericordia plurimum valere. Ponderans Theoph. supra myrrham, & aloem aduectas à Ioseph, & Nicodemio, vt corpus Domini his aromatis adornarent, spiritualiter hæc exponens, cum ad officia pietatis nos excitat, addit: *Admisce autem myrrham, & aloem, amara, & mordacia seculi illius iudicia animo oportet reponere, & vocem illam, que maledictos auocat, & in ignem mittit immisericordes, quo nihil amarum puo.* Apprimè sanc, hæc quidem recordatione amari futuri Iudicii, proni reddunt homines ad opera pietatis implendum cum egentibus, afflictis, infirmis, atque defunctis, ne audiant vocem illam terrore plenam: *Ite, maledicti.* in immisericordes, & vacuos hisce operibus, velut iacula, immisiam.

Inter opera misericordie intelligant primum tenere locum correctionem propriorum piæ pudencie, omni seclusa ira, quæ non in vocis magnitudine, aut aspectus mutatione, manuumque collisione, & toruis oculis consistit; sed in affectu potius errantem emendandi, quàm vindicandi animum; ne vltra ad id, quod indecens iudicatur, redeat. Tunc quidem ira culpabilis est, si affectus vindictam prouocet, potius damnum proprium, quàm proximi attendens: cum verò doler huius malum, & inde voces, & alia signa irati hominis ostenduntur, nullum peccatum est; sed id exigit vis, & energia loquendi ad metum incutiendum, & emendam procurandam. Sic ait David: *Iracimini, & nolite peccare.* Senties iram absque peccato, & nudam à culpa dari posse. Vbi Aug. *Suffragante tamè Dei gratia, ratione disciplinabili continemus, & idèò. Beatus Propheta, quod est quidè consuetudinis, permisit; quod verò culpa, prohibuit.* Moderatio tamen adhibenda est in verbis, quæ esse debent absque offensione, in tempore, ne statim ac culpa sit, arguatur; sed sedatis amorum, tam corrigètis, quàm correcti, affectibus, sine virtutis, pro bono, videlicet, illius, qui arguitur. Seuerus lib. 2. de Idasio, & Ithasio, persecutoribus Priscilliani, loquens. Hic hæresim in Hispania disseminauit, aduersus quã insurrexerunt isti Prælati, quos damnat, nõ propter hæresim ocliu, ac detestatione; sed quia nimio affectu

ducti, nõ tam bonum hominis, quàm propriam vindictam quærebat. *Quorum studiũ in expugnandis Hæreticis nõ reprehenderem, si non studio vincendi, plus quàm oportuit, certassent.* Imitentur Deũ, vt peccata è medio tollat iratum, at tunc cessare iram eius docet Plal. 7. *Exurge, Domine, in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum tuorum.* Tunc vincit, cum finem peccator facit peccandi. Vsq̃ huc progredieris. Isti fines, ac termini dicuntur, ne vltra progredi audeat. Arnobius ibi. *Vbi senserint ingrati Dominum irascentem, dant finem impietati suis; & finitis inimicitis, exaltatur Deus in finibus inimicorum suorum.* Hunc finè intendentes, & Deum iratũ imitantes ex correctione filiorum, seruorum, & amicorum, imò & reliquorum, apud quos valet eorum autoritas, plurimos colligēt fructus, & mala futura profilitia vitabunt.

CAPVT XXV.

Quæ stabilia commendanda populis in nostrorum Missionibus.

Abilis humana cõditio, quæ grato animo, & alacri suscipit citò obliuiosa facta, tantum à ceruice iugum excutit, vt liberius viuat. Hoc ad vitandum P. N. 7. p. Const. c. 2. lit. E, erudienti Missionibus occupatos, exposcit ab eis, vt curèt magna sedulitate, quædam pietatis opera stabilia relinquere, in quibus, velut in arce, tota ciuitas in virtutis stadio conseruetur. Sic habet: *Cum autem quadam pia opera diuturniora, & semper profutura sint, vt fundationes aliquæ pie, quæ ad proximorum auxilium instituuntur, alia nimis diuturna, quæ raro, & ad tempus exiguum iuant, constet priora secundis esse præferenda.* Seruanda tamen Reg. 22. Missionum, vbi præcipitur, ne ista sint sine licentia Superioris. Certum est, hanc præmittendam: deinde Prælatorum loci: tertio consensus eorum, quorum interest, tam sæcularium, quàm ecclesiasticorum, quos alloqui prius oportet, expetendus est. Viros igitur autoritate, & virtute probatos, quorum consilio iuuentur, alloquatur, vt ipsi, horum opera, & auxilio oblato, aggredi tale opus possint: nec enim oportet salutare inuatiuum animum, existimantium, Nostros ad ista initiandum, & conseruandum, & quasi humeris propriis sustentandũ obligari: imò potius, quia absentia necessaria est, & opus diuturnum, exposcit homines ibi commorantes; qui possunt his attendere, regulas seruare, dies designatos aduertere, idèò opus est, tales quærere, & hæc onera suscipere, proprium, & aliorum bonum attendetes. Reg. 23. Missionũ sic habet: *Quæ Deo Authore perficiunt, ea, quantum licebit, ita constituat, vt stabilia sint, & diu durare possint. Quod facilius obtinebunt, si res conuenienti ordine disponat, earumque bonum progressum iis commendent, quorum exemplo, autoritate, studio, & diligentia, facile conseruari, & promoueri possunt.* Solet Hispanè dici: *Al enbornar se ensuertan los panes.* Festinatione parata, cruda eduntur, & ea venter non fert: illa verò quæ maturè fiunt, ad quæ homines eliguntur viri, tam sæculares, quàm ecclesiastici, cum æternitate mensurantur. Dies Sabbathum præcedens, Parascue dicebatur: tunc quidem, necessaria ad Festa futura parabantur, & quæ seruabantur, incorrupta manebant. Hoc poriderans Nicænus de vita Moyfis, sic ait: *Præparatio igitur, quæ ad melius est, sola propriè Parascue*

1. Cor. 11.

Chrysof.

Matth. 19. Gaudent.

Hieron.

Origen. Basil.

Imperf.

August. Ambros.

Chrysof.

Tob. 2.

Aphanas.

Matth. 27.

Theophyl. in 19. c. Ioan.

Idem.

Psal. 4.

August.

Seuer.

Psal. 7.

Arnob.

Constit. 8.

Iga.

Reg. Miss.

Nicæni

nominatione: & ita nomen eius à lege constituitur, cuius depositum incorruptio est. Ita planè, opera cecepta magno cum delectu, & præparatione, & ad bonum populorum ordinata, incorrupta seruantur, & diu permanent.

Vt ergo initium hoc detur stabilibus, non parua esse debent; sed alicuius momenti, & notæ utilitatis: nec enim oportet populum mouere, nisi ad ea, quæ primo aspectu intuentium oculis, qualia futura sint, & quantæ utilitatis, appareant. Multæ insurgunt difficultates, quas superare non expedit, nisi pro re magna, & ad Dei gloriam conducente. Notanda quædam Iosephi verba præfatione in libros de bello. Quidam Romanos magnificantes, Iudæos viles dicebant. At ille sic arguit in defensionem suorum popularium: *Non autem intelligo, quoniam pacto magni esse videantur, si parua superauerint.* Nec magnamouenda sunt, si parua, quæ tentantur, inueniantur.

Ioseph.

Iam supra diximus, inter hæc perpetua opera maximoperè interesse; sub cura aliquorum relinquere Doctrinæ Christianæ disciplinam; quemadmodum id magno studio, & quæsito labore probauit S. Carolus Borromeus, ad hoc plures instituens Congregationes.

Etiam momentum habent, quæ formantur in bonum incarcerationum, ne illis desit sustentationis, defensionis, negotiorum diligens patronus, & in ipso cum degunt carcere, Sacramentorum frequentia, bonorum operum, ordinisque, tempus vtiliter transigendi, sollicitus curator; vt recitent Coronam Virginis, Litanias noctis initio, vitent iuramenta, maledicta, ac turpia verba.

Idem censendum de hospitalitatis officiis; quæ multum exaggerant populorum virtutem; & si semel intuentur, plurimi ad id prosequendum excitantur. Ciuitatem inueni in vsu habentem fellam gestatoriam, quæ ab Xenodochij Officialibus in fori deferebatur, qua visa protinus nobiles viri ad eam accurrebant, & duo hominem gestabant, alij eos comitabantur; pauperis domum, aut locum, vbi iacebat, requirebant, & ad hospitium prædicti Xenodochij portabatur, contententibus cæteris, vt etiam eis liceret sacrum illud pondus parte itineris humeris deferre. Nec abolitum hoc; sed diu durat magna cum laude nobilium: verè enim se Christum in paupere gestare arbitrantur, à quo hæc deuota actio vires quotidie resumit.

Cum verò sceminae addictæ sint deuotionibus, nec deceat eas sæpius vocare ad ea, quæ extra proprios labores suæ curæ sunt, diebus festiuis haud difficile erit, eas ad tèpla adducere, & ad Rosarij pensum soluendum inibi suadere. Hoc fieri solet etiam in magnis ciuitatibus, aliquo præeunte, & præcentoris munus obeunte, in libello ad hoc composito legente initiales orationes, quibus sequitur Salutationis Virginis oratio decies repetita: sceminae autè in duobus choris diuisæ, vel recitant hanc orationem partitam; & in alio choro, quæ restant, etiam recitantur voce clara, & ab omnibus perceptibilis: vel chorus vnus integram Salutationis angelicæ orationem profert; alius verò aliam: sic enim decem repetit, quousque finiatur, & terminetur pars illa prima oratione Dominica: tunc verò qui præest, notat vnum ex mysteriis,

quæ illi congruunt, vt locus meditationis perhibeatur. Quo facto, prosequitur secunda vsque ad sextam Rosarij partem ordine seruato in principio dicto, etiam cum peractum fuerit ad Dominicam orationem, expositio mysterij conuenientis diei sequatur: sic enim & mysteria præcipua fidei percipiuntur; sic occasio meditationis offertur, vt vel tunc, si vacat, in ea aliquod consumatur tempus, vel postea ibi, aut domi recolant, quæ audierunt. Ita duo habentur, nempe, lectio sacrorum mysteriorum, & Rosarij Virginis recitatio: solet enim deesse, qui præcentoris munus obeat, qui horâ assignet, qui Ecclesiam paratam, & liberam procuret, qui signum campanæ sollicitet: hoc quidem stabilendum est, & aliqua Congregatio formanda, cui hæc mandetur cura, vt res tam proficua, tam facilis, vt in Virginis honorem instituta, perpetuò duret: multa enim vitantur mala, quæ solent dies festiuos deturpare. Sic etiam alliciuntur paruuli ad virtutis limina inuicendū, & deosculandum. Nec inconueniens est; sed decet, viros etiam admittere ad hoc deuotionis opus: cum tamè clara luce fiat, & cum scemina nō misceantur, sed separati choros componant, & ordinem recitandi communem omnibus teneant. Hoc est in vsu in Ecclesiis Patrum Dominicanorum, cum prima Dominica ad Rosarij Festum Confratres conueniunt. Sed dicta frequentius iteranda, & nulla dies vacans à laboribus præmittenda est, quin in ea hæc deuotio fiat. Nec limitanda est ad designatos dies; sed quouis, ac quouis inde formam capere debent, vt priuatim inter proprios lares id cum familia sua hoc ipsum intendant, vt tantæ assuescant deuotioni, & Virgini perpetuum præstent obsequium. Quod si à pio viro, & docto aliqua misceatur conciuicula ad excitandum in Virginem amorem, & imitationem, & exemplo id confirmant, haud contemnendum; sed potius fouendum, & procurandum, vt ita fiat. Habeat Regulas, quas seruare omnes (Confraternitate compacta) teneantur, non sub peccati obligatione; sed ad formam cæstram, & modum regularem seruandum, ne successu temporum varietatem admittat hæc viuendi ratio.

Nec minoris ponderis est aliud opus pro viris institui solitum, hora nocturna eos conducere ad templum, tam diebus feriatis, quam sexta feria. Oportet, & ex suggestu, in quodam ad id parato libro, per quadrantem legere duo, vel tria puncta, quæ meditationi, & cōsiderationi præbeant locum, & viam sternant. Legenda tamen sunt aded clara, & clarè pronunciata, vt ab omnibus, etiam rudibus, capi possint, & instruantur, vt reliquum tempus vsque ad dimidiam horam in aliqua pia cōsideratione ex auditis decerpta, insistant. Veneris tamen die, dicato Passionis Dominicæ memoriæ, clausis foribus, & luminibus extinctis, Sacerdotibus, *Miserere*, cum oratione pro sine innotantibus, flagris corpus affligant, actum contritionis vno præcentore præeunte, omnes alta voce recitent, vt maiori cum dolore, & peccatorum præteritorum odio, aduersus proprium corpus insurgant.

Hoc quidem similiter adiuuantibus Sacerdotibus, quibus incumbit fideles ad virtutem prouocare, & in officio continere, (ò si non desissent, quæta institui possent pietatis opera diu duratura) instituta Congregatione vires sumit,

& diurnitatem recipit, alioqui facillè omnia, velut scopæ dissolutæ dilabuntur. Hoc genus sanctæ occupationis solet in vicis, vbi ferè omnes laboribus ruris addicti sunt, stabiliri; non enim impediuntur assuetæ; sed potius fulciuntur, & feliciter eueniunt.

Eiusmodi deuotiones populares ad alia tendunt opera, quæ his iuuantur, nempe, ad frequentanda Sacramenta, statuendò pro lege omnibus Confratribus, vt singulis mensibus, ad vnam horam, & Missam, Confessione præuia communicent, & in eisdem legibus, quibus ad ista mouere, necessaria præparare, interest exponere, ne res arbitrio cuiusvis relinquatur.

Si quod aliud deuotionis opus missis se offerat, & ad id institutum, aut roborandum, initia aliqua, licet debilia, aut verustate viribus destituta inuenerint, conentur ea fulcire, & ad Sacramentorum frequentiam, tanquam ad finem, ordinare.

Ad hoc præstandum expedit secum ferre Iubileum Communionis generalis, & vt supra diximus, de licentia Prælatorum, & curam Ecclesiarum gerentium. In vna Ecclesia firmetur, vt singulis mensibus in certa Dominica designata vniuersus populus ad communicandum exciteatur, & præcipuè qui in vnū coniuncti vinculum charitatis Congregatione ad aliquid ex dictis ordinatam cōposuerint: hi enim exemplo esse aliis debent, vt tanto fruantur bono: cum enim in populis, vbi pauci habitatores residet, etiam numerus Confessatorum diminutus sit, congruum erit ex selectis, & ditioribus vigintiquatuor, aut minus legere, qui non solum Congregationem componant, & curam publicæ prædicationis sumant, reliquæque necessaria disponant; sed etiam, vt singuli, vel duo, pro quouis mense, aut Religiosum, aut sacularem Sacerdotem ex vicinioribus vicis ad Confessiones audiendas accersant. Et si quid expendendum sit pro talis aduentu, curæ illorum relinquatur. Quod cum in integro anno pro vna vice hoc cuius incumbet, non magni oneris negotium erit quatuor, vel sex argenteos, pro tanto comparando bono expendere. Et quanuis hæc Congregatio ex paucis, & selectis componatur; fructus tamen Iubilei omnium ibi residentium erit, imò & aliorum locorum, tam homines, quam sceminae, accersiri, & inuitari possunt.

CAPVT XXVI.

Congregatio mentalis orationis instituenda.

Aliud opus non nouū (vt Reg. 22. prohibet) institui à nostris, in consilio Superiore, sed valde in vsu, & frequentia populorum est, Congregationem instituire sub nomine mentalis orationis. Hoc vocabulū non à vulgaribus comprehensum in causa est, vt alienū censeant ab hominibus popularibus tale exercitiū, cum nullum proprius, nullum plus in Ecclesia pro omnibus celebratum: orationi enim vacabant, tam viri, quam sceminae, & omnium mundalium obliti, Deo dediti, lectione præmissa, orationi mentis locum dabant, & vitam angelicam, his passi delicias imitabantur. Vnde initium fecit Ecclesia in cenaculo congregata cum Maria,

mulieribus Christi Discipulis, & Apostolis, nisi ab hac oratione, in qua perseverantes erant omnes vno ore, & corde calum clamoribus spiritualibus impetentes? Quid referat lib. de contemplatione Philo Iudæus de egenis, vt melius dicam, de Christianis Alexandrinis sub Marco Domini Discipulo, manifestum est omnibus legentibus, vbi orationem, & assidua, & communem omni sorti hominum facit. Nec enim alia de causa Ecclesia in deterius abiit, nisi quia hæc conueniendi, & orandi forma in desuetudinem venit. 1. Cor. 11. *Iam non est Dominicam Cænam manducare.* Vt notat ibi Chrysostr. paulatim prius vsus conueniendi ad orationem, & Sacramentorum susceptione dispererat, vnde bella, schismata, & scissuræ, robur, ac vires sumpserant. Si enim Basil. ad Ambros. scribens, & eius electionem in Mediolanensem Præsulem laudans, monet, vt primam Ecclesiæ faciem restituat, & renouet pristinos vsus, vt in suo flore permaneat; quæ culpa erit conari ista antiquata iam media virtutū, in lucem proferre: omnibus trita facere? ad ea exercenda omnes vocare? Id præstitit Sanctissimus Carolus Borromeus, qui cum Ecclesiam prædictam Mediolanensem cerneret denigratam, motibus deformem, veste dilacerata indutam, studio, ac oratione cum lacrymis, coram Deo profusus, ab eo impetravit, vt oratione instituta, communique facta, populum penè exanimem ad vitam reuocaret. Sic in Episcopali Sacello ante noctem omnibus patebat aditus, vbi lectione præuia rerum spiritualium, & doctrinæ cunctis perspicua, ac notæ, eo præsentè, & tota familia, conuenientibus nobilibus, & ciuibus orationi mentali concedebatur per vnus horæ spatium locus: Deo autem fauente huic Prælati initio, deinde publice in templis Congregationes erexit, vt hæc oratio durationem acciperet, & vtilis frequentia tam amplæ ciuitatis efficeretur.

Philos.

1. Cor. 11.

Chrysostr.

Basil.

Dicam, quæ manibus contrectauerim. In pluribus Castellæ ciuitatibus, ac villis Congregationes eiusmodi erectas vidi, & auidè ab eis amplecti, in quibus nō vna dies in hebdomada; sed quotidie (signo campanæ, propè nocte, pro solis viris) conueniebant, & conueniunt ex omni hominum genere, vt lectionem audirent, & exinde meditationi locum darent. Non dubito, quin multi, quid agendum esset, aut non intelligerent, aut perficere non valerent, aut ad id præstandū non conarentur. Certus tamen sum, magnam ex illa aded imperfecta oratione utilitatem capere, vt apertè morum mutatio declarabat. Nec labile hoc, & ad tempus exterminium passum, nisi deficientibus ducibus, (Sacerdotibus, videlicet,) quibus hoc opus incumbit, tanquam ornamentum quoddam sui status. Vbi verò isti (etiam si numerus minuat) adsunt, & cum reliquo populo conueniunt, firmissimum stat, & per circiter quadraginta annos, in aliis ciuitatibus per triginta, in aliis per viginti; in aliis verò nouiter magno cum feruore perseuerat, non parentibus diebus ludis destinatis, & aliis populorum oblectamentis, vt taurorū agitationi, & iis similibus officiis; aded huic deuotioni addicti sunt. Idque etiā dilatatur per alias Prouincias, & Regna, vt in Aragonia, Nauarra, & aliis, vbi animi auiditate ad ista propensum currunt: vident enim plurimum conducere ad pacem, quietem, morum mutationem conciuuium,



uium; & omnia paruo transacto tempore componere, & ad meliorem reducere statum.

Vt enim probemus, huius machinae fundamentum necessarium, facile, ac omnibus tractabile esse, conuenienterque illis; oportet pauca dicere de bono orationis. Laus huius religiosae virtutis in ore omnium versatur, ab exordio mundi introductae, & vsque in finem duraturae, à sancta Scriptura commendata, à Sanctis Patribus mirifice exercitata, & praconiis ingentibus laudata, à Religionibus frequentata; ita vt dicere possimus, quod de matre Augustinus fatabatur: Viuit orationibus. Nec immerito nam Chrysof. de orando Deo, eam spiritui, quo uiuimus, ac respiramus, comparat: quo deficiente, deficere necesse est. Affert illud Danielis, qui iustum Regis seruare nequiuit, ne tantillum temporis ab orando desisteret. Cum enim ab eo interdictum fuisset, per tres dies nullum Diuorum rogare, praeter ipsum Regem, at ille caenaculi apertis fenestris, versus Ierusalem, orationem suam fundere ausus est: nec enim aliter uiuere poterat. Cum ergo hominibus mundialium rerum amatoribus hoc desit praesidium; & spiritus iste, ac habitus artus eorum non regat, & recreet, igne concupiscentiarum, & cupiditatum accensi, intereunt miserè, & in peccatorum caeno reuoluuntur. Quis negabit, se pauperem, & egenum esse, cum id fateatur Dauid saepe, ad fores Domini stipem exposcens: *Egenus, & pauper ego sum.* Cum ergo horum sit proprium elemosynam petere, pulsare misericordiae fores; ita nos ad Deum per orationem confugimus, vulnera ostendimus, egestatè aperimus, vt nostris compassus malis, & necessitatibus remedium adhibeat. Communis ergo omnium oratio: siquidem omnium necessitas est, imò eorum, qui ineptiores ad eam videntur, propria, & facilius à Deo impetrant, & obrinet, quod exposcunt; tum, quòd desolatorum, miserorum, egenorum, indigentium, & afflictorum parens; tum, quòd isti cum in rebus corporis minus occupatam tenent mentem, liberiùs caelum petunt. Hoc videre licet in illo claudo, qui pro elemosyna sanitate accepit à Petro Actor. 3. tamen statim ingressus templum exiliens, & laudans Deum inuenitur, nulla tenebatur mole negotiorum, nulla familiae sollicitudine, quae enim grauem redderet, & à diuina laude renocaret, & in eo, quòd Apostolos comitabatur, simulque cum eis ingrediebatur Dei domum, significatur, quasi comparem esse Apostolorum, vt vnà cum eis, (qui ad orationem ascenderant,) posset idem munus exercere. Drego Hof. de Dom. Pass. eleganter id expressit: *Sit: Sed noluerunt (inquit) intrare soli; quia nec tu, Domine, solus Paradisum inuisti. Siste parum, & cogita, disparem socium Dominum, & Apostolos legisse; ille latronem; isti claudum medicare affuetum non orare: verum, vt ostendat, hoc munus abiectionis hominum esse. Et latro orare discit in Cruce, visa Domini patientia; & claudus ad Speciosam portam affuetus, cum hominibus agere, & elemosynam petere, iam non sicut Apostoli, non in piscium captura, sed hominum occupati) homines rogat, sed Deum; nec stipem postulat, sed diuinam in tonat laudes ad gratiam consequendam. Pergit ulterius Drego: *Sed neque iam latro est in Paradiso, neque claudus in templo: quomodo enim claudus, qui stat, & ambulat, exiit, & Dominum laudat: aut quomodo latro est, si cum Christo**

August. Chrysof. Dan. 6. Psal. 108. Abd. 3. Drego Hof. Idem.

**A** in Paradiso: Ac si diceret: Omnia in melius mutata sunt: ad altiorum ascenderunt ambo scholam, cum didicerint, ille à Domino, iste ab Apostolis, maiora sapere, cum Deo agere, dona caelestia anxie concupiscere, ad aeterna anhelare, & hoc oratione in Deum tendente, affecuti bonum. Quòd isti non modò hebetiores, sed aptiores ad hoc munus inueniantur, praeter dicta, probat eorum simplicitas: *Cum simplicibus sermocinatio* Prouerb. 5. eius, & quòd liberiùs inueniuntur à cogitationum turba, quae molestiam ingerunt cum Deo agentibus. Leuit. 13. vt leprae signa ostendat, ait: *Vt de cuius capite capilli fluunt, caluus, ac mundus* Leuit. 13. est. Quid capilli, nisi cogitationes è capite fluentes, & mentem occupantes? Quid caluities, nisi libertatem obtinere ab his cogitationibus, ne impediunt capitis eleuationem in caelum: Hoc frequens est apud simplices, & rusticos homines, non occupatam tenentes mentem variis cogitationibus implicatam. Hefychius lib. 4. in Leuit. c. 13. *Hic caluum appellat simplicem hominem; non eum, qui omnino simplex est, aut irrationabilis.* Tales enim sunt, qui potentia nobili, omnibus concessa, frui nolunt; sed hebetantur, carnalia cogitantes; non cõtemplantes, quae non videntur, & idè aeterna. Quis adèd simplex, vt nõ sciat cogitare sua negotia, intra se agere, rationes quarere, sine praec oculis proponere, media applicare, executioni mandare, personam fingere, quacum tractet, aut deliberet agenda; aut vt amorem conciliet, aut iram excitet, & velut cum ea rixans, vindictam assumere intendat? Haec tamen intra cubile mentis repraesentantur; & ita videtur cum his imaginibus, vel ideis agere, & sua negotia tractare, ac si in praesentia eorum esset, quorum idola fixerant. Si haec trita, communia, & assueta, & sapissimè cum grauissimo conscientiae detrimèto, cum ex hac belligeratione cogitationum, & affectuum, vulneratur ad mortem misera anima, oblectationem capiens in rebus turpibus, solum cogitas, aut vindictam fingens, in aduersis: quomodo materia mutata, haec eadem ad spiritualia trahi non possunt? Iis enim cõgruit, quod Hefychius supra de capillis, à quibus caluus liberatur, dixit: *Capillorum incompatio: fœditatem pro ornatum* Idem. praebet. Ita eiusmodi cogitata animam fœdam reddunt, deformem faciunt, non pulchram. At, si eiusmodi capilli (hoc est, cogitationes) ordinati, & compositi essent, ad Deum se, & omnia referendo, ipsum amando, ac timèdo, laudibusque gloriam praebendo, quàm pulchra facies animae appareret. Hoc ergo, quod ad malum pertrahit animam, cum estranes cogitationes sunt, in bonum omnium conuertitur, si Deum ante mentis oculos constituent, si ipsum contemplantur, si sua negotia ad eum referant, & auxilia deprecant. Cur hoc tam laude dignum exercitium negandum est popularibus, & frequentia hominum, eliminando orationem à ciuitatibus, & solum montibus, & in solitudine degentibus concedendo? Vterius hoc ipsum significare voluit, quòd Deus à diuitibus agnos, & alia animalia pro oblatione poscit; à pauperibus tamen turtures, columbas, quae vili pretio emuntur, ne sint eis oneri ista Deo concedere. In quo significatur remedium pauperum, egenorum, viliùque hominum esse more columbae, & turturis, gemere, clamare per orationem, Deo conuari, & ab eo exposcere genitibus, & lacrymis malorum

Prouerb. 5. Leuit. 13. Hefych. Idem. Leuit. 14.

malorum remedium: quauis enim diuites non sint, vt difficiliora Deo reddant, pretiosioraque condonant; ista tamen, quae vilia reputantur, eis haud negauit. Exponens hoc Hefychius dicto lib. 4. c. 13. sic ait: *Haec facile reperiuntur à quolibet, id est, continuam legis meditationem, qua non solum ex lectione (ne forte haec dicas esse quibusdam difficilem); sed ex contemplatione, qua est in anima, ac mente conficitur.* Eiusmodi enim potentis omnes gaudent, & eis vti possunt, prout placuerit; nec alia difficiliora exposcit hoc exercitium: quare gemitus istos ei negamus, nec pauperum oblationem in ara cordis offerimus: Optime hoc notauit D. August. Serm. 157. de tempore, exponens illud Domini Luc. 6. 37. *Dimittite, & dimittetur vobis.* Mentis esse probans, quae ad hoc consequendum bonum expostulari. *Cordis hoc opus est, nullum, vel carnis sua membrum in adiutorium anima assumitur.* Ita planè ad orationis intentata exercitium nullum membrum, nullae facultatum copia requiruntur; solum cogitare, & affectibus ad bonum currere, à malo fugere desideratur. Imò membra corporea ligantur, ne vim suam exercent, quae quidem impedimento essent, non auxilio: non quòd orationem externam damnemus; sed hanc, quam mentalem dicimus, commendamus, in qua sola mens operatur, ceterae facultates otiantur. Licet enim lingua laudum diuinarum instrumentum sit; ea enim, vt ait Iacobus, benedicatur Domino: habet tamen mens linguam suam, habet oculos, habet caterorum sensuum officia, & quae imperatis eius promptiora sunt, quàm corporea. Cur Dauid inquit? *Leuauit oculos meos in montes.* Nonne melius esset, in montem pedibus pergere, sicut Abraham, qui cacumina petiit, vt filium Deo hostiam redderet? Adèd enim velocem animum Rex sentiebat, vt oculos potius, quàm pedes leuaret, vt citò ad Deum perueniret, reliqua enim instrumenta corporea tardiora sentiebat. Blesensis Serm. 34. sic ait: *Colles, & valles sunt, per quos longo itinere ire doces: compendia quaro, & idè leuauit, &c.* Ita planè sentiendum de internis sensibus: velociùs enim ad Deum pergimus eorum adiutorio vtentes, quàm si corporalibus innixi pedibus hanc aggredieremur viam. Praeterea iste modus orandi cum fide concordat, quae Deum vbique esse, nõsque audire docet. Non ergo opus extra egredi, viam carpere, vocibus clamare, vt nostra curet, & nos audiat. Eusebius lib. 4. de Praeparatione, cap. 5. ex Porphyrio ista refert: *Silentio autem sancto, & cogitatione integra, ab omnique morbo remota eum colimus: sic & illi coniungimur, & similes, vt possibile est homini, efficiuntur, mundissimam veritatem, quasi sacram hostiam ei offerentes.* Notanda verba, *eum colimus, & illi coniungimur,* fidem adsciscentes, qua mentis actibus Deo vnimur, nullo clamore intercedente, nullo externo actu mediante, sicut radij solares, corpori Solis aptantur, eique coniunguntur immediatè. Nazianz. epist. 230. ad hoc silentium Deo offerendum, ligata tenet garrula membra, vt Deo solum se dedat, & cum eo intima vnione vinciat. *Cum Christo linguam mortuam habui, & velui mentem, non garrulam sacrificauit.* Iuuar Tertul. ratio de oratione mentis, qua profitemur,

Idem. Luc. 6. 37. August. Iacob. 3. Psal. 110. 1. Blesens. Euseb. Nazianz.

ipsum Dominum intimè adesse nobiscum, quàm praecordia nostra, vt omni deposito labore, omni vociferatione, ipsum teneamus, cū cõque liberè loqui liceat. Sic habet c. 1. de orat. *Vt Dei omnipotentis, & conspectum, & auditum sub telis, & in abditiis adesse consideret, & soli religionem suam offerat, non agmine verborum ad eundem puteum ad Dominum.* In hoc silentio sensuum fides operatur, & Deum praesentissimum, clauso cubili, ab strepitu externorum facit. Item, deseruit, vt assuescamus nobiscum agere nostra, introrsus prospicere: ne sicut ille prodigus foras aberrans se ipsum ignorabat; ita nos nostra ignota habeamus interna, vbi facies, vel fœda, vel pulchra intuenda est. Hoc Basilii docuit de sua tractans Philosophia epist. 141. *Quo enim alio pacto possem ego vnà nobiscum inhabitantem domare malitiam.* Verè enim ex sensuum vsu, solas externarum rerum, vel pulchritudines, vel fœditates rimamur, nihil internum captantes, nihil aestimantes his dotibus ornatum nobiscum adesse. Quare animae decorem parui pendimus; fœtorem verò, & deformitatem eius pro nihilo reputamus. Vt ergo nobiscum agamus, externa contemptui habeamus, oratio metalis deseruit. Deinde, ne aliis molesti simus: cum enim concurrere ad templa sit in vsu; minus notari solet, qui magis ad mentem reuocat curam suam, quàm ad verba promenda. Quàm molesta fuit Heli illa Anna, quae singultibus, nutibus, oratione anxietatem cordis promebat: reprehensa tamen à Sacerdote cessauit ab externis signis; veruntamen cor eius non relaxabatur ab oratione. Chrysof. oratione de Anna: *Posteaquam Sacerdos illi occlusit os, coacta est obedire Sacerdoti, & ab orando desistere. Vox quidem illi interclusa est: at non fiducia: sed vehementius clamabat intus.* Ob id enim scriptum ait: *Porrò Anna loquebatur in corde suo.* Ne igitur aliis molestiam exhibeamus, intenti simus his, quae auferri non possunt, nec reprehensione damnari. Licet enim priuata oratio haec omnia contineat bona; communis maiora lucratur. Haec est prima institutio Ecclesiae, hanc amulantur Religionum Coryphaei, ad eiusmodi orandi modum choros ducendo, qui sint castrorum acies: ad hanc populorum animos pulsamus, ne quisque contentus suo commodo, commune hoc bonum, pro multorum institutum profectu, deserat. Quid quòd quisque domi orare, & in quiete persistere valet, liberiùs id facit, maiori quidem cum silentio, securior vanæ ostentationis: Haec sunt tela, quibus inimicus eneruare intendit hanc omnium orationem. Verum facile est eiusmodi obstacula è medio tollere: potest fieri, sed non fit; imò maiora domi sese offerunt impedimenta: claudenda negotiorum fores, vt cum Deo animus agat, Ratione loci etiam silent omnia: sed domi vociferantur officiorum, & munerum occupationes, & externorum clamores. Vitantur haec, si confugiamus ad Ecclesiam, vt solent à ministris conquisiti facere, ne comprehendantur: ne similiter à negotiis teneamur, ad templum confugiamus: ibi enim securius tempus cum Deo agendo impenditur. Nunquam liberiùs ab elatione esse possemus, quàm cum ea, quae alij plures, & grauioribus irretiti nexibus faciunt, & nos similiter

Tertull. Luc. 15. Basil. Chrysof. 1. Reg. 11. Chrysof.

Matth. 5.

agimus: ac si soli, Phariseo superbo similes erimus, qui gratias Deo agebat, quod solus ei gratus inueniretur, & non similis ceteris. Periculum ergo est, ne soli orantes, arbitremur, solos etiam esse inter reliquos, qui tale opus aggressi fuerint. At, cum alios videmus, eadem, maiori cum deuotione apprehendere, & assequi; ab elatione liberamur, & potius humiliamur, quam in superbas cogitationes incidimus.

Matth. 18.

Quanta bona secum afferat oratio communis, vix comprehendere possunt, ibi vnus pro omnibus orat, & omnes pro vno. Gutta separata statim perit: at gurgiti mersa seruat. Similiter carbo accensus, si ab aliis discretus iaceat, ita in multitudine & desideria, & opera vires refumunt, ibi feruor aliorum accendit tepidos. Clamor multitudinis vim infert singulorum vocibus, vt caelos penetrent. Illud Matth. 18.

Cyprian.

Si duo ex vobis consenserint, super omnem rem, quantumque petierint super terram, fiet eis a Patre meo, qui in caelis est. Cyprianus epist. 8. ad hoc exponit: Quod si duo unanimis tantum possunt, quid, si vnum apud omnes esset? Apprimere sane, vt doceat, quantum valeat concors multorum petitio, clamor, & oratio, vt nihil ei obistere possit, quin caelum repetat, & desiderata consequatur.

Psal. 134. 1. 9.

Coryphaei autem huius Communitatis Sacerdotes sunt, ipsi praecentores; ipsi duces, qui rei diuinae dant formam, qui initio ad orandum ceteros prouocant, qui lectione orationem futuram condiunt, qui finem praescribunt. Quam pulchre vbi Dauid domum Israel ad diuinas laudes inuitat: Domus, aiens, Israel, ad diuinas laudes inuitat: Domus, aiens, Israel, benedicite Domino. & Sacerdotes, & populum timentem Deum adiungit, addens: Domus Aaron, benedicite Domino. Qui timetis Deum, benedicite Domino. Vt simul in vnum construant vnam Ecclesiam diuinarum laudum. Israelitam tamen prius posuit, vt doceat eos vocare ad lucram spiritualem cum Deo, vbi ex Iacob, factus Israel, nomen comparauit orantis, & Deum precibus superantis. Ad hoc quidem in vnum hi chori vocantur, & ad formam vnus Ecclesiae rediguntur. Verum Aaronis imitatores, Sacerdotes sunt, qui etiam Sacerdos fuit, & Deo pro bono populi incensum, & sacrificia offerrebat. Nec valet excusationem praetexere, si dicant Sacerdotes, munus suum hoc pluribus teneri occupationibus, semper in oratione esse, pensum diuini officij soluere, & iis non posse orationem horariam componere? Non, inquam, valet etiam in hoc. Munus obeunt Sacerdotum, & ducum populi, quis horum maiori cum apparentia non fingat plures occupationum aggeres? At his non obstantibus, pro bono proprio, & aliorum ab eis expediuntur. Quid agere oportet Sacerdotem, qui liber a terrenis curis totus est Dei, & pro eius certat gloria? Hilarius in Psalm. 134. ex Paulo haec habet: Et quotquot regula huic obsecundabunt, (pro, qui hanc regulam secuti fuerint,) pax super eos, & misericordia, & super Israel. Videas repetitum, Israel, quasi hanc pacem, & misericordiam sequentibus regulam, & formam orationis promittat, & addit, Sacerdotes alloquens: Sacerdotes, & Ministros officij sui regula in eos, quod agunt, continent (hoc pro obiectibus

Gal. 6. 16.

Matth.

difficultates.) Sed statim: Sed praestat longe, voluntate magis aliquid agere, quam lege. Regula illa legis est, & obligationis; adiuncta haec libertatis, & voluntatis; & hominibus Deo dicatis praestat plus agere, quam ea, ad quae ex lege tenentur. Si aliquid, quid proprius, quid fructuosius, quid maioris aedificationis, & occasionis alios secum ducendi, & tenendi in officio, ne ab orando cessent?

Fructus autem huius laboris, quantumvis imperfecte fiat, innumeri sunt. Firmant animam in bono: experientia docet plus iuuare ad standum in virtute orationi impensum tempus, quam sacramentalis Confessio; non si aequaliter fiant, sed, vt communiter accidit: homines enim sine luce grauitatis peccati, boni gratia, debiti cum Deo contracti haud agnoscetes, iugum leuiter excutiunt a ceruicibus. At cogitatis his, diu expensis, & attentè consideratis, peccata fugiunt, in bono persistunt, Deo grati animi sacrificia offerunt, qualis illa Anna, de qua supra post orationis elaplum tempus: Vultus eius in diuersa non sunt mutati. ad vnum attendit, & hoc solum pra oculis habens bonum. Similis facta Sponsa dicenti: Tenui eum, nec dimittam. Quasi velit monstrare, semel coeptum amorem duraturum, nec ab eo resilire velle, & ab amato discedere. Gillibert. Sermon. 10. vtrumque locum sic componit: Quia nihil imminutum est desiderij semel concepti, id est, inuicium mentis aliud non diuertam ab illo. Ita firmatur virtus consideratione, qua deficiente leuiter ab ea profcinditur. Oratio, vt breuiter explicem, quanta secum afferat, habet, quod ad summam redigens Tertul. lib. de oratione, cap. 1. ait: Vt venera in oratione breuiarium totius Euangelij comprehendatur; hoc est, summa, compendium: quidquid enim Euangelium docet, oratione decoquitur, & eadem magistra ad implendum, & exercendum accingimur, ita vt Oratores totius Euangelij praeccepta, & consilia teneant, & veneratione maxima imitari non dubitent.

Hac igitur tam utilis, nec difficilis vitae Christianae forma stabilienda est in ciuitatibus, & populis magna copia hominum referis: Dixi non difficilem: maior omnium difficultatum pugna est cogitationum, quae vincenda est potius patientia, quam repugnatione, & belligeratione, quae nimis animum fatigat, & vires corporis enervat: aded enim omnibus communis, vt nec Sanctis pepercit: quid mirum, si nobis molestiam ingerant eiusmodi domesticos hostes? ex nobis nascuntur, nobiscum degunt. Nec oratio ob eorum molestiam aliquantulum marcescit, aut decorem amittit; sed potius iuuat eius augmenta, si diligentia moralis apponatur. Abrahamum imitentur, sacrificium animalium, & altitium offerentem: abiebat volucres cupientes dilacerare cadauerum corpora. Gregor. 6. Moral. c. 20. de molestis infestantibus nos cogitationibus id accipit. Credant sic lucrari duo, & pugnae victoriae, & orationis fructus; in nullo imminutos ire, quantumvis per longum tempus in his certaminibus versentur.

Quis audebit ista tam vtilia, frequentiae populorum negare, si fenestrae duae darentur, vnde caelestia, & Inferni penetralia cerni possent, quis eas omnibus non patefaceret, vnde prospicerent,

S. Thom. d. 9. 83. art. 13. in corp.

Hebr. 12. 3.

S. Thom. 2. 2. q. 73. art. 13.

1. Reg. 25.

Gregor.

spicerent, quae eos ad bonum inuitant, & a malo retrahunt? Talis oratio, patens fenestra, vnde aeterna bona, & mala conspicua fiunt; quis negabit ista omnibus licere conspiceri, & frequenter, velut è specula contemplari? Oratio igitur res communis est, omnes illustrat, accendit, ad bonum prosequendum prouocat, & ad mala fugienda cogit. Si haec omnium, cur non & eorumdem oratio? aded communis est, vt idiotarum esse affirmet S. Doct.

Et vt clarius huius necessitas constet, nos non intendimus orationem statuere, quae diuina meditatur, & affectus mouet ad altissimam virtutis formam. Hoc quidem paucorum est; sed solum illam, quae finis hominis inducit notitiam; quae peccatorum ponderat grauitatem; quae nitorem, & valorem gratiae pra oculis obicit; quae mortis horrorem, omnes illustrat, incutit; quae Christi Domini Passionem refert; vt perspicuum omnibus sit, quam inestimabili sint redempti pretio, quantum debeant Domino vnuerforum, qui pro ipsis sponte, & in debite tanta subierit mala. Nonne haec communia? Nonne incognita? vel passim per transfennam cogitata? quod si semel, & iterum reuoluantur, & vt Paulus praecipit, recogitentur, haud dubie, quod vim inferent, Dei ingenerent amorem, & reliqua secum bona afferent, quae hominem timentem Deum constituent.

His praemissis, qui ad hanc arcem accedere voluerit, & difficultates disuetudinis huius exercitij superare, primum tentet (ab initio Missionis cordi hoc habens propositum) viros primos aggredi, timoratos alloqui; & ab eis discat, an haec amplectantur, & fauorem promittant: quod si tales inuenerint, praecipue Ecclesiasticos, de re agant, aliquas concinuas instituendo, vt bonum huius exercitij demonstrant, & omnibus patefaciant. Dein, si populus aures porrigat, & grato animo suscipiat, (quod haud difficile erit cognoscere,) tempus deliberet, ad proposita rei executionem horam designet, & locum: hora enim conueniens pro omnibus, vitis, videlicet, solum (nequaquam fecimus esse solet) a pulsatione Oraculis angelicae, ante noctem. Si autem populus aliam commodiorem elegerit, non recuset, cum in deligenda eorum commoditas attendenda sit: sed communiter nulla hucusque conuenientior reperta, quod homines tunc ab operibus externis otientur, quod negotiorum inquietudo cesset, quod initium facit periculorum; palium enim esse solet in nocte, quo teguntur plurima mala, cui praenire oportet oratione adiutrice.

Locus verò designandus, Ecclesia esse debet: illa verò, quae in medio, & frequentia populi sita sit, vt omnes pulsu campanae, facile eò conueniant. Quae alia desiderari potest ad orandum, arx securior, munitior, quam domus orationis, communis omnium locus, asyllum fugitiuorum: ided Ecclesia dicta non propter parietes & recta; sed quia in vnum compaginati fideles assistunt, ibi Christi Domini praesentia, ibi Angelorum praesidia, ibi Sanctorum fauor ad manum inuenitur.

Signo campanae maioris post dictas orationes, quas initio noctis de more est dicere, vocentur per dimidium quadrantem: parua alia

campana, quae pro priuatis Missis solet pulsari, signum fiat, vt statim initium detur rei intentioni, nec mora vlla intercedat, quantumvis pauci ad sint à principio. Qui curam huius ministerij acceperit, duas candelas cereas in maiori Altari accensas parat, & aliam cum libro, vt Sacerdos designatus legat, & silentio facto, omnibus genuflexis, incipiet, qui Praecentor, seu Praefectus est Ecclesiasticus, & vir inter omnes grauis: Veni, Sancte Spiritus, &c. cum versiculis, Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. Et renouabis faciem terra. Dein Confessionein generalem recitet voce, quae ab omnibus astatibus percipiatur, facta à populo absolutione, omnes eandem repetent Confessionein: absoluat eos Sacerdos, & statim sedent omnes, si nolint genibus flexis permanere, audiant è pulpito, aut suggestu lectionem per quadrantem, quae non fiet, vt communiter solent legentes, sed cum aliquo tono non formato, & in puncto istud prolongando, vt deuotionem excitet, & ab omnibus audiat. Item, vt aliqua mora, ac detentione facta in lectione, & à legente, melius dicenda percipiantur, & ab audientibus lectione tamen esse debet iuxta dicta, de oratione de rebus omnibus notis, omnibus plausibilibus. Vnde instructi à Patribus, vtilitatem capiant, diuina intelligant, quae agenda sunt, & vitanda teneant, ad istudque, tanquam ad finem totius meditationis, confugiant, & in eo quiescant: oratio enim, quae in laudibus sistit, fructum habet: sed fructuosa, quae ad praxim ordinantur, & ad opus veniunt.

Finita lectione, quousque instructi euadant, vnus è Patribus ex eodem suggestu exponet lectionem, & notabit, meditandi lecta modum facilem; quomodo id rudes homines faciant. Qua via mentis fibras pulsare oporteat; sensum verò haudquaquam tangentem. Quomodo standum coram Domino, quae praemittenda, & sequenda, memoria prius excitanda, vt recolat, si non omnia, aliqua ex auditis in lectione. Intellectus deinde haec meditetur, & recogitet attentus ad ea, quae ibi latent, causa, fines, circumstantiae, quis sit talia faciens, cum quo, quid eum mouerit, cui vtilis talis actio, aut passio, vt inde colligat amorem benefactoris, inaequalitatem, & indignitatem propriam, quantum teneatur debito, quomodo soluere oporteat, & quando, quibus rebus, quid praestabit tanto Domino. Si non habet ad manum, petat à primo creditore, dicat cum Dauid: Quid retribuam Domino pro omnibus, &c. Non, vt hoc nouo dono in maius debitum implicetur; sed vt illo hausto calice thesaurorum Dei, habeat, vnde soluere possit. Sic & aliis modis instruatur, & explicetur, quomodo puncta illa meditanda sint, ad finem excitandi affectus amoris, odij, desiderij, praenitendunt, propositi; & vt accedat ad tribunal misericordiae, vocet adiutrices copias, quas secum adducet, & postulanda obtineat: solent enim homines ita moueri his considerationibus, vt ab Ecclesia ad domicilium ire recuset, nisi prius alleuient conscientiam à peccatorum onere, vt ad Dei amicitiam redeant. Per tres horae partes duratur est oratio, ita vt vna integra hora in ea, & lectione consumatur. Haec dicanda est Domino quousque, tanquam celsus vnus integri diei ad nostram

Psal. 119.



opera concessi. Quid mirum, si ex viginti quatuor horis vnam Deo dedas, & in tam grato illi, tibi vtili opere consumas? Ita oportet, tanquam firmum fundamentum, statuere hanc orationem; non more quartanae, aut tertianae, cum vacatione intercedentium dierum sine illa, transigendum est tempus; sed quotidie hoc pensum reddendum, eadem hora, in eodem loco, iuxta formam praescriptam, variata solum lectionis materia, ut tedium vitetur, licet conueniens sit post aliquot menses ad eadem redire: sic enim repetita, potius vtilitatem, & gustum excitant, quam molestiam.

Finita hora (cuius cura apud Praefectum signum faciet non manu, aut campana; sed voce dicit: *Divinum auxilium maneat semper nobiscum.* aliquas petat orationes pro communibus, & ingruentibus necessitatibus, pro defunctis, & existentibus in mortali. Post, voce alta, & deuota, actum contritionis recitabit, ut omnes adstantes ipsum sequantur, & domum eant ea modestia & silentio, quod tale exercitium exigit.

Per totum annum sexta feria, flagrorum exercitium succedet orationi, ad cuius finem, qui curam hoc praestandi susceperit, lampades extinguet, lucernam etiam vnam altaris, alteram in Sacrificia custodiat accensam. Ostiarius portam claudat, ne quis aut ingredi, aut egredi valeat, & post parum temporis Praefectus det signum manu, ut chorus, aut Musicorum, aut Sacerdotum, intonet, *Miserere*, lugubri, & spatiose tono, si à Sacerdotibus canatur, ut interim, qui voluerint, flagellis vtantur: commodum enim locum eis damus, ut omni abiecta excusatione possint ad ignem exempli aliorum tepiditatem abiicere, & aduersum proprium corpus odium concipere, & flagris caedi, ut Deo creditori paruo minuto satisfaciant, ut castigationi assuescant, ut carnem non delicate nutriant, ut discant pati incommoda, & pecnam sibi imponere, ne peccent, quae solet plurimos à peccando retrahere, ut etiam cum ad Confessiones accesserint, non timeant imponendam penitentiam castigationis corporis, ut dein ascendant ad haec, & alia pati pro Christo Domino, & incommoda amplecti, cilicium amare, amara, & dura ad usum reuocare, & in adiutorium adsciscere.

Finito, *Miserere*, & oratione consueta dicit, fiet contritionis actus, si Patres adsint, aliqua addendo magno cum feruore ad excitandum maiorem in adstantibus, utque durius se affligant, & maiorem peccatorum dolorem concipiant. Signo cessandi facto, & dato spatio, ut se omnes componant, lucerna afferatur, & omnes in silentio, & pace spiritus ad sua se conferant.

Die Sabbathi in honorem Virginis, ab eo, qui curam susceperit, plures in altari Virgini dicato lucernae accendantur, *Salve, Regina*, decantetur à Sacerdotibus. In vigiliis Reginae Celorum, Litaniam ipsius recitetur. Tunc quidem Praefectus pro visendis in carcere detentis, & in Xenodochiis iacentibus quatuor designet, pro singulis hebdomadibus duos, & duos, ad haec munia obeunda, ut charitatis officia exerceant, quae fructus sint orationis, ut miserorum compati discant, ut eos iuuent, & consoletur, vel priuatim, & referendo Con-

gregationi, quae inuenerint, quae vrgentius premant, & ad maiora remedia ponenda conducant. In sequenti Sabbatho rationem reddent, & alij quatuor pro sequenti hebdomada legeatur, ne quis eorum qui corpus Congregationis composuerit, tanto priuatur bono.

Festum instituitur, (nam haec Congregatio sub Virginis tutela est,) quod iuxta populorum usum, occupationibus liberum relinquitur, ut in eo fiat magna cum solennitate, & laetitia spiritali, memoria illius diei: pro eo Iubileus petatur. Stat in hoc, quod Missa solennis cum Concione dicatur; quod omnes congregati de manu Missam celebrantis, in fine eius communicent: si expedire visum fuerit, candelas manu gestent. Iubileus ad omnes extendatur populares, quauis foeminae, de Congregatione non sint: praueuantur, ut parent necessaria, & confessi sint, utque ornentur templum, & floribus etiam, & odoribus pulchrius, & elegantius reddatur.

Si Communionis Iubileus huic Congregationi commenderetur, eorum cura erit Altare componere, ubi in Custodia sit Sanctissimum depositum, & Sacerdos, (praeter eos, qui Missam ibi celebrauerint,) qui accedentibus Sacramentum communicet, vocetur, fiatque magna cum decentia, grauitate, & deuotionis signis, tam ex frequentia populi, & accedendi modo, quam ex apparatu, & mundicie linteorum, & altaris ornatu.

Ad conseruandam eiusmodi orationis formam institui oportet Congregatio virorum, qui ex fidelitate absque alia conscientiae obligatione teneantur hoc exercitium integrum conseruare dato nomine, ut in libello ad id destinato scribantur, ex quibus selectiores vtriusque gradus, Sacerdotum, videlicet, & saecularium, ad officia destinabunt, quorum primus (Praefectus dicitur, ab aliquibus Minister: tale Patres Carmelitarum Discalceati, cum erigunt Congregationes ad hoc opus, nomen imponunt, praecentori, ac duci huius agminis.) Ecclesiasticus semper, & omnibus ornatus dotibus. Octo adduntur Consilij ex primotibus vtriusque status, ut à Consiliis sint Praefecto. Secretarius etiam eligitur, qui intersit actibus Congregationis, habeat nominum indicem, & quae iussa fuerint, scribat: itemque Regulas in eodem libello reponat, ut certis temporibus ad memoriam publice lectae reuocentur. Praeterea Depositarius adiungitur, qui elemosynas, aut ab Ostiario petitas noctu, cum ab oratione discedunt, aut alia via donatas, aut quasitas, custodiat, & eroget, pro ut à dictis Officialibus decretum fuerit, ne Ecclesia grauetur. Inde libelli


legendi emanant, cera comparatur, pulsanti campanas, & paranti ad orationem necessaria, (nisi ex deuotione ad id quis dedatur,) & aditus aliquid tribuatur, ne deficient, & molestae ferant quotidianam Ecclesiae occupationem. Instituantur etiam duo Zelotes, qui curent horam non protrahi, hoc fieri quotidie: à foeminis templum purgent, & pueros excludant; qui silentio dent operam, ne turbentur ibi adstantes, si nimius strepitus foras fuerit: quantum fieri potest, vitent, ne prauidicio sit orantibus. Ostiarius etiam praeficitur, ut aperta parte ianuae, vel postici, ingressus pateat hominibus,

nullo modo foeminis, & pueris, qui secum inquietudinem afferunt. Hoc per menses diuidi poterit, nisi aliquis velit onerari hac cura, ut feruentius Congregationi seruiat: reliqua munia per annum durant: eliguntur à tota Congregatione eo finito, & sic proceditur per caetera curricula annorum. Regula pro tota Congregatione ordinatur de licentia Praelatorum, & cum ipsorum approbatione, & pro Officialibus, quae à tota Congregatione acceptentur, & inter paucos, officia tenentes, disponantur. Generalia documenta ed tendunt, ut iniungatur Congregatis, oratio, lectio, Rosarium, Missa, examinationis cura quotidiana, Sacramentorum frequentia, vitare iuramenta, & alia turpia, ac foeda, iraque plena verba pro se, & domesticis, & alia his similia. Officialium regulae iuxta dicta ordinari possunt, ut vnusquisque suo incumbat muneris, & ita compactum hoc corpus cum capite, & reliquis membris, magnum robur assumit ad debellandum hostes, &

Deo in eiusmodi operibus seruiendum: ipse suppetet vires, & benedictione sua dona impertiet, ut principiis felicibus finis respondeat, qui sine fine durationem secum afferat.

Vbi verò eiusmodi ordine praescripta statui non possint aliqua, paucitati vicinorum accommodata seliguntur, quae eis congruunt, & conseruari haud difficile sit, praecipue aliqua librorum spiritalium lectio, flagellorum usus, Rosarij recitatio, & his similia, quae se offerant missis, ne priuentur opere stabili in recordationem, & conseruationem eorum, quae à Nostris acceperant, ut in eodem permaneant proposito Deo seruiendi. Praecipue Iubileus generalis Communionis omnibus communis esse oportet. Nec vicinia excludenda, quandoquidem in istis nulla, aut ferè Sacramentorum per annum memoria est, vnde eis maxima mala obueniunt, quae remedium accipiunt, si ad Sacramenta omnibus mensibus veniant, Iubilei consequendi allecti odore.





# EXPEDITIONVM SPIRITVALIVM SOCIETATIS IESV, LIBER QVARTVS.



OMPLECTITVR præfens liber, quæ à Nostris, cum in expeditionibus laborant, & ex suggestu populum alloqui tentant, docenda sint, ne in re tanti momenti aberrant; sed potius vi verbi armati, mendacia ad peccandum inducentia debellant, ac destruant: vt enim inquit Paulus 2. Corinth. 10. *Arma militia nostra non carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Loquitur haud dubiè de armis spiritualibus, vbi Dei enitet potentia: licet enim à nobis prodeant verba, vim repugnandi, destruendi, vincendi, ac captiuandi, à Deo accipiunt, cui adscribenda est victoria. Chrysof. ibi hom. 21. sic ait: *Vtique iam dixi, de prædicatione prius verba facit, potentiamque vniuersam Deo adscribit.* Nec spiritualia aduersantia carnalibus dixit; sed potentia Deo, vt eneruet aduersariorum ausus, & debellari, ac subdi pro certo habeamus omni depulso metu, cum Deo bellum inferant, ipsèque potentia sua aduersus eos insurgat. Ob id addit idem Chrysof. *Neque enim ancipiti Marte pugnabat Paulus; verum nullo negotio victoriam obtinebat.* Vt ergo animosi redamur, hic liber instituitur, vbi armorum copiam, ad repugnandum peccatoribus, ac vitia destruendum, parabimus, quæ quidem verba excutienda, & mouenda sunt, è suggestu loquendo, fiducia in Dei potentia firmata.

CAPVT

## CAPVT I.

*Qua via Dei verbum prædicandum sit, vt inde intentata utilitas capiatur.*



IADVERSUS abusus diuini verbi loquendi initia daremus, latissima se offerret materia dolendi, ac lamentandi miserum rerum statum, ob Concionatorum, non dicam incuriam, sed nimiam ornandi verba curiositatem. Non quidem utilitatem audientium pro scopo sermonis habent; sed propriam laudem, auramque popularem captare, & vt eloquentes, docti, curiosi iudicentur, non quidem salutis animarum amatores: licet enim quædam coaceruent testimonia, & Patrum expositiones, conceptusque morales; adè à longè consistunt, vt quo sine dicantur, haud capiant auditores: solum enim, cum audiunt, elegantiam percipiunt, ornatum verborum tenent, non autem quæ ibi latens, & abscondita relinquitur veritas, ad eorum cogitationem descendit. Hæc arida, imota, frigida, indocta, & cruda satis relinquitur, quali deserta, & inuisa terra, quæ nulla paratur cultura, nullo semine intra sinus concepto, aut recepto aucta, ex quo pullulantes fructus sperari possent. Nostri homines, præcipue in Missionibus, ab hac communi peste, quæ serpit, & penè omnia inficit, ac corrumpit, alienissimi esse debent: nec hæc trita via incidere; sed nouam & viuientem, vt inquit Paulus ad Heb. initiare, quæ pro fine habeat motum mutationem, hominum conuersionem, populorum reformationem, peccatorum destructionem. Fulminibus similes se esse arbitrantur, qui mundum accendere, & à frigiditate pristina liberare, pro scopo habeant, lumine tenebras fugantes. Similes Summo Sacerdoti, cuius pectus ornabatur, plusquam auro, & in eo insertis lapillis, doctrina, & veritate: neque enim intendimus, ab omni ornatu nudos exponere Concionatores: nec imitari eos, qui carnes decoquentes sale non condiant, quæ insulsa comedi non possunt: nam, qui doctrinam vocat prædicationem verbi, apertè insinuat, hanc ornandam esse, & doctè faciendum verbum ad populum, vnde authoritas, & opinio nascitur, non ad laudem audientium; sed vt eos consulant, & animarum salutaria remedia ab eis requirant: nisi enim conciperent eos doctos esse, & scitè loqui; Sanctorum, & Scripturæ testimonia, & explicationes euoluissent, minimè eis sua fidere negotia, nec cum satisfactione audirent.

Solum enim in modo hæc concionandi potest versari discrimen inter garrulos Concionatores, & graues Rhetores Dei verbi. Quis dignè laudabit Paulinam eloquentiam? At ipse de se ait, non in facundia sermonis, sed in gravitate, & pondere rationum vim loquendi constituisse. His armis omnem exarmabat peccatorum aciem, omnia superabat, & destruebat Philosophorum, & Dialecticorum argu-

menta. Nec damnatus eloquentiam; sed loquacitatem, quæ potius ad plausum, & admirationem, quam ad conuincendum intellectum adducitur, cum Paulus dicat, vt supra: *In captiuitatem redigentes omnem intellectum.* Hæc complectitur cap. 2. primæ ad Cor. *Cum venissem ad vos, Fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientie, annuncians vobis testimonium Christi. Ergo & sermo meus, & prædicatione mea non in persuasibilibus humana sapientia verbis; sed in ostensione spiritus, & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum; sed in virtute Dei.* Sublimem sermonem vocat, qui est in usu, & adè excellit hominum capacitatem, vt supra eorum captum sit. Similiter vocat persuasibilia humanæ sapientie verba, seu argumenta, quæ redolent humanum ingenium, & artificiosum loquendi modum. Exponens hoc Theophylactus, sic ait: *Non erat prædicatione mea compta persuasibilitate, externoque orationis, & facundia splendore; sed in demonstratione spiritus, forsitan ideo, quia inexplicabili quodam modo, fidem ingruebat auditoribus per gratum verbi ministerium.* Rudes enim homines erant, & licet non possent eloquentia vi, qua carebant, si ad opus intentum præstaret, eam à Domino cum linguarum dono acciperent, vt idem docet Theophylactus: nec enim nuda eloquentia amanda est, nec ornatus loquendi, & conceptuum, quæ suffocent vim veritatis; sed omnia huic seruire oportet, tanquam Regina pedisequæ veritatis energie. *Virgines illæ lampades gestantes eas ornauerunt, aliqua addentes, quæ ipsas gratiosiores redderent: at non tale, quod lumen absconderet; esset enim aduersarium fini intento, deducendi Sponsum in noctis tenebris. Ita planè verborum ornatus non debet lumen veritatis obscurare, & abscondere, cum intendatur verbi prædicatione lucem præbere incedentibus in tenebris, & à veritatis via errantibus, vt Petrus docet 2. Can. c. 1. *Flabemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis ascendentes, quasi lucerna lucens in caliginoso loco, donec dies elucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris.* Huc vsque duratura est lux verbi, donec diem efficiat in audientium cordibus. Nec huius claræ, & omnibus notæ doctrinæ defectus solum tribuendus est Concionatoribus; sed peccatis populorum, qui dicunt: *Loquimini nobis placentia.* & Michæam Prophetam, sicut Achab, *Isi. 30. 10.* audire renuunt, quoddam dura annunciant, & peccata præ oculis obiciant, & arguant hominum mundialium errores, sicut populo Hebræorum leuitate moto ad exposcendum Regem, cum à Deo regetur, datus est, qualem ipsi merebantur, & Regis leges potius tyrannidem, quam veram debitam capitibus obedientiam, redolebant. Ita planè hominibus amantibus vana, nec veram suam restrictionem quærentibus, veramque famis satietatem haud desiderantibus, concessi sunt à Deo magistri vaniloqui, Rhetores in sublimitate, & extollentia verborum loquentes, ne eos pascant, & sitim haustu aquæ reficiant; sed potius ardentes fauces accendant, ad plausum verba concinnantes, ac maximo studio, & labore componentes, vt omnia sicca, & arida reddant: *In lingua altera, & loquetur labij loquetur ad populum istum.* inquit. *Isai. 28. 11.* Quasi dicat: In extranea, & incognita*



cognita lingua, quæ ab audientibus minime percipiatur. Aded verum hoc, vt ea extollant, & laudent, ac plausibus decantent, quæ minùs benè in eiusmodi Concionibus intelligunt, mira dicendo, quæ ad mentem audientium non perueniunt. Populus Israëliticus sedit manducare, & bibere: vbi Clemens Alex. addit, manducare fœnum: qui enim vitulum pro Deo expofcebant, nolentes ab homine duci, qui Dei vices gerebat; sed aiunt: Fac nobis Deos, qui nos precedant. similem Diis, libidini concessis, cibum sibi parauerunt, nempe, fœnum bestiarum alimentum, qui vitulum pro Deo habere concupierunt. Quod ponderans August. 7. Confession. c. 9. sic habet: Legebam, inquit, sibi (nempe ad Rom. 1. immutatam gloriam incorruptionis tuæ in idola, & vana simulacra, &c. Addit: Quoniam caput quadrupedis pro te honorauit populus primogenitus, conuersus corde in Egyptum, & curuans imaginem tuam, animam suam, ante imaginem viruli manducantis fœnum. Adiungit statim: Inueni ibi hæc, & non manducaui. Hoc accidit his hominibus, qui nolunt duci humano more; sed diuina, & altiora se querere, quæ nec capere possunt, nec eis velut animæ cibo, nutriti, ac pasci: Dij enim, quos duces requirunt, & vociferantes petunt, bruta sunt animalia, non Deum prædicantes, sed semetipsos, gloriola capta mundi, quæ fœno in Isaiâ comparatur, aiente: Et omnis gloria eius quasi fœnum. Tale alimentum præbent audientibus, & dicitur de eis optimè: Ephraim pascit ventum, nullam ibi requirentes vtilitatem, nullum animalium luctum, nullam Dei notitiam, & peccatorum pœnitentiam: sed inanes laudes, & plausus, quibus, tanquam fœno, pascentur. Præfecit Antiochiæ Iulianus hominem nomine Alexandrum imperitum, crudelem, auarum, motibus ciuium congruentem. Cum autem, qualis esset, ad Imperatorem deferrent, vt refert Ammianus lib. 23. Dicebat non illum meruisse, sed Antiochensibus, auaris, & contumeliosis hominibus huiusmodi Iudicem conuenire. Ita Deus populos punit, tales permittens eis aduenire Concionatores, quales eorum mores exigunt. Curiosa appetunt, inaudita desiderant, vana amant; quæ non capiunt, laudibus extollunt; tales audiunt homines, qui eos non vtilia docentes in suis pristinis relinquant vitiis, ac deformitatibus, ne in melius facies Reipublicæ mutetur. Quid miramur, si obrutus mundus malis inueniatur? si infixus in limo? Rationem reddat Dauid: Et non est substantia, non substantia, non vbi pedem figamus, nec firmum fundamentum, cui inniti oporteat hoc spirituale ædificium virtutum. Anxius quærebatur August. 3. Confession. cap. 6. veritatem, tanquam cibum, & potum, ad reficiendam animam. Quid inquit: Ego te, veritas, in qua non est commutatio, nec momenti obumbratio, esuriebam, & sitiebam, & apponebantur adhuc mihi in illis ferculis phantasmata splendida, &c. Et infra: Nec nutrebar eis, sed magis exhauriebar. Cibus enim in somnis similis est cibi vigilantium; quo tamen dormientes non aluntur; dormiunt enim. Omnis prædicationis apparatus conuiuium imitatur somniantium: fercula parantur soporèrem excitantia: at minime alunt conuiuas. Vacui domum petunt, nullo capto auditu ver-

Exod. 32.

August.

Isai. 40.

Osee 12.

Ammian.

Isai. 68. 3.

August.

bi fructu; quæ enim morum expectari posset mutatio? Et vt cernas, quàm longè fiant à salute, repetat eodem loco August. qui ipsi contigerant ante veri inuentum. Va, va, inquit, quibus gradibus deductus sum in profunda Inferi, laborans, & astuans inopia veri! Hanc inopiam patiuntur miserè populi, qui non veritatem; sed voluptatem sensuum quarunt: qui non intellectum pastu suo fatiant; sed corporea instrumenta, vocibus oblectationem afferentibus. Massa naturæ nostræ, in protoplasto vitiatâ, in corruptionem abiit: regeneratione Baptismi malum hoc, remedium accepit. At fecundò, iterum in agritudinem ruit secunda corruptione doctrinæ pestilentis, qua imbuti homines, à veritate aberrarunt, & in infinita corruperunt mala: aded vt commune ferè totius naturæ esset, nec vires haberent pauci, meliorem viam sequendi, vi, & imperu tracti multorum, quod dolenter deplorat Hilarius 6. de Trinitate, his verbis: Gylais, & periculosus est error in plurimis, & multorum lapsus, etiam si se intelligat, tamen exurgendi pudore, auctoritatem sibi presumpsit ex numero. Habens hoc imprudens, vt quod errat, prudentiam velit existimari; & quod cum multis errat, intelligentiam esse asserit veritatis, dum minus erroris esse existimetur in multis. Quis hunc rapidissimum amorem fugere, aut aduersum ipsius cursum continere valebit? Vnico remedio appposito superari potest, si quemadmodum corruptioni primæ Baptismus, & regeneratio prima concessa est; ita doctrinæ corruptelæ opponatur veritatis cathedra, vnde mendacia reuincantur, & superetur eorum vis, ac impetus infernalis. Quod apprime docuit Origenes lib. 5. in cap. 5. ad Rom. Sciens ergo vtrumque esse in culpa, vtrumque remedium dedit. Vbi: Matth. 28. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Et statim: Docentes eos seruare omnia, quæcumque mandauimus vobis. Vt generatio mortalitatis regeneratione Baptismi mutaretur; & impietatem doctrinæ pietatis excluderet. Hinc conice, quanto in periculo versentur amatores nouarum rerum, non solidæ doctrinæ, & ne corruptelæ ista vim sumat, & plurimos rapido motu post se ferat, introducendam esse curent pro remedio huius impietatis, doctrinam piam, & hominibus imbuenda, clara, nota omnibus, trita fidei documenta, vt cum Isaiâ clamemus: Perdam sapientiam sapientium. Non quòd in tenebris iaceant homines: sed vt à maiori luce minor obscureretur, vt ab illa homines illuminati, istam in pretio non habeant. Quemadmodum ad Solis ortum, etiam cæli lumina cessare, & occidi videntur: quia ea rapit maior illa fulgentissimi Solis claritas, & velut officii illuminandi priuat. Ita Clemens 1. Stromat. aiens: Sicut etiam lucerna, quæ à Sole illustratur, dicitur periisse, eo quòd non æqualem edat operationem. Ita doctrina pia, tanquam Sol radios suos emittat, vt aliæ sapientiæ cathedræ haud luceant ab eminentiori lumine superatæ: valeant delicata, & ornata verba, quæ potius eneruant, quàm robor virtuti præbent: vigeat veritas, fulminet, & icu suo penetret, ac vulneret corda, & homines ad peccatorum plantam trahat. At nouelli Concionatores ad defendendam opinioquæ huius sectæ his atmantur rationibus. Non

Idem.

Hilar.

Orig.

Matth. 28.

Isai. 29. 14.

Clemens.

Non audiri, qui sine ornatu verborum, & nouarum rerum Conciones componunt. Per ista, quæ rapiunt in admirationem, venire facilius ad vtilia, sicut conditæ escæ comeduntur auidius, si benè dispositæ apponantur in mensa. Mereri nomen, & opinionem Doctorum, si plurima congerant testimonia, qua via, & auctoritas comparatur, & inde emergunt fructus, dum eos requirunt homines, tanquam scientia plenos. Alios Concionatores hanc sequi viam libros prælo mandantes, (vbi sciatem conceptus,) referunt rebus, dicendi modis nunquam auditis, quæ captant audientium attentionem. Cum enim ista passim audiantur, quis neget nudos iudicandos esse sermones his exarmatos paramentis? Valeant rationes ista omni Dei Spiritu vacuæ, & inanitatem redolentes, nec apud Dei ministros locum habeant, cum aduersentur Spiritui Sancto, intendenti verborum interuentu, non aures demulcere; sed mentes illuminare: quod agrè fit, si ista vim faciant: Quis damnare audebit omnes laude dignos Concionatores à Patribus doctos, qui alio tramite Conciones ornabant, & alia via ducebant choreas, vt dixi; tollimus eloquentiam in barbariem eam transmigrantes, nec desertos sermones doctrina Sanctorum, & Scriptura populo volumus offerri; sed comptos, & ornatos his, quæ ad conformandam veritatem sufficiunt. Solum cupimus ista dirigi ad aliquam vtilem doctrinam populo offerendam, quæ alimenti loco ei feruiat, eaque comprobata, vt inuerecundè publicè apparere possit, tunc descendat Concionator per exempla virtutum, & vitorum ex tali fundamento prodeuntia ad singularia ab omnibus nota, & in quibus frequens est populum versari: v. g. agitur de virtute obedientiæ, quanta sit in laude Sanctorum, quot eius exempla, quàm Deo grata: ea enim plura dona ab eo assecuta. Ista ornata Sanctorum, & Scripturæ testimonia, non ita cruda populo propinata sunt; sed descendendum ad audientium vitam, quàm inobedientes Deo existant, creaturarum damnati obedientia, solum rebellem hominem diuinis mandatis; vel- le & loco ipsius, Prælati, Sacerdotibus, patribus, dominis, Iudicibus, denique maioribus, & aliis vtilia consilia dantibus, obtemperent. Liberi videntur nati, qui nullo teneantur chamo, & freno, similes Saulo, qui furens minas intentabat aduersus Dominum, à quo, in chamo, & freno maxillas eius constringendo, retroactus est, & emendatus, ne tentata perficeret; sed recognosceret authorem suum, & ei obedientiam præstaret, dicendo: Domine, quid me via facere? Si enim ad ista particularia exempla non deueniatur, res manet sub velamine, & in tenebris deget, nullusque audientium sibi eam congruere existimabit. At, cum ad ipsos conuertitur sermo, totus ille apparatus, obedientiam testimoniis roborandi, ad ipsorum reprehensionem, aut monitionem ordinari concipiunt. Malignè Pharisei Christum vrbegant adultera oblata ante eum, vt aduersus eam ferret sententiam: ille verò cum à conscientia propria longè eos stare cerneret, ait ad eos: Quis sine peccato est, primus in eam lapidem mittat. Ioann. 8. Statim vnus post alium

Act. 9.

Ioan. 8.

compuncti omnes, & rubore suffusi, abscesserunt; & causam ceptam reliquerunt. Ad excitandam eiusmodi verecundiam, satis fuit recordationem propriorum peccatorum præ oculis obicere eis. Bernard. Sermon. 3. de Annunc. sic ait: Quam grauius enim ad verbum hoc saxea corda transfossa, rubor ipse confessionis, & clandestinum probauit abscessus. Plurimi accusatores aliorum existunt, qui eorum vitam calumniantur: at hoc ex propriæ conscientiæ obligatione nascitur: tunc quidem si Concionem audientes, viderint propriam imaginem pingi, & in veritatis speculo præ oculis obici, haud dubiè verecundabuntur, & aliorum obliui, sua considerabunt, & emendare curabunt. Quid de aliis veritatibus dicendum? quas nulli adscribunt publicè loquentes; sed frigidè referuntur, nec ad proximum, & audientium vtilitatem adducuntur? Hoc quidem nil aliud est, quàm mensam panibus plenam apponere; sed nulli adstantium buccellam diuidere, vt comedat, & reficiatur. Amos 8. hoc pro pœna designat. Dabo eis non famem panis, neque sitim aquæ; sed famem audiendi verbum Dei. In bonum videtur loqui Dominus per Prophetam: verum ea, quæ cerninus, designat, cum saturos homines videamus, non appetentes panem, quo verè satietatem assequantur. Et si quam famem habere videntur, desit illis, qui præbeat ea, quibus tolli possit; quòd nemo verbum Dei purum, ac defæcatum prædicet; sed mixtum, tot artificijs, ac inuolucris absconsam, vt vix percipiatur non modò sensus, sed nec verba. Hos arguens Chrysofom. homil. 3. in cap. 1. Matth. inquit: Quid igitur infelicius esse posset, quam quòd Deus in pœnam minatur, hoc tuam sponte in caput tuum attrahens corruget malum? Non enim hoc concionari verbum Dei dici posset; sed concinnare, & componere aliquid, ne deformitas appareat; ac si verbum diuinum, tanquam quiddam deformæ, occultandum esset, & solum ornatus, in verborum compositione, in elegantiâ sermonis, in rerum nouitate, in forma proferendi illud, & melodia loquelæ consistens, nitere deberet. Rationes, aut fictiones adductæ in oppositum facile diluuntur. Prima, non audiri, qui noua, & incognita non afferunt; imò potius audiri, qui mores pungit, & instruit: hæc quidem noua, hæc incognita, & ab omnibus ignorata. Vnde peccatorum rabies? vnde in eis persistentia, nisi quòd nunquam audiunt bellum aduersus ea institui? Quid Isaiæ Dominus præcipit? Annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Si hæc sæpè audientes, & tuba vocis intonante à longè percipientes, adhuc in peccatis iacere solent; quid, si nunquam annuncietur populis, & priuatis domibus, ac familiis ista, sperari poterit? Dauid iacebat in peccatis, quòd nulla resonaret vox in auribus eius, sceleratèri culparum obiciens ei: at, cum primum Nathán clamauit, surrexit per pœnitentiã à culpa. Chrysof. supra sic ait: Qui verò nec quòd peccauit, intelligit, quando à peccatis recedet? Quando seipsum culpabit? Quando emendare conabitur? Præterea in hominum frequentia paucissimi conueniunt, qui delicatos cibos degustent, N reliqui

Bernard.

Amos 8.

Chrysof.

Isai. 58. 3.

1. Reg. 17. 2.

Chrysof.

reliqui verò solum panem cum aliquo obsonio communi vescuntur. Nonne absurdum erit, si quis pro paucissimis alimenta delicata deferat, & totam multitudinem ieiunam relinquit? Cum ergo hoc verissimum sit etiam in magnis civitatibus, cur delicata, & inuoluta offeruntur, paucissimis literatis, aut politia deditis nota, cum tamen tam fecunda, quam reliquu vulgus, ista haud percipiant, & ieiuni discedant? *Homines, & inmensa saluabis, Domine.* Nec Christus Dominus in triumpho suo iumenta reliquit, imò potiùs ipsi infedit, & prope se duxit, vt nobis commendaret in triumphis veritatis, non simplices contemnere; sed potiùs docere, instruere, ac eis congruentia ostendere. Hoc quidem docere eos erit, hoc charos habere, & in magno pretio. Bernard. Ser. 2. de Ramis, hoc Christi exemplū nobis commendat, aiens: *Attamen, nec ipsos reliquit Dominus, cum disciplinam ferre voverint; sed, si qui tales sunt, quos punigi frequenter oporteat, & vgeri, obsecramus eos, vt studeant inuenire, si queant in homines commutari.* Quid istis intererit cōceptibus referre sermones proferre? Maternū amorem imitemur, qui non negat filiis necessaria, omni destitutus ornatu, omni deposita grauitate incedens, vt curam eorum agat, salutem procuret. Petrus Chrysol. Ser. 51. *In quod præcepti post filium non se dat mater? Et arguitur Deus, quare homo inter peccata charitate Conditoris requiritur.* Secunda, per ista, quæ rapiūt in admirationem, venit ut ad vtilia; minime quidem; sed potiùs in illis tempus consumitur, & perditur, nunquam ad vtilia deuenientes, quæ à principio tentanda sunt, & ad ea tota vocanda Concionis intentio: quis enim fundamentum nō iacto, solidum ædificium cōstruere faciet? Et quis vim ingeret verbis ad salutem, si filorum serua componat; non fitima, ac solida veritatis fulera iaciat? Hæc eadem, vt diximus, ornanda sunt, & conceptibus moralibus polienda: verum non suffocanda, & obruenda multitudine, & coaceruatione: solet enim esse pestis prædicantium, tot coaceruare testimonia, & conceptus, vt in his tempus consumant, nulla apposita ad mores præsentiu applicatione, & nudos sermones dicunt, ac pauperes, si hac abundantia careant. Stulta planè præsumptio, & ignorare Concionis pulchritudinē. Paucis quidem hæc formatur, si paucis etiam contenti bene collocent, ad Euangelij normam respiciant, ad mentem loquentis faciant, ad veritatis explicationem conducant, si trita non sint, & vulgaria, quæ intendūt. Hæc omnibus placent, doctrinæ auctoritatem conciliant, & gratum omnibus sermonem reddunt: quæ autem inde emergunt ad populum documenta, grato, ac lubenti suscipiuntur animo, & laudantur sic dicta, ac excepta verba. Qui enim pluries ex suggestu locuturus est, nō curet in vna Concione multa coaceruare testimonia, quæ pariūt confusionem, & fructus capiendi, tempus consumunt: sed pauca ad rem facientia componat, & ex vna in aliud trāseat, ne in eadem persistat materia, velut si humilitatem, aut charitatem laudet, non tota Concio ad hanc confirmādam virtutem ordinetur; sed ex Euangelio, aut materia, diuersa assumat, paucis probet, multis verò commender auditoribus, & exemplis notis confirmet, & explicet, quæ vtilia ibi lateant documenta, ad praxim virtutis conducentia. Sæpè

Psal. 35. 8.

Bernard.

Chrysol.

gallus Petrum excitans cantum emisit: at semper monens eum ne laboreretur, aut vt resurgeret à culpa citò. Ita Concionator ab initio sermonis monere, corrigere tentet auditores, ne tempus concessum, inutiliter terat. Chrysol. de Petri negatione orationem componens, sic ait: *Ille inuictus Petri accusator præuina sententia Dominica præco, ac patronus, negationis proclamator, præuisionis index, ac poenitentia, & lacrymarum admonitor.* Hæc omnia officia exerceat, qui aduersus rebelles publicè pro Deo, legatione fungitur, aut moneat, aut corrigat, aut prædicat mala futura, nec momento temporis eos quiescere sinat, vt obtineat, quæ desiderat pro fine sui laboris. Ad tertiam, de opinione doctrinæ, quam sic agendo obtinent, dicendum est, non illam desiderare; sed nō vanis, ac inutilibus sermocinationibus istam haberi; bene tamen hæc opinio adipiscitur, ad mentem audientium loquendo, ad Euangelij mysteria, & moralia documenta, dicenda accomodando, & ea ornando, non pluribus, sed selectis probationibus; tandem ad audientium captum, ac necessitatem descendendo; (hoc quidem voco morale, moraliter dicere, non contenti moralia puncta, ex Euangelio eruere; sed ista ad adstantiu frugem per rerum, & euentuum frequentium exempla, referre; ) quod gratum, sapidum, ac vrile censent, & magnam dicentium, & sic docentium opinionem concipiunt. Sic agendo cessat curiositas, & ad vtilia aures parantur; non enim ex discipulis censores, ac iudices faciamus, cum illis pastum offerimus murmurandi, & iudicium ferendi distorum, non discendi ad proprium commodum materiam: quod acriter arguit Basilus oratione aduersus calumniatores: *Plurimi, ait, præsentium exploratores magis sunt eorum, quæ dicuntur; discipuli eorum, quæ docentur; & doctrina verbi non requiritur ad adificationem præsentium, sed ad calumnias insidiantium.* Cum autem ab initio sermonis vident auditores omnia tendere, vt eos instruant, moneant, arguant, luce perfundant veritatis, ad discendum, & recognoscendum, an in se talia reperiantur, vt remedium adhibeant propriis malis, aut bona, quibus carent, requirant, non censores, sed discipuli, audientes sibi necessaria, sunt. Quarta, quòd alij hac incedant via, & libri multi prælo sunt mandati, hæc abundè ad manum offerentes, non conuincit modò ita; sed diuersa via incedendum: sicut nec ex eo, quòd plures errent, inferendum est cum illis, & nos errare debere. Ex libris, vbi tot sunt conceptuum sarcinæ, sumant, sicut ex Gentilium scriptis pauca, & selecta, nec ea relinquant in sua cruditate; sed decoquant, & ad vtilitatem audientium condiant: quas inde capere poterit quiuus vtilitates, manifestissimum est. Primò, dicta ad audientium commodum ornari possunt exemplis, & vno, vel altero testimonio, vbi conceptus lateat gratus, si aperiatur adstantibus. Secundò, hoc ipsum ingenij, & dexteritatis index est, cum ex littera Euangelij, aut materia exponenda, quæ ab omnibus capi possunt, & vtilitatem afferant, extrahat. Tertio, nihil libentiùs auditur, quam ab omnibus perceptura, & sibi conuenire quiuus arbitrat, cum exempla singulis aptentur officiis, & statibus. Ita Ioannes Baptista omnibus speciatim

Matth. 27.

Chrysol.

Basil.

Matth. 3.

August.

tim sua præbebat fercula. Ita Ioannes in canonicis Epistolis. Similiter Paulus Corinthios alloquens, moralia documenta præstabat: hoc idem monet, ad Titum, & Timotheum scribens. Quod autem acriùs solet audiri, id est, si arguantur peccata, quæ affinitatem habent cum his, quæ ab auditoribus notum est fieri. At nec ob id omittenda obiurgatio, minus enim inter est, quòd vnus, vel alter exacerbetur, quàm quòd peccata sine reprehensione relinquantur; dum tamen non ad præsentem referatur in particulari, pro statu, aut officio eos pungendo. Hoc scandali occasio est, & rarò ad vtilitatem conducit. Verum vitia, quæ communiter solent scedare populos, & in quouis frequenter reperiantur, libertate maxima arguenda sunt, & comminationibus dānanda, vt ratio, aut timor ea depellat. August. contra Cresconium, lib. 3. c. 63. sic fatur: *Persecutores enim vestros nos dicitis, cum vos saluos fieri cupientes, vestraque sanari volentes vulnera, medicinaliter persequamur.* Ob id enim laudare solent Concionatores verbi, qui leuiter ista perstringunt, & potiùs de cultura verborum, quàm de sale vulneribus applicando, curant. At etiam ista, quæ vni, vel alteri ingrata sunt, Communitati placent; quanuis eos reprehensio percutiat: vident enim pro suo bono talia argui, ac damnari, nec conscientia dissentit, sed potiùs tanquàm secundus testis ad omnem veritatem comprobādam insurgit aduersus ipsum peccatorem. Tales proponendi populis sunt Concionatores: iis enim hucusque referta, & onerata fructibus Societas redit ex Missionum labore; nec alij ab antiquis dissidentes desiderari posset, nempe, auctoritas, grauitas, opinio doctrinæ, laudes cum fructibus, audientium vtilitas cum magna oblatione, frequentia concursuum; & nunquam tales audiuisse homines, qui abscondita reuelant, & obscura persciscere faciunt, & qui peccata obliuioni tradita præ oculis ponant, & remedium facile apponant, prædicat omnes. Sufficiant ista, vt diuinæ gratiæ cooperatores simus.

CAPVT II.

Quæ primo loco tractanda in Concionibus.

Suprà dictum est, Conciones esse instituentas pro mane, & pro vespere. Illæ Euangelium diei pro materia habeant. Hoc à Deo ferculum audientibus elargitur: hoc conditum, & præparatum reddere oportet; tum dicta ratione; tum, ne armati solum suis preparatis Concionibus credantur, nec in alia, veluti ignota, & recenter occurrentia, audere videantur. At in his Concionibus tenenda est regula præscripta, vt toti sint in vtilitate procurandam. Alia solent institui vespertinis, aut nocturnis horis, aut pro primo mane, quæ materias continent doctrinales ad mores conducentes, de quibus aliqua notabimus; non quidem, vt hoc argumentum, numeris demus absolutum; sed vt formam præbeamus dicēdis, quibus Concionatores mittendi addant sua studia. Si tamen ista desint, vt contingere solet initium facientibus

his expeditionibus, nec plures conducant secum libros; aut timeant in ista intrare defectu Concionum, aliqua parabimus ad maiora conducentia. Vnde colligi possit, qua via incedendum, quibusque testimoniis ornare dicenda oporteat: ordine tamen proponemus eiusmodi formulas, vt quiuus eligat, quæ magis præsentii instituto conueniant.

§. I.

De peccati malitia omnibus explicanda, vt ab eo fugiant.

Cvm omne inferendum bellum aduersus peccatum ordinetur, vt destruat; inquit Rom. 6. 6. Paulus, corpus peccati; quanta mala secū habeat, promenda sunt, vt ei resistamus, in fide armati, aut à nobis, si adit, quantociùs propellamus. Oportet discrimen instituere inter leue, & graue; illud veniale dictum, hoc mortale. Nec ad eò leue, vt non fugiendum, ac timendum sit, eum omnibus malis superuenientibus passis, vix extinguitur, pro solutione præstitis. Nec, si ista habenti veniale solum inferatur, debite punietur: licet enim non mereatur aternam poenam, temporalem omnem pro eo iuste sustinere quiuus poterit: meretur enim puniri, quandiu non aufertur per dolorē; ob id enim, si cum mortali iungatur, durat, quandiu istud, & semper puniri iuste poterit. Vide, quæ Suar. habet 4. tom. 3. p. disp. 1. 1. sect. 2. n. 13. Nec ob id solum timendum, Suar. sed, quia viā sternit grauioribus peccatis. Damnat Bernard. Ser. 1. de conuers. Pauli, dicentes: *Leuia sunt ista, non curo corrigere; non est magnum, si in his maneam venialibus, leuibuscque peccatis. Hæc est enim, dilectissimi, impoenitentia, hæc blasphemia in Spiritum Sanctum. Quare hoc? Quòd manere in istis sit, in periculo grauiora peccata consistere.* In præceptis fertur natura, & à paucis ad maiora dilabitur. Iob 20. *Caput Iob 20. aspidum suget, & occidet eum lingua vipera.* Aspides enim paruum animal est, vipera longa, cuius morsus ad interitum ducit, vt probet, qui assuetus est venialibus, in mortalia descendet peccata. Reddit rationem Glossa: *Quia, cum initium suggestionis occultè libenter suscipit, violentus se postmodum temptationibus tradet.* Hoc timens ille illustrissimus Eusebius, cuius meminit in Historia Theodoretus, curabat venialia, & lenia, & fatigabat inimicū ad talia ipsum alliciētē molestantis temptationibus: sustinebat tamē fortiter hæc fultus ratione: Ne de magnis bellum gerat, conabor hostē ad hæc parua traducere, in quibus etiam si vicerit, non magnum affert detrimentum. Acutissimè August. 4. de ciuit. c. 11. cōpatione scemineæ temptationis, per quam ad virum decursum fecit serpens, sic habet: *A parte, id est, ab inferiori illius humane copule incipit, vt paulatim veniret ad totum.* Ita à minimis initium facit inimicus, vt ad totum deueniat, nempe, ad id, quòd intentat, mortale, videlicet. Oportet tamen discrimen inter veniale, & mortale exponere, ne confundantur, & vnum pro alio accipiatur; cum veniale facile fiat, & facile reparetur à iusto homine, cum habeat semen gratiæ, quo hoc malum mederi valeat: at mortale hoc priuat bono, & si merita inueniret, qualia excellentes Sancti possident, ea destrueret, & omninò aboleret. Hoc malum, & timendum præceptē,

Bernard.

Pall. sua F...

Genes. 3.



& fugiendum, tanquam impedimētum salutis, & hostis gratiæ, & omnium spiritualium bonorum, præter fidem, & spem. Ad huius remedium sola Confessio instituta: ad eam etiam contritio ordinata, quam virtualiter imbibit. Vt ergo huius pestis odium concipiamus, quatuor tractanda veniunt. Primum, quanta sit grauitas peccati mortalis, qua offensa Dei est. Secundum, quantis priuet bonis gratiæ ad finem supernaturalem conducentibus. Tertium, quanta secum afferat temporalia mala. Quartum, Inferorum pœna debita pro vna mortali culpa.

§. I I.

Deo aduersatur peccatum, ideò odio habendum.

AD primum vt accedamus, multis de causis mortale odio est prosequendum; sed præcipua eius malitia in eo cõsistit, vt Deo aduersetur, aduersusque eum tendat eiusmodi pugna, ita vt creatum audeat contra omnipotentem roborari, & vires assumere, vt aduersus ipsum ceter, eiusque voluntati, resistat. Huius malitiæ magnitudo vires fumit ex Dei magnitudine, creaturæ vilitate, & rei, cuius de causa ei opponitur, & iussa ipsius contemnit, ita vt velit voluntate libera, ne auertat animi ab ea, Deum parui facere, ipsum perdere, & ei obedientiam debitam negare: vnde crecit iniuria humana, inde incomparabiliter, tanquam infinitum malum, diuina magnitudo cognoscitur. Exaggerat Dauid peccati grauitatem dicens Ps. 50. *Tibi soli peccauit*. Nullius iniuriæ factæ memoriã recollit, nisi diuinæ: nec sicut prodigus ille: *Peccauit in calum, & coram te*, apponit: sed, *Tibi soli peccauit*. Celi oblitus, amissisque boni haud recordatus; sed solum peccatum in Deum tendisse, ipsum vulnerasse, audaci voluntate, rebellante animo, bellumque inferente contra Numen diuinum. Summam peccati Bernardus faciens Scrm. 37. inquit: *Quid est omne peccatum, nisi Dei contempus, quo eius præcepta contemnimus*: Ac si diceret: In hoc malitiæ magnitudo cõsistit, audax facta creatura, Deum vilipendere, ei opponi, ipsi resistere, ac nolle parere, & pro vilissimæ creaturæ voluptate, voluntati ipsius aduersari decernit. Optimè Paulus peccatorem pingens 2. Thess. 2. vocat discedentem, tanquam fugitiuum à Deo: *Nisi venerit discessio primium, & reuelatus fuerit homo peccati*. De maximo omnium loquitur, qui bellum Deo inferre ausus est, Christo, videlicet. Discedentem à Deo dicit, vt audaciam, & malignitatem ipsius apprimè exprimat, quod ei aduersetur, ipsum deserat, ab eo fugiat, & versa ad creaturas facie, dorsum ostendat. August. 20. de ciuit. c. 19. *Illum refugam vocat, vtiq; à Domino Deo: quod si de omnibus impijs dici potest, multò magis de isto*. Expressit hoc illud coruè missi à Noè ex arca, qui inescatus cadaueruè fœtore, ad eum, qui ipsum miserat, amplius non reuersus fuerit. Quid aliud peccans facit? A Deo mittitur, vt legem ipsius seruet: at ille rebus vilissimis affectus, nec scit, an Deus sit; sed pro re oblectationem afferente, ipsum deserit Creatorem, ac Dominum. Prosper 2. Prædic. cap. 6. hoc notauit in quouis peccatore Deum deserente, & pluris faciente creaturæ (etiamsi immundissimæ) deliciis frui, quam ad Deum respicere, à quo & fa-

Psal. 50.

Lucæ 15.

Bernard.

2. Thess. 2.

August.

Genes. 8.

Prosper.

ctus, & directus, & legibus obligatus, in hunc mundum demissus. Ieremias 20. ad hoc sic habet: *Nolite flere mortui: plangite eum, qui egreditur, & non reuertitur*. Quasi velit, nullam timendam pœnam, etiamsi ad mortem vsque perueniat: soli timendi, ac plangendi, qui à Deo discedunt, & ab eo alienantur. *Eiicis me hodie à facie tua: à facie tua egrediar*, inquit desperatus Cain: quasi malum suum in Deum conuertens, & auersum ab eo, à facie exclusisse. At ille furens addit proprium peccatum, egredi, videlicet, à Deo, quod nollet eum artedere, ipse recordari, quem deserat, à quo recedat, prospicere, nec qua de causa, propter quæ, videlicet, bona ipsum fugiat. In quo manifestè innuit, tunc peccatorem summum malum perpetrare, cum à tanto cognito bono recedit sponte, ob creaturarum amorem. Isti plangendi, ac dolendi, vbi Hieronymus eos plangendos dicit, qui à Deo recedunt, & ad eum redire nolunt pro nihilo ducentes scissuram istam, & Dei omnipotentis cõtemptum. Ps. 87. *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt*. Non inquit, nihil est, quod intendunt malum; sed pro nihilo reputant: tantum enim apud eos vilescit Dei infinita bonitas, vt ab eo recedere pro nihilo ducant. Quemadmodum pretiosum lapillum à se depellens, & mari concedens, rem parui, aut nullius pretij arbitrat: ita isti nihil reputant Deum deserere: talis eorum vita, etiamsi in longum protrahatur æuum, pro nihilo habebitur apud Deum. Nec recedunt opera, nec anni, etsi pluri, ad numerum rediguntur; sed ac si non fuissent, peribunt, reddente eis Deo vicem iustissimam sui contempus. Deest enim illis ipse, qui habet pro nomine, *Qui est*; quo amisso ad nihilum rediguntur. Sicut Esau propter vnam escam paruipendit primogenitum: ita peccans in Deum abiit, à Deo recedit, parum arbitrans malum patrasse, si ab eo discedat per contemptum abstractus, & illectus, vt inquit Iacob. cap. 1. 14. abstractus, videlicet, à Deo, ob bona, quæ alluciat, fascinant, & eludunt mentem, vt ad se trahant Deo derelicto. Nec immeritò profanus dicitur Esau ille, qui vnam escam pretium tanti boni fecit Heb. 12. à Theoph. ibi: *Helluo vorax, mundanus, spiritualia profanans, & conculsans vocatur*. Hæc verò est profanatio, contempus, nimirum, diuinari verum. Quid dicere oportet de illo, qui nõ res; sed Deum omnium bonorum authorem profanissimè tractans, contemptui habet propter vnam escam, rem, nimirum, vile, & nullius pretij: licet enim plurimæ auersiones fiant à Deo per peccatū, hæc omnium maxima. Ier. 14. n. 7. *Quoniam multa sunt auersiones nostra, tibi peccauimus*. Ac si diceret: Hæc omnes excedit: hæc verecundia, & confusione animam suffundit. Optimè Tertull. lib. de Pœnit. cap. 2. ex duabus partibus compactum hominem esse docens, & vtraque parte aduersus Deum rebellare, addit: *Cum ergo ex pari ad Deum pertineam, quodcumque eorum deliquit, ex parte Domini offendit*. Hæc summa malitia. Optimè Theophyl. in c. 5. Osee, vocat peccatorem doloris filium: si enim à peccato recedit, dolore id cõsequetur: si verò in eo persistat, dolendus, quod Deuè offensum sustineat; addit: *Huiusmodi, quando peccat, excedere dicitur: peccatum enim excessus est à natura*. Ad hoc affert: *Ego dixi in excessu meo: Proiectus sum à facie oculorum tuorum*. Quasi dicat: Tunc excessi, tunc naturæ leges

Ierem. 22.

Genes. 4.

Hieron.

Psal. 87.

Genes. 25.

Iacob. 1. 14.

Heb. 12. 16.

Ierem. 14. 7.

Tertull.

Theophyl.

Psal. 30. 23.

Nicæn.

Exod. 3.

Idem.

Theophyl.

Bernard.

Dan. 13.

Chrysof.

August.

ges confregi, ac violenter rupi, cum decreni recedere à te, te deserere pro vili creaturam delectatione. Ergo stendi eiusmodi excedentes, & recedentes à Deo, & ipsum pro nihilo ducentes. Inquit ad hoc Nicænus tract. 2. in Psal. *Qui peccat, solet pro nihilo ducere peccatum: pro nihilo enim ab eo habentur peccata, non quod ipsa nihil sint; sed graue malum, & tantò execrabilius, quanto eo plus Deus contemnitur, & offenditur*. Quid autem sit in causa, vt ita vilescat culpa, idem eodem tractatu cap. 6. probat, ponderans nomen Dei Exod. 3. *Qui est*. Ergo qui est derelictus à peccatore, quid restat, nisi nihil esse, cum desit, etiamsi affluat bonis, ipsum esse Dei, à quo recedit peccator pro nihilo eum amittere reputans. *Qui igitur ex suo animo abiicit esse Dei, is hoc ipsum, quod Deum esse negat* (explicata factis, & contemptu,) & quasi nihil desit peccatori ab eo alienato, proprium suum esse corrumpit; quippe qui ab alienatus ab eo, qui est. Vnde meritò pro nihilo eorum anni erit. Si vita, & reliqua, quæ cum ea fruuntur, bona numerentur, quatenus deest illi ipsum verum esse Dei, à quo recedit peccator, pluris faciens vilissima quæque, quam Deum. Ob hoc enim Theophylactus in cap. 10. Marci, inquit: *Peccatum enim res est sine essentia, & sine substantia*. Primum enim omnium Deo aduersatur, & perdit eum, ob offensam in ipsum factam. O malum execrandum, Deo oppositionem faciens, ipsum negans, ac paruipendens, nihilo simile. Nec alia via mederi poterit, nisi à Deo recedentes per contemptum, ipsum intuentes per amorem, ne præ oculis sit alia ratio sceditatem culpæ detestandi, nisi quod in Dei contemptum, ac vilipendio incredibili, fuerit facta. Optimè Bernardus Scrm. 1. Epiphaniæ, ait, peccatum soli Deo opponi, vt ex Psal. 50. comprobatur: *Tibi soli peccauit*. Et, inquit, *soli peccauit: donatum erit, quidquid indulserit ille*. Remedium enim tanti criminis erit, ipsum offensum intueri, & ab eo exposcere veniam, vt quanto iniuria maior, quod soli Deo facta, tanto & venia certior, si soli ipsi fidamus, & verecundia peccati nascatur ex Deo contemptui habito: tunc enim pudet, tanto Patri, ac Domino degenerem vixisse. Similiter remedium peccati erit, ne iterum fiat, non pœnas, non intentatas minas, non gratiæ amissionem, non famam, non denique omnia creata attendere; sed solum Deum offendendi nostris operibus. Illa iniucta Susanna hoc docuit, quæ deliberans: *Melius*, inquit, *est mihi incidere in manus vestras, quam peccare in Deum meum*. An non maritum habebat non filios: non honorem? Vtique: sed solum Dei offensi recordata, abstinet à culpa. Chrysof. oratione trium puerorum sic habet: *Mihi verò maritus etiam adest, non presentia corporis, sed animi affectu*. Parentum imaginem ipsa mecum circumfero: sed Deum solum attendo. *Time Deum, qui hoc videt*. Hæc sola consideratio valeat, apud nos primas teneat, vt quem nobiscum semper testem, & adiutorem habemus, ad vitanda peccata in pretio solum habeamus. August. 4. Confess. c. 1. ista contemplan: *Quid enim* (aiebat) *sum ego sine te, nisi dux in præceptis, aut quid sum, cum mihi bene est, nisi fugens lac tuum, aut fruens cibo, qui non corrumpitur*? Licet enim Deus noster fiat per gratiã, abstrahere etiam ab ista possumus, & solum attendere, ne ipsi iniuriam, ne offensione inferamus.

A Meritò Diabolus pro conditione posuit: *Si Math. 4. cadens adoraueris me*. Verum quidem ipsum adorare casum dici. Non ergo necessarium addere casum, & adorationi istum præponere. Aliqua ergo conditio ibi adest, quæ facilem adorationem redderet. Arbitror velle oculos auertere ab eiusmodi Dei intuitione, ac consideratione, & pretio; potente ab omni flagitio continere animum, quauis totus mundus imperio ipsius subdatur. Audias ad hoc, quæ Iosimus refert lib. 4. Historiæ de Themistio Philosopho loquens, qui quidem panegyricam orationem in laudem Valentis exornans, affert testimonium sapientis dicentis: *Cor Regis in manu Domini, & quocumque voluerit, vertet illud*. nec aliud intendere inimicum probantis, nisi ab hac potenti manu cor istud subducere, vt eo vti possit ad placitum suum: hoc tamen nil aliud, quam à mente eliminare Dei præsentiam, manu ipsius sustentari, in ipso esse, moueri, ac viuere, quod adeo obedientissimum cum reddit, vt quò voluerit, pergat, nulla repugnantia obfistente. Ego (inquit) aliquando subandivi Assyriorum picturas, id ipsum representantes, nempe, *Regis memem in palma Dei repositam: & periculosum animaduertere oportet, quantum sit ei, qui in actionem alienantem à Deo prorumpere audeat, & cadere ex manu conseruante*. In hoc sensu exposcit inimicus, & tentator, vt cadat, & statim adoret eum, quod Deum abiiciens à mente, nec timore ipsius Numinis correptus, nec ab eo sustentari contemplan facile adorare illum sit, & Dei oblitus ad mundalia bona conuerrere affectu. Idcirco Diabolus absentiam Dei à Paradiso suasit scemina: vt facilem eam redderet suggestioni credenda, & vt pro re vilissima, à tanto fastigio rueret in imum, ac profundum miseriarum. Quod cõtemplans Chrysof. hom. 16. in Genes. ait: *Obsecro, dilectè, cogita, quomodo, & à quanto fastigio in profundo præcipitio deiecit eos Diaboli consiliu: nam iata gloria dudum circumdant, nunc folia ficus consumunt*. Vnde hoc nisi ex obliuione Dei, & absentia ipsius concepta diabolica suggestionem. Cum ergo infrequens sit hunc timere, intueri, venerari, pluris facere, quam omnia creata bona, nihil in pretio habere, nisi ipsi associari, cum eo conuiuere, in eo respirare, & ab eo curari omnia sua; paucissimi, nullo incusso timore malorum, à peccatorum facie, sicut à colubro fugiunt. Ergo detestanda culpa, quod ea Deus offendatur; dolenda, quatenus Dei iniuriosa res; non facienda deinceps, ne ab eo, nec momento temporis recedamus; sed ipsum summoperè amantes, dicamus cum Paulo: *Qui nos separabit à charitate, &c.* & omnia tam bona, quam mala recensentes, ipsum propter ipsum amplectamur omni conatu, vt ab eo nullo negotio vrgente diuelli possimus.

Proverb. 2. 3.

Iosim.

Chrysof.

Rom. 8. 35.

§. III.

Peccati malum, quod priuet Dei gratia, donis supernaturalibus.

SI homines spiritu Dei agerentur, de quibus Apostolus ait: *Hi sunt filij Dei*, valdè timeret peccatum, tanquam quoddam malum irruens in animam, & ab ea rapiens gratiam, qua filius Dei efficitur. Bernard. Ser. 10. in Ps. *Qui habitat in caelis, non accedet ad te melius, & si agellum nõ appropinquabis tabernaculo tuo*, hoc mala

in culpam refert, quod separata Deo, & a gratia, qua ei vnitur: vnde flagella omnia poenarum, tabernaculo hominis appropriant: Conuenit meminisse, vera anima vita, Deus est: & inter hac quoque separata malum, sed malum animae, quod non est aliud, nisi peccatum. Quauis §. preced. dixerimus, quod grauitas, ac deformitas peccati in aeratione a Deo consisteret; & in ei facta iniuria: verum hæc pro poena habet rptionem illius strictissimæ vnionis per gratiam; ingrataque redditur anima, & Deo inuisa, nudataque veste illa speciosissima, & priuata participatione diuini confortij, vnde omnia reliqua prodeunt mala: si enim homo hanc inde prouenientem nuditatem prospiceret, se ipsum horreret, ac vt foeditissimam, ac turpissimam belluam detestaretur. Cur, rogo, parentes nostri post culpam nuditatem suam cooperire curarunt, saltem ficulneæ folijs? Num verecundabantur nudos se conspiciere? Num ad castigandam infrenem cupidinem ex conspectu mutuo nascentem? aut ne indecentes, & inuerecundi motus cernebant? Minime quidem: sed dolentes amisisse vestem nitidissimam gratiæ, ibi medicamina apposuerunt, vbi eius defectus experiebantur. Eleganter notauit hoc August. 11. de Genesi ad litt. cap. 3. Non solum quia sentiebat, quod ante non senserat, sed etiam quia motus ille de transgressione veniebat: ibi enim sensu, vbi gratia vestiebatur, cum in nuditate nihil indecens patiebatur. Sensit igitur nuditatem animæ gratia culpa amissa, hoc verecundiam excitabat, & cooperire cupiebat. Cur ergo peccante homine Deus ad eum ait: Ecce Adam factus quasi vnus ex nobis? Ironice accipit Bernardus: sed placet, verè talem conditum fuisse; sed perdidisse eiusmodi similitudinem, gratia ab homine recedente. Vt ergo quid amiserit, recognosceret, in mentem pristinum reuocat statum. Glossa: Factus est, &c. Et quod Deus esset, non nauia; sed Creatoris sui beneficio, se sub eo manere voluisset. Quis enim in Deo imaginem illam contemplanis (licet rudis homo ista male fingat in mente affuetus humanam solum concipere pulchritudinem) non dolebit sortem suam, & ab illa pulchra prototypi formositate cecidisse, mutasque eam in deformem Dæmonum similitudinem ob eius gratiæ defectum? Quod significauit Dominus pro foliorum indumento tunicas pelliceas conferens: ille enim, vti dicebamus ex Augustino, vbi sensit gratiæ defectum, operculum addidit. At Deus maius malum esse, altiusque in totum hominem descendere, non tenuem vniam partem cooperitam esse voluit; sed à capite ad pedes, vt cerneat integrum hominis esse deforme remansisse, nudum, ac belluis simile, quorum cotium pro veste acciperet, belluinamque passionem deinceps sensiturum; quemadmodum antea Angelorum expertus fuerat virtutes. Sic ait Glossa: Deus verò tunicas pelliceas fecit, quibus totum corpus induit: quia in corpore, & in anima eos iuste damnauit. Cum enim, vt ait B. Fulgentius ad Probam scribens de oratione, c. 3. Nihil sine gratia possumus velle, neque operari, fit, vt ea absente totus homo deficiat, & animo, corporeque ostendat belluis potius similem se esse, quam Deo, cuius consortium, & similitudinem amisit per culpam. Optimè Bernardus Serm. 28. in Cant. nigrorem Sponsæ comparas pellibus Sa-

Genes. 3.

Genes. 3.

Gen. 3.

Glossa.

Fulgent.

lomonis, quæ externum quid representabant; cum tamen ipse illis indutus, candidus, & pulcherrimus esset, vt denoter nigredinem externam esse; non tamen inficere animum, addit: Peccati nigredo intus est, & prius interiora culpa Bernard. commaculat, quam ad oculos prodeat. Afferens ad hoc illud Domini: De corde exeunt cogitationes Math. 15. male, &c. Pelles ergo homini à Deo concessæ, & internam, & externam animi, & corporis nigredinem, & ferinos mores designant, deficiente gratia, qua amissa totus homo tuit, & bestiis similis efficitur. Expressit hoc malum illud Jerem. 24. cui ostensi sunt duo calathi pleni ficibus, positi ante templum, non foris vtique, sed intus: quod notans Glossa ibi inquit: Non foris. Non tantam habent amaritudinem, qua foris Glossa sunt, quantum illa, qua post confessionem Dei per prauaricationem mutata sunt. Foris esse, solet Genitibus tribui, quæ non ad Ecclesiam pertinent, nec Sacramentorum, & gratiæ beneficio gaudent: intus verò, qui Baptismo, & aliis Sacramentis signantur, & eis gratia induuntur, & per peccatum ea spoliantur. Vult ergo hos pessimos esse, ficus malas valde, quatenus carent hac cælesti pulchritudine, & dulcore, cum à Deo (intra eius fores continente) per peccatum recedunt; nec enim comparari eorum deformitati, alia foeditas creaturarum omnium potest. Hinc enim conicitur, quantum malum sibi inferant peccantes in Deum mortaliter, cum eiusmodi gratiam amittant: quam qualitatem esse creatam decernit Concil. Trident. sess. 6. c. 7. & 15. animæ hærentem, eamque eleuantem ad quandam cum Deo intimam coniunctionem, & diuinæ naturæ consortium, quæque nomen filij assequitur, & hæredis ius acquirit, non quorumcumque bonorum, sed beatificæ visionis: quandiu enim in gratia ista existit, ornatur, vt plus placeat, pulchriorque eadæ supernaturalibus virtutibus, charitate, videlicet, in voluntate ad rectè in Deum tendendum per amorem, & omnes alios amores in ipsum referendum; aliisque virtutes consequitur, quibus ad supernaturalem finem tendat, & opera meritoria, augmenti gratiæ causæ facili, ac promptè efficiat. Quid pulchrius, quid ornatius, quid Deo gratius, quam quod simillimæ ipsi euadant animæ ita compositæ, excogitari potest: Quæ omnium simul collecta pulchritudo vicissim cum ista comparari poterit? Quando homo excogitare valuit ad tantam celsitudinem euehendam? Verum ipse ingratus Deo pro vilissima rerum mundialium delectatione hæc omnia funditus perdit. Nec in alio ira Dei maior concipi potest, quam in hac rptione, & auersione per gratiæ ablationem: Ne declines in ira à seruo tuo, Psalm. 26. Solent iram hominum ferre, non valentes ab eis declinare. Date locum ira, inquit Paulus: at in præsentia David, ne Deus ab eo in ira declinet, exposcit: quod nullum maius malum excogitari possit, quam Deum ab eo auerti per eiusmodi simultates, & amicitia rptionem. Prima Sicilia ciuitas versus Italiam, Rhegium dicitur, quod interpretatur Philo rptione: quod maris inuasionemque illa auulsa est à continenti, mari interiacente ob violentiam illam maris ferocis, inuasionemque illius partis ab Italia solo separatæ, rptione dicta est. Terra verò, quæ in medio continuabatur interuentu

Bernard.

Math. 15.

Jerem. 24.

Glossa.

Conc. Trid.

Psalm. 26.

Philo. lib. quod mundus sit in mort.

retuentu freti, scissa est: quæ enim rptione concipi potest acrior, durior, non à continenti, sed à Deo, mari amaro peccati interiecto, & tota illam plagam circūambiente: nā pro Deo mille experitur deinceps amaritudines, mille afficitur doloribus: siquidem Deus, animam coniunctam sibi, iræ percitus furore, à se proiecit, præcipitavit, ac in malorum pelagus demisit. August. verba Psalm. 26. exponens sic ait: Quid nouit? quid desiderat? Ira eius non est, nisi auersio eius. Cum ergo hac gratia homo peccator expolietur, simul cum ea pedisequas virtutes perdit, nempe, charitatem, & supernaturales virtutes, sola fide, & spe relictis, quæ nisi per contrarios actus non discedunt ab homine, dum uiuit. At ista omnia mortua iacent, & regnum carnis inducitur: nam foeda anima, & his dotibus spoliata, nihil iam velle, nihil operari potest, nisi carnis opera: ob id enim Paulus, Caro, inquit, & sanguis non possidebunt regnum Dei. Quid carnis nomine delignet, Tertullianus expressit lib. de pudicitia; aien: Quid autem intelligimus carnis sensum, & carnis vitam, nisi quodcumque pudet pronunciar? Cogita foeditissima quæque, stultissima homini ratione ventri indignissima, & etiam à bestiis aliena: hæc carnalis huius peccatis opera, & desideria, & vita dicitur, in his uiuit, ad ista inhiat; inò nec placatur ipsius aueritas, cum in Inferno iacet; sed ibi, vt canis, famem patitur, & nulla recordatione facta amissorum bonorum, terrenas oblectationes expetit ardentè. Cernere hoc licet in illo diuite epulone, diuina gratia destituto, non contento bonis omnibus fruitum fuisse, cum uiueret, & solum carnem pauisse delectationibus, arte, & facultatibus requisitis, iacente in Inferno, haud dolere de perditâ gratia, sitis restrictionem exposcere, aquæ gurta sibi concessa. Cur hæc tam acris sitis adhuc degente in Inferno diuite residet? ignorat fortè ibi nullum patere locum externis consolationibus? Minime: sed ostendit, gratia deficiente, quàm inhumani sint animalis appetitus, nulla re contenti, in nullo quiescentes statui; sed semper famem patientes, vt canes, circuibunt externos ambitus ciuitatis, vt foetidis cadaueribus satientur. Nicænus tractat. 2. in Psalm. cap. 15. sic habet: Quibus enim saluis viaticum non suppetit, his necessariò consequitur ex fame, penuria bonorum, (famem patientur vt canes: ) sic esurunt in Inferno diues, diuino destitutus rore. Vtinam omnes hunc miserum contemplantentur statum, & quomodo è celo in volutabrum deuenerint porcorum, quàmque foedis tyrannis anima à Deo derelicta subdatur per culpam, vt hanc timeant, detestentur, & fugiant, ne à tanto bono deficientes truci-bus tradantur tortoribus, carnalibus, videlicet, desiderijs.

August.

1. Cor. 15. 50.

Tertull.

Psalm. 58. 7.

Luce 16.

Nicæn.

§. IV.

In quas incidat poenas temporales peccator.

Nec quiescit miser status peccatorum his expoliatus bonis spiritualibus: ad eò insensibilis iacet, vt pungentibus aculeis, qui sum à somno excitent, sensumque vigilem

ei reddant, egeat. Imple facies eorum ignominia. Psalm. 52. 17. Notandum verbum, imple, quod significat coaceruata mala ipsi peccatori aduenire. Nec verbum, facies, caret mysterio, cum ad internum malorum verbum, implere, respiciat: facies verò ad externam eorum demotionem, ne intus solum pungatur; sed exterius, ita vt celari non possint mala in eum irruentia. Quis neget, Ionam fugitiuum post inobedientiam his miseris repletum ire? quarebat enim maris latitudinem, vt constitutum dilatarer, & ab internis puncturis liberaret. At non satis illi hoc malum fuit: sed requisitus à Deo, extendit in eum manus, & tempestate exorta eum denud afflixit. Nec satis hoc obfirmato peccatori, carinam requirit, & ibi latens somno datur, vt ab afflictionibus irruentibus liberetur. Theodoretus: Conscientia stimulis vexatus, mastrisque afflictu, cogitationum suarum aculeos non ferre valens, ex somno sibi moliebatur consolationem. Vt videas, quàm durum sustineat peccator inimicum, quem vt fugiat, somno datur, vt sensibus priuatus malum in radice persistens, quantulo temporis haud sentiat. Verum nec id consequitur excitatus à proræ gubernatore, vt vigilans videat, quàm malum est reliquisse Deum, & ab eius fugere imperio. Hæc poena peccatoribus pro vna culpa mortali constituta est, vt Iacobus prædicat: Offendat autem in vno, factus est omnium reus. Non quidem culpæ, cum vna solum imputetur. Verum Deus existens omnium poenarum exactor nullam indebitam ei imponit, nullam alienam ab eius statu, sed omnium debitor effectus, omnes sustinere iustissimè cogitur. Contemplantur temporales poenas, quas pati separati diuersi solent homines, paupertatem, reum penuriam, agritudines, tristitiam, anxietudinem spiritus, insomnes noctes, omnia ista, & alia plura simul aduersus vnus peccati reum infligi possunt. Nec poena aliqua fingi potest, cuius non sit debitor. Posuit Dominus in Cain signum, ne quis eum interficeret, cuius loco Caietan. Caietan. habet: Posuit Cain in signum. In signum, inquam, contradictionis, in quod omnes sagitta plagarum mitterentur: nec tamen valeret ipsum interimere, ne à tantis liberaretur malis; sed his finitis, alia maiora experiretur. Ratio est vltra debitum infinitum culpæ, quod omnes creaturæ armantur in vindictam peccatoris, Creatorem suum viscifcentes. Statim enim ac homo peccauit, omnia aduersus eum stare cæperunt intus, & in cute, extraque ipsum punientes, ac affligentes. Fatigabatur labore, spinis, & tribulis lacerabatur, dolores irruerant, feræ rugiebant, & acuentes dentes, oculisque ardentis ostendentes ipsum minabantur: coniuratione enim aduersus eum facta, ex obedientissimis rebelles redditæ sunt. Minas intentans Deus aduersus peccatores ait Jerem. 21. Ecce ego ad te habitatricem vallis solida, atque campestris. Dubium sanè insurgit, si aduersus Ierusalem loquitur, quomodo campestem vocat, & in valle sitam; cum tamen super montes constructam legamus, & euntes Ierusalem semper ascendere; discedentes verò ab ea descendentes dicantur. In hoc statu peccatricem ciuitatem culpa constituit, vt exarmata, & omni conflictui exposita censetur;

Ionas 2.

Theodoretus in Glossa.

Iacob. 2. 10.

Caietan.

Jerem. 21.



quanuis altissimis muris, profunda fossa, turribus fortissimis, omnique armorum genere munita videatur, inueniunt ad eam facilem ingressum irruentia mala, & hostium incurfus, cum Deum aduersarii sustineat, ob idque eam aduersatricem vocet. Glossa ibi: *Quam pulchre vallem caespitem appellat, quasi peruiam hostibus, non montem excelsum, qui difficile ascendebatur.* Alludere ad hoc videtur illud Achab Eliae: *Inuenisti me num contrarium tibi? Inueni, ed quod venundatus es, ut faceres malum in conspectu Domini.* Quanuis peccatores fugiant, lateraque intendent, ut mala non accedant ad eorum tabernaculum, ipsi in ea irruunt, & poena omnia obstantia destruant, ut feriant, vulnerent, & dolores infligant, ed quod peccator malum aduersus Deum perpetrarit. Quod Elias respondit, omnes infestae creaturae possunt asserere. Inueni te inimicum, aduersarium, nec a me elogiari vales, nec defendi, quin in te incurram, & malis omnibus repleam. Pulchre hoc in Abrahamo ostendit Ambrosius 1. Officior. c. 24. fugiente in Aegyptum, ubi se se offerebant infinita pericula ob gentis mores, & peccatorum copiam. At ille fidens Deo, non reculavit pericula, sciens iustum sub tutela eius degere; eo tamen offenso nullibi securum esse. Ait ergo: *Consideravit enim, quod Dei favore ubique tutus esse posset; offenso autem Domino, etiam domi non posset illatus manere.* Dicat peccator: *Quo ibo a facie tua, & quod spiritum tuo fugiam?* Nullibi securitas, nullibi non irruentia mala, quae peccatum persequuntur. *Fiant via illorum lubrica, & Angelus Domini persequens,* coarctans, affligens eos: quod si deessent foris, intus habet inimicum, & gladium. Petrus Chrysol. Serm. 1. de prodigo, qui florente aetate, diuitiis, ac libertate vbertim abundans, statim peccatorum sensit aculeos, & ait: *Ecce, quid facit cupiditas ad censum praecipit.* imponendum, videlicet, non facultatum, quae cito disperierant; sed poenarum, & afflictionum, famis, solitudinis, desperationis, nuditatis, & reliquorum malorum lancia. Ad haec quidem praestandum praecipit cupiditas cucurrit, nulla habita ratione breuitatis temporis, mobilitatis: iuuenis, annorum paucitate, deliciarum concursu; statim his hostibus infestantibus eum, corrui in manus desideriorum nullo forinsecus apparente inimico; sed interna cordis belligeratione, & contritione, ac amaritudine animae, torquebatur, & nemo illi dabat consolationem: ut scias, quanuis hostes non exterius affligant, intus bellum geri aduersus peccatorem, Deum exosum habentem. Si roges, cur Diabolus serpens tam dira sententia damnatus fuerit, in hominis praesentia, cum ille miser acriora sustineret mala. Responsum dabimus, si aduertat, in eiusmodi malorum comminatione, potius hominem ipsum respexisse Deum, quam serpente, ut attenderet illa omnia aduersus caput eius ordinari. Super terram serpens incedet, & eam pro cibo habebit, quatenus homo in terra ista designetur, aduersus quem Diabolus in tentatione amicum ad impugnandum, & puniendum, armat Deus aduersarium. August. 14. de ciuit. c. 14. *Ad ipsum ergo referunt, quod serpenti dicitur, (hominem intellige): & qualis humano generi futurus sit, ostenditur.* Tu

Glossa. 3. Reg. 21. 20.

Ambros.

Psalm. 138.

Psalm. 34. 6.

Chrysol.

Luca 15.

Genes. 3.

August.

cibus electus illius: calcaneum tuum mordere tentabit, praesentia sua molestus tibi erit; nec alas assumet, ut volat; pedes, ut curat, & te elongetur: sed sine pedibus reptans incedet, ut prope illum sentias, ut experiaris inimicum. Addit ad idem Theodoretus: *Ut admoneret, quanta mala per peccatum mortalibus iniecta sint.* O malum, unde tot hydrae capita nascuntur! O culpa, libertate concessa ad bonum, corrupta, commissa: miser, qui captiuus vinculis tuis tenetur, ut fugere non valeat, ac ferreas manus tuas. Quid miraris, si a Deo affligeris, si a Demone tentationibus, & laboribus, si a creaturarum ictibus, si ab internis tuis potentiis deprimeris, ac conculcaris, cum tibi ipsi hoc inferas malum, aduersus Deum rebelans, & debitam illi obedientiam negans? Ponderans Glossa verba illa: *Terram comedes.* addit: *Ad te perueniunt, quos terrena cupiditate decipies.* Idque extendi potest ad iracundos, auaros, superbos, qui omnes huic subduntur tyranno, ut eos mandet, diglutiatur, in ventre gerat, & tanquam excrementa vilia expurget. Ponderat Saluianus 3. de gubernat. verba Isaia 50. *Ecce omnes eius ignem accenditis, & vires praebetis flamma: ingredimini in lucem ignis vestri.* Quibus verbis peccatum, quo Diaboli ausu fauemus, & ei occasiones praebemus puniendi nos, comminatur. Quapropter concludit Saluianus: *Vnusquisque nostram ipse se punit.* Nos aduersarii, & inimici nostri, arma hostibus praebemus, ignem poenarum accendimus, tormenta exquisita accumulamus in malum nostrum, incessanter peccatis peccata, velut aggerem lapidibus, componentes. Legat, qui huius veritatis exemplum desiderat 3. Reg. 9. quanta Deus ostenderit bona Salomoni, cum eo, velut cum amico, confabulans, & magna promittens beneficia: verum minabatur ei, ne ab eo discederet lato vngue, ne iram incurreret, & experiretur multitudinem poenarum in eum immittarum, addens: *Omnis, qui transferit per eam, suscipiet, & sibilabit, & dices: Quare fecit Dominus sic terre huic, & domui huic? Et respondebunt: Quia dereliquerunt Dominum Deum suum.* Nec praeteritorum recordatur fauorem; sed omnia in oblivionem veniunt ad peccatorum praesentiam.

Verum rogabis, cum multa sint illata mala iustis, ac piis hominibus, aded vt nullum discrimen cernatur inter ipsos, & peccatores; quomodo isti timore continebuntur, cum siue bene, aut male direxerint viam suam, in manus laborum incurrant? Credo, ob id peccatores ignorare facinora commissa, ut a Deo saginentur ad poenas. Quis Iob innocentior, a Deo laudatus? Et quis in poenis, & arumnis, quanuis peccatis refertus sit, ei similis reperitur? Quomodo ergo distinguenda ista? Dominus, qui Deus omnium est, provt ei placet, vritur creaturis, diuersaque via eas ad finem suum ducens, modò afflictionibus prouocat ad patientiam, modò secunda fortuna ad laudes, & amoris incendia eas excitat. Quid ergo mirum, si poenarum cumulus non retrahat peccatores a culpis, vt cesser Dominica manus, & auertat ab eis furorem conceptum? In Iona hoc videre licet, vt dicebamus. Somno traditur, urgente tempestate, non credente, ob eius peccata.

Theodoret. in Genes. quation.

Genes. 3.

Isaia 50.

Saluian.

3. Reg. 9.

Genes. 3.

Theophyl.

Idem in Iona 1.

Hieron. in Iona.

Ioa. 9.

Genes. 42.

Luca 16.

Apoc. 2. 22.

Theophyl.

peccata, furentes ventos, & maris spumantes vndas, versus caelum correptas excitari, & bellum inire: potius, tanquam innocens, & a culpa liber dormit securus: quod significauit Theophylactus ibi, licet sentiat, ante tempestatem obdormisse: sed addit, in alium nauis descendisse: *Quod Propheta hoc moribus conueniat: separauit enim, & solitariè degere propheticum est.* Aded enim caligauerant oculi eius, ut communia mala, nec sua causa immissa recognosceret, existimans, vel casu id euenire, vel culpa reliquorum, praecipue gentium nauem occupantium. Cum autem sorte notatus est, etiam cognouit propter ipsum ortam tempestatem, tunc expauit, & ad poenitentiam constersus, Dei timore correptus peccata pro palare non dubitauit. Ita idem Theophylactus: *Cognito peccato suo rubore quidem suffunditur Propheta, quod deliquerit, non morem gerens Deo; non ignorans autem, quod mare obtemperet, seruiens diuino mandato, si quod acceperit, se ipsum inobedientem Deo, ad mortem condemnat.* Ecce, quomodo non statim ac poenis vrgetur peccator, ad poenitentiam venit ignorans, ob propria tale immitti malum. Credo ob id Iona etiam ingruente tempestate obdormisse, quod peccator tenetur somno ignorantiae proprii status, & poenarum in ipsum punitionem, diuina sententia praecipiente, insulatum, quod Hieronymus docuit, aens: *Gravis somnus Propheta significat, hominem torpentem, sopore erroris, cui non sufficit fugere a facie Domini; sed insuper, quadam uacordia obrutus, ignorat Dei iram, & securus dormit.* Hoc passum videmus in malis publicis pro peccatis immittis; nemo tamen sua causa id euenire credit; nemo compungitur, donec vltio ad ipsum perueniat. *Quis peccauit, hic, an parentes eius?* a Domino sciscitantur Discipuli. Quibus ait, non illorum, quos recensent, causa id contigisse; sed Deo sic praordinante ad Filij gloriam ostendendam.

Verum dicta sic accommodanda sunt peccatoribus, vt credant, tam illis illata mala, quam communia, si peccatum recognoscant, in causa esse, vt taliter tractentur: aliud enim est abique peccato pati, aliud ad istius praesentiam mala superuenire: illud iustis saepe contigit; hoc nunquam nisi peccatoribus, vt ita a peccando cessent, & poenitentia adiecta iram Dei contineant. Optime fratres Ioseph peccatis suis adscribebant ea, quae aduersus caput eorum Ioseph ministris imperabat: *Merito, dicentes, haec patimur: quia peccauimus in fratrem nostrum.* Vt non solum poenae eis immittat; sed filius, & suis familiaribus, & cognatis, propriis peccatis arrogentur. Nam, si poenaliter in his euentibus cruciantur, id totum peccata merentur, imò publica mala: si tamen inde ipsi puniantur, si tributis, aut vexationibus grauentur, in poenam cedit propter peccata. Cum vxore, & filiis venundari iussus est, & in carcerem mitti, debitor decem millium talentorum, quod horum labores suos reputet, eos, quos diligit, premi videns: pessimum tamen omnium erit, si dicamus illud Apoc. 2. *Mittam eam in lectum.* Et nec sic voluit penitere: hunc enim chamum, & iniectum maxillis fratrum infringere, est, rumpereque, ac a ceruicibus depellere laborum iugum, quod plorans Theophylactus

supra: *Atqui nos baudquaquam tales sumus: quin potius aperte palam scientes, crebro peccata nostra supplicis digna, ubi magnam aliquam afflictionem sustinuerimus, aduersus Dei praesentiam murmuramus, tanquam impeccabiles essemus: tantum abest, ut digna nos poena condemnemus.* Ex eo ergo, quod nostris peccatis mala illa congruere non credimus, poenitentiam retardamus, & praeteritis alia addimus, quibus maiores poenas aduersus nos cumulamus. Aperte id David insinuauit, cum Psal. 1. diceret: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit.* Notandum primò, quod de consilio agens, praecipit illud ponit, *qui non abiit*: prauum enim hominis in consiliis suis veloces sunt: non enim considerant, quae agant, non mala inde prouentura; sed *veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Veruntamen semel conceptum malum non relinquunt, sed in eo persistunt, stantes, tanquam columna, bassibus suis, innitentes immobiles, (quod in iusto laudat Propheta, nempe, *non stetit in via peccatorum.*) in horum conclamationem venit. Cur igitur stant, & a via ista non recedunt? Cur si a Deo puniuntur, & punguntur, vt peragant viam inceptam, non ab ea recedunt, & redeunt ad gratiam, a qua ceciderant per culpam? Rationem reddit Petrus Chrysol. Serm. 45. *Anima carnis impedita ponderibus, prius, quam ad virtutes veniat, vitiorum sit ante captiua.* aded enim ponderosa redditur onere peccatorum, vt ab vno in aliud recidat, quanuis malis, & poenis affligatur: nescit quidem misera ista, se causam esse tot malorum, quibus a Deo punitur. Timendum ergo peccatum, cum rerum humanarum, & transeuntium, nostrique corporis amatores simus, cum paratam habeat horum priuationem: & aduersus sic amata armetur iniquitas, ita vt merito dici possit: *Alligasti eos in manu peccatorum suorum.* Ista arma sumunt, & ipsum patratorem diuinæ offensae feriunt, percutiunt, donec respiciat, aut maiores sustineat poenas.

Psalm. 1.

Chrysol.

Isai. 64. 7.

S. V.

Peccato mortali respondet poena aeterna ex merito condigno.

Timore incusso solent homines a peccando cessare: basis poenitentiae dicitur: hoc cordi est incipientibus (cum initium sapientiae sit timor Domini,) & reliquis actibus perfectis, vt inquit Trident. viam sternit. Quanuis carnales, vt dicebamus, plurimum timeant mala temporalia peccatis suis inflata a diuina iustitia misericordia associata: tamen, tum quod non semper arbitrantur ea de causa immittis; tum, quod plus mouet praesens oblectatio, quam charorum amissio; vel quia mentientes aduersus semetipsos, non existimant vltius puniendos, aut cito abcessuros a culpa, in eis perdurant. Ob hoc Isai. 5. ait, miserum dolens horum statum: *Vae, qui trahitis iniquitatem in funiculo vanitatis. In fune procero, legit Tertull. Op. 1. 5.* poni haec duo videntur, cum priora verba sonent, leue esse, & rumpi facile filum, quod nesciuntur peccatores. At postrema nauium funes denotant, quibus maris fluctibus resistitur, & anchoris ligantur naues. Verum haec duo sic

Eccles. 6. Conc. Tri. sess. 14. c. 4.

Isai. 5.

sic

Hieron.

fic componit Hieronymus ibi, vt primum referat ad peccantis existimationem: secundum verò ad effectum, perdurandi, videlicet, & permanendi in peccato, quasi ligatus esset robustissimis funibus, à quibus nulla vi liberari possit. Hoc significat, quòd facientibus peccatum, ficut è textur, & tam inane, & fuit èst, vt aranearum sila texantur: sed cum inde voluerimus exire, validissimis vinculis neclimur. Hæc Hieronymus in 5. Isaie caput. Sic peccata ligant ea gustantes: sic tenaciter, etiam si pœnis percutiantur; dum tamen temporalium rerum sint. Cui consonat Bernardus serm. de triplici misericordia: Difficilis prorsus res, & sili diuina virtui possibilis suscepum semel peccati iugum è cervicibus excutere: quoniam, qui facit peccatum, seruus est peccati: nec èst iam liberari, nisi manu forti. Et cum liberatus fuerit, statim redit ad eandem feruitutem, si semel libauerit huius Babylonæ scemina poculum, aurò vale inclusum. Discrimen constituens Chrysof. orat. de Ioseph, inter iustum, & peccatores, ait: Ille seruus pluries factus, semper liber exiit, nunquam ab ingenia libertate recedens: at isti edò miseri sunt, vt qui moribus seruus est, & si milia libertate donetur, ne semel quidem sit liber. Quæ ergo timorem inducere possunt, tanquam scenum in homines iniectum, quo arceri possit à culpa, cum pœnarum pro peccatis inflictarum cumulus minimè ad id iufficiat? Veniat gehennæ timor, accedat auxiliaris hæc copia diuinam iustitiam in peccatorem parefaciens, vt tantum timeat malum, & ab oblectationibus contineatur. Quis non timebit horridam istam pœnam iniunctam peccato, non multis, sed vni; non operis scandalosi, sed intra conscientie lares manentis, & intra cordis rimas existentis? August. 4. de Baptismo contra Donatistas, c. 19. ad hoc ponderat illud Pauli 1. Cor. 6. Nolite errare: neque idolis seruietes, neque adulteri, &c. possidebunt regnum Dei. Non quidem ista peccata copulatiue sumenda sunt; sed singula sufficiunt hoc malum inferre æternum: Sic tamen ad non possidendum regnum Dei tantundem valet ex vitis illis, quod elegeris mitius, quantum vel plura, vel vnum, quod perspexeris grauius? Desiderium igitur cuiusque horum, sufficit ad promerendam gehennam. Et iustissime ob hoc desiderium rei vetitæ, pœna decernitur in æternum duratura, nullo sine contenta, nullo malo carente. Sed quemadmodum beatitudo à Boëtio aggregatio omnium dicitur bonorum: ita Inferi pœna aggregatio meritò omnium malorum prædicatur. Ibi Deus desertorem legis deserit; beatitudine visionis, & fruitionis in pœnam priuat: ibi ad eam creatus, & per gratiam introductus, tanquam ad capeffendam hæreditatem destinatus, ea expoliatur: omnibus præterea bonis, quibus in sæculo utebatur, aut fruebatur, cum supra Deum ea malè possederit, etiam carebit. Quam pulchrè Bernardus in Declamationibus, exponens similitudinem Christi Domini de foramine acus, facilius esse affirmantis, per id camelum transire, quam diuitem Cælum intrare, inquit, peccatum, cum nihil sit, per hoc arctum foramen transire; cætera verò bona, quibus viuens peccator deliciabatur, haud transire; sed omnibus spoliari. Nam peccatum, inquit, quo-

Bernard.

August.

Bernard.

Matth. 18.

nam nihil est, nulla potest foraminis angustia retinere. Solum hoc te sequitur, quocumque ieris, quacumque intraueris, pellem hanc non depones: quæ autem parasiti, insipiens, cuius erunt? His amissis bonis, mala addenda restant, æterna hæc, vt pœnalia, tam nunc animæ, quam post corporis, nulli parcentia, nulli potentia, nulli membro. Cuius magnitudinem exprimens Deus in Caini pœna ait: Septuplum punietur, quod referendum est ad intentionem pœnæ pro vno delicto, non ad exaggerationem diuersarum pœnarum: quæuis enim excedet septuplum magnitudinem illati mali, quod sonat omnem comparationem præcellere. Basilius de Seleucia oratione 4. Non pœnarum multitudinem, sed suppliciorum magnitudinem numerus subindicat. Et hoc totum irreparabile damnum semper in eodem statu permanebit, nec consuetudine patiendi minuetur, nec cessatione, aut interitu, tam tormentum Dæmonum, quam pœnarum inflictarum. Optimè in proverbio est, vitam semper resideret in mente: Breue est, quod deletur, æternum, quod cruciat. Cum enim Cain fratris fuerit homicida, cur non mulctatur à Deo mortis pœna, cum oculus sit pro oculo, & vita pro vita iniuste ablata? Vtique, vt brevis culpæ causa longam haberet pœnam pro præmio, & mercede iniquitatis. Idem Basilius oratione 3. Vnà cum vitæ spatiis cruciatu producat: celerem Abelo mortem adduxisti, seruis mortem oppeto, dum vita supplicio sit. Hoc temporale: sed, cum in futuro Iudicio, vnius breuis delicti pœna statuitur, æterna decernitur, vt vnà cum vitæ spatiis cruciatu producat. Ob id etiam vita patientis immortalis est, nullo tormentorum pondere peritura. Lucrum peccati hoc est, finis, & interitus miseri spontè voluntis legem Dei transgredi, & tot lubiici malis. Psal. 13. Contritio, & infelicitas in viis eorum. Vbi notandum, non dicere: Contrita sunt viæ eorum, sed ipsum abstractum assumens, omnium dolorum & afflictionum fontem aperit. August. diuidens hæc duo; primum ad temporales huius vitæ pœnas; secundum ad æternam refert: Contritio est modò in viis eorum, & infelicitas in futuro. Quæ maior, quam amittere æternam felicitatem, & demum in æternam etiam incidere pœnam gehennalem? Vno enim bono amisso, incurritur in aliud æternum malum: nec aliter stultus puniendus est, qui infiniti boni prodigus efficitur, quam æternaliter ipsam cruciando. Irenæus lib. 5. aduersus hæres. sic philosophatur rogans, cur pœna Inferni sit æterna: & respondens ait: Eterna autem, & sine fine sunt à Deo bona; & propter hoc, & amissio eorum æterna, & sine fine est. O miser homo, quo alio neruo à peccando contineri posses, nisi inflicta pœna æterna? vt enim inquit Basilius de Seleucia orat. 3. Est temperantia neruus, prauaricationis metus. Nisi stultus esses, nisi ignorans, quomodo contingere auderes vitæ, cum omnia veneno pœnæ æternæ sint infecta, ac polluta? Quis auderet cibum sumere, vbi timeret residere mortiferam qualitatem? Deliciabatur Adam in Paradiso, liberè omnia intuebatur, gustabat, non timens malum, cum omnia ei liceret prospicere, tangere, & gustare: at, postquam serpens veneno suo cibum vetitum manducauit, stultus homo, in mortem irruit

Genes. 4.

Basil. Seleuc.

Idem.

Psal. 13.

August.

in eundem Psal.

Iren.

Basil. Sci.

Idem.

irruit comedens illum. Idem Basilius supr. Tunc igitur Adam periculi expertus, deliciabatur, & erat voluptas innoxia, carens admixtione serpentini veneni. Modò verò non ita; sed omnia prospicienda, & notanda, ne visu, tactu, gustu, aliòve sensu in venenum æternæ damnationis incurramus, cum lateat eiusmodi malum in quouis peccato mortali. Ideò Bernardus de Passione Domini, cap. 8. stultissimæ inscientiæ, aut ignorantie adscribit ausus in peccatum: Si enim scirent, quantam beatitudinem amittunt, quantam infelicitatem peccando incurrun, utique non peccarent. Quid enim est, quod omnes homines ad peccandum infligat, nisi ignorantia boni, quod perditur; & mali, quod peccando acquiritur? Amittitur peccando optimus Deus, acquiritur pœna gehennalis, quorum commutationem nullus appetit, nisi prorsus insanus. Nec pœnæ huius vitæ aliò tendunt, nisi vt à peccatis animum reuocet homo. Cur diluuium, totius mundi strages, immisissum? Basilius orat. 5. Vt cum homines cognoscerent, tam seueræ animaduersionis parentum fuisse impietatem, fugerent. Quid dicendum de æterna pœna, si temporales adeò coërcent animum, vt nec nutire audeat, ne in eis recidat. Time, o homo, minitantes iustitiam diuinam, vibrantem super caput tuum romphæam vtroque ore acutam, ad malum inferendum, nempe, & bonum æternum aaserendum. Fide tamen ad hoc præuidendum opus est: quoniam homines plus solent timere præsentia mala, quam futura; ad corpus, & facultates spectantia, quam ad animam: visibilia enim rapiunt post sensus mentem; inuisibilia tamen parum mouent. Cum enim Petrus in Concilio Virorum apostolicorum de electione successoris Iudæ, huius pœnam commemoraret, ait Actor. 1. Crepus medius, & diffusa sunt viscera eius. Dubitat Chrysof. ibi, quare miseræ animæ, eiusque damnationis non meminerit? quæ magis mouere posset audientes, & timorem excitare ad cauendum futura? Respondet: Quoniam infirmorum animi non tam respiciunt ad futura, quam ad præsentia, de vindicta præsentis commemorat. Cum tot sint infirmi, parum fidei vigore vtentes, nec Inferi pœnæ commouent eorum animos, ad peccata vitandum, ne in barathrum decidant. Acuat ergo fidem, futura attendat, quiuis ad peccatum, procliuam experiens animum, ne pro breui oblectatione æternam mereatur pœnam: de mercede enim iniquitatis hoc residuum est. Dixi, hoc solum afferri, vt formam concionantibus demus, non vt longas homilias producamus, quod magni laboris, & inutilis opus esset. Præterea de Inferni malo aliqua inferius addentur, cum de eo instituerimus sermonem: qui enim ista ornare voluerint, cum semel in vna Missionis statione de hac materia differendum se offeret occasio, eadem in aliis poterunt afferre; & pauca addenda abundè sufficient. Nec oportet in eiusmodi materiis ostentationem facere diuersorum ornatuum: sæpè enim repetita faciem reddunt Concionatorem: & experientia doctus aduertere poterit, quæ magis auditores compungant, quæ ad pœnitentiam plus moueant. Item, sine sollicitudine ad alia attendet, cum non laboret memoria ad noua; sed iam teneat ea, quæ dicenda sint ex sug-

Bernard.

Basil.

Act. 1.

Chrysof.

A gestu, si de his loquendi se offerat denuò occasio.

CAPVT III.

Mortis consideratio & memoria excitanda ad vitam ordinatè componendam.

Notissimum est illud proloquium Sapientis: Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Ista conatur auellere inimicus, & Eccles. 7. 40. primum mendacium omnibus delibare ausus ait: Nequaquam moriemini. Quauis enim sæpè videamus circumdari mortis iudiciis, cum penè omnia, quæ heri floruerant, extincta hodie iaceant, deformia reddantur, flores, festa, gaudia tympanorum, & musicorum instrumentorum harmonia, deliciarum, & cupidinum abundantia, conuiuiorum, & apparatus magnitudo: verum ista omnia externa censentur, nec nostras pulsare fores, monerèque æqualem cum his futuram sortem omnium, haud mouent, vt nostra componere tentemus, & in tuto locare animæ salutem: imò nec immaturæ notorum mortes, euentus repentini, inopinatæ fortunæ, sortes, ad hoc conducunt; semper enim ad manum habemus fraudulenta responsa, vt decipiamur. Quæ semina recusat nuptias, quòd plurimæ in eis contractendis infelices senserint euentus? Quæ item licentiùs viuens, ab adulterio cessauit, quòd maritorum gladio, & insidiis, multa occisæ cū dedecore fuerint? Alieni enim isti reputantur euentus, nec talia minari caput nostrum credimus. Nec ille Alexander, Diuorum se falsò credens filium extitisse, ab errore semel per adulationem concepto cessauit, quovsq; sagitta vulneratus, & sanguine madefactus, expertus est se propriam mortalitatem, & communem cum aliis conditionem habere. O fallax vitæ securitas, & mortis obliuio! quanta inde irreperit mala, quis numerare valeat? Si enim certò crederemus dubiam, & incertam degere vitam, & subito in mortem, & ægritudinem, ad eam ducentem, incursum, tanquam in inferni inimici manus, quis auderet peccare. Quis tangere vetitum? Nequaquam, inquit, transfuga à Deo, & miser mundalium delectationum appetitor, moriar: superpetias Deus pœnitenti præbebit: longa adhuc restat via: post iuuentutis virorem matura viri ætas succedet, vbi omnia pacata erunt, non feruet natura, non occasiones rapiunt sensus, & mentem; non inebriabitur luxuria vino caro; non mentientur ficta, & fraudulenta verba; fūco mentita pulchritudo, minimè decipiet: horum omnium doctior euadam, ne adulantibus credam verbis. Et non credis ad fores pulsare tunc mortem? non hostem in insidiis parari non interiicere inter ista deliria, & Iudicij tempus, integrum diem? non defutorum tempus, vt de factis doleas peccatis: Puras, non vtiq; ad Infernū totis viribus, & pedibus tuis properare, & quasi à Dæmonibus captiua teneri, ad carcerem duci, vinculis constringi;

&c.



& sententiam iam iam auditorum? Semper, vt A dixi, ad memoriam reuocanda est mors. Morientibus quotidie rebus vitmur, & à Deo ista omnia interimuntur, & in suo flore, ac pulchritudine pereunt, vt nobis seruiant, nostrisque vertantur in vsus, non modò vt hanc inde utilitatem capiamus; sed, vt in earum rerum interitu, & occasu, quales simus, cognoscamus: qui enim mortalibus eget rebus, & illis pereuntibus aliæ succedunt, eodem ordine perituræ, nonne mortalis etiam existit? Cessantibus enim auxiliis ciborum, vestium, potus, aëris, & reliquorum subsidiarum, absque dubio periret vita hominis. Ergo harum interitu pascitur, & viuunt mortales igitur, & eiusdem, quoad hoc, conditionis cum his, quæ ad vsum habet. Si Deus has priuat vitam, pulchritudine, florente ætate, vt homini alimenta, & necessaria ad vitam præbeat, quomodo ipse hanc fugiet manum, vt eo non vtatur in florente ætate, in medio deliciarum, in rerum cura, in diuitiarum affluentia? Num creaturæ omnes, cum intereunt, sponte ad mortem decurrunt? Non vtique: sed violentia quadam priuantur loco, & libertate, quibus perdurantibus adhuc viuerent. Flores manu potenti à radice exciduntur, fructus similiter ex arbore pendentes præcinduntur, altitia à volatu arcentur, ferae capiuntur, natantes pisces hamo extrahuntur, vel rete, animalia occiduntur, & gemitibus mortem horrentia edunt signa tristitiæ: cum tamen à Deo optimo omnia ista in vsum hominis fuerint concessa. Miraris ergo, homo, si manu Dei apprehensus traharis ad mortem, quadam imposta violentia naturæ, iuuentuti, statui, occupationibus, deliciis, in quibus adhuc degere cupiebas; à quibus coactus auelleris: noles enim ita præcingi, sed liberè incedere, bonis vt, vitam in longum protrahere. Cedis ergo ex creaturis, quibus tu violenter yteris, quas vita, & gratia priuas, quod si sub te habes eiusmodi milites, homo es sub potestate constitutus. Deus stetit in medio Deorum, & iudicat, tanquam supremus Dominus, omnes.

Math. 8.

Psal. 81.

August.

Isai. 38.

Basil.

Aug. Serm. 37. de verbis Apostoli, mortis designans causam, peccatum, videlicet, inter hæc discrimen ponit: *Peccatum voluntariè fit ab homine, mortem involuntariè patitur homo. Deseruit volens; & coacta est deserere nolens. Decessisti ab eo, quem diligere debuisti; recede ab eo, quem dilexisti.* Cum igitur termini vitæ ex hoc filo pendeant, istu diuinæ voluntatis præcinditur, sicut sapiens Rex Ezechias confessus palam est: *Et scit à te exente tela præcisus sum.* Ab eius sola voluntate pendet, breuem, aut longam transigere vitam. Hoc creaturarum intereuntium exemplo probat Basilus, qualis existat humana conditio in Psal. 114. *Ex quo, iniquus, vita hominum per multas mortes consuevit expleri, non solum ætatis mutatione; sed etiam animarum ruinis ad peccata.* Mirum verborum pondus. Expende, quot mortibus vita tua obnoxia existat: omnia enim, quibus viuus, in interitum præcipitantur, quorum nulla extat forma, nulla pristina pulchritudo, versa in fauillam, pars tenuis in te viuunt, reliquæ in secessum abierunt, in te etiam istæ partes moriuntur, & aliæ succedunt, vnde ætatem varietas ex infantia in pueritiam, ex ista in adolescentiam, inde in iuuentutem, post in viri perfectionem, transis præterea ad se-

nectam, & senium, si vitæ filum adhuc manu Dei non præcindatur! Apprimè August. August. in Psal. 127. *Vide, quia cum accedit vna, altera moritur: veniente pueritia, moritur infantia: veniente iuuentute, moritur adolescentia: veniente morte, moritur omnis ætas. Quot optas gradus ætatis, tot optas mortes ætatum.* Imò addit Sanctus Doctor Basilus: *Multa mortes tui causa sunt, in interitum æternæ salutis ruentes socij, & consortes tuarum oblectationum. Quanti necantur,* exclamat Ambros. de Nabuch, *vt vobis, quod delectat, pareat? Serui iustis complentes, & amici, & socii delictorum, femina quibuscum misceris ad luxum, vindictæ armati consortes, in quorum mortibus posses luce clarior tuam inueniri, ac timere finem viuendi, tempore, quo tantarum causa existis. Præterea in his rebus interitui subiacentibus videas licet humanam tuam conditionem. Illam ponderauit Augustinus 4. Confess. c. 10. *Qui cum oriuntur, & tendunt ad esse, quò magis celeriter crescunt, vt sint, eò magis festinant, vt non sint.* Accipe exemplum, vt ex tuo te ore iudicem. Velles carpere arboris fructus, tentas, an maturi sint; vides adhuc egere mora, vt maturecant, ideò pendenter ex arbore, vt plus vitæ habeat à radice, dimittis: at illa dilatio tendit, vt cum maturus euadat, ipsum vita, & esse priuas eo vtaris. Vicinior ergo mors, cum pulchrior aspectu, dulcior ad gustum cernitur. Ita tu cum Domino omnium humanarum, & rationabilium plantarum. Istæ desiderant è pueritia ad iuuentutem pergere, ibi letari, ambire delicias, collum erigere, & vita deliciarum oppleta frui. O tunc si cerneres Dei manum paratam ad te præcindendum ex arbore mortalis vitæ! Quò magis celeriter crescis, vt sis, eò magis festinas, vt non sis. Vide ergo in florente ætate, prope te esse finem vitæ, occasum huius splendens, ac fulgentis Solis. Cur somno deditus iaces in peccatis, æternorum obliuiosus factus?*

D. Thom.

His concinunt quadam diuinæ providentiæ monumenta, quæ, vt explicat Sanctus Thomas, dicta ita sunt, quod moneant mentem. Homo ex luto factus, limo, videlicet, vilissimo in creaturis, id, ex quo sunt, interit: in hominè tamen semper hæc portio manet, sicut terra, est, & erit, nunquam ab ea discedet, ne excidat à memoria fragile sui esse fundamentum; sed præ oculis ponat terram, quam perpetuò in omnibus ætatibus, officijs, occupationibus, diuitiarum, ac deliciarum copia, secum portat. Similis factus illi Naaman, qui aded gratus ob consecratam sanitatem Deo extitit, vt portionem terræ, ex Iudæa allatæ, semper præ oculis teneret, ne in templo cum Rege, gentium ritibus dedito existens; idola veneraretur; sed Deum cæli, quem verum esse crederet omnium operatorem. Ad hoc conducebat portio terræ secum delata, ne obliuiosus beneficij efficeretur, & ad pristinos rediret errores. Sic planè hominè à Deo concessum, vt secum terram gesserit, ne idola adoret, ne declinet à lege, cum videat terram esse, secumque portare mortis causam. Apprimè hoc Nicænus exposuit oratione 2. de hominis opificio, antiquitens, cur ex terra formatus homo, nulla

4. Reg. 5.

Nicæ.

mutatione facta in ea permanerit: *Nunc autem ab ea nunquam discedis; sed cum illa naturaliter coniunctus es, cum ob idem, quidquid agis in terra, ab eadem conditionis tue monumentum habes.* Ad quid eiusmodi immota terra præsentia hominè in omni loco, ætate, & statu constituto? *Vt rationi semper terra suppetias ferat, eamque semper commonesciant.* Noranda ratio. Nostra enim conditio, cum principaliter spiritualis, & in ratione consistat, à terra volatrum sumit, & superna, suæ conditioni congruentia, contemplantur. Ne ergo in ista quasi separatione limi, ex quo formatus, & in quo viuunt homo, conditionis suæ obliuiscatur, & se immortalem esse arbitretur, mortisque subiectionem ignoret. Admoneat terra, clamet; quasi monens hominè, ne à ratione discedat, ne verita gesserit, cum mortalis sit, teste ipsa portione, quam gessit; ideò monet mentem, clamando: Homo, memento, quod terra es, quod mortalis, quod facilis ad interitum: caue peccata, vitæ iuxta rationis leges, ne declines à viis iustitiæ, te inter immortales adscribens.

1. Reg. 26.

Chryso.

Certum est, Dauidem morigeratos habuisse affectus; sæpius prouocatum ad iram, eam deuinxisse, & coercuisse, ne Deum offenderet. Verùm rogandum venit, cur inueniens Saulem dormientem, & iuxta eum lanceam, qua sæpè tentauit eum inuadere, non eadem vtens hasta, ipsum dormientem, sine humano fauore nudum reperiens, confodit; cum vnà posset, & inimicum de medio tollere, & regnum adipisci, sibi iure debitum? Non hoc fecit; sed potius vociferans Regem excitat, periculum imminens notum facit, culpam corporis custodes, dignos morte esse affirmans, quod Regem inermem, hostibus expositum, reliquerint. Verè enim temperauit regni, & vindictæ cupidinem, mortis imago in dormiente Rege perfectissimè repræsentata. Quis audeat ad mortis conspectum regnum appetere? manum aduersus hostem mouere? Cum tam velociter omnia decident, & nec magnum, ac potentem Regem à communi miseria excludant? Vbi enim omnia mortua vidit, odium, regnandi ambitionem, regalis pompæ superbiæ, militum imperium, & ducatum, armorum vsus, vini ad luxum compositiones, quis tot conspiciens mortes ad ea resuscitandum conaretur? Chryso. homil. de Dauid, & Saule, sic fatur: *Conspectabat illum dormientem, ac de morte omnibus communi philosophabatur. Quare ibi mortis recordatus est, & communem esse ipsi, & Regi, omnibusque coniecit.* Addit idem: *Somnus nihil aliud est, quam mors temporaria, & vnius diei interitus.* Si enim iuuenis, & regni prætenfor, audax nimis, & abundans spiritibus; sic in somno ad delicias, & quietem sumpto, propriam conditionem haud ignorauit, terramque suam, in iacente corpore quasi in speculo perspexit; cur tu, o homo, præcipue si æger es, si senex, si laboribus fatigatus, si in periculis occumbendi vitam degis, hoc commune debitum non discis? Mentiris, hominè esse terreum; sed potius caelesti ex portione fabricatum, ac con-

positum te esse censet. Pereant terrena desideria, amor sæculi, diuitiarum cupido, deliciarum flagrans affectus, cum ista non conueniant citò perituro occumbenti per mortem, & iterum in terram conuersuro.

Potest etiam excitari metus mortis, si consideres, peccata ipsam manibus accerere: causa enim certissima, clausulam vitæ imponendi, stimuli eiusmodi sunt; quemadmodum equus velociter cursum conficit, si stimulis agitur. Vide Prophetam illum morti traditum à leone, ipsum inuadente, quoniam mandatum Dei transgressus fuerat. Attende equum illum, cui infedebat mors, & quem Infernus sequebatur in Apocalyp. siue sepulturam Infernum voces, siue ipsum damnatorum locum, iuuentus viridis in equo designatur: *Fallax equus ad salutem: in abundantia virtutis suæ non saluabitur.* Imò potius, quò florentior, & viridior in moribus, quantum ætate mensuram iuuentutis non excedat, quantum potens viribus, facultatibus abundans, citissimè morte vincente floridam adolescentiam, conficiet cursum vitæ, & ad mortem, ac Infernum perueniet. Optimè Tertul. lib. de anima, cap. 52. *Qui autem primordia hominis nouimus, audacter determinamus, mortem non ex natura secutam hominem, sed ex culpa.* Videas, hanc in causa, esse citissimi finis, inopinata miseriæ, cursum vitæ velocem reddere. Quis hanc causam non timebit, si vitæ amator, eam in longum protrahere cupiat? Hoc idem contemplare in illo Christi facto, cum Lazarum resuscitaturus aduenisset. Videmus enim differre ex industria optatam mortis destructionem, Martham aggreditur, cum ea longos retexens sermones, Mariam expectat, eam consolatur, ad sepulcrum pergit, lapidem iubet tollere; interitum tamen corruptio, factor, vermes corpus miserum inuadunt, quasi hostilis exercitus ciuitatem, aut hostium pagum confodiunt plagis, sedant, & in puluerem, vnde ortum habuit, redigunt. Quare hoc? In illo mortuo, peccator figuratur desertus à Deo, corruptioni, agitudinibus, ac molestiis traditus: ad interitum vsque. Quod Nicænus notanter docuit de hominis opificio, cap. 21. *Vt satis, & loci, & facultatis morti esset in absentia vita (Dei, videlicet, vitæ hominis) ad efficiendum id morbi ope, quod ipsi est proprium.* Si enim patiaris absentiam Dei, incurrent in te hostes vitæ mortalis, bellum aduersum te gerentes, vt te ad nihilum redigant. Ex-

3. Reg. 13. 24.

Apoc. 6.

Psal. 32. 17.

Tertull.

Ioan. 11.

Nicæ.

Psal. 136. 72.

Ioan. 13. 21.

Psalm. 103.

Exi- nanite, dicentes, *exinanite vsque ad fundamentum in ea.* Quale hoc? Puluis, vnde erectum hoc pulchrum animæ palatium, hac Dei Regia. Verè enim quiescit Deus, cum finem imponit vitæ peccatoris ipsi inensi: Cum Iudam alienatū à societate suā, & Discipulorū, prospexit, quieuit, *Ioan. 13. 21. & resocillatus fuit spiritus Dominus, vt Ioannes docuit.* Quid aliud censendum est, si inueniat hominem rebellem mandatis, & ipsum sustentare, ac fouere vitæ suæ respirationem, vt ipsi seruiat? Imò vt offendat eū, vt peieret, vt blasphemet. Ad hoc facit Pl. 103. *Auferes spiritum eorum, & in puluerem suum reuertentur.* Et statim: *Latabitur Dominus in operibus suis.* Non dici potest opus Dei, sed alienatum, & furto raptum, peccator, ab eo recedens, alienum, seu alienatum opus ab eo;

cum tamen opus suum fingere intenderit, ut inquit Ilias, finem imponet vite malorum. Deficiet eorum spiritus, id est, separabitur a corpore anima: inde vero corpus exanime in puluerem reuertetur; Deus vero liberabitur a seruitute molesta sustinendi, & inspirandi in eo, qui ab eo vita potitur, ad ipsum vulnerandum. Quiescet ergo, & latabitur in ceteris operibus, bestiiis, videlicet, & aliis obtemperantibus ei. Nicæus ita supra, cap. 25. *Illo quidem tempore Vates addit, fore, ut suis ex operibus Dominus voluntatem capiat, sublatis de terra sceleratis hominibus.* Hoc ipsum misericordiam Dei redolet, cum iratus interim prauum, cuius vita, aut anima, pro sale est, ut seruiat peccatis; quanto citius ista finitur, tanto minus grauida apparebit ante Iudicem, onusta peccatis, & ex consequenti debitrice facta plurius poenarum. Hieronymus epistol. 3. in Epitaphio Nepotiani: *Eadem ratio, inquit, est parum, aut multum viuere his, quibus viuere mori est, cum non Deo, sed carni, & vitiiis uiuant: nisi quod hoc discrimen intercedat, quod senex magis omnes peccatorum scilicet proficiatur.* Alearum ludò dediti, nondum visa charta per minima signa cognoscunt, cuius generis sit, si proficua, si nullius momenti: quanto id magis Deus ceterò cognosceret ex initiis viuendi, ex moribus, & conditione personarum: quare citam mortem disponet, ne ex spinis teneribus thamnus asper, & sentibus acutis plenus exurgat. *Psal. 57. 10. Psal. 5. 11. Decidant à cogitationibus suis.* Et hoc iusto Dei iudicio, & magna simul ex misericordia, ne perditii mores ad cumulum accedant, & ingentes cogantur sustinere poenas. Contra vero in initiis innocentie, in primo ingressu virtutis, in ipsis præambulis, in limine accedentis ad Deum, quales futuri sint, recognoscit. Latro in cruce signa quædam edidit charitatis, compassionis, & reuerentiæ, & statim audit: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Num æstum dici, & pondus longæ aratis portauit? Magna facinora, & per plurimos annos operatus est? Minime: verum cognouit Dominus ex initiis, qualis futurus esset, si viuere liceret. Optimè Cyrillus Ierosolymitanus Catech. 13. *Vellet iuste agere Latro, sed venit mors.* Quasi dicat, non culpa tua, sed mortis, quæ desideria præcidit, ne operibus strenuis ea completeret, ac perficeret. Sicut ergo grandia concessit Dominus tyroni militi, quia futura grandia esse recognouit, si uiueret: ita finem imponit citò malè viuentibus; ut cumulum futurorum peccatorum vitet, quem in prauis initiis recognoscit. Si enim tunc mors non præcinderet vitæ telam, nec peccatorum cumulus cessaret: ut enim optimè ait Ammianus lib. 26. *Historiæ: Longana immunitas nutrit immania.* Audaciores reddit peccatores, & ad maiora procliuiores pattanda, ut Paulus notauit de patientia Dei, sustinente vasa iræ apta in interitum. Separet ergo amara mors, non modò à rebus amatis, non à corpore animam solum; sed etiam à peccandi libidine: nutrit enim impunitas immania. Cum ergo commune delirium peccantium sit, statuetè mortis tempus, peccatorum metam, ab hoc errore abducendi sunt, ut credant præsumptos eiusmodi terminos iustitia decernente, ut in peccatis moriatur, qui non Dei timore nunc continetur, non peri-

Nicæus.

Hieron.

Psal. 57. 10. Psal. 5. 11.

Luc. 22.

Cyrrill. Ier.

Ammian.

Rom. 2.

cula vitæ considerauerit, non Dei monita audiens, semper nos vigilare, clamantis, ne ut Luc. 12. fur, nocturno; & quietis tempore, mors ingrediatur, incautòque, & somno deditos, inparatos rapiat: licet enim Deus inuitatos ad mensam soleat vocare, & querere ex sepibus, & exitibus viarum; pauci isti sunt. Cum tamen frequentius sit, ex hoc sine, & termino vitæ ad æternam procedere damnationem, ed quod finem nescierint peccandi, & prouocandi diuinam iustitiam. Contigit his, quod Domini Discipulis, quos inuit ad quartam vigiliam noctis, post ingruentem tempestatem per reliquas noctis partes passam. Tunc quidem aded turbati timore, & B horrore mortis extiterant, ut putarent, Dominum phantasma esse: ita isti, qui à Deo laboribus concutiuntur, ut à via interitus recedant, semperque agitata fluctibus conscientia in tenebris ignorantia degentes in malo persistunt. At misericorditer in fine vigiliarum, & vitæ illustrantur, ut peccata recognoscant, recedantque ab eis per poenitentiam. Verum tunc phantasmata videntur vera; deliria, remedia apposita ad ægritudinem curandam; & miserè pereunt nullo fructu ex Dei visitatione percepto. Vbi Theophylact. ait: *Vide autem, quoniam cum Christus debebat eorum pericula comperere, tunc maiorem eis inculit timorem.* Ita in peccatorum poenam, consolationem à Deo oblatam ignorant, & ad phantasmata, ac deliria, falsaque imagines conuertuntur. Hoc præclare docuit Basilus in Psal. 114. ibi: *Circumdederunt me dolores mortis: pericula Inferni inueniunt me.* Quæ verba de peccatore ad mortem usque perdurante in peccatis exponit. Hic cum mortis metu pericula sustinet Inferni: *Qui autem usque ad mortem in aliquo peccato constitutus fuerit, dicat: Circumdederunt me dolores mortis. Omnis enim, qui facit peccatum, ex Diabolo natus est. Cui enim, ait, essem operarius peccati, tum à morte gestabar in vtero, tum quoque à periculis Inferni sum inuentus.* Ibi enim feruet mare impij, cuius cor comparatur tempestatibus agitato salo: *Cor impij, sicut mare Isai. 57. 20. feruens. Quid aliud expertus fuit impius Antiochus, appropinquante morte? In quos fuit Elm tristitia, in qua nunc sum, deueni?* Aduersi ventus perflant, mare intumescit, cælum nubibus obscuratur, gemunt, & ululant vnde à ventis agitata; omnia præfagia ruinae, & miseri finis conspiciuntur: talem enim mortem meretur, qui sic viuens Deum contempsit, & mandata ipsius præterit. Vbi illa fiducia dum viueres, salutem, & æternam vitam tibi promittens? Deus opus suum non vult perire? Facile est ad ipsum conuerti actu contritionis, & si semel peccati dicas, ad gratiam redibis? Nec si ista dicantur, sic à moriente creduntur, deliria videntur, & velis disruptis, gubernaculo amisso, desidit ad portum peruenire posse, & omnia phantasma esse aduersum caput suum credit. Quis vnquam à Christo Domino inuitatus ad poenitentiam in ipso feruore peccandi, sicut Iudas: Recordatione nominis, osculo pacis, amoris, & compassionis signis ipsum alliciebat: *Iudas, osculo. Filium hominis tradis? Luc. 22. 48. Quod*

Luc. 12.

Luc. 14.

Mar. 6.

Theophyl.

Psal. 114.

Basil.

Isai. 57. 20.

1. Mach. 6. 11.

Luc. 22. 48.

Cyrrill.

Senec.

August.

Idem.

Quod ponderans Cyrtillus Ierosolymit. Catech. 13. ait: *Admonens eum per ipsum appellatorem: (Iudas enim vocatur, conspiciendo.) Intellige, accepisti argenti, conspiciendo.* Quis tamen fauorem tantum sic despexit, & oblitus diuinæ misericordie ad laqueum confugit, & in mortem impententem irruit. Audiamus huius obliuionis causam, & fatigatæ, ac afflictæ tunc temporis conscientie fluctus, omnem vim rationis suffocantis. Rationem in Seneca accipe, epistol. 22. *Quid est (inquit) turpius, quam in ipso limine securitatis esse sollicitum? Causa autem hæc est, quod inanes omnium bonorum sumus, quorum in fine vitæ desiderio laboramus.* Vtinam tunc hoc desiderium vigeret! Vitam in eo labor impenderetur! Sed aded desides sumus, ut nunquam minus bene desiderentur, quæ desunt ad moriendum bene, quam cum mors vicinior est. Ut hoc probem, & stultos homines esse poenitentiam in articulum mortis reseruantes, cuius de causa vitam prodigunt, & in deliciis consumunt, statuumendum est, quod experientia docet, nunquam ineptiores inueniri, quam cum per ægritudinem mors pulsat ad ianuam: quod non solum peccatoribus in poenam contemptæ virtutis; sed etiam euenit iustis, ac timoratis. Quid, si repentinus sit euentus? Quid, si priusquam periculum præuideatur, captiua ducatur misera anima ad Tartaream regionem? Augustinum audi ad hoc, 13. de ciuitat. cap. 6. de morientibus: *Habet enim asperum sensum, & contra naturam vis ipsa, qua vtrumque diuellitur, (sensus, videlicet, & natura) quod fuerat in viuente coniunctum, atque conseruatum, quandiu moratur, donec omnis adimatur sensus.* Sic torpescunt isti, morte iam iam accedente: imò aded velox esse solet, ut absque sensu ipsius metas prorumpat, & vitam intercipiat, ut inquit idem ibi: *Quam rotam molestant, nonnunquam vnus ictus corporis, vel anima raptus, intercipit, nec eam sensiri proueniens celeritate permittit.* Licet enim hoc ad dolorem vitandum valeat; ad salutis negotium, graue impedimentum est, & iusta Dei vindicta. Verum gratis concedamus, ægritudinem præcedere, locum poenitendi concedere misericorditer Dominum: at his hominibus euenit, quod adulteria sustinentibus: omnes denigrant eorum famam; ipsi verò omnino domesticum ignorant damnium. Ita planè tota domus plena lingulibus, lacrymis, timoribus ex signis infirmitatis grauissimæ conceptis: at ipsi securi quiescunt, leuem esse ægritudinem, citò surrecturos ex lecto, facilem exitum habiturum malum illud arbitrantur: hoc domestici prædicant, hoc Medici affirmant; & diuinant idiptum amici: cum tamen nutibus, ac signis periculi magnitudinem ostendant. Perditur tempus, vbi vigent sensus, vbi sperari possent aliqua vitæ mutatio, satisfactio alieni æris, domus dispositio, negotiorum consummatus finis, manifestatio eorum, quæ grauam conscientiam, peccatorum confessio. Cum autem imminet certò periculum, & propè est malum futurum, tunc indicitur mors, cum torpent sensus, cum potius curandum est de ægri quie-

te, somno, silentio, medicinis ad subueniendum corpori, quam ad animam curandam. Doler caput, & fugiunt peccata, obligatioes ignorantur, satisfactio haud apponitur, & omnia imperfectè sunt; & quod magis timendum est, sine sensu, & cognitione, tam periculi, quam conscientie; & cum videtur peccata promere, nullum concipit verum dolorem; nec, quod os pronunciat, anima approbat: aded enim hebetantur omnia pondere ægritudinis, & remediorum dilatione, ut omnino sine fructu fiat, quod tunc intentatur. Ob id meritò Augustinus? *Qui in infirmitate poenitentiam agit, infirmus est; qui in morte, timeo, ne cum ipso moriatur.* Cur Christus Dominus Luca 12. duas vigiliis posuit primam, & quartam missam faciens? vel quod prima paucorum sit, similiter & quarta: illa propter imbecillam ætatem; ista propter imminens periculum ægritudinis. Nec locus vigilandi conceditur, citò ex hac vita discessuro. Drogo Hostiens. de Dominica Passionis: *Quia nec prima ætas sensum accipit vigilandi, nec vltima spes prolixius dormiendi.* Attende, quid cum Discipulis Dominus egerit: cum in hortu ad Patrem oraturus venisset, tactio affecti, cum orare similiter haberent in præcepto Domini, & somno pressi ab orando cessauerunt, ad quos cum venisset, & ita reperisset, ait: *Dormite iam, & requiescite.* At iterum citò: *Surgite, eamus: ecce appropinquat, qui me tradet.* Hoc quidem etiam his contigit hominibus, qui à Deo misericorditer ad vigiliis vocantur, & ipsi somnum capiunt, præ tactio rerum spiritualium dormiunt, non curant salutem animæ, sed corporis. Falsa fiducia, pericula instantia non vident. Cum autem fatigatus Dominus, eos suo relinquit arbitrio, ut dormiant, iratus permittit: verum tunc instat mors, & ad iter præripiendum incitantur. Quomodo tunc vigilandum, si in vita sopore occupati iaceant? Si tempore ægritudinis nulla de animæ cura? Quibus promittitur tunc quies, nisi in Christo vigilantibus, cum viuere, cum salute fruenterent? Ita Drogo Hostiens. supra: *Qui enim vigilat in se, suauiter dormit, & somno suo requiescit.* Contra verò, qui vigilat in deliciis viuens, mortuus est, sicut de vidua deliciarum amatrice ait Paulus. Quando vigilandum, ut cum Domino quietem accipiat? Damnat Tertull. 4. contra Marcion. c. 31. errorem alium Messiam expectantium, & nunquam venientem, qui in morte sentient damnium suum, nulla spe recuperandi, quod perdidissent, & inueniendi, quod falsò querebant. *Etsi venturus est autem, pmo non quasi vocaturus, sed adhuc conuiuas, sed iam collocaturus.* Alludit ad Dominicam coenam, ad quam vocati multi, & adhuc locus vacuus pluribus erat. Non tale hoc residuum, neque vocandi ad mensam, inuitandique ad contiuuium cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno caelorum tempus; sed ad percipiendum præmium laborum, aut cruciatuum ob vitam somno, & incuria deditant: planè, quia dormierunt, tunc surgent citò ad poenam experiendum, & inutiliter dolendum de perdita, culpa sua, salutis occasione. Reddit rationem ipse

August. rom. 10. Sermon. 57.

Luca 12.

Drogo Host.

Matth. 27.

Drogo Host.

Luca 14.



Drogo Hof. Drogo supra: Qui autem dormit a te, sicut nocte, nesciens, graviter agitur. Ab ægritudine, scilicet, sensus, percutiente mentem, in voraginem inscientiæ sepeliente, à Dæmonum sollicitudine, ab amicorum, & familiarum fallacia, à Iudicij propinquitate. Stultissimum ergo penitentiam retardare, & ad fores mortis ad eam accedere velle.

Ista pauca sufficiant, vt dicendis formam præbeamus. Possent quidem plurima tractari de incertitudine vite, de perituris cum ea omnibus bonis, de tranquilla eorum, qui Deo seruiunt, morte; de infortuniis sequentibus, & persequentibus. malè viuentes; de mutatione corporis, sine corruptionis, & fœtoris, ad concipiendum odium aduersus eum, & restringendam, vel extinguendam ipsius curam, præcipuè eorum, qui nimis delicatè nutriunt carnem suam, maiorem parantem sibi corruptionem. Exemplis confirmanda ista plurius mortem miseram experientium, Antiochi, Alexandri, Abfalonis, Amnon, & cæterorum, quorum meminit Scriptura, quorum finis interitus, & gloria in confusione eorum, & Salomonis deliciis dediti. De vitæ breuitate: quam parum Deus annorum attendat imbecillitatem, & teneritudinem, cum se offerat occasio, vel puniendi, aut vitandi peccata, vel coronam elargiendi merentibus eam. Quanti Sancti expleuerunt tempora multa in breui vitæ cursu, & immaturi ætate deciderunt. Horum omnium finis est illustrare mentem, ne à sensibilibus bonis rapiatur, cæcitate, omnia vana, inutilia, periculosa, quæ non conducunt ad æternam vitam consequendam, cum fundamentum fruendi his visibilibus rebus, sit vita fragilis, labilis, caduca & citò peritura.

CAPVT IV.

Quàm timendum sit diuinum Iudicium.

§. I.

Quàm graue, ac tremendum sit reddere Deo rationem.

Nec mors dura hominibus, (licet priuet omnibus sensuum oblectamentis, amicis, charis, pignoribus,) si non post eam restaret comparandum in Iudicio, & iustissimo Iudici reddenda ratio esset de quibusque minutissimis, quæ vocat Dominus quadrantem, & verba otiosa nulli iniuriam asferentia, sed sine vacantia: adeo enim timuit, vt refert Tertullian, aduersus Hermogenem agens, hoc Iudicium iste, vt negaret immortalitatem animæ, vt à tanto fugeret Iudice: quem secuti nuperi Hæretici, eadem incedunt via, vt more bestiarum, nulli parcant bono, ad corpus spectanti, fingentes finem omnia sua habitura, & corpus, & animam, ac proinde haud vocandi ad Iudicium. Hermogenes (ait Tertullianus) ani-

Tertull.

nam mortalem fecit, timens iudicium. Ac si in eius esset potestate, ipsam vitam priuare, & pro suo arbitrio non auo, sed tempore commensurare durationem eius. Nos verò Catholici credentes animam perpetuò duraturam, ad Iudicium vocamur, conspectum integerrimi Iudicis fugere non possumus, rationem reddituros credimus, nihil ibi fingere, nihil subterfugere posse certissimè cognoscimus, omnia clara, & manifesta ad lucem æterni Iudicis apparitura, & quæ nobis antea, obliuione succedente, ignota fuerant, ibi conspicua intuenta, & quanta in eis resideat fœditas, ac deformitas cognoscenda. Nec putandum est, hoc Iudicium ad finale solùm reseruandum futurum, cum omnia finem acceperint: instante morte, & in eodem loco, vbi iacet corpus exanime, perficiendum erit, ibi omnium notitiam accipiet anima, inde rea descendet ad Inferos, aut procedet ad gloriam, si iustitia in ea inuenta fuerit. O si vacuas manus inuenerit ille donorum largitor; sed si largus in donandis bonis, etiam iustus apparebit in exigenda datorum ratione, vt inquit Bernardus Sermon. 2. Comparat David montibus abundantiam iustitiæ diuinæ; abyssus verò iudicium eius: vbi enim abundauit gratia in donando, ibi etiam timendum iudicium, si ingratus exiteris. Psalm. 35. Iustitia tua, sicut montes Dei: iudicia tua, abyssus multa. Tu non solum iustitiam, sed multas, & multiplices iustitias debes Creatori. Iustitia tua, sicut montes Dei: quia plures cumulos miserationum suarum ingessit tibi. Non arbitreris, dum Deus dona larga manu concedit, ita ea velle perire, vt ratio reddenda non restet, & tunc apparebit in abyssu iudicij, magnitudo donorum ab eo susceptorum. Vbi Hieronymus, & post Bernardus, de magnitudine iudicij accipiunt postrema verba. Cum David indicare vellet Dominus peccatum adulterij, & homicidij, in profundo obliuionis degens, Nathan inuenit, qui recensuit, quanta ab eo suscepisset dona; & vt notauit Basiliius in Psalm. 114. hoc ipsum, cum Adam argueret, fecit, dicens: Vbi es, Adam? Vocans eum, non quòd locum ignoraret; sed vt ipse peccator statum suum recognosceret; vt quantum versaretur discrimen inter priorem, & præsentem contemplaretur: quibus cognitis crescit rationis reddendæ magnitudo, & abyssus profundior apparet Iudicij secururi. Volebat potius, vt ille secum recogitaret, qualis ex quâsi factus esset. Cum enim tunc dona luce clarescunt, & quale timeatur futurum Iudicium, qualis abyssus, ac inexplicabile pelagus se se offert, quod peruadere non liceat! Quis non pauebit ad præsentiam tantorum donorum creationis, conseruationis perpetuæ, & vigilantis mantenentiæ? Ibi apparebit, quanta mala irruentia Deus vitauerit, ne nobis molestiam inferrent: à quantis duris, & insuperabilibus tentationibus nos immunes reddidit, ne subito victi rueremus? Quid cum spiritalia recensuerit, vocationem, iustificationem, copiam auxiliorum, Sacramentorum, iteratam

Bernard. Sermones Dei: iudicia tua, abyssus multa. Tu non solum iustitiam, sed multas, & multiplices iustitias debes Creatori. Iustitia tua, sicut montes Dei: quia plures cumulos miserationum suarum ingessit tibi.

1. Reg. 12.

Basil.

Genes. 3.

iteratam penitentiam, tot reconciliaciones, cum sæpè reuenteremur ad vomitum? O mons celsitudinis sua celos pertingens! ô abyssus profundum contingens Inferni! si enim ex testaceis vasis, vbi tributa deferebantur Romano Senatui, mons Testaceus conspiceretur, quid mirum, si confurgat in montem cumulus diuinorum beneficiorum, & obruat in Iudicio contemptorum donorum multitudo? Notans hoc Chrysostrum, in Acta capite 1. exponens, sic veniet, dictum Apostolis, ad iudicandum, videlicet: Sic veniet rursum, posteaquam adepti sumus donum: iam instat iudicij, & examinationis tempus. Memoria tenendum, & meditatione tenendum vtilissimum esse, obliuio eius, & effectus inde prouenientes, ostendunt. Hoc Iudicium in meditationibus cap. 2. contemplans Bernardus ait: Quadam nanque vi diuina fiet, vt cuique sua opera, vel bona, vel mala in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset, vel excuset scientia conscientiam. Quis subterfugere iudicium potens erit? Quis negare facta, dissimulare commissa, vbi, vt idem Bernardus clamavit epistol. 1. Quam in Iudicio fugiat mendacium, simplex veritas apparebit; & cor potius, quam labia Iudicij materiam præbebunt. Nec Iudicem repellere possumus, nec notare eius iustitiam, ad alium accedere desiderantes, & non coram eo dicere causam. Audi Ezechiel. 20. Vt ego Dominus Deus, quoniam in manu forti, & brachio extento, & in furore effuso, regnabo super vos. Quæ verba insuperabile, ac necessarium esse imperium eius, nec in nostra esse potestate ipsum subterfugere, monstrant. Hieronym. ibi: Vt nolitis, velitis, me habeatis Regem, & sententias Regem iratum, cuius clementiam neglexistis. Præterquam quòd nullus æquior, nullus amantior; nullus, qui sic intendat bonum iudicandi hominis, inueniri poterit; nec parens, qui ipsum genuit, nec vxor, nec amicus ei comparari potest. Supremus Dominus est, ipsi iudicaria potestas concessa à Patre: qui enim vult ipsum datorem bonorum habere, etiam sustinere Iudicem credat. Hoc, inquit Ambros. 1. Offic. cap. 14. desiderat fastidiosa hominum fors: Nolum supra se esse Iudicem, quem nihil fallat: nolent ei dare occultorum scientiam, qui metumt occulta sua prodi.

Chrysostr.

Bernard.

Idem ad Robertum.

Ezech. 20.

Hieron.

Matth. 28.

Ambros.

Iob 19.

Glossa.

Glossa ibi: Omnis enim, qui peruersè agit, eo ipso, quòd hoc despiciat, Deum Iudicem auferit.

Sciatur ergo Iudicium futurum, quod si præ oculis obiceretur, omne fugeret peccatum, & in officio homo contineretur. Hoc quidem more tubæ indicentis Iudicij, muri Iericonthini solo æquarentur, & nulla Deo resistendi sic expugnata, maneret vis: cum enim decefneret Deus hanc Iosue tradere ciuitatem, Sacerdotum turbas, tubis resonantibus, ipsam circundare iussit, & statim, inexpugnabiles prius, muri ciuitatem ambientes ceciderunt. Quod August. ad Iudicij præconium, Sacerdotum, & Concionatorum interuentu, refert, quibus clamantibus nullus halitus, nulla vis ad Deum resistendum maneret: Muri aduersus ferrum inexpugnabiles, sacra tubarum voce collisi sunt. Hanc frequenter audiebat Hieronymus, & penitentia, duraque tractatione corporis, peccatorum aculeos confringebat: qui autem peccatis obruit rationis acumen, Iudicium nescit, cuius obliuione, certissimum signum præbet virtutem pessundari, & omninò aboleri: si enim conspectus Regis offensi timetur; si adultera viri, sua leuitate iniuriam passi; si seruus nequam oblatu coram Domino, & debitor ingentis quantitatis factus, horum aspectum fugiunt, & rubore suffusi velint potius mori, quam coram comparere, timentes, præter confusionem, sententiam damnationis durissimam: quid non timebunt ante Domini, & iustissimi Iudicis conspectum offerendi, & sententiam damnationis æternæ dicentem audituri? Illi possunt fugere hanc verecundiam, & ab ea arte, aut fortuna liberari: at nos minime possumus hoc præterire Iudicium. Certissimum est, omnia occulta, absque excusatione, & velamine, coram eo reuelanda fore, & confusionem paritura, simulque, velimus, nolimus audituros sententiam. Quis hæc considerans peccata ibi execranda non fugiet? non curabit conscientiam mundissimam ab omni macula seruare, vt gratum Iudicem inueniat, & ab auditione mala non timeat: Ergo memoria huius diei nos paratos exigit, peccatorum metum incutit, odium generat, præteritorum penitentiam postulat, ad citam penitentiam excitat. Scitote, esse Iudicium. Quòd si hoc præ oculis nobis obiciatur, celsendum est, misericordia Dei tale futurum, vt caueamus mala inde secutura, Iudicij contemplatione, forma eius quasi in speculo obtutui nostro præsentata. Bernard. de conuersione ad Cleric. cap. 17. Planè terribilis Deus in consiliis suis super filios hominum; sed, si terribilis est, etiam misericors inuenitur, dum futuri formam Iudicij non occultat. Ob id debitorem decem mille talentorum, fratris exigentem debitum, & nolentem inducias concedere, virginum fatuarum oleo carentium euentum, conuiuiam ad nuptias imparatum accedentem reprehensum, (vbi Iudicij diuini regula cernitur, in Euangelio Dominus prædicat, vt talia passurus arbitretur quisque, hos si imitetur. Denique, Iudicij memoria, ac timor plurimum valet ad auctandam animum à mundialium rerum amore, cura, ac sollicitudine: metus enim concipitur reddendæ rationis durioris, & his in rebus implicetur animus.

August. Ser. 106. de temporibus.

Bernard.

Matth. 28.

Matth. 25.

Matth. 22.

Genes. 2.

Notanda verba Genes. 2. Requieuit Dominus ab omni opere, quòd parauerat. Hæc ad hominem

minem refert Nicæus oratione 2. in He- xamer. quasi velit exemplo Dei nos requiescere à rerum sollicitudine, amore, & cupiditate, si semel Dei Iudicium ad mentem reuocemus. Deus quidem, cum omnia compleisset, quieuit, & quasi ab eis cessauit, manum rebus nouis haud imponens: ita Iudicij tempore omnia cessant, nuptiæ, filiorum educatio, rei familiaris cura, facultatum incrementa, negotiorum sollicitudo. Quid ergo in hac vita hoc bonum præstabit, nisi huius Iudicij memoria, ac timor: Hac omnia procul aberunt à nostris cogitationibus, animus in timore constitutus ad rerum imminentium expectationem excubabit. Timor enim omnem aliam cogitationem ab animis nostris expellet. Basis igitur huius firmissimæ columnæ statuatur Iudicium, quo nihil acrius, nihil seuerius excogitari poterit, nihilque maiorem horrorem homini incutere valet.

Nicæn.

§. I I.

Ad iustorum solamen Iudicium destinatur.

CVm etiam inter peccatores iusti degant, quemadmodum ad Hebræos Paulus refert, afflicti, persecutionibus agitari, iniusta patientes, ab omnibus contemptui habiti; magna illis consolatio ad leuandum caput pondere iniuriarum inclinatum ex Iudicij diuini expectatione aduenit. Ob id, inquit, hoc in expectatione offerens Dominus: *Leuate capita uestra: appropinquat enim redemptio uestra.* & pro remedio miseriarum tale refugium concedit. In diuino Iudicio ad stabimus: ibi veritas clarescet; & quæ peregrinam duxit vitam, in hoc sæculo ab omnibus aduersa patiens, ibi fronte extensa, facie hilari, spe, ac confidentia secura stabit aduersarios damnans, & confundens eorum mendacia. Bernardus epistola 1. iniuriam à Cluniacensibus patiens, ad hoc asylum confugiens, in tuto locatur, expectans ex ore Iudicis sententiam, & agitatur causæ conclusionem, sic ait: *Veniet, veniet, qui male iudicata reuincabit, illicitè iurata condemnet. Tuum, Domine Iesu, tribunal appello, tu me iudicio seruo, tibi committo causam meam, Domine Deus Sabaoth, qui iudicas iustè, & probas renes, & corda; cuius oculi sicut salutare nolunt, ita falli non possunt: tu vides, qui tua vides, qui quarum & sua, &c.* Si enim Socrates damnatus ad mortem consolabatur memoria huius inflexibilis Iudicij, certus de innocentia sua, vt Terullianus docet lib. de anima; quid Christianis pauperibus, fidelibus inter infideles, Martyribus à tyrannis iniuria affectis, maioris consolationis concedi posset, quam mente reuoluere huius Iudicij aduentum, quorum conscientia Deo nota, quorum mala specie veritatis, mendaciis procurata fuerint? Anima, dicent, immortalis est, ad manus supremi Iudicis veniet: ibi, vt dicebat Bernardus, iudicata reuincabit, & vniciueque ius suum reddet. *Quid autem aliud sciperet, inquit Terullianus, vir quilibet iniuria damnatus, nisi iniuria solamen? Immortalitatem vindicat anima recessaria presumptione, ad iniuria prostrationem. Aufer à me opprobrium, &*

Heb. 11.

Luca 21.

Bernard.

Tertull.

Idem.

*contemptum: quoniam testimonia tua exquisisti.* Psalm. 118. Notanda verba: non inquit: Aufer dolorem, facultatum amissionem, vinculorum pressuram, paupertatis molestiam, expoliationem diuitiarum, sicut de Macedoniis refert Paulus, quorum arctissima paupertas nota fuit omni Ecclesiæ, sustinentibus deprædationem, & violentam furum manum. Non inquit, aufer ista; sed opprobrium, & contemptum inde insurgentem, inimicorum malitia, & mundanorum æstimatione, quando ista auferentur quærentibus iustitias, & Domini testimonia. Hunc diem expecta, & ore persequentium audies: *Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, & vitam illorum sine honore.* Ecce quomodo omnia mutata sunt: conculcati iacemus, illi erecti stant inter filios Dei. Tunc enim ait Ambrosius. *Ibi: Vbi est nunc illud opprobrium, & contemptus. Abierunt, atque transferunt: quoniam testimonia tua exquisisti.* Exquirentibus enim apud conscientiam gloriosum testimonium seruare, quæ Deum inspectorem, & Iudicem habet, conceditur in iudicio honor, gloria, exaltatio, audireque: *Venite, benedicti Patri mei, possidete regnum paratum vobis ab origine mundi.* Quis Rex Ducem præstantissimum ita honorauit, sicut Deus abiectos, minimos omnium, contemptui habitos, iniuriam passos, honore afficit, & gloria coronat? Hæc Iobi consolatio, cum se in sterquilino cerueret, & ab amicis despectui habitum, damnatque more aduersus eum sententiam ferentibus. *Credo, inquit, quod Redemptor meus vinit, quem visurus sum ego.* Vatablus: *Bono meo, & ad commodum meum, reposita est hæc spes in sinu meo: associata est mihi, vt possim iniurias ferre patienter: vt credam, Iudicem meum defensorum causam meam, & iudicaturum aliter, quam me iudicant homines. Iudica me, Deus, & discerne causam meam de gente non sancta.* Augustin. de iudicio discretionis exponit hæc verba, & de Christo Domino in ligno inter latrones pendente, quasi vnus ex illis, poena dignus esset. Discreuit enim Pater causam damnati iniustè, & vt habemus in Paulo ad Corinthios: *Vbi est, mors, victoria tua?* Græcus transtulit, *causa tua.* Si enim homo iniustus, qualis Pilatus, nullam in Domino damnationis causam inuenit; quid censendum de Patre: Hæc Domini consolatio: cum inter iniquos deputatur ab hominibus, appellat ad diuinum Iudicium. Ita Sancti vindictam petentes, post mortem ante hoc tribunal sisti desiderant: non enim Deus viuentes in carne ab hominum eripit manibus, vt patientiam exercent, & Domino assensentur; & vt spes, ac fiducia in sinu constituta fortior euadat expectatione huius diei. Huius diuini Iudicij in afflictorum fauorem duo monumenta recensio. Primum Abrahami, qui, cum sacrificium, Deo iubente, offerret, & animalia diuideret, volucres carniū avidæ descendebant, vt ea discernerent: at ille vigilantissimus defensor extitit eorum, ne violentiam paterentur, sed Deo consecrata semper peristerent; quod Ambrosius de potentioribus insurgentibus in Sanctos, quasi carne discerptos, afflictos,

2 Cor. 8. 2.

Sap. 5.

Ambros.

Math. 25.

Iob 2.

Iob 19. 25.

Vatabl.

Psal. 42. 1.

August.

1 Cor. 15. 55.

Matth. 27.

Genes. 15. 9.

Amb. lib. de Abrah.

Exod. 12.

Daniel. 19.

Bernard.

Genes. 15.

Procop.

Isai. 42. 14.

afflictos, humiliatos, iacentes; verum manu Dei proiectos, ne iniuriam patiantur post mortem; sed in eius Iudicio innocentes fuisse appareat. *Valentiores* (inquit ille) *& potiores viribus super infirmiores irruunt, & quasi mortuis corporibus incumbunt.* Sed demum veniam ad huius oraculi significationem, sic habet lib. 2. cap. 9. ad finem. *Testificatur oraculum futurum adhuc in terra afflictionis, Abrahæ filios, vt in agone multorum, & grauium certaminum se probent, & ita cum multa supellectili aureorum, & argenteorum vasorum ex spoliis opimis exeant, (alludit enim ad spolia filiorum Israël, cum compellerentur vi egredi ex Ægypto, vasa aurea, & argentea eis concessa,) & reuertantur anima, atque exeant, pretiosa possidentes corpora diuersarum virtutum, sumptura etiam Christi iudicium de Diabolo, & eius ministris, caterisque, qui volucrum nocere vindictam. Tunc enim pauper magnus iustorum: nemo enim sine peccato, omnes quidem habebunt, quod timeant.* Hæc Ambrosius. Ad Deum spectat suos defendere in hac vita degentes, non quidem ne discerpantur; sed ne omnino pereant: at diuitiis sic eos replet, & ex mundi Ægypto virtutibus decoratos mittit: verum in futuro iudicio vindicta malorum, & innocentia bonorum patecet, vt iniuriæ conuertantur in gloriam, humilitas in exaltationem. Secundum huius futuri euentus monumentum habemus apud Daniele in innocente, ac castitate prælucentem Susannam, iniquè damnatam, in iudicio defendentem: ille enim interpretatur, *iustitia, aut iudicium Dei:* illa verò, quæ iniuriam sustinebat, habebat in Domino repositam fiduciam, & magna voce ad ælum clamores dirigebat, certò credens non audientem ab hominibus, Deo causam remittebat. Iudicium ergo factum repræsentat futurum, vbi mendacia deteguntur, veritas innotescit omnibus. Bernardus. Serm. 3. de Annunc. sic habet: *Tam vehementer iustitiam esuruit, vt contemneret propter eam mortem corporis, periculum famæ, opprobrium generis, luctum in solabilem amicorum.* Postquam enim emisit validum clamorem, nulla tenebatur sollicitudine, cum Deo causam commisisset, ipsūque adiutorem, ac defensorem compellasset. Cum Abraham compleisset sacrificium, per medium vehemens flamma, ac simul lux pertransiit: ad significandum, quid futurum in Iudicio, cum decerneretur causa tam iniusta tolerantium mala, quam iniuriam inferentium: his flamma reueratur ad pœnam; illis lux conceditur ad præmium, vt ad lucem veniat eorum innocentia, omnibusque patecat, quàm benè in Deo fiduciam collocauerint, & item præmio claritatis, famæ, gloriæ afficiantur. Procopius ibi sic habet: *Vt portenderet impiis conflagrationem, piis illuminationem praberet.* Leuate, o iusti, capita, ne timeatis, qui occidere corpora possunt, cor mundum, ac indemne à culpa reuerate. Intumescant salu vnda, erigant caput suum super vos; potentes sæculi, Principes, ac tyranni; eleuetur statua Nabuchodonosoris, flammæ camini cælum feritate sua contingant, omnia in fauillam redigant, taceat Deus, non appareat vestra iustitia: hoc enim sæpè facit, nec semper loquitur, sicut parturiens, quæ absconditum vtero infantem simul cum vocibus foras

mittit, vt lucem videat. Similiter Deus solet defensor suorum factus vociferari, & manifestam reddere innocentium veritatem. Verum hoc non semper, potius, imò frequenter vincunt persecutores, & decantant victoriam aduersus iustos: at reueratur diem habet, vbi nihil latebit, lux ab eo mittetur, & flamma, cuique sua irrogans bona, & mala; tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos deprimentes.

§. III.

Bona opera Iudicium expectant timendum.

NON solum Iudicium hoc terribile malis, & defensio bonorum est, vt illis timorem incutiat, his fiduciam augeat; sed etiam aduersus opera bona insurgit Dominus Cenfor omnium factus: illa enim, quibus nos paramus ad iter, quæ nauigationis sunt adiumentum, quæ ornatum animæ augent, quæ debiti solutio, & pensum creduntur; illa, inquam, arma sunt aduersus nos assumpta, vt acriter iudicemur, vt beneficiorum onus crescat, nec solutio eis, debita compensatione reddita, appareat: quanta enim in sumum ibunt, non quòd mala opera; sed, quòd multis vitiosa fuerint circumstantiis? Non enim Apostolus gen. 1. Cor. 5. 10. flaturos, quæ gessimus, solum monet; sed opera manuum nostrarum, proptè gessimus; ita vt ibi modus operandi, tempus, operantis eluceat status, ex quibus omnibus meritum constatur, & confurgit. Nonne repulsam facere Dominus solet nostræ orationis dicens: *Petitis, & non accipitis, eò quòd male petatis?* Quantum discrimen erit inter orationem, & orationem; inter Missam, aut celebratam, aut auditam, & Missam, quorum operum, vnum mercedem habebit, alterum pro nihilo reputabitur? Audistis dictum à David: *Et oratio eius fiat in peccatum.* Fortassis, quid his verbis significet, nondum scitis. Veniat ad manum exemplum; quo testimonium prædictum illustretur. Regina Esther ad conuiuium vocauit Regem, & maritum; velle etiam, quod gratum futurum Regi censuerat, significauit, Aman confortem conuiuii facere, vt ipsum adularet maritum, socium chari ei designans: cum autem magna cum regia pompa fercula apponerentur, vnum habere negotium cum Rege, Regina dixit, facultate concessa loquendi, amare flere cepit, referens se damnatam esse ad mortem, & potius tempus instare flendi, quàm luxuriandi, ac lætitiarum de tanto fauore à Rege accepto, reportandi. Turbatus Rex exquirat ab ea, quis, ipso inconsulto, & inscio, damnauerit tam charum caput. Adiecit Regina, Aman esse, qui totum genus Hebræorum ad mortem destinauerit, & ipsam inter suos morituram. Surgit Rex à cæna ingressus pomerium, ac cogitabundus per eum deambulabat: Aman verò videns conceptam iram Regis, mortem eius ominari; accedit supplex ad thalamum, vbi iacebat Regina, vt eam placaret, & causæ suæ faueret cum Rege. Continuo ingressus Rex, videns eum cubantem penes Reginam, credens eam opprimere velle, exclamauit: Etiam Reginam

Sap. 5.

1 Cor. 5. 10.

Iacob 4. 3.

Psal. 108. 7.

Esther 7.



S. IV.

Cumulus beneficiorum, Iudicio discernendus.

Deest tamen alia huius Iudicij ad timorem excitandum ratio. Non modò bona opera in eo discutuntur; sed etiam operatur homo beneficiis, quæ Dominus larga manu concessit, ut nos grati gratiam pro gratia retribuamus. Quis recedere sufficiat, quæ bona nobis præstiterit: Illa, quæ negatiua dicuntur, primo ponenda loco. Consistunt quidem in quadam subtractione prohibentium iter nostrum, sicut de illa vinea in cornu olei plantata Isai. 5. Isai. 5. quam dilapidauit, quasi scandala auferens, ut non offendat pes noster ad lapidem: si enim nobis contingerent, quæ aliis hoc beneficij genere haud munitis, o quoties in peccata incideremus! quoties moueretur candelabrum de loco suo! Eadem est conditio, fortè appetitus acriores, mentis debilitas maior, cur casum vitasti, nisi quòd Dominus impedimenta tenuit; & ne, quod aliis, tibi contingeret? Habemus ibi: Lapidis elegit ex ea. quod Hieron. de sublati scandalis, & ruinae occasionibus interpretatur: Vel idola, vel omnia, quæ Dei cultum poterant impedire.

Denique positui beneficiis ornatus incedis. Quanta temporalia gratis concessa, quot spiritalia, fidei, religionis, Sacramentorum, doctrinæ, sollicitudinis, parentum, pædagogorum, magistrorum, confitentium, & verbum Dei annunciantium, Angelorum, Sanctorum, & ipsius Domini prouidentia, tam generali, quam speciali tutela, bona suscepta: Quis inspirationum multitudinem, euentuum, & fortunarum numerum, ad hunc finem destinatum præ oculis ponens, ut his Deus nos vocet, & velut tuba à tanto somno excitet, non debiti recognoscat cumulum? De quouis nostrorum dici posset: Decem curati suat, nonem ubi sunt? Cum enim innumera beneficia acceperimus, vnus extantis memoriam agimus, Deo gratias reddimus, reliqua perierunt, obliuioni data; nec operibus, loco gratiarum soluta. Quæ cura sollicitat cor tuum reddendi tot debita Deo? Num recogitas, ut grati homines solent, qui pondere beneficiorum tenentur, & ut Dauid, cum diceret: Quid retribuam Domino pro omnibus, &c. quid Deo reddere te oportet, cum tanto debito sis obligatus? Decem millia talentorum te recepisse haud negare poteris; quauis plurima ignores dona, & innumera in obliuionem abierint. Quando ad nota soluendum parat animum, cum ipse munerum dator etiam concesserit tibi, quibus ei soluere possis: Potentia, vita, salus, status, officia, talenta natæ, & gratia ornata, ad hoc præstita tibi sunt. At omnia reddis vanitati, negotiis humanis, officiis ad voluptatem, & lucrum capessendum, non Deo; imò arma paras, ut ipsi bellum inferas, pro quibus ei seruitia supplex offerre oporteret. Similis Simoni Mago, qui auro emere ausus Spiritum Sanctum, repulsum passus eodem Helenam quandam meretricem ex lupanari redemit, ut ea ad voluptatem frueretur. Optimè sanè pecunia illa mutata

effusione inultum manet, quod Iehu ad culpam imputari possit. Quòd autem iste postea idololatricæ deditus fuerit, cuius de causa amiserint filij eius regnum, non satis est, ut modò visitet Dominus sanguinem Iezrahel de manu Iehu, licet iustissime alia istius innumera visitare posset peccata: Rupertus lib. 1. in cap. 1. Osee interpretatur sic: Non enim vindicta ista sanguinis Iezrahel illum notat, qui ab Achab iniuste effusus fuerat interfecto Naboth; sed sanguinem noxium, quem effudit in eodem loco Iehu, hunc visitat Deus, non quidem propter ipsam facinorositatem à Deo in præceptum positam; sed propter modum implendi istud, nempe, ex affectu delendi regiam domum, & imperium arripendi. Quia non veraciter (inquit) zelo Dei paruit; sed propria cupiditati, ut regnaret. Rectè ergo & ipse, vel domus eius reputatur inter occisores Iezrahel, id est, persecutoris seminis Dei, & vindicta peccati huiusmodi, tam ex ipso, quam ex cætero populo Iezrahel requirenda indicatur. Christiane, dic, obsecro, quis ista audiens non pauebit? quis audebit stare in hoc iudicio maculis plenus, quando tale iudicium sustinent opera omni ex parte laude digna, imò ab ipso Deo laudata: Quis cognoscat rimas operum suorum lucidissimis oculis manifestandas? Vide meritò iudicandus veniet eorum author: verè enim opus esset id in factis nostris imitari, quod Paulus in filiorum spiritualium procreatione, quos semel, & iterum parturiebat, donec Christus in eis formatus conspiceretur. Ita nostra examinanda, & conspicienda sunt, omnibus vestienda circumstantiis, ut formam Christi emulentur, & ante eius purissimos oculos possint præsentari sine metu: pauent enim calorum columnæ, quæ in conspectu eius immundæ reperta sunt; quid mirum, si nos pauemus, nec de bonis gloriemur operibus, nescientes, an digna præmio sint; an verò multa, & pœna, & tanquam nummus, regale signum non habens, reprobanda? Bernard. de diligendo Deo, timorem nobis incutit, ut nostra metuamus: Filij mei, memoremur hæc nouissima nostra, ne peccemus: nam & per ignem nobis transeundum est, ut vnusquisque opus, quale sit, ignis probet: ibi enim aurum nostrum vertetur in scoriæ: ibi reuelabitur vniuersa impunitas; ubi veritas ipsa accepto tempore (quod nobis interim datum contemnimus) iustitias indicabit. Quid ergo illic omnes iustitias, nisi pannus mensurata reputabuntur? Panno enim immunditia tollitur, sed ipsa transit in pannum: ita opera nostra ad munditiem nostram fiunt; sed manet horror in illis, quòd non debitis facta fuerint circumstantiis: si enim tales, ita censendi. Nudus bonis operibus, sine veste nuptiali comparens, eicietur foras. Non viti adhærens palmes; sed expoliatus folijs, solus, ac separatus ad ignem deputabitur. Terribile Dei iudicium bonis, terribilius malis. Timenda hæc dies, & per plures ad eam parari oportet, ut saltem aliqua opera ex multis Deo placeant, & digna censeantur corona.

\*\*\*

vult pessimus iste turpiter violare. Attende, Rex, quid Aman agat? Orat, supplicat, fauorem Principis requirit, ut pro se coram te iratum roget: non enim vim inferre Reginae intendat, sed potius iratam sedare, & inimicam propitiâ, & adiutricem reddere: damnatur tamen ad mortem; quoniam oratio eius in peccatum facta est, & potius in pœnam, quam in præmium cedit. Glossa ibi sic ait: Quia in die Iudicij iniquorum oratio, irritatio est: tunc oppressio, qua humiles opprimebantur, ipsis improprie ratur. O quot orationes non præmio dignæ; sed pœna apparebunt in illa die! Quot religiosi actus in sacrilegia commutabuntur, & ipsa forma orandi, oppressio, & iniuria videbitur: ne credamus solum bonis operibus; sed etiam inspiciamus, quomodo ista fiant: ex cuiusmodi enim circumstantiis conflatur meritum, ut præmium ei respondeat.

Notandum est, & considerandum id, quod Iud. 19. & 20. legimus. Aduersus Beniaminicum Tribum cæteræ decreuerunt bellum, prius petentes, ut eis traderentur pessimi homines, qui abutentes vxore Leuitæ cuiusdam, interfecerunt, nolentes acquiescere illis. Confuserunt oraculum, an decernere oporteret bellum aduersus fratres, hostes Dei factos, patrociniū turpiū hominum suscipientes. Responsio accepto, ad signa plurimi armati milites venerunt, qui insurgentes in castra Beniamin, terga verterunt, & multi eorum prostrati iacuerunt. Secundò, consulto oraculo, & concessa licentia, & Dei placito, conflato exercitu aduersus hostes processerunt, & similiter victi ab eis fugerunt. Duces, ac viri primimirati consuluerunt causam aduersi euentus, cum ipsi intenderent diuinam resarcire iustitiam, scandalum auferre, prohibere, ne aduersante natura, gentium vitium serperet, & commune inter Dei populares fieret. Quis intelliget diuina iudicia? Inuestigabiles vias illius? A quo causam huius aduersi euentus requiremus? Audiamus Scripturæ verba, vnde conicere possumus, non tam Deum attendere ad iustitiam operis, quam ad modum eam exequendi. Tunc, ait, filij Israël & fortitudine, & numero confidentes. O omen infelicis casus! quauis enim tota illa nocte coram Domino fletissent, & plandū magno peccatorum, & euentus doluissent; tamen semper incedebant, & ad bellum procedebant, sicut damnauit Dauid in Golia confidentes numero militum, fortitudine veteranorum, dexterritate ducum, non tamen in Domino, & causæ iustitia. Lyra ibi: Licet filij Israël haberent iustum bellum, tamen nimis confidebant in sua fortitudine, ac multitudine: ideo Dominus permisi eos bis in principio debellari, ut humiliarentur, & ad Deum recurrebant. Ecce hoc exemplo probatum habemus, parum opus bonum ad mercedem, & felicem comparandum finem interesse, si tamen prauis adornetur circumstantiis, aut iactantia vana, aut gloriæ fastu, vel alio nequam fine fiat. Quamobrem oculum malignum nequam vocans Dominus, totum corpus operis tenebrosum reddere affirmat. Quod Gillibertus Serm. 22. in Cant. expressit: Opera enim ipsa aliquoties in genere suo bona sunt, & aliis commoda, sed operum bonitas in actorem non refunditur, qui simpli-

cem oculum in ipsis non habet; ideo tenebrosa sunt, quòd intentionis sincera lumine careant. Cum ergo Deus ista in prospectu habeat, lucernisque opera nostra iudicet, (in quo designatur noturno tempore fieri, & sine lumine discretionis,) inuenit in eis multa, quæ nos latent, ob quæ ea reprobant, & ut inquit Propheta, Cum accipero tempus, ego iustitias indicabo. Psalm. 74. 3. Hoc tempus, quod allumit, destinatum à Patre est, ut iudicis fungatur munere. Nos, cum in mundo degimus, nostri sumus, liberè incedimus, nulla tenemur lege, liberi reputamur à seruitutis iugo, Deus tacet, sustinet, finit nostram exercere potestatem: quemadmodum Passionis tempore dixit: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. At, quemadmodum, qua homo, tempus accipit, ut veniat, qui æternus semper aderat: ita etiam, qua homo Iudex à Patre constitutus tempus assumet, & iudicium faciet: ob id diem suum vocat. Et tunc quidem, non modò peccata magna, & minuta quæque ad censuram venient; sed etiam iustitiæ opera, videlicet, iustorum, ad gratiæ equalitatem mensurabuntur. Paulus dicit: Gratia eius in me vacua non fuit. At nos miseri, quantarum gratiarum iacturam sustinentes, etiam cum ipsa gratia operantes, non ad ipsius mensuram opus perficimus. De iustorum operibus accipiunt verba ista, Hugo Cardinalis in prædicto loco, & Bernardus epist. 1. qui ait: Quid faciet de iniustis iudiciis, qui ipsas quoque iustitias indicabit. Et Hugo supra: Terribile verbum, quòd non tantum peccata indicabit; sed & iustitias, scilicet, bona opera examinabit.

Ut hoc clariùs appareat, recenset 4. Reg. 9. & 10. vbi habes iussisse Dominum Iehu, ut domum Achab destrueret, & sanguinem Naboth in Israël effusum vindicaret, qui obtemperans factus, præclarissimè impositum sibi præceptum seruauit, nec Regis filio parcens, nec Iesabelis pulchritudini attendit, quæ huius fascino, & ornatus curiositate, ac pompa, ipsum peruertere tentauerat, & à propolita vindicta retardare: at ille inuictus existens, eam præcipitare iussit: sicque fecit omnia, quæ à Deo imperata fuerant, destruens altaria, comburens simulacra, occidens Regis filios: adeo enim in hoc opere claruit; ut secum assumeret seruum Domini, tanquam testem suæ obedientiæ, dicens: Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. Præterea ipse Dominus ore suo probauit Iehu opus, & ipsi regnum concessit dicens: Quia studiosè egisti, quòd rectum erat, & placebat oculis meis, & omnia, quæ erant in corde meo fecisti, contra domum Achab; filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israël. Quid plura desiderari possunt, ut opus perfectum euadat dignum laude, & æterna mercede? Audi tamen, quæ aduersus ista inclamet Dominus. Osee 1. præcipit Propheta, ut accipiat in vxorem quandam meretricem: ex ea accepit filium, cui nomen imposuit Dominus dicens: Voca nomen eius Iezrahel: quoniam adhuc modicum visitabo sanguinem Iezrahel super domum Iehu, & quiescere faciam regnum domus Israël. Nunquid vindicatus non fuerat sanguis Iezrahel in manu Iehu? & iste non muneris suo satisfecit, Deoque gratum obtulit officium? Quid vindicandum restat? aut, quid in hac sanguinis effusione

Glossa

Iud. 19. & 20.

Lyran.

Lyran.

Lucas 11.

Gillibert.

Sophon. 1. 12.

Psal. 74.

Matth. 27.

1. Cor. 15. 10.

Hugo Card.

Bernard.

4. Reg. 9. & 10.

Rupert.

Gal. 4. 19.

Bernard.

Isai. 1. 22.

Psal. 35.

Isai. 64. 6.

Osee 1.

Hieron.

Isai. 27. 17.

Psal. 115. 13.

Isai. 8. 19.

Tertull. lib. de anima, cap. 35.

tata est, & meritam mercedem accepit. Tu A quidem non emere, sed promereri Spiritum posses talentis à Deo datis. At ista omittis, & eisdem voluptates venaris, lucra comparas, temporalia emis, terrena anxie requiris, caelestium oblitus, ad quæ tam naturæ, quam gratiæ dona suscepisti. De vinea illa, cuius fructus Domino suo negati fuerant, loquens ibi Chryso-  
Matth. 21. Chryso.  
 st. ait: *Per singulos gradus misericordie diuina malitia Indæorum crescebat.* Pro vineæ plantatione, eradicatio; pro sepe, libertas; pro turri, incuria; pro fructibus, spinæ; pro cura, ac sollicitudine procurandi debiti solutionem, crudelitas; pro beneficio visitandi nos mors reddebantur. *Fulcite me floribus, stipate me malis.* B  
Cant. 2.  
 languens aiebat anima: varij enim, & odoriferi flores beneficia sunt, vnde fructus pululant gratorum Deo operum, ista fulcium componunt, aggerem, & sepe conficiunt, quo ex se debilis, & infirma anima fulcita, & stipata, ab irruentium tentationum incurfu defenditur, ne Deo deserto, à quo tot florum odore recreatur, à bonis cesset operibus, & in feruitutem mundialium rerum tradatur. Nicæ-  
Nicæn.  
 nus in Cantica hom. 4. legit: *Sternite mihi torum in malis.* Et addit: *Ut semper in altum aspiciens, autem, & firmiter videat exempla bonorum, que ostenduntur in Sponso.* Torus enim Sponsæ est locus volentis durare in Sponso amore: quod præstabit illa attenda donorum ab Sponso largitorum contemplatio, ac memoria. Si enim de peccatis inquit Dauid, onus importabile esse: *Sicut onus grate grauata sunt super me.* ita planè onerant beneficia: quod si gratis officiis nos non exoneramus, pondere suo nos in Infernum defertionis, & durissimo reddendæ rationis debito tradent. Pulchrè Bernard. Serm. 15. in, *Qui habitat.* sic fatur: *Onerat nos, cum exonerat Deus: onerat beneficio, cum exonerat peccato. Vox onerati: Quid retribuam Domino, &c. Vox onerati: Exi a me, Domine: quoniam homo peccator ego sum. Vox onerati: Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui Deum. Semper, inquit, timui. Sicut autem post acceptam indulgentiam peccatorum: Beatus homo, qui ita semper est pauidus, nec minore angitur sollicitudine, ne forte obruantur beneficiis, quam peccatis.* Hæc Bernardus. Vide comparationem intercedere inter onus peccatorum, & donorum. Si ergo peccata nos obruant, & demergunt in profundum, onus beneficiorum nisi compensetur officiis, quantum malum inferet? Ut hoc clarissimè agnoscas, recordare illius Balthasar facti. Profanator vasorum sacrorum extitit, eis enim mentas ornauit, & vina propinabantur, ferculaque conuiuia: ac manus contra lucem apparuit scribens ignotos characteres, quorum primum, *Mane*, significans innumera à Deo beneficia accepisse. Sicut Dauidi Deus recenset, in throno ipsum collocasse, & ex pastoritio officio ad regnum transulisse: ita Balthasari regni à Deo præstiti mentio fit, vt inter priora, & maiora computetur debita. *Numerauit Deus regnum tuum, & complenit illud.* Secundum autem verbum, *Thecel*, significat ingratum tanto creditori extitisse, nec respondisse officiis regni pensio: idè inuentus minus habens, non solum vitæ, & regni possidendi: sed etiam minus habere recompenationis, & solutionis ingentis da-

biti: si enim quis in statera bilancia aurum, & gemmas mensus esset; & in alia leuis poneretur stipula; illa irent in profundum veloci cursu; ista verò leuis, & nullius poderis ascenderet superius. Ita, ô Rex, ascendisti in thronum regium, ac si nullis esses ponderibus grauatus: liber à debito Deo soluendo creditus es, cum tamen ipse infinita tibi contulerit bona, quæ pondere suo, quod in ratione debiti secum afferunt, te in profundum demergunt, & in æternam trahunt damnationem. Et quanuis innumera ei peccata ascribantur, omnium grauius, sacrorum vasorum profanatio hanc pœnam accipit. Recordate Achan  
Iosue 7.  
 profani, sicut Saül, qui furatus est auream regulam, & pallium coccineum, ex anathemate, hoc est, bonis Deo consecratis, ad vsus profanos ista destinantis. O miser homo, ô infelix, qui non solum naturalia, & humana Deo furatur, ad ingluuiem, & luxum; sed etiam diuina abutens regula aurea mandatorum, quibus meriti opera sua teneretur, & pallio sanguinis Christi, tam in Passione nobis donato, quâ in incremento Missæ, & Sacramenti frequentia. ista enim furamur, & ad profanos vertimus vsus, & fines, vt eis temporalia quæramus, non æterna possideamus bona. Ita planè ille infelix Rex, vasa sacra ad luxum; & concubinarum comperationem destinauit, qua de causa pœna ei imponitur æternæ damnationis. Rogabis, cur auus, aut proauus eius, qui ista è templo Ierosolymitano rapuit, non à Deo punitus fuerit, sicut eius nepos? Ratio est, quod ille in decenti loco, vt decebat, vasa sacra collocauit, nec ad vsus vertit profanos. Ait ergo Hieronym. primam reddens rationem, vt ex Textu patet: *At tibi, postquam humanis* Hieron.  
*viribus diuina contaminantur, mox sacrilegium pœna consequitur.* Cui cõsonat Theodoretus aiens: *Ebrietatis instrumenta fecit diuini ministerij vasa.* Ecce vnde sumi potest ratio vindictæ diuinæ aduersus Christicolas Sacerdotes, Religiosos, Deo consecrata capita: quod enim dona humana ad vsus similes ordinentur, culpa est; sed minor planè, quam quod Deo sacrata, & ex natura, ac conditione sua ipsi dicantur, profanentur, & ad vilia mundi obtinenda bona trahantur. *Semel Deo oblata*, inquit Philo de in-  
Philo.  
 somniis, *nec tangere licet.* Minus quidem ea profanare, & ad vsus reuocare terrenos. Cum ergo consecrati, ac dicati Deo simus, absit, vt horum donorum vilipendium faciamus, & eis seruiamus mammonæ iniquitatis. Hoc acrius reprehendit in Dauide Psal. 49. *Aduocauit ca-* Psal. 49.  
*lum de sursum, & terram discernere populum suum.* Habet alia versio, *Ut iudicet populum suum.* Hieronymus ista verba refert ad Apostolos, & Hieron.  
 Sanctos, quos cælos vocat, & ad mundi amatores, qui terra nominantur, vt ex illorum factis; hos iudicent, discernant; ac separent bonos à malis, &c. Petrus Damian. in illud Apoc. *Aperti sunt libri.* non de aliquo codice existimat intelligendum, vbi scripta pateant facta iudicandorum; sed de sanctis, ad quorum normam reliqui iudicandi veniant; vt in eis præuaricatores legant, diuinæ legis mandata, quæ dum adhuc viuerent, seruare contempserunt; quatenus illi impleuerunt, quæ ipsi contempserunt, & duriora dilexerint man-

data, cum inter illos virgines teneræ, infantes, ac pueri rudes, milites, strenui Duces, ac Principes numerentur, qui legi Dei obtemperare valuerunt, nullo irrecti impedimento ætatis, muneris, diuitiarum, & potentie. Ita Hieronymus censet hos cælos vocatos ad iudicium aiens: *Aduocauit Apostolos, vel reliquos* Hieron.  
*Sanctos, qui despectis terrenis, que sursum sunt, sapuerunt.* Discernet autem tunc terrenos, cum caelestes ponentur ad dexteram. Verum, licet ista explicatio congruat verbis, alia later in illis, quæ ad rem præsentem deseruire possit. Cælum vocat Deus ad iudicium, id est, caelestia dona; terram similiter, vnde omnia ad vitam necessaria prodierunt, vt his duobus testibus nostram ingratitudinem damnet. Nec negare audebimus, quot caelestia, ac terrena bona suscepimus: inde enim nascitur vis, & energia iudicij diuini ad discernendum, & diiudicandum inter populum gratum, & ingratum: & prius cælum vocat, vt ostendat, ob caelestia, maiorem mereri pœnam, si obsequiis non compensentur. Statim addit Vates: *Congregate illi Sanctos eius, qui ordinant testa-* Hieron.  
*mentum eius.* Cassiodorus cum Angelis hic loqui arbitratur, iuxta illud: *Mittet Angelos suos, & congregabunt ad eum omnes gentes, & segregabunt eos ad iudicem, sicut pastor segregat oves.* Cum ergo diuisio statim faciendâ, cur omnes vocantur Sancti? Cur congregare eos iubet. Dicendum tamen ironicè Deum loqui, Sanctos vocans ex munere, ex debito, ex officio; qui quidem ordinati à Deo sunt, tanquam ex testamento hæredes, non sicut ceteri in Elaii comprehensi, opimitatis terra; sed in Iacob caelestium ministeriorum, sanguinis, videlicet, sui noui Testamenti. Hos Sanctos vocat, vt acrius puniat, vt eos discernat, separet, ac grauius damnet, quod cum tantorum bonorum extitissent hæredes, malè vsi eis fuerint. Hoc modo solent Prælati, cum subditos accersiri iubent, vt eos reprehensionibus onerent: Vocate illum Sacerdotem, aut Religiosum, vt ex munere, & debito religiosius viuendi, ipsum arguat licentius incedentem. Ita Chryso. in dictum Psalmum: *Accusationem auget, bonorem adiuicit, ad maiorem significationem supplicij.* Scit enim Deus plus onerare eos, qui plurium debitorum sunt donorum: & sicut illis, Achano, videlicet, & Balthasari, sacrorum profanatoribus, grauiores pœnas intulit; ita nos, qui maiora suscepimus dona, si ingrati aduersus ea inuenti fuerimus, grauiores pœnas sustinebimus. Sicut Lyra in 6. Danielis, notauit illa verba, *Appensus es in statera, & inde colligit: Deus diligentissimè ponderat peccatorum grauitatem, & circumstantiarum.* Ita ponderat beneficiorum qualitatem, & circumstantias, quibus augmenta sumant, vt eis nos oneret, & in iudicio eorum maiorem exposcet rationem. Omnes paueant hoc iudicium; & præcipue qui Sancti dicuntur ex munere: pacta enim cum Deo fecerunt, quibus tenentur debitores, nisi reddant, & retribuunt Deo digna quo statui seruitia. Ierem. 22. ita Deus accensus minuit stragem ciuitatis Ierosolymitanæ, quæ in paucorem omnes contuentes inuecat. Si autem quæsierint, cur charum populum sic percusserit, dicetur ad eos: *Eò quod dereli-*

data, cum inter illos virgines teneræ, infantes, ac pueri rudes, milites, strenui Duces, ac Principes numerentur, qui legi Dei obtemperare valuerunt, nullo irrecti impedimento ætatis, muneris, diuitiarum, & potentie. Ita Hieronymus censet hos cælos vocatos ad iudicium aiens: *Aduocauit Apostolos, vel reliquos* Hieron.  
*Sanctos, qui despectis terrenis, que sursum sunt, sapuerunt.* Discernet autem tunc terrenos, cum caelestes ponentur ad dexteram. Verum, licet ista explicatio congruat verbis, alia later in illis, quæ ad rem præsentem deseruire possit. Cælum vocat Deus ad iudicium, id est, caelestia dona; terram similiter, vnde omnia ad vitam necessaria prodierunt, vt his duobus testibus nostram ingratitudinem damnet. Nec negare audebimus, quot caelestia, ac terrena bona suscepimus: inde enim nascitur vis, & energia iudicij diuini ad discernendum, & diiudicandum inter populum gratum, & ingratum: & prius cælum vocat, vt ostendat, ob caelestia, maiorem mereri pœnam, si obsequiis non compensentur. Statim addit Vates: *Congregate illi Sanctos eius, qui ordinant testa-* Hieron.  
*mentum eius.* Cassiodorus cum Angelis hic loqui arbitratur, iuxta illud: *Mittet Angelos suos, & congregabunt ad eum omnes gentes, & segregabunt eos ad iudicem, sicut pastor segregat oves.* Cum ergo diuisio statim faciendâ, cur omnes vocantur Sancti? Cur congregare eos iubet. Dicendum tamen ironicè Deum loqui, Sanctos vocans ex munere, ex debito, ex officio; qui quidem ordinati à Deo sunt, tanquam ex testamento hæredes, non sicut ceteri in Elaii comprehensi, opimitatis terra; sed in Iacob caelestium ministeriorum, sanguinis, videlicet, sui noui Testamenti. Hos Sanctos vocat, vt acrius puniat, vt eos discernat, separet, ac grauius damnet, quod cum tantorum bonorum extitissent hæredes, malè vsi eis fuerint. Hoc modo solent Prælati, cum subditos accersiri iubent, vt eos reprehensionibus onerent: Vocate illum Sacerdotem, aut Religiosum, vt ex munere, & debito religiosius viuendi, ipsum arguat licentius incedentem. Ita Chryso. in dictum Psalmum: *Accusationem auget, bonorem adiuicit, ad maiorem significationem supplicij.* Scit enim Deus plus onerare eos, qui plurium debitorum sunt donorum: & sicut illis, Achano, videlicet, & Balthasari, sacrorum profanatoribus, grauiores pœnas intulit; ita nos, qui maiora suscepimus dona, si ingrati aduersus ea inuenti fuerimus, grauiores pœnas sustinebimus. Sicut Lyra in 6. Danielis, notauit illa verba, *Appensus es in statera, & inde colligit: Deus diligentissimè ponderat peccatorum grauitatem, & circumstantiarum.* Ita ponderat beneficiorum qualitatem, & circumstantias, quibus augmenta sumant, vt eis nos oneret, & in iudicio eorum maiorem exposcet rationem. Omnes paueant hoc iudicium; & præcipue qui Sancti dicuntur ex munere: pacta enim cum Deo fecerunt, quibus tenentur debitores, nisi reddant, & retribuunt Deo digna quo statui seruitia. Ierem. 22. ita Deus accensus minuit stragem ciuitatis Ierosolymitanæ, quæ in paucorem omnes contuentes inuecat. Si autem quæsierint, cur charum populum sic percusserit, dicetur ad eos: *Eò quod dereli-*

data, cum inter illos virgines teneræ, infantes, ac pueri rudes, milites, strenui Duces, ac Principes numerentur, qui legi Dei obtemperare valuerunt, nullo irrecti impedimento ætatis, muneris, diuitiarum, & potentie. Ita Hieronymus censet hos cælos vocatos ad iudicium aiens: *Aduocauit Apostolos, vel reliquos* Hieron.  
*Sanctos, qui despectis terrenis, que sursum sunt, sapuerunt.* Discernet autem tunc terrenos, cum caelestes ponentur ad dexteram. Verum, licet ista explicatio congruat verbis, alia later in illis, quæ ad rem præsentem deseruire possit. Cælum vocat Deus ad iudicium, id est, caelestia dona; terram similiter, vnde omnia ad vitam necessaria prodierunt, vt his duobus testibus nostram ingratitudinem damnet. Nec negare audebimus, quot caelestia, ac terrena bona suscepimus: inde enim nascitur vis, & energia iudicij diuini ad discernendum, & diiudicandum inter populum gratum, & ingratum: & prius cælum vocat, vt ostendat, ob caelestia, maiorem mereri pœnam, si obsequiis non compensentur. Statim addit Vates: *Congregate illi Sanctos eius, qui ordinant testa-* Hieron.  
*mentum eius.* Cassiodorus cum Angelis hic loqui arbitratur, iuxta illud: *Mittet Angelos suos, & congregabunt ad eum omnes gentes, & segregabunt eos ad iudicem, sicut pastor segregat oves.* Cum ergo diuisio statim faciendâ, cur omnes vocantur Sancti? Cur congregare eos iubet. Dicendum tamen ironicè Deum loqui, Sanctos vocans ex munere, ex debito, ex officio; qui quidem ordinati à Deo sunt, tanquam ex testamento hæredes, non sicut ceteri in Elaii comprehensi, opimitatis terra; sed in Iacob caelestium ministeriorum, sanguinis, videlicet, sui noui Testamenti. Hos Sanctos vocat, vt acrius puniat, vt eos discernat, separet, ac grauius damnet, quod cum tantorum bonorum extitissent hæredes, malè vsi eis fuerint. Hoc modo solent Prælati, cum subditos accersiri iubent, vt eos reprehensionibus onerent: Vocate illum Sacerdotem, aut Religiosum, vt ex munere, & debito religiosius viuendi, ipsum arguat licentius incedentem. Ita Chryso. in dictum Psalmum: *Accusationem auget, bonorem adiuicit, ad maiorem significationem supplicij.* Scit enim Deus plus onerare eos, qui plurium debitorum sunt donorum: & sicut illis, Achano, videlicet, & Balthasari, sacrorum profanatoribus, grauiores pœnas intulit; ita nos, qui maiora suscepimus dona, si ingrati aduersus ea inuenti fuerimus, grauiores pœnas sustinebimus. Sicut Lyra in 6. Danielis, notauit illa verba, *Appensus es in statera, & inde colligit: Deus diligentissimè ponderat peccatorum grauitatem, & circumstantiarum.* Ita ponderat beneficiorum qualitatem, & circumstantias, quibus augmenta sumant, vt eis nos oneret, & in iudicio eorum maiorem exposcet rationem. Omnes paueant hoc iudicium; & præcipue qui Sancti dicuntur ex munere: pacta enim cum Deo fecerunt, quibus tenentur debitores, nisi reddant, & retribuunt Deo digna quo statui seruitia. Ierem. 22. ita Deus accensus minuit stragem ciuitatis Ierosolymitanæ, quæ in paucorem omnes contuentes inuecat. Si autem quæsierint, cur charum populum sic percusserit, dicetur ad eos: *Eò quod dereli-*

Matth. 21. Chryso.

Cant. 2.

Nicæn.

Psal. 37. 5.

Bernard.

Dan. 5.

Iosue 7.

Hieron.

Theodoret.

Philo.

Psal. 49.

Hieron.

Petr. Dam.

epist. 3. c. 7.

Apoc. 20. 12.

Hieron.

Matth. 24. 31.

Genes. 27.

Chryso.

Lyran.

Ierem. 22.

Theodot.

Apoc. 2.

Iona 2. & 3.

3. Reg. 22.

29.

Isai. 30. 33.

Psal. 75.

Nec



Nec intercessio amicorum praestat: nullus ex-  
 rat amicus, ubi aduersarius Deus cernitur, om-  
 nes ipsum sequuntur, & probant, laudantque  
 iudicium aduersus malum conceptum. Ergo  
 gladius nullo vetante, ac prohibente poenas  
 dabit in aeternum duraturas. Notauit hoc Sal-  
 uianus de illo iudicio loquens aduersus Na-  
 dab, & Eliu, filios Aaron, Num. 26. *Egressus  
 quoque ignis a Domino, deuorauit eos, & mortui sunt  
 coram Domino.* Ponderat, a Domino, & coram Do-  
 mino, vt non solum intimatio fiat autoritate  
 diuina; sed a Iudice praesente proferatur, &  
 executioni mandetur. Addit: *Imminentem ingi-  
 ter gladium voluit ostendere, qui errorem supradic-  
 torum statim in ipso opere puniuit.* Vides ignem,  
 gladium Dei vocari, & celerem habere operis  
 executionem, Deo praecipiente, & praesente, vt  
 nulla via absolutio expectari possit: hac enim  
 priuari miseri suae damnationis desperantes re-  
 medium, deplorant, & in aeternum plorabunt.  
 Praeterea cessant omnia remedia, quod mali  
 non veniunt ad iudicium iudicandi: sed dam-  
 nandi, ac relaxandi ad aeternas poenas. De eo  
 dicendum est, quod de Principe, quem amu-  
 larus est (ideo cum Angelis damnatur: *Ite in  
 ignem, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius.* At  
 de hoc ait Dominus: *De iudicio autem, quia Prin-  
 ceptus huius mundi iam iudicatus est.* Ioan. 16. Si  
 ergo ille iam iudicatus: ergo & homo. Quare? Ire-  
 naeus contra haereticos, sic habet de malo: *Iam  
 iudicatus dicitur, id est, separauit semetipsum a Deo  
 voluntaria sententia.* Itaque non tam damnatur,  
 quam ipse semetipsum damnat. Qua fronte ve-  
 niam sperare possit? qua rogare patientiam?  
 Qua supplices petere intercessores? qua appel-  
 lare ad aliud tribunal? Cum ipse ore proprio  
 sententiam in caput suum tulerit, ad id praes-  
 tandum voluntatem, ac libertatem habuit, cae-  
 tera necessario currunt. Quamuis enim simul  
 duae sortes hominum concurrant iudicandae,  
 idem Christus Dominus constitutus Iudex, eod-  
 em gladio ex ore procedente, & vnam in  
 aeternam mittit damnationem iratus, & alte-  
 ram placide, ac lenibus verbis diuidet a malis,  
 & secum deferet ad gloriam. Comparationem  
 inter Christum, & Solem constituens Ambrosius  
 Serm. 16. inquit: *Ille eodem sermone, & malos, &  
 bonos illuminat, & caesat. Non sic Christus, Sol  
 iustitiae: sed quodam iudicio veritatis, sancto licet,  
 occidit peccatori.* Ita Christus eodem iu-  
 dicio, oris verbo, gladij vibrantis motu, & in-  
 stum praemio afficit, & peccatorem ferit, occi-  
 dit, & in aeternum damnat. De poenis tamen,  
 & praemio ex hoc iudicio prouenientibus, ita-  
 tum dicemus.

Saluian. de  
Dei gubern.

Num. 26.

Matth. 25.

Ioan. 16.

Iren.

Ambros.

CAPVT V.

De poena Inferni, malis destinata.

S. I.

Qualis Infernus ostenditur.

Infernus a loco dicitur, ubi pessimi crucian-  
 tur peccatores, iram Dei incurrentes, pro re-  
 surrectione, contenta in eo sumitur. Situs est in infimis ter-

Niczenus de  
anima, & re-  
surrectione.

rae hiatus, ac lacubus profundis, ubi nulla lu-  
 ce illustratur; sed omni caret claritate, terrae  
 ambitu obstante, & eam impediente: nec ab in-  
 trinseco, & contento intra eius viscera igne, lu-  
 cem accipit: qui quidem teter, & obscurus hor-  
 rorem incutiens est, & solum spectabilis oculis  
 animae; sensibilis tamen corporeis sensibus ad  
 cruciandum damnatos destinatus. Et licet ignis  
 mentio frequens fiat, vel in eo omnia aduersa  
 continentur, vel etiam simul in vno loco confi-  
 stunt, & ad torquendum damnatos concur-  
 runt, ab igne ad niuem transitum sustinendo,  
 aut simul ab utroque amicitia coniunctis, vt di-  
 uinae feruiant iustitiae puniuntur. Quibus ver-  
 bis, aut similibus exprimitur in Scriptura huius  
 carceris magnitudo, & torquendi auditas, ha-  
 bes multis in locis, Deuteron. 33. 22. Iob 24. 19.  
 ubi niuis, & aquarum, simulque ignis, extat  
 memoria, Psal. 10. 6. & 20. 10. & 48. 15. & 111.  
 10. Sapient. 11. 17. Ecclesiast. 21. 10. Isa. 30. 33.  
 & 33. 11. & 13. 14. & 34. 9. Matth. 8. 12. Luc. 13.  
 27. Apoc. 14. 9. & 18. 7. & 20. 14. De infinita du-  
 ratione Isai. 60. 24. Marci 9. 47. Thessal. 1. 9.  
 Descende, o homo, viuens adhuc in Infernum,  
 qui ausus es descendere ab Ierusalem in Ieri-  
 cho, ad amorem mundialium bonorum, ex caele-  
 sti cum Deo amicitia: ibi enim semiuuius re-  
 lictus es, adhuc valens poenitere. Hic autem  
 poenitentiae non est locus; sed destinatis ad  
 luendum male facta. Descende ergo in hunc  
 locum, & attende, quae sensibus, & animae se of-  
 ferant contuenda. Locus amplius, & inaequalis,  
 hiatus diuersos, ac sinus continens, plenus hor-  
 rore oblitum incompositum, & asperum, ubi  
 cacumina ascendunt acuta, & altissima, in qui-  
 bus alia inferiora continentur, velut nouacula-  
 lis, & gladii, facies ad superna vertentibus, ar-  
 matae, ad suscipiendum, quos praecipites dede-  
 rit vis diuina, ex illo praeupto, & grandiori  
 cacumine. Sinus isti pleni sunt globis igneis, be-  
 stis feritate vincentibus, quas syluae nutriunt,  
 omnes fame laedendi, & deglariendi miseros,  
 confectae, nihil amplius desiderantes, quam eos  
 rapere, ac deglutire, & dentibus, ac rostris cui-  
 fecerare: flammae vero fumo confusa, & globi  
 formam tenentes, hiatus suis, quam aetrem  
 gerant in cordis centro ardorem, ostendunt,  
 quasi famelicae se aperiant, vt miseris sortis ho-  
 mines, intra sinus hos contineant, confensum  
 tentant, vnde praecipitentur miseri, & in via in-  
 ueniant multa obstantia praecipitium, sed acu-  
 minibus suis torquentia, corpora lacerantia, &  
 vulnerantia, causantiaque grauissimos dolores,  
 & horridos gemitus, & clamores. Tandem de-  
 uictis tot obstaculis dilacerantibus damnatos,  
 cadunt in profundum, ubi ab igne, flammis, &  
 globis, quasi manibus, & ferreis unguibus ca-  
 piuntur, & denud viscera rumpuntur: ibi enim  
 natantia bruta, difformia visuntur; ibi serpentes  
 igniti; ibi diuersae Daemonum monstrorae figu-  
 rae, qui omnes ipsumprehendunt infelicem; &  
 velut rabidi canes, feram captam vndique cir-  
 cundant, & morsibus lacerant: ita capientes  
 animam diuersis morsibus, ignitis, & crudeli-  
 bus instrumentis, non ferri, sed flammatarum  
 virtute compositis verberant, lacerant, trans-  
 fodiunt, secant, coniciunt, requirunt viscera,  
 & secreta corporis minutissima, nihil intac-  
 tum, immunaeque a tortura relinquendo. Quis  
 audire

D. Thom. 5.  
P. 97. art. 7.

Iob 24. 19.

S. Thom. 5.  
P. 97. art. 1.

Luc. 10.

Idem Thom.  
d. q. art. 4.

audire valebit gemitus, incompositas voces, A  
 larratus, mugitus ferarum, blasphemias, aetrem  
 foetidum, ac crassum implentes, & audientium  
 aures offendentes, simulque eandem reddentes  
 vicem, inclamantes, vt vindicent malum, quod  
 pati compelluntur? Quis ferre valeat ferores  
 ex ipsis damnatorum corporibus manantes? si  
 enim, dum viuunt in carne, terribimur solent  
 exhalare corpora prauis qualitatibus affecta;  
 quid censendum putas de illis, ubi miseriarum  
 ingens cumulus superadditur? cum ergo in  
 quouis spatio millia millium damnatorum ag-  
 glutinentur, vt manipulos componant, & ca-  
 tenam similem ei, quam ad tresdam damnati,  
 conficiant, deaerem spirabunt odorem? Quanta  
 figurarum deformitas? Quae clamorum, & ge-  
 mituum confusa multitudo? Et ne aliqua ibi  
 desit infelicitas, omnes sensus propriis visibus  
 tormenta patiantur, praeter dicta de visu cer-  
 nente deformia monstra; auditu percipiente  
 horribiles voces & clamores; tactu sentiente  
 tam diuersa cruciatuum genera; olfactu terri-  
 mos odores percipiente; gustum immunem non  
 relinquent. Quibus haustibus amarissimis non  
 potabitur? quibus ferculis non inuitabitur, &  
 cogetur has potiones, hos cibos sumere, terere,  
 deglutire, & in ventrem traicere, vt sensus per-  
 cipiat horrorem ex amaritudine, & feroce pro-  
 uenientem, & viscera prouocentur ad vomitum  
 non valentia talia sustinere alimenta? Quibus  
 addendum est hoc simile esse his, qui per circuli  
 ambitum ambulat; qui quidem ad eundem  
 redeunt locum, & ita eandem iterant viam: ita  
 plane damnati, incessanter ista saepe saepius  
 complent dura, & implexa itinera, cum neces-  
 sario temporis momento fiant, quin potius, his  
 quaedam noua, & inexperta addantur, vt maio-  
 rem patiantur poenam, & miserabilius suum  
 aeternum deplorent malum, ubi nullus sensus,  
 nulla pars, tam externa, quam interna, vacat a  
 tormentis. Verum quidem cum discrimine in-  
 ter maiora peccata afferentes, & semper poena  
 mitior, quam debita culpis esset. O omnipo-  
 tentia integerrimi Iudicis! o grauitas culpae, quae  
 talem meretur malorum cumulum, ad vindi-  
 ctam diuinam offensae, & iustitiae supremi Domi-  
 ni iniuriam a vili creatura passu! Nullam conso-  
 lationem tor malorum multitudo offert; sed  
 potius desperata rabies, & furor accenditur, ad-  
 uersus sic eos constringentem, & punientem:  
 licet enim cognoscant, debitores esse. ob pec-  
 cata tantarum poenarum, cum ratio in furiam  
 vertatur, turbatur, & vincitur ab ira, qua perci-  
 ti, ac vulnerati se consumere vellunt, carnes pro-  
 prias lacerando, & dentibus, morsibus detra-  
 hendo, si possent: verum aduersus Deum, quem  
 non videt, maledictis, & blasphemis, ac contu-  
 meliis rabido ore, oculis flammis micantibus,  
 vultu laeuo, signis desperatione plenis, motu, &  
 corporis agitatione, percutiunt, quae omnia si-  
 gnificant, quantum cordis sit dolor, furor, & in-  
 dignatio: ita vt deficientibus tortoribus (si fi-  
 ri possent) ipsi aduersus semetipsum insurgant, &  
 tormetis innumeris conficiant, addentes exter-  
 nis malis passis, propriam seuitiam, & mortale  
 odiu. Dicamus cum Philone, de sacrificiis Abe-  
 lis, & Caini: *Itaque huius manibus pro instrumento  
 usus est, (Deus, videlicet,) & qui inuisibiliter per eas  
 operatus est, alter est ipse quoque inuisibilis.* Ne (rogo)

ab hoc loco discedas: attende finem, & nullum  
 inuenies. Quare a miseris, quando mala ista defi-  
 cient: quando ab hoc carcere, & vinculis liberi  
 inueniendi: at dicent, nunquam hoc malum ces-  
 saturum: omnia, quae ibi degunt, aeterna sunt;  
 aeternum pro mensura habent: nec patientes poe-  
 nas, nec tortores, nec instrumenta, nec locus,  
 nec error, & reliqua adhaerentia mala finem  
 habebunt, quod malum ponderis infiniti puni-  
 atur, quod aeterno Iudicio damnati fuerint, vt  
 incessanter in eodem statu permaneant. Quis  
 ista considerans manu aduersus Deum leuabit?  
 Quis audebit causam tot miseriarum aggredi,  
 & peccare in eum, qui tanta potentia fretus, tan-  
 ta ira armatus vlciscitur inimicorum suorum?  
 Hac in consideratione discrimen constitui-  
 mus inter maiora ferens peccata, & plura, &  
 minora in numero, & grauitate: isti sustinebunt  
 poenam minorem, in intensione quidem; non  
 tamen in extensione, hoc est, duratione; neque  
 in sensuum, & potentiarum aliqua poena libe-  
 ratione. Omnia ista in quouis torquetur intus,  
 & exterius; patitur, licet intensius, qui maio-  
 ribus grauatus est culpis; minus, qui minus pec-  
 cauerit. At vnum mortale fati est, vt de eo di-  
 camus, quod de pretio regni caelorum docuerat  
 Gregorius aens: *Regnum caelorum tantum valet,  
 quantum habes.* Ita culpa adeo grauis est, & de-  
 bitum ingens, vt valeant pro ea pati, quantum  
 habent damnati sensuum, potentiarum, medul-  
 larum, artuum, neruorum, carniuum, & ossium;  
 nec sic soluunt in integrum debitum; sed ad-  
 huc, si plura bona haberent, in eis percipi me-  
 rerentur. Misericordiae ergo adscribitur, quod  
 citra condignum puniatur homo nequam.  
 Quod significauit Cyrillus Alex. 5. contra Iu-  
 lian. aens: *Ceterum cor durum, & sicum habentibus,  
 minores quam oportet poenas infert.*  
 Duo praeterea augent mala ista: vnum, quod  
 extremum est, nullo remedio vitandum, nulla  
 satisfactione finiendum: alterum, quod non a  
 creaturis labilis, & finita potentiae inferatur;  
 sed ab ipso Deo, nec coacte agente, & quasi  
 cum suspitio, ac dolore filium flagellante; sed  
 summa laetitia, & cordis dilatatione. Illa priora  
 Tertullianus docuit lib. de anima, his verbis: *Si  
 quod iudicium animas manet, grauius debet ostendi in  
 disputatione vitae, quam in administratione. Quia  
 nihil plenius, quam quod extremus: nihil autem ple-  
 nius, quam quod diuinus.* Secundum vero Isai. 30.  
 in fine habet: *In citharis, & in bellis praecipuis ex-  
 pugnabit eos.* Vbi de Inferni poenis agens ait:  
*Flatus Domini, sicut torrens sulphuris succendit  
 eam.* Vbi duo habes: primum, Deum placide  
 punire: secundum, ipsummet accendere ro-  
 gum, ne deficiat; sicut nec eius flatus, sulphuris  
 ardor, & flamma comburens; sed non consu-  
 mens. Quemadmodum Duces copias ad bellum  
 parantes musicis instrumentis ad pugandum  
 milites excitant, vt, videlicet, prompti incedant,  
 alacres pugnent, laeti inter medios cuneos  
 hostium procedant: ita Deus non aliter aduer-  
 sus hostes suos laetus incedit, & magna cum  
 alacritate eos punit in suorum criminum poe-  
 nam. Ne ergo arbitreris, creaturam assumi de-  
 fectibilem; nec cessaturum incursum aduersus  
 inimicos. Non alius concedit hoc munus accen-  
 dendi fornacem; sed ipse suae reseruat prouid-  
 etiae. Quod poena duratura sit, statim exprimit  
 P Propheta

Idem D. Th.  
q. 98. art. 1.

Gregor.

Tertull.

Isai. 30.

Propheta aiens: *Et erit transitus virga fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum. Virga nomen punitionem significat: hæc quidem ad eod fundata, ac firmata erit, vt requiescat, & permaneat semper affligens, & crucians damnatum.* Hieronym. ibi: *Neguaquam eum virga percutiet, & eam rursus lenabit, ac more cadentium sinem faciet verberandi; sed quasi fundatam, & alta radice defixam, in penis eius faciet permanere. Ideo Dominus non dixit: Ibi in ignem æternum; (stat enim ignem auo commensurari, & quasi otiosum manere ab actione comburendi;) sed in combustionem æternam.* (Matth. 25. 46. Vulgata habet, *supplicium.* Augustinus *combustionem*, de fide, & oper. cap. 15.) Denotans illum agere, & peccatorem perpetuò pati, comburi, cruciari, nulla vacandi mora concessa: quia, vbi peccatum perpetuò durat, poena etiam perpetua esse debet, vt inquit Gregorius 4. Dialog. aiens: *Ad magnam iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui nunquam voluerunt carere peccato.* Impenitentes enim iacent, dolent de peccati poena, non de commissa culpa: vt inquit D. Thom. sup. q. 98. art. 2. & q. 99. art. 3. in corp. Aduhuc restat, num istamet corpora, & animæ passura sint eiusmodi mala, an diuersa. Valeret certe fictam illam Pythagoricam transmutationem ad præsentem casum adducere, & ea consolari: non ista, quæ nunc gestamus, corpora punientur, nec ista anima patietur: aliæ enim erunt: qui enim bestialiter vixerunt, etiam in bestias transformati patientur. Audi Tertull. de anima agentem, hoc impugnantem delirium: *Deus itaque iudicabit per sententiam æternam tam supplicij, quam refrigerij; nec in bestiam, sed in sua corpora reuertentibus animabus.* Hunc errorẽ etiam Auicenna tribuit D. Thom. sup. q. 97. art. 5. Qui enim stare aduersus Deum ausi estis, parate oculos hocce, aures, linguam, manus, pedes, corpus, caput, & viscera intima, reliquosque sensus ad sustinendam pro tanto scelere, & ausu meritam poenam: quæ enim tua sunt, & ad peccandum non modò resistunt; sed obsequuntur prauæ, & iniquæ voluntati; tecum simul hac affligentur poena. Quòd si aliquod corporis instrumentum liberum fuit à peccato, tuum est; & cum sis debitor maioris quantitatis, quam possit anima solum soluere, tua omnia ad penas sustinendas trahenda, & compellenda sunt, diuina sic vindicatiua iustitia decernente: licet enim anima, quæ peccauerit, ipsa punietur, vt Ezechiel testatur aduersus querulos, quòd filij pro patribus punirentur, iniuste aientes: *Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.* quod in peccatis haud seruatur; sed, qui peccauerit, patietur, eò quòd anima non patris pars sit, sed à Deo rota: at in temporalibus iuste puniri possunt pro patribus filij, quòd pars quædam eorum sunt; in præsentem tamen non solum corpora puniuntur, quòd pars animæ peccantis sunt; sed quòd ipsa membra seruiert peccatis. Quòd si de aliquo id neges, debitor maioris debiti, quam potens sit soluere in propria persona, soluat in bonis. Ita ingens peccatorum debitum corpora etiam, præter animam, & omnes eius partes, ad soluendam poenam inflictam inducit. Hac de causa in Scripturis, vbi de malorum damnatio-

ne, quædam pars punienda signatur, non quòd reliquæ immunes maneat à poena, intelligendum est; sed quòd illæ seruiert peccatis, quorum de causa statuitur, vt in diuite epulone lingua cruciabat; in eo, qui ad nuptias sine veste candida accessit, ligatis manibus, ac pedibus mittitur in gehennam ignis: cur manus, ac pedes ligantur, nisi quòd illis ad conuiuium indignus accessit, & manibus vestem induit communem, & alienam à tanto confessu; nec tamen eisdem se ornauit decenter? Præter hoc Hier. probare intendit veram corporis resurrectionem ad ludendum simul cum anima, quòd dum viueret, peccauerat cum eadem: *Manus ligatas, & pedes ad conprobendam resurrectionis intellige veritatem.*

Vt ergo penitiùs grauitas huius insuperabilis mali comprobetur, sciendum est, tria genera poenarum simul damnatos affligere, quæ significata fuerunt in illo Absalonis supplicio; tribus enim lanceis cor eius transofsum fuit, cum suspensus capillis ex queru inueniretur à Ioab Paris Duce, vbi moralis Glossa habet: *Conficitur tribus lanceis, poena ignis, & poena vermis, & poena carere visionis.*

S. II.

Quanta sit ignis poena damnatis destinata.

Hæc expendamus. Prima statuitur poena ignis, qui, vt supra dicebamus, ibi refidet, materialis quidem & corporeus, diuersa tamen rationis ab isto, in virtute, colore, duratione, & reliquis operationibus supernaturaliter eleuatis ad tangendum, & torquendum non modò corpora; sed etiam animas, & spiritus Demonum, cuius vim, ac tenacitatẽ expressit Iob 21. *Deuorabit eum ignis, qui non succenditur.* Quæ verba expendit Interlinealis addens: *Proprie exprimitur ignis gehennæ, qui corporeus malis corporaliter vrit. Nec ut iste nosser studio hominis succenditur, nec lignis muritur; sed creatus semel, semper permanet.* Quod autem ait: *Qui non succenditur.* exponit Lyra, addens: *Hic est ignis gehennæ, qui non succendi dicitur ab homine; sed à Deo.* Iai. 30. de quo supra, quos cruciabit ignis iste: Idem Iob exponit: *Affligetur relictus in tabernaculo tuo.* Per tabernaculum corpus accipitur, iuxta illud Petri: *Velox est depositio tabernaculi mei.* Quæ ad modum ad mortis aduentum, *velox est depositio tabernaculi:* ita ad penas sustinendum tempore suo, velox erit assumptio eiusdem. Relinquitur in hoc tabernaculo anima, reliqua perierunt: ergo duo hæc punienda, & attendenda veniunt. Interlinealis: *Anima, & corpore punietur: quia vtrouque peccauit.* Et quantum, vti dicebamus, omnium creaturarum sentient vitionem, aqua, nix, bestia, serpens, tomphæa, & alia instrumenta memorantur, (vt habes Ecclesiast. 39. *Ignis, grandis, fumes, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt.* Bestiarum dentes, & scorpj, & serpentes, & romphæa vindicans in exterminium impios.) ista omnia non formaliter, in illo lacu inueniuntur; sed ignis solus, eminenter cætera continens in se mala sic cruciat, ac si gladiis scinderentur corpora, ipse infrigidandi vi potitur, & serpentes fringendi,

Luc. 16.   
 Luc. 16.   
 Matt. 21. 13.   
 Luc. 16.   
 2. Reg. 18.   
 Glossa.   
 Luc. 16.   
 Hieron.   
 Bernard.   
 Tertull.   
 D. Th. q. 99. art. 3.   
 Interlin.   
 Exilef. 9.

fringendi, & montis prærupta, & acuta saxa efficiendi, quæ omnia miseros diuersimodè affligant, ac crucientur: ideò sententia Iudicis ignis meminit? *Ite in ignem æternum. Et ibunt in combustionem ignis.* & Lucæ 16. *Crucior in hac flamma.* Ob id Lyra sic habet: *Post Iudicium non erunt aliqua corpora mixta, nisi corpora humana: propter hoc de corporalibus his positis ad damnatorum afflictionem, erit ibi tantum ignis formaliter; cætera verò virtualiter, in quantum poena gehennæ continebit in se eminenter, quidquid afflictionis continet in ipsis.* Habet ignis iste, cum vnus sit, mira in effectibus diuersis, vt ignis vrit, & similiter sicut gladius fecat, vt ignis ferus sarculus carnes rumpit, sicut lancea perforat intestina, vt nix infrigidat, vt aqua rapida à loco mouet, & præceps corpus per dura, & acuta saxa deturbat, vt leo dentibus lacerat, vnguibus vulnerat, ac intima penetrat, feritate turbat: nec enim habet cum ardore lucem, ne aliqua inde oriatur consolatio, ibi tenebræ perpetuò vigent, & vt Iob 10. ait: *Vbi umbra mortis.* Corpus petit umbram; quod ergo corpus, vnde ista oriatur? Peccatum, quo deseritur Deus, inde terra umbra nascitur. Glossa ibi: *Umbra obscuritas eius, (Dei, videlicet, separati ab anima;) quia ignis poenalis cremationem habet, & non lucem, vt in vtrouque puniantur, qui in vtrouque peccauerunt.* Quod autem tot vnium poenale instrumentum imbibat, & contineat effectus, eò tendit, vt inquit Hieron. de verbis Origenis: *In multis offendimur; quia in multis offendimus.* At, quod omnem absoluit sensum, si semel consideretur, est, hoc malum perpetuò duraturum. Bernard. lib. de floribus, cap. 191. *Sic enim ignis consumit ibi, vt semper reseruet: sic tormenta aguntur, vt semper reseruentur.* Insurgens Tertullian. in Apologet. cap. 26. aduersus contententes poenas, vel quia parvæ, vel quia, etsi magnæ, parum duraturæ sunt, ait sic: *Epicurus omnem cruciatum, dolorumque deprecatur, modicum quidem contemptibilem pronunciando, magnum non diuturnum.* Ille ad præsentia oculos conuertit; non tamen ad futura æterna. At ille addit: *Enimverò nos, qui sub Deo speculatore dispungimur, quique æternam ab eo poenam prouidemus, merito sola innocentia occurrimus; & pro magnitudine cruciatu, non diuturni, sed sempiterni, Deum, non Praconsulem timentes.* Timentes dicit meritò. Quis non patietur hanc, etsi crudè consideret, æternitatem? Ne Origenis errorem sustineas, nec ab eo decipiari: nunquam, nunquam, inquam, hæc poena cessabit: combustio æternitate metietur, nec Deus voluntatem mutat: quæ enim via, per quas rimas hanc lucem consolationis possumus in Infernum inducere, vt miseros à cruciatuum dira feritate diuertamus, saltem hac fultos ratione, & sine tormentorum? Anima, & corpus immortalia sunt, nullum habitura finem: quis neget? Quauis augeantur tormenta, & totum hominem intus, & exterius affligant, agunt quidem in naturam incorruptam, torqueri facilem, consumi impossibilem. Nec materia, seu instrumenta hæc afferentia mala cessabunt: etiam gaudent quadam incorru-

ptione: post multos annorum decursus integra, illibataque permanent. Bernardum supra audi: *Nec substantia carnis deficiet, ne Bernard. simul cogatur etiam afflictio carnis terminari.* Ibi enim mors est; sed depascit eos, quòd semper agri pasti vireant, & pullulent, ac repullulent, vt iterum, & semper pascantur. Hac similitudine probatur, mortem ibi legem suam seruare, cum idem sit puniri malos, ac perpetuò mori. Dolores mortis ibi eos circumdant; verum viuentes manent, vt iterum mors illos aggrediatur: *Sic tamen moriemur, inquit Bernardus supra, vt semper uiuam, & sic uiuam, vt semper moriamur.* Et addit: *Nec vnquam inde liberandi, vbi nec qui torquet, fatigatur; nec qui torquetur, aliquando moritur.* *Sic enim ignis consumit ibi, vt semper reseruet: sic tormenta acuntur, vt semper renouentur.* Cum ergo ista duo perpetuitate gaudeant, vnde finis sperari poterit? Fortè ex peccato semper dolet peccasse, semper in gemitibus, & vlulatibus permanent miseri vilitatem rerum deprestantes. Proh dolor! nulla inde insurgere potest spes, poenitentia illa sine fructu manet, nec eos dolet Deum offensum tenere; sed mala, quæ inde nata sunt, sentiunt. *Quid profuit, clamant, superbia, inelantia quid conulit?* Ad præterita attendentes, non tamen aiunt, quid prodest? quid confert? ad eò enim rebellem voluntatem gerunt, ad eò indicibile odium aduersus Deum concipiunt, vt nec velint à culpis separari, & Deo per poenitentiam herere; sed ab eo auersi, & attenti solum malis, quæ experiuntur, de petenda venia non cogitant. Diues Luc. 16. Abraham conspiciens & Patrem dicens, quid ab eo petiit? Veniam peccatorum? Vt Deum placabilem reddat? Oret pro eo? Num ingluuici, & lingue mordacitatis poenitentiam offert? Aquam postulat, vt flamma temperetur, & de aliorum bono curans, malum suum mederi recusat: si enim lingua cruciatur durius, aliqua praua locuta fuit, aut loqui renuit, quæ ab illa flamma liberarent. Rogabis, cur lingue cruciatus dolet? Ostendit planè cognouisse viam salutis, & eam lingua negasse, aut ab ea contumisse. Glossa: *Ibi ergo amplius ardebat, vbi se ostendit scire, quod facere noluit.* Sed rogemus amplius, vt examine huius impij carcerorum causas iudicemus, cur expetit tangi extrema digiti parte, & non integra, ac plena manu, vel maiori digito? Qui enim parua, & extrema desiderat, carnis, videlicet, refrigerium, non ausus est manum petere ad magna operandum destinata. Eadem Glossa: *Ab extremo digito se tangi desiderat, qui æternis suppliciis datus, optat operatione instorum vltima participare.* Quam longè facta est à damnatis via poenitentiae: solum enim temperare tormenta curant, non dolere de commissis, non per nouam incedere viam ducentem ad Dei consortium. Bernardus supra: *Vbi nulla confessio, vnde nemini datur exiri, nec vlla omnino credenda est erga impios futura illius miseratio, vbi nec vlla speranda est correctio.* Quauis enim ligatis manibus dimittentur in poenam, non quidem hoc accedit, vt poeniteat eos peccasse; sed vt vterius non prosequantur



vitam inceptam. Hieronym. Matth. 22. cau- fam reddens ligatis manibus ducendi ad sup- plicium ait: *Vi male operari, & currere desi- stant ad effundendum sanguinem parati.* Si enim suae libertati relinquerentur, potius augere ten- tarent peccata, quam ab eis resiliere. Vnde ergo nasci poterit huius mali remedium, si is qui tot experitur mala, nullam poenitentiae curam habet? At, quemadmodum de iustis loquens Apocalyp. cap. 14. ait: *Opera enim il- lorum sequuntur illos.* non solum eo quod meri- torum suscipiant praemia; sed quod eadem per- fectius operentur, quae viuentes initiaverunt: ita malos, ac peruersos damnatos, operibus pristinis oneratos, eadem eos sequuntur odia, blasphemiae, turpitudines, vindictae, maledi- centiae, & iuramenta. Cyprianus ad hoc Ser- monem de Circumcisione: *Secutum est transgressorum supplicium, & adhaesit individuum poena peccato.* Quam pulchre, nec inde auellenda: cum enim peccatum steterit, nunquamque cesset, poena etiam adheret illi, & perpetuo tor- quet, affligit, verberat iniquum. Bernard. supra ad hoc: *Quemadmodum culpa semper puniri poterit, nec unquam poterit expiari.* Sic nec in corpore aliquando tormenta finire, nec corpus ipsum exinaniri valet in tormen- tis: ob id enim Prouerb. 27. simul poenam cum culpa conseruauit, seu conseruit: *In- fermus, & perditio nunquam repletur.* Quid perditio, nisi peccatum, nisi filius perditio- nis? Ob id prodigus perditus, dum peccat, di- citur, ac si velit hominem signare, qui pecca- tis perdit voluerit, aut alienari perpetuo a Deo: vt cernas, o homo, quantum malum sit peccatum; quoniam ipsum perficere, in periculum perditionis incidere sit, & subdi inferni poenis. Quando ab hac catena libera- bitur miser, qui Infernum assecutus est in poenam? Quando ab hac seruitute excutie- tur? Adeo enim irreuocabile malum hoc, vt nec tibi valeat liberari a culpa veniali: & quan- uis natura sua poenam condignam, tempora- lem tamen sustinere cogatur, in hoc infeli- citatis voragine, aeterna punitur: quoniam nunquam deponitur, nec se ea exiit miser animus: vt enim hoc ita futurum credas, Glossa in cap. 23. sic explicat: *Nunquam ex- pletur.* Quod desideria, quibuscumque finem vi- tae posuit damnatus, insatiabilia sunt, & aeter- na, si posset ea explere, semper vellet: id, quod semel conceptum desiderauit. *Sic habent Inferni tormenta: non repletur terminum acci- piendo. Similiter & intentiones eorum, qui ter- rena sapiunt, insaturabiles sunt in desiderio peccan- di: ideo enim sine fine puniuntur; quia voluntatem habuerunt sine fine peccandi, si naturam haberent sine fine viuendi.* Cum enim obfirmati in hac praua voluntate intereant, eam conseruant perpetuo addentes, quod cum uiuerent, non tam formaliter peccare vellet, quam oble- ctari, aut appetitus satiare: at odio Dei conce- pro, & immobili existente, non tam amatores sunt rerum mundalium, vt eis potiantur, quam peccandi rabie, quatenus eorum volun- tas aduersus Deum tendit.

Hieron. Apoc. 14. Cyprian. Bernard. Prou. 27. s. Th. q. 98. art. 5.

§. III. Quanta sit vermis poena, & in quo consistat.

Secunda vero poena Inferni futura est ver- mis penetrans interna damnatorum visce- ra. Ignis quidem acris est, & omnia interna re- quirit; at ille mortuum quid secum affert: ver- mis autem viuus est, & semper rodit, perforat animae viscera. Isaia 66. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Vide, quomo- do igni durationem tribuit; vermi vero vitam. Glossa, & Lyra de veris vermibus, qui ex cor- poribus malignorum scaturiant, accipiunt haec verba: melius de verme animum pungente, & perforante, & vt inquit D. Th. q. 97. art. 2. *Vermis est conscientia morsus,* (reprobans sententiam de vermibus animatis,) qualis est recordatio pec- cati pro re vilissima, cum esset in potestate il- lud vitare; de bono perditio, de misero consecuto statu, propter breuem, inanem, ac vilissimam oblectationem. Paulus hoc significauit Rom. 6. *Quem fructum tunc habuistis in his, in quibus nunc erubescitis?* Ponderat Anselmus illa duo tempo- ra, nunc, & nunc. *Tunc in illis vitiorum actibus, nunc cum sana mentis estis.* Compellitur homo extra se factus, cum sineret se duci a passione, intra se ingredi, & comparisonem facere inter illa, & ista; quae nunc experitur mala. Ego infelix pro villi, & breui oblectatione, tantas sustineo nunc poenas. Quid restat nunc fruendum, quasi reli- quis delictorum? verecundia, confusione; ver- mis istis affligentibus, & confundentibus ad desperationem prouocantibus. Theophylactus ibi: *Ignis immunditia fructus, praeter pudorem, mul- tus est.* Procopius vero in Isaia, explicans huius vermibus naturam, & vnde scateat, & oriatur, ait: *Significat vermis appellatione, assiduum eorum, quae singuli peccauimus in poenitendo conscientiam, qua tantorum bonorum priuatione, animam remordens, suorum omnium scelerum recordatione accersit.* Cum audis, in poenitendo, non de vero peccati dolore, & poenitudine intelligas; sed de crucia- tu, & punctura conscientiae extrema ista pon- derantis, malum, videlicet, quod paritur, & vili- tatem praeteritae voluptatis; & torquetur, ac la- ceratur dolore, confusione, eiulatu infelicis suae electionis. Ambros. in cap. 14. Lucae opti- ma comparatione id explicat. Quemadmodum ex febribus crudi generantur humores, & illis iteratis, isti etiam incrementa sumunt, vnde acuti interni dolores procedunt: Ita (inquit) si quis peccata peccatis accumularet, nec decoquat ea poenitentia; sed misceat peccata peccatis, cruditatem contrahit, veterum, & recentium delictorum vermibus consumetur. Quod si vno cu peccato decedat, ad- huc vermis iste nascetur ex eo, quod vna culpa facile vitabili in tot incidet mala. Optime Bern. sup. *In carne cruciabantur per ignem, in spiritu per conscientiam vermem.* Quamobrem ad cogitatio- nem indefinenter affligendam, ex compositione attentata mali perpetrati, & praesentis status, haec vermis perforatio nascitur: quare addit idem S. *Vermes crudeles mordebunt inima cordis.* Matth. 22. vbi de hac poena, ibi ait: *Eris sicut, & stridor den- tium.* Hier. ibi per haec signa exprimi arbitrat in explicabilem esse furorem, ac desperationem damnatorum, cum componere nesciant, quae causa

Glossa. Lyran. D. Thom. Rom. 6. Anselm. Theophyl. Procop. Ambros. Bernard. Matth. 22.

causa fuerit illius status, & quanta sustineant mala ob vilissimum bonum. *Per metaphoram* (ait) *membra eorum corporalium, magnitudo ostendi- tur tormentorum.* At Bernardus supra sic distin- guit: *Fletus quidem ob ignem, qui non extinguetur, stridor vero ob vermem, qui non moritur.* Sicut enim acris potius dentes offendens, aut immaturus cibus in causa sunt, vt dentibus quis strideat: ita magnitudo illius vermibus perforantis, & pe- netrantis intima mentis, in causa est, vt tota compago membrorum commoueat, & in rabi- em, ac furorem praecipitentur. Addit Bernar- dus supra: *Fletus ex dolore, stridor vero ex furore.* Iram enim dicebat Philosophi breuem esse furorem: at in Inferno, & ira sine fine, & furor perpetuo ipsam comitem habet, eo quod vermis eorum nunquam moritur; sed semper in hac comparatione persistens, cordis inti- ma perforat, & corrodit. Hinc illa Iob 10. miserorum conditio: *Vbi nullus ordo, sed sem- piternus horror inhabitat.* Quod ordo desit, nul- li dabitur, quod inordinatus animus ipse sui tortor est: deest enim charitas, quae ordinem affectibus affert. Nec ordo naturae, nec sta- tus, nec aetatis ibi inuenitur: qua enim parte Deus iustissimus Iudex cuique suas decer- nit poenas, ordo seruatur: nulli nanque ma- ior, quam par est, imponitur. Verum stat cum hoc, omnia inordinatè procedere, & confusione maxima cuiusque conditio lateret, nulla cura inaequalis sortis, nulla status no- bilitas, Regum, Ducum, Christianorum: so- lum istorum recordantur ipsi patientes, quae ad acriter sustinendas poenas iuuabunt, quod male vsi fuerint doris natura, aut cumulo beneficiorum, aut dignitatum magnitudine, & celsitudine: caetera ibi confunduntur, nulla Regum, diadematum, deliciarum, deliciarum- que memoria facta. Verum, cur sempiternus horror? Iste enim affectus ex timore nascitur: at, cum praesens sit, quod timebatur, iam non timor, sed tristitia obtinet, & occupat illius locum. Si ergo mali praesens habeant, quod horrere possint, quare manet horror iste, & semper affligit? Clara est ratio: nam, licet mali praesentes poenas sustineant; tamen du- ratio eorum adhuc in futurum protrahitur. Attendentes ergo ad ea, quae desunt tempo- ris spatia, timore cruciantur, & horror ma- ximus in sempiternum eos affligit. Optime Glossa in Iob: *Et in ipsis tormentis timor cruciat: ideo autem ibi timor permanet cum poena, quia in futurum nullus finis poenarum sperabitur.* Eiusmodi ergo horror ex vermibus cruciatibus procedit: horret enim mens, tantum malum passa, pro vilissimae creaturae inordi- nato amore.

§. IV. Poena damni ponderatur.

Tertia poenae causa est, illa Dei amissio, ac commutatio. Absente eo, quae non mala patietur creatura: tunc enim ibi appa- rebit, quantum sit hoc bonum, & ius ad il- lud possidendum, occasio, & tempus conce- sa, vt diuina seruaret mandata; cum tamen omnia ista contempserit, & videat Deum ver-

Hieron. Bernard. Iob 10. Glossa.

sum in inimicum vltorem, & priuare eum suo conspectu, quo boni omnes fruuntur; & saepe saepius in hac electione intrabit vilis fer- uis, abiecto domino; pauper diuite despectui habito; terra vermibus, nobilibus nullius pretij reputatis. Maior ex hoc euentu insurget poe- na: grauior dolor de tanto bono perditio nascitur aduersus Dei contemptorem. Tunc apparebit illius regni magnitudo, sangui- neque Agni immaculati comparati, ad cuius consecutionem omnia dona cumulaue- rit, gratiae auxilia, Sacramenta, & ad con- stituendum hominem haeredem concesserit gratiae ornatum, sicut vestem, seu stolam primam indutam prodigo filio. Quis, cum se videat culpa sua omnibus his ornamen- tis exutum, continebit dolorem, parcat lacrymis, & diris signis lamentationis, & im- placabilem querelam? Quis non se accu- sabit, infelicem dicet, aduersum se planctum conuertet, & prauam damnabit electionem temporalium bonorum, comparatione aeter- norum? Certè se peccasse fatebitur in caelum, quod despectui habuerit bona, quibus felici- tatem aeternam consequi haud difficile es- set. *Fili (audiet) tu suscepisti bona in vita.* Lu- cae 16. Ac si diceret: Quae reputasti bona, quae eligibilia, quae conducentia ad desiderij satie- tatem, accepisti, non curans aeterna, & per- petuo duratura. Mercedem recepisti: nihil vltra in spe habebas; sed omnia inde secutu- ra mala timeas. Nicæmus de Beatitudinibus, oratione 5. habet: *Recepisti bona tua, in vita tua; quae repositasti bona, quorum nullam portionem in alteram regionem transfulisti immisericos factus, & corpori abunde delicias parans:* Addit: *Reliquisti super terram miserandi affectum: si non porta- sti ad hoc seculum humanitatem, non inuenis, quod non deponisti.* Vnde bona sua in vita sua accepisse, sonat, nihil secum gestare; sed omnia terrae mandasse. Ergo doleas, quae irrunt in te, deferente te manu, hucusque expe- ctante prauae electionis poenitudinem. Rationem reddit Glossa ibi dicens: *Omne tuum gaudium felicitatem transitoriam parasti.* Cur contra de Lazaro addit Abraham? *Similiter Lazarus & mala.* Num iustorum fors erit mala semper sustinere? Nequaquam: sed ma- la opponuntur bonis habitis Deo resistenti; quatenus iustus malum reputat quemlibet cum- mulum honorum, & rerum mundalium af- fluentiam, si diuina opponantur gratiae, & gloriae consequenda. Glossa supra: *Ad aeter- na, sanctis desiderijs astuant: quae vero adsunt, mi- nimè bona videntur.* Cum ergo gloriola illa enauerit, & videant se priuari summo bono, quae tenebrae horrorem afferentes animum in- cutient? Ob id enim existimo nihil in Infer- no lucere, non tam ob loci obscuritatem, & ignis nigrorem, quam quod deest illis sum- mum bonum, quo absente irruunt in eis tene- brae, & caligo inconsolabilis tristitia. In Iob 10. Olympiodorus ad hoc illud Sapientiae ad- ducit: *Sol iustitiae non illuxit nobis.* & addit: *Cum enim Deus sit lux, qui longè ab eius facie extrudun- tur, versantur in tenebris.* Quemadmodum viuen- tes in carne sine Deo mortui, & nihil esse re- putantur: ita omnia mala irrudentia in damna- tos, quasi nihil censentur comparatione absen-

Luo. 15. Nicæni. Glossa. Olympiod.

Ezech. 20.

tia huius Solis fulgentissimi. Nec ipse, qui tormenta sustinet, erit, Deo deficiente ab eo. Ezechiel. 26. Ad nihilum redigam te, & non eris, & requisita non inuenieris. Exponam hoc alio adducto testimonio Psalm. 38. Dimitte me, ut refrigerer, priusquam abeam, & amplius non ero. Quid hoc, non ero? Nonne dictum, immortales futuros damnatos? Aliquod malorum solamen afferret talis essendi carentia? Non, inquit Hieron. erit, dicitur, quod discedente homine ex hac vita sine penitentia viatico, deerit illi Deus summum bonum, & omnium esse bonorum continens, & conferens, quo absente pro nihilo reputabitur. Non quod esse desistat, qui in pena est sempiternis; sed, quod, qui Deo non viuunt, in Scripturis sanctis dicatur non subsistere. O quanto priuatis bono, & essendi, ac viuendi fonte! Nichil es, miser: pro nullo reputaris a Deo, abiectionis, & requisitus non inuenieris. Quis quod fueras, inueniet in te? Cum enim caetera ornamenta sint ipsius esse, hoc perditio reliqua intereunt, & in nihilum rediguntur. Ob id enim supra dicebamus, in Inferno cessare ordinem, quod nullus, qualis fuerit, cognoscitur. Glossa enim de diuersitate introducta, ob munerum, officiorum, statuum, originum, diuitiarum differentiam accipit confusionem huius ordinis: Ordo, ait, non erit: quia in suppliciis propria qualitas rerum non seruetur. Optime quidem. Verum addi potest deesse ordinem constitutum, in eo, quod Deus dominetur, & ad sit nobis: quo ablato nullus ordo extat, nulla hominis ratio, nullum discrimen inter ipsum, & bruta animantia. Caetera quibus superabat, & omnium dicebatur Princeps, & Dominus: his dotibus orbatus iacet in sterquilinio abiectus, & vilis conditionis factus, ac si homo non esset. Ut enim inquit Nicenus tract. de anima, & resurrexerit. Ardore affectum, ac perturbationem, in amentem naturam homo transit, atque transformatur. Quapropter ab omnibus infestatur creaturis: nulla ipsum maiorem recognoscit, quod Deo desititurus pro nihilo reputetur, ac conseruetur. Praeterea ibi deest ordo amissio obedientiae gubernaculo, unde omnis ordo, & concentus originem trahit: quae enim creatura ordinatae cum homine procedere deberet, quando ipse ordinem diligendi Deum, obediendique amiserit? Cum ergo ipse inordinatae ad creaturarum amorem conuersus fuerit, omnes reliquae creaturae ipsum inordinatae persequuntur, nec reuerentes tanquam illis superiorem, neque parcentes tam linguis incensendo, quam manibus percussendo, ac vulnerando. Quis filius venerabitur patrem, cum iste summum parentem haud veneratus fuerit? Quae uxor maritum, cum vero sponso negauerit fidem. Unde Deo amisso reliqua in hominem insurgunt, ut maiori, & acriori poena afficiatur, cum cognouerit hunc miseriarum amorem ex Dei absentia, & inimicitia habuisse ortum. Significauit Cain: Dimittis me, & eiicis me a facie tua, & omnis, qui uiderit me, interficiet me. Ac si diceret: Semel inimicitia, & abiectione tua concepta, omnium malorum malum me ad amaritudinem rediget, omnes armatae creaturae in me insurgent, ut clarius cognoscat homo, quantum malum ei fuerit reliquisse Deum. Qui summo bono bellum infert, aduersa omnia intuent in eum pro nihilo ductentia homi-

Psalm. 38.

D. Th. q. 98. art. 3.

Hieron.

Idem.

Nicena.

Genes. 4.

nem, quem propter Deum in honore habebant, & vice illius venerabantur. Quare, ut dixi, pro nihilo reputatur deficiente ab eo esse Dei, unde ornatus fuerat omni virtutum genere. Esther 14. Ne tradas sceptrum tuum his, qui non sunt. Vide, quanta obsequia reddita idolis gentium. Sacrificia larga manu eis offerbantur, magna templa in eorum honorem construebantur. At hoc indebito honore priuantur, cognita eorum nequitia, & vanitate, & pro nihilo reputantur, indigna sceptrum regio, obsequio, aris, sacrificiis, quibus omnibus expoliata, iacent in face terrae ad nihilum reducta. Exponens Hier. in cap. 22. Ierem. explicat, quomodo isti Dij nihil sunt: Vtique erant, quibus obsecrat, ne tradantur: sed Deo non erant, qui virtutibus, & uiuenti Deo esse cessauerunt. Qui enim Deo non est, nihil censetur, ab omnibus uilius luto reputatur. In hac ergo defensione Dei, cum pronunciet gladio oris sui, quo scindet a se peccatores: Ite, maledicti, aded nihil honorabili aestimatione dignum in eis remanet, ut quod poenis innumeris subdantur, & ab omni creaturarum genere vilipendantur, & comparatione absentiae Dei, parum esse arbitrentur.

§. V.

Augmentur mala damnatorum ex felicitate iustorum.

SI dici potest, augmenta haec sumet poena ex parte iustorum, illorum felicitas cruciabit miseros, videntes alios possidere bonum, quod ipsi amiserunt, non quod illorum felicitatem, & gloriam conspiciere possint; omnia enim bono priuati iacent in tormentis; sed quod concipient mente, tenaciterque cogitabunt bona illa, quibus carere se experiuntur, concessa esse aliis. Sic D. Thomas q. 98. art. 9. Quae rabies cor istorum non mordebit, cum uideant seruum gloria potiri, dominum in Inferno iacere inimicum? Felicem esse, ipsam uero infelicem? Tyrannus ibi uidebit, quos persecutus fuerat, palma, veste, & curru triumphali ueluti in gloriam; & ipsum torqueri; ut ex hac contemplatione aduersariorum fortunarum maiorem concipiant dolorem, inuidia agente, & uerberante eorum animam. Sap. 5. ob id dicent: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem impropertij. Ecce quomodo computati sunt inter sanctos, & inter electos fors illorum est. Cur diuini Infernum tenenti, pauper Lazarus occurrit in sinu Abrahæ conspiciendus? Nulla alia de causa, nisi ad augendum huius tormenta ob conceptam aduersus quondam uilissimum pauperem, & abiectae conditionis hominem iram. Gregor. hom. de hoc, quae est 40. existimat malos bonorum uidere felicitatem modo explicato. Ut eos videntes, & conspicientes in gaudio, non solum de suo supplicio; sed etiam de illorum bono cruciuntur. Ob id Bernardus supra damnatorum conditionem exprimens ait: O quam male mali omnes locati sunt: vident, ut confundantur, & non vident, ut consoletur. Quae vident praeter mala experientia nota? Gloriam illorum, quos depretiarunt, cum uiuerent, ut inuidia impleantur, ut amplius doleant.

Addendum

Sap. 9.

Gregor.

Gregor.

Isai. 66.

Bernard.

Glossa.

Cyprian.

Addendum praeterea, ut plus crescat hoc malum, uidebunt etiam gaudium bonorum, de eorum malo, Deum sequentes, non carnem & sanguinem, non patriam, non seruorum, amicorum, parentum, filiorum conditionem; sed omnes isti suos conspicientes in tormentis gaudebunt, ut ex hoc gaudio damnatorum poena crescat. Rogar Gregorius 8. Moral. c. 40. quomodo mali, qui in tenebris degunt, conuerterer poterunt bonorum gaudium de ipsorum poena? Et respondet: Ignis autem, qui non luces ad consolationem, aliquando luces ad poenam. Ac si velit, nihil intueri, quod eos letitia afficiat. At ea, quae tormenta accumulunt, manifesta eis fieri, ut & inuidia, & odium aduersus se deprimentes, & in felicitate consistentes vires sumant. Isai. 66. cum de verme rodente malorum viscera agit, inquit: Erunt usque ad saturationem uisionis omni carni. Ac si diceret: Complacerebunt in eorum malis uisus, & gaudium sumunt de ipsorum poenis. Qui? Non alij quam iusti; & illos nihil latebit eorum, quae patiuntur, & quibus de causis, & quae isti abscondere, & contingere omni conatu curarunt, ibi inimicis suis, manifesta fient usque ad saturationem, ita ut nihil amplius restet cognoscendum. Quam durum erit, quam ingratarum malo, sua occulta peccata conspectui illorum, quibus ea abscondere curauit, patefacta esse? Bern. 5. de confid. rogat: A quo, uel a quibus uidentur? Ab omni uiuente, ut pro multitudine intuentium sic confusio multa. Quid plura dici possent ad rabiem, & furorem accendendum, confusionemque, ac uerecundiam in damnatis augendum ex gaudio bonorum de eorum poena, & peccatis ab eis studio absconsis, manifeste expositis omnium intuentium oculis: aded enim ad saturationem eos contuentur, ut uindictam desiderantes tyrannidis, iniuriarum (non propriam defendentes causam; sed diuinae iustitiae partibus fauentes) nihil amplius addant, grauiusque aduersus eos immitti mali haud cupiant. Glossa Hieron. in Isaiam sic habet: Quia boni uidebunt eos a se diuino iudicio separatos, amissa potentia, qua sauebant contra bonos, & uindictam Dei in illos tantam, ut maiorem non exposcant. Videas, obsecro, mutatam esse malorum fortunam: isti quanto cum gaudio intuebantur Sanctorum, & iustorum humilitatem, abiectionem, passiones, dolores imperio eorum perpeffos. Nunc uero uice uersa illi erecti, & gloria potientes, uident, gaudent, latantur latari eorum malis; ita ut nec plus desiderent ad plenam uindictam diuinae iustitiae. Cyprianus contra Demetrianum: Spectabitur illic a nobis semper ardens sempiternis flammis, qui hic nos spectauit ad tempus, & in persecutionibus factis oculorum crudelium: breuis fructus perpetua uisione peneffabitur. Quod autem ex hac uisione nulla afficiantur boni tristitia, quanuis chara quondam pignora ardentia contueantur, manifestum est ex eo, quod diuinae uoluntati omnino haerent, nec ab ea separari queant; ob id etiam inimicorum, & persecutorum uindictam animo irato desiderare non possunt, quod non sua quaerunt, sed Domini gloriam, & iustam uindictam. Cap. Cauendum: de poenit. d. 3. sic habet, quarens, cur malorum iusti non compatiuntur: Non possunt, ait: quia infernum animo, est

in natura sua bonitate misericordiam habent; iam tamen & auctoris sui iustitia conuicti, tanta reuerentia constringuntur, ut nulla ad reprobos compassione moueantur. Nec ab hoc spectaculo aliquid insurgit malum aduersus iustos; nec compassione mouentur, nec dolore, nec iracundia, quae eorum deturbet gloriam, letitiam, & gaudium. Rationem reddit Glossa in cap. 16. Lucæ: Apud animum iustorum non suscitatur beatitudinem aspecta poena reproborum: quia, ubi iam compassio miseria non erit, minere bonorum letitiam non ualebit. Inimicorum, & odio habentium se veste contegunt, quasi illos persequantur inimicitia ex corde. Leuit. 19. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. Quare in corde? Helychius ibi: Quia frequenter in personis peccantium personam odio eos habentium indui compellimur. Non enim in isto spectaculo caro locum habet. Vociter dicitur Parrem Abraham: iste miserum filium dicat, quid inde? Nulla certe compassio, nulla, exoritur ex carnali coniunctione tristitia. Glossa ibi: Nec ulla compassione a tormentis eripiunt; quos tamen filios per carnem recognoscunt. Imò, praeter diuini placiti conformitatem, cuius de causa ab eo resiliere non possunt, alia gaudendi tunc bonos ratio intercedit, nempe, quod tot mala non patiantur, quod de eadem massa cum sint, per diuinam electionem liberi euaserint tantam miseriam, ac infelicem statum. Gregor. dicta hom. 40. in Lucam, sic habet: Credendum est, quod ante retributionem extremi iudicij iniusti in requie quosdam iustos conspiciunt, ut eos uidentes, & conspicientes in gaudio, non solum de suo supplicio; sed etiam de illorum bono cruciuntur: iusti uero in tormentis semper iniustos intuentur, ut hinc eorum gaudium crescat: quia malum conspiciunt, quod misericorditer euaserunt, ut etiam peccatores in iudicio amplius puniantur; & eorum uident gloriam, quos contempserunt, & de illorum poena torquentur, quos inuulter amauerunt. Itaque mali omni ex uisione poenas luunt, omnia eis aduersa sunt, & dolorem afferunt; bonis uero omnia cooperantur in bonum, & uisus tormentis damnatorum, & de istorum fatiantur malo, & de proprio, concepto, inaequalitate fortis, bono. Ira explicuit Hieronymus illud supra adductum Isaiæ 66. Et erunt usque ad saturationem uisionis omni carni. Satiabuntur quoque de beatitudine sua, agentes gratias, uisus impiorum ineffabili poena. Crescat, vires refumat gloria bonorum uindicque, & tam bonum proprium possessum eos satiet, quam malum aliorum, a quo liberi facti occidunt Deo: Liberauit me a laqueo uenantium, & a uerbo aspero. Glossa in d. cap. 16. Lucæ, rationem reddit: Licet iustis sua gaudia sufficiant; ad maiorem tamen gloriam uident poenas malorum, quas per gratiam euaserunt. Aded hoc uerum, ut quanuis ex D. Thom. q. 98. art. 6. gloria accidentalis, aut poena etiam accidentalis, illa Beatorum, ista damnatorum pro termino habeant iudicij diem; hac gloria, & malorum poena perpetuo durant: semper enim gaudent de bono suo, & malo Dei inimicorum: sicut isti semper inuidia tabescunt propter bonorum gloriam.

Hinc malorum sollicitudo, ut facios tormentorum notos sibi uident; ne illi uideant statum miserum, qui eos in gloria conspexerant, ne testes sint abiectae fortunae; qui inru-

Glossa.

Leuit. 19.

Helych.

Luc. 16.

Glossa.

Gregor.

Rom. 8.

Hieron.

Psalm. 50. 3.

Glossa.

D. Thom.



mentem eorum magnitudinem, & cælum pe-  
ne tangentem, venerati, & mirati fuerant.  
Dives ille in Inferno degens, cur sollicitus de  
liberatione fratrum, testimonio allato ad eos,  
tormentorum Inferni, per pauperem Lazarum?  
Charitatis sollicitabat, aut naturalis sanguine  
coniunctorum amor? Minime: sed, ne dome-  
stici testes, qui gloriam eius viderant, delicias,  
ambitionem diuitiarum, palatij amplitudina-  
nem, conuiuiorum opulentiam, vilem, & abie-  
ctam fortunam agnoscerent: sic enim paupe-  
res, & abiecti mirantur in Inferno illis associa-  
tos esse Principes, & viros primos dicentes  
Isai. 14. *Et tu vulneratus es, sicut nos: nostri simi-  
lis effectus es: detracta est ad Inferos superbia tua.*  
Cur ista iactant verba? Arbitrantes, imbecil-  
los, ac feruili conditionis homines Deo resi-  
stere non potuisse; potentes verò, & terræ Re-  
ges, brachio suæ virtutis posse ab eiusmodi  
illatis malis liberari. Hieronym. ibi: *Putaba-  
mus, nos pro imbecillitate nostra non potuisse resistere  
potentia Dei, & te esse solum, qui in tua altitudine  
permaneres: sed, ut rebus ostenditur, & tu vulnera-  
tus es, & captus nostri similis effectus, ut quos in  
terra dignitas separavit, apud Inferos poena conso-  
ciat.* Si, inquam, hæc sentiunt viles, & abiecti  
homines, quid confusionis non experientur  
mali Principes, ac potentes viri, cum videant  
testes fieri suæ infelicitatis, & abiectionis, illi,  
quos viuentes, vel in statu humili, cognouerunt,  
quorum apud eos, nec nomen notum  
fuerat, vel quos per coniunctionem sanguinis,  
aut amicitia notos habuerant, quorum oculos  
vitare vellent, ne eorum conspicerent, præ  
superbia, miserum statum, ne per ironiana di-  
cerent: *Nostri similis factus es: detracta est ad In-  
feros superbia tua.* Non valuisti aduersus Dei po-  
tentiam stare: victus, & humiliatus iaces in  
Inferno. Quid tibi profuit superbia, conui-  
uorum delicia, diuitiarum copia, seruorum  
multitudo, linguæ licentia, ut cuiusque deni-  
grares honorem? Heu! miser, testis fui tuæ  
potentia: nunc etiam testis, & socius factus  
sum tuæ abiectionis.

Ille ergo dives (sicut alij damnati) vitare  
contendit suorum damnationem, alienus à  
charitate, proprium timens malum; ex eo-  
rum enim conspectu, & societate grauior eius  
pœna fiet, non modò dolens amatos talia pati,  
vt Glossa docuit in 16. Lucæ: *Vt de memoria  
fratrum, quos reliquit, & de poena inutiliter amato-  
rum amplius torqueatur.* Sed etiam quia frequens  
est, primos in causa fuisse, quòd reliqui dam-  
narentur, vel eorum sequentes exempla, vel  
maiores iuuando, vt voluptati, & reliquis in-  
feruirent vitis: ita serui, amici in vnum falci-  
culum agglomerantur, quòd locij furum facti  
fuere, & horum fouebant tentata mala; vel  
quòd eis reliquerat diuitiarum copiam, amore  
ductus carnali, vt eis abutentes plurima pec-  
cata facerent. Lyra hoc expressit in 16. Lucæ.  
Cur dives ille tentauerat, ne fratres eius ad  
eundem tormentorum locum deuenirent? *Ne  
in ipsorum consortio poena eius auerteretur: quia fue-  
rat eis occasio peccandi, ratione diuitiarum, quas eis  
dimiserunt ad abusum exemplo male vite, quod eis  
dederat ad sequendum.* Hinc constat, cur Matth.  
13, iubet Iudex: *Alligate eos in fasciculos ad com-  
burendum.* Vbi August. cum plures fasciculos

videat, sortes diuersas esse etiam censet ad  
eundem chorum spectantium. Bernard. in flori-  
bus, c. 191. *Similis culpæ, suis similibus iungen-  
tur cruciandi.* Quod etiam Gregorius notauit 4.  
Dialog. c. 35. in eundem locum: *In fasciculos  
ligantur, cum pares pariter in tormentis similibus so-  
ciant.* Quæ testimonia ita accipio, vt illa simi-  
lilitudo ex consortio, & coniunctione peccandi  
nascatur: nec enim adulter, qui alteri, vt tale  
parraret malum, non fuit, cum eo ligatus pu-  
nietur, ob similitudinem materialem peccato-  
rum: sed illi, qui vnâ peccauerunt, vires, consi-  
lium, iuuamen, approbationem ad peccan-  
dum conferentes, aut se mutuo ad tale facinus  
inuuiantes. Quemadmodum, iuxta Lyra men-  
tem, dives ille suorum timuit damnationem,  
quòd eorū peccatis suppetias tulerit. Isaiæ 14.  
Huius similitudo habetur in lignis, quorū qua-  
dam, ad grandem, & potentissimum tyrannum,  
Regem, videlicet, Babylonis, vt abietes, indu-  
cit loquentia, similiter & cedros dicentes:  
*Ex quo dormisti, non ascendet, qui succidat nos.*  
Quali vellent dicere, magnum, & potentem  
Principem vi, & potentia sua, alios secum ad  
peccandum, tam exemplo, quam timore indu-  
cere: quibus deficientibus, non insurgunt ini-  
mici, qui has arbores præcidant, ex quibus si-  
mul cum duce, & hortatore fasciculus compo-  
natur ad interitum æternum simul sustinen-  
dum. Hieronym. ibi: *Quantos isti lignorum, ar-  
borumque cessores suis securibus succiderunt, & fecer-  
e currere.* Ob id enim poena maiorum, in-  
crementa assumit, & denuò reuocatur, cum ta-  
les locum illum obtinent: idè addit Propheta  
ibi, interitum superbi Regis decantans: *Infer-  
nus subter comitatus est in occursum aduentus tui.*  
Cur hoc? Quia ibi aderant plurimi oppressio-  
ne, & imperio huius Regis ad peccandū com-  
pulsū, luentes pœnas, harum confortem ipsum  
facere tentabant; & cum potentium & Prin-  
cipum meminerit, salutantium nouum com-  
parem, & amicum, ait: *Qui te viderint, ad te  
inclinabuntur, teque prospicient.* Ac si diceret:  
Tuæ sortis socij effecti, fasciculus tecum com-  
ponent, & plus his comitibus adiunctus cru-  
ciaris.

§. VI.

Eterna duratio contemplanda.

Conclusio tamen harum pœnarum, quæ  
damnatum ligatum, & obligatum te-  
nent, est æternitas, nullum agnoscens finem,  
nullam intermissionem, aut cessationem, nul-  
lam à malis semel ceptis vacationem, sine ali-  
qua otij hora, quadrante, momento torquen-  
tur: potius incrementa mala fument ex aduen-  
tu (vt dicebamus) eorum, qui socij fuerant  
in peccatis, quam aliquam admittent diminu-  
tionem. O æternitas omnia deuorans: tum,  
quia omnia vincens futura, à nullo vnquam  
superari potest, nec teneri, quantumuis circuli  
annorum & millium recensentur, ac transeant.  
Si congreges in loco vno omnes, quas conti-  
nent cæli, aquas, marium pelagus, fluminum,  
amniū, fontium, puteorum, torrentium copiam;  
itèque earum, quas scaturit terra,  
concepit, & quotidie denuò è venis suis, &  
meatibus

meatibus profert; & statuas pactum cum Deo:  
Cum formica has omnes consumpserit aquas,  
cum solum spatio millium annorum sumplerit,  
quod ore suo ferre semel potest, tunc à tormen-  
tis liberato te. aliqua libertatis splendet spes  
futura: in damnato, & lætitia inter dolores per-  
frueretur, cum tamen ista aliquando finem ha-  
bitura sint, licet longissimum, & penè infini-  
tum; tormenta tamen adhuc in æternum dura-  
tura in suo permanebunt statu. Quis ita cogi-  
tans, etiam si leuiter, non timet culpam? Delica-  
te miles, qui vnus pulicis ictum ferre non po-  
tes: qui nihil durum momento sustines facies?  
Et loco istorum sterna videns lectum ferreum  
ex flammis confectum, & millia genera tor-  
mentorum, quæ omnia passurus es in æternum;  
nec potentis Dei manum effugere vales, nec  
vitare mala ista, quomodo audes aduersus eum  
insurgere, legem ipsius contemnere, vitia sequi,  
virtutem delerere? cum tamen forte iam iam  
super caput tuum vibrans gladius illis duræ  
sententia agitetur? Iobum amulare dicentem  
cap. 10. *Dimitte me, antequam vadam ad terram  
tenebrosam, & operam mortis caligine, vt plangam  
paululum dolorem meum.* Dimitte me, inquit, pri-  
mò, quòd doloribus pressus, non erat ei mens  
attendendi ad animæ malum, quod plangere  
desiderabat, quasi liberatus à pungentibus spinis  
carnis vlceribus plena. Valebis tu similia pa-  
tiens in lecto, atredere ad animæ ægritudinem,  
& eius mederi vulnera. Gregor. 8. Moral. c. 37.  
*Quia nimietas dolorum aliquando grauat animam, ne  
stere possis, & sit moror sine morore, flagellat empe-  
ra, vt possis estimare mala, quæ purior.* Qui enim in  
doloribus victus existimat non sufficere ad ani-  
mæ reuocandam mentem; quomodo potens  
erit ista, capta ab ægritudine, peccata contem-  
plari, eaque gemitibus purgare? Amplius ex-  
poscit his verbis: *Dimitte me, vt paululum plagam  
dolerè meū.* Nunquid à Deo ligatus, aut implica-  
tus tenetur, vt petat solui, & à vinculis libera-  
ri. O si peccatores vim huius verbi perciperent,  
quanta attentione curarent, non his vinculis  
vinciri per peccata, quibus adèd constringun-  
tur, vt debitores efficiantur, à terrenarum cate-  
narum alligari pœnis; & in tantum imbecilles  
manent, vt nequeant per contritionem ab eis  
liberari, nisi à Deo soluantur, facultasque eis  
concedatur per gratiam, ad dolendum debitè  
de commissis: potest se homo foedare, in vincu-  
la se inducere captiuum; non tamen pulchrum  
se reddere, non soluere, aut liberare ab hac mi-  
sera seruitute, nisi à Deo concedatur ipsi gratia  
facultas, qua valeat dolere, & ad gratiam per-  
uenire. Gregor. sup. *Nescit dignè flere, nisi Deus  
dimittat, & solutum excitet in lacrymas.*  
Nec minorem energiam habent sequentia  
verba: *Vt paululum plangam.* Tam citò expediri  
arbitrari posse ab his vinculis, ac debitis, si so-  
lum paululum plangas commissa: Qui longo  
tempore peccauit, momento arbitratur Deo sa-  
tisfacere? Ob id enim Hieronym. non assentit  
Septuaginta lectioni: *Adhuc tres dies, & Ninius  
subuertetur.* Cum id tempus concessum fuerit à  
Deo, vt penitentia facta, non perirent cum ci-

uitate homines: parum enim videtur ad delenda  
peccata grauissima, & longo interuallo fa-  
cta, tres dies occupare in hoc negotio, vt su-  
prà diximus. Quomodo ergo paululum ex-  
poscit Iob temporis, vt plangat peccata sua?  
Non utique: sed paululum videtur famelico,  
quidquid ad vescendum proponitur. Ita deside-  
ranti longa spatia in penitentia versari, qua-  
uis parua censentur: quod ortum habet ex ma-  
gnitudine debiti, & cognitione boni amissi; &  
nullum pretium ad illud comparandum ma-  
gnum æstimetur, sicut illa, quæ dicebat: *Si dede-  
rit homo omnem substantiam domus sue pro dilectio-  
ne, quasi nihil despiciet eam.* Quòd nullo compa-  
retur pretio res tanti faciendi ad salutem con-  
sequendam. *Antequam vadam:* habet sensum si-  
milem verborum illorum: *Ioseph non cognouit  
eam, donec peperit.* non quòd post partum cog-  
nouerit. Ita, *antequam vadam;* imò potius ne  
vadam. Exemplo Gregorij supra intelligitur,  
qui ait: *Creditor, solve debitum, antequam te in  
carcerem constringam; hoc est, ne compellat ad hoc  
durum peruenire remedium. Ita, Domine tempus po-  
nitendi concede, ne tradar vinculis, ne in carcerem  
mittar.* Quemadmodum (inquit August. in Glos-  
sa) *si dicamus alicui: Corrige te, antequam damne-  
ris: inflat enim damnationis tempus.* Et propè ad-  
esse timet, qui & peccati pondus cogitat, &  
irati Iudicis mercedem, & tormentorum ma-  
gnitudinem. Ergo citò ad penitentiam te ex-  
cita, tempus exerce, gratiam require, ne in  
tantum incidas malum, ne ad æternam desti-  
neris penam.

§. VII.

Amplectenda temporales pœna, ad vitandum futuras.

EX hac consideratione potest conici, quan-  
tùm distent omnes præsentis vitæ pœna  
ab illis, quæ æterna mensura metiuntur, vt nos  
curemus corpus affligere, ad eum liberandum  
ab illo miseriarum pelago, cum sæpè sapius ob-  
metum pœnarum temporalium, & desiderium  
delicias corpori comparandi, illa mala sequan-  
tur, & repente obruant. Nec alia de causa post  
diuitis delicias secuta est æternalis pœna, nisi  
vt Dominus ostenderet, digitòque monstraret,  
vnde ad illa deuenitur patienda mala: *Qui enim  
mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt.* Appri-  
mè planè, vt credas, mollem Regem habere, à  
quo teneatur, & gubernetur, ne ab eius imperio  
discedere valeat: hoc enim est regnare pecca-  
tum in nostro mortali corpore. Num peccatum  
non regnat in anima, & eam obtinet, & suo  
durissimo subdit imperio? Verum quidem: sed  
medio mortali corpore, quod quidem timet  
dolores, asperitatem, afflictiones; amat tamen  
delicias, eò quòd mortale est, ne ad mortem  
perueniat, si aduersa in ipsum insurgant, &  
mollia negentur. Ob id in anima regnat pec-  
catum, eò quòd mortale, ac timidum corpus in  
causa est, vt delicias anima subdarur. Si ita timi-  
dus es pœnarum, cur æternum non times Or-  
cum? Cur Inferi non horres mala; & minoribus  
maiora compensas? Doloribus Nazianzenus  
pressus, non audeat mortem opperere, timens  
maiora futura mala post mortem. Ita ait  
epist.

Lucæ 16.

Isai. 14.

Hieron.

Iob 10.

Gregor.

Lucæ 16.

Glossa.

Lyra.

Matth. 13.

Bernard.

Gregor.

Isaiæ 14.

Hieron.

S. Thom. 2. 2. art. 6.

Isaiæ 14.

D

Gregor.

Hieron.

Iob. 2.

Can. 8. 7.

Matth. 4.

Gregor.

August.

Luc. 16.

Matth. 13.

Rom. 6. 12.

epist. 39. ad Eudoxium: At res etiam alterius vita mihi formidolosa sunt, ex huius vita rebus coniecturam ducenti. Qui enim sic ista formidat, cur adeo fugit poenas corporis, quibus ab his maioribus liberabitur? Solent homines mala timere presentia, non futura; idem stultissime morte vitam commutare vellent, ne presentibus fatigaretur laboribus. Id expressit David Psal. 38. Notum, dicens, fac mihi finem meum: ecce mensurabiles posuisti dies meos. Alij: Ecce veteres posuisti dies meos. Ex hoc coniciens Ambros. de fide resurr. finem vite in desiderio esse, vt ab iis malis inueterantibus, & male tractantibus corpus fugiamus. Nemo festinaret ad finem, nisi vita istius fugeret incommodatam. Aded hanc timentur, vt Basilius agra valetudine vitam transgens, ab infirmitate grauissima conualescens, timeat futura mala, & potius vellet tunc mori, quam illa ferre. Epist. 82. ad Demophilum ait: Egre ferebam, illam me restituentem expendens, ad que mala iterum reuersurus essem. Idem arbitror, minus appareat malum mori, quam sustinere presentia mala; ed quod illud, etsi maius omnium temporalium, quali requies credatur comparatione vite semper cum aegritudinibus certantis. At, si morient sequatur Infernus, quis eam desiderabit? quis pro requie eam leget? Nemo, credo. Ergo consideratione huius summi mali ferat patienter presentia, & ea amplectatur, ne deliciis deditus in aeternum malorum incurrat pelagus, ne fugiat penitentiam, nec abstinere paululum a deliciis corporis, dura amplectatur, ferream ferat catenam, cilicis domet corpus, vigilias amet, incuruet, & solo aquet carnem, feriat peccus, & alia poenalia requirat, vt peccata plangat, horreat blanditias, fomenta vitiorum, fugiat delicata ferula, indumentalia lenia, & pretiosa, ne istis alluefactum corpus, corrumpatur in stercore vitiorum, & aternorum oblitus talis inueniatur mortis tempore, vt merito timeat in horridum Orcum deuenire.

CAPVT VI.

Quanta sit gloria parata a Deo bonis?

Vulgare est inter homines praemio, & poenain officio contineri: sed seruilis horum conditio plus poenis, quam praemio ducitur, & compellitur ad peccata vitandum: pauci enim ingenui, ac nobiles alacri animo ad obtinenda currunt praemia, calcaria equis adhibendo, vt velociter pergant in brauium, & coronam iustitiae, cum frequentius sit plus apud carnales valere presentes oblectationes, quam spiritalia dona. Hoc patet in facili gratiae amissione, quae si staret in dono aliquo temporali, quo priuarentur peccando, haud peccarent; gratiam tamen adeo parvipendunt, vt ferè pro nihilo reputent. Ita legunt aliqui verba illa Cant. Si dederit homo omnem substantiam pro dilectione, desipient eum. Quasi insanus esset, & turbata mentis homo, qui pro re tam vili emenda, tantum largiretur bonum. At Deus rerum ponderator iustus, adeo gloriam iustis conse-

rendam magni fecit, vt cum eam impertiturus sit, dicet: Possidete regnum, quod paratum est vobis ab origine mundi. Parauit pro domo Paradisum homini, antequam ad eum plasmandum accederet. Qualis illa? Quis capere potest, quantis afflueret bonis, commodis, ac perfectionibus ad deliciandum hominem, quem omnium creabat dominum? Si talis paratur habitatio ad exiguum tempus, qualis domus illa caelestis ab origine mundi coaptata, ac disposita omnibus affluens bonis, omnibus delictis referta: nec enim ob longitudinem temporis de pulchritudine sua quidquam deperdidit; imò ab antiquitate eius colligitur, quam secura sint bona, quam a vetustate aliena, quanta pulchritudine ornata, quanta gratia affecta, vt nulla temporum duratio, nullus annorum curriculum ea demutet, & a puritate primaria deturbet. O bonum ineffabile magnum, cum omnem dicendi artem, ac eloquentiam ornatum superet, ita vt in infinitum excedat, quod de eo dici, aut excogitari queat: idem pauci huius felicitatis tenentur amore, quod pauci aestimant, & in pretio habeant, quae Deus praeparauit diligentibus se, quidque sit ipsum incircumscriptum lumen videre, Angelorum choris interesse, inucri clarè summum, ac infinitum bonum, sicut ipse se intuetur, quin in eo quidquam lateat Beatos, aut obscuretur aliqua via, aut timore, vel alia passione minuatur, cum sit securum bonum perpetuum duraturum, & nulla de causa ablati ab anima valeat, & a creatura aliqua alienari. Verum pro his paucis Deus, non solum bona huius generis reseruauit, sed etiam illis notas fecit vias suas, & aliquibus velut signis, & vestigijs, quanta sint, quamque appetibilia monstrauit. Ex his multi diuina gustauerunt in cōtemplatione cum Deo agentes, & adeo satiati, ac delicijs affluentes euasere, vt in terra, cū essent in corpore, in caelo viderentur residere, iamque tenere, & frui caelesti gloria, nec amplius fruedum restare. Ita Moyses in monte, Paulus in raptu, plurimi ex antiquis Patribus Anachoretæ, & cōtemplationi dediti, qui narrare haud vilia poterant: alios tamen, vt eos inuiteret Deus ad horum formam, & exemplum componebat, & ad magna alliciebat, vt cum Discipulis in monte gloriam suam monstrauit, de qua loquens Ioannes, dicere ausus est: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti a Patre. Sed, cur ista monstrauit inuitans ad praemium; nulli tamen Infernum ostendit, licet verbis de poenis infligendis pessimis disseruerit? Respondeat Chrysof. discrimen assignans, quod Deus, ingenuus cum, sit suos similes esse desiderans, potius ad virtutem inuitat praemio ostenso, quam minitendo eis poenas, ac flagella, quod vilium, & seruorum proprium est: Regnum quidem, vt oculis cernatur, concedit: quia, non illi probi essent, ac perspicaces, satis fuit a melioribus confirmari. Vt dixi, idem paucorum regnum caelorum, quod pauci inuidentur ad praemia; multi vero terreatur poenis: sed timor non adeo virescit in animo, sicut amor. Quamobrem, etsi coërcet, & contineat homines, parum durat, & potentior efficitur appetitus ad peccandum, & transgrediendum mandata inuitans. Coepit mulier timere mortem, lege a Deo lata in comminatione

Nazianz.

Ambros.

Basil.

Cant. 8.

Genes. 3.

Basil. Seleuc.

Idem.

Apoc. 21. 2. & 3.

Matth. 15.

Chrysof.

comminatione positam: at timor iste victus est a cibi pulchritudine, & sapore concepto, & ruit in culpam, & in amissionem bonorum omnium, quae a Deo receperat: non enim ducebatur amore praemij, sed continebatur metu poenae: hunc pellere ab ea serpens tentat, vt aggredi non timeat veritum cibum. Basil. de Selectia oratione 2. ponderans, Nequaquam morieris. Furim, inquit, demit mortis poenam, vt legis munimenta depraderetur. Optime sanè. Nullum aliud lex munimen habebat, vt seruaretur, nisi timorem: quo ablato, quasi ciuitas rupto muro, & domus perforata a fure, ab inimico illa, ista a latrone obtinentur. Poenam adulterat, quod ad legem perfringendam propellat. Idem Basilius: Excusso timore, poenaeque sublata, contra Deum bellum constat. Quo argumento probatur, paucorum regnum citè caelorum, cum pauci amore in eum tendant, ingenuos gerant spiritus, nobilibus excitentur motiuis ad bene progrediendum in virtutis viam. Quamobrem videas diuersis, & dissimilibus rebus idem regnum caelorum comparari, vt thesauro, margaritis, Regi, similiter fermento, grano inapis. Vnde coniciis, quosdam inueniri, qui pro magno ipsum reputant, & auidè quaerunt; alij vero parui pretij rem esse arbitrantur, nec satiari ea humanum desiderium.

Adeo enim res spirituales, & diuini ordinis apud nos incognitae manent, vt earum magnitudinem, pretiumque, & immensam gloriam concipere haud possumus. Assueti his rebus externis, per earum comparationem illa cognoscimus. Quid videre Deum sit, eo frui perpetuo, eius conspectu potiri, & immensam ipsius maiestatem, bonitatem, pulchritudinem amplecti, etque vnitri vinculo perfectae, & indissolubilis charitatis, a nullo malo peti posse, omne tenere, ac possidere bonum, sine fastidio satiari, sine fame semper in eodem fruendo bono permanere, totam conspiciere Trinitatem cum suis perfectionibus; ferè nullus capit, horumque amore tenetur, nisi addas comparationes rerum materialium, deliciarum, fontium, lucis, ac claritatis, gustus, & oblectationis nomina, & ipsum caelum argento, auro, pretiosis lapidibus fulgurantibus, ac diuersorum colorum lumina micantibus simile dicas, vt fecit Ioannes in Apoc. & Solem pro lumine habere, portas eius margaritis claudi, aut ornari: quae omnia sensus oblectant, etque bona ista conducere credimus, cum illa felicitas adeo ab istis distet, vt nec talium bonorum affluentia ibi refideat. Heberes sensus, per quos caelorum Regni amor ingreditur, altiorum incapaces sunt; his cum ducamur caecis, nec mirum, quod incidamus in foueam. Rogat Chrysof. hom. 5. in Gen. cur Dominus elementis nomina non impertit, cum ea finxerit. Et rationem reddit: Dominus nomina elementis ante non imponit, donec ea in proprio loco, suo praeecepto ponat. Ita philosophari possumus de rebus diuinis: verè enim nominibus propriis non gaudent, nisi in proprio natiuitatis loco: extra illum extranea nomina sortiantur, & nostris rebus accommodantur. Lux illa ineffabilis, Solis lumini; puritas, argento; pretiositas, gemmis; fulgor, auro, & similibus comparantur. Nec

mirum, quod amor in earum consecutionem non accendatur in pluribus, cum vix cognoscant, quae Deus super omnem sensum, & intellectum praeparauerit iustis. Vnde Matth. 13. inquit: Insti fulgebunt, sicut Sol, in regno Patris caeli. Cur non amplius fulgor iste omnem Solis fulgorem excedens, micat, ac pulchritudinem suam ostendit? Respondeat Chrysof. hom. 14. in Gen. Tantam dixit: quoniam maiorem hac similitudinem in rebus visibilibus inuenire non licebat. Similiter cum de Dominica transfiguratione differeret, splendorem vultus eius, Solis fulgoribus comparauit, Matth. 17. non quidem, vt talia esse bona illa arbitremur; sed, vt inquit idem Chrysof. vt ex sensibilibus, & visibilibus, spiritualium maximam eminentiam colligamus. Nec sensus nostri maiora ferre possent; sed potius hebetarentur, ac incapaces redderentur ad ea percipienda. Vnde Tertull. lib. de Patientia, cap. 1. optime docuit: Quorundam bonorum, sicut & malorum, intolerabilis est magnitudo. Quae enim, suo pondere, sensus excedunt, non iuuant; sed eos offendunt, & intolerabilia redduntur. Sic docuit Matth. 17. cum audita voce Patris: Hic est filius, intonante, ceciderunt Discipuli, & pene mortui in terra prostrati iacebant, non valentes vim illius vocis tolerare. Sed, cur eandem audiens in Iordane Baptista, non legitur commotus fuisse, ac cecidisse; sed statem permanisse, potens factus eam audire, ac percipere: Hoc significat, aliquos (etsi paucos) posse reddi per diuinam gratiam capaces potendi his diuinis illustrationibus. Et sicut Paulus ad tertium vsque caelum raptus, audiuit arcana verba; quae licet ipse intellexerit, & eis delectatus, ac satiatus fuerit, alijs ea non valuit impertiri, eandem gratiam haud habentibus: ita haec Ioanni concessa, maiora, quam alijs tunc Discipulis, sine sensuum commotione audire, & percipere potuit. Petrus Chrysol. ferm. 5. de Epiphan. Inter haec tamen talia, ac tanta inreptidus stat Ioannes, qui timere non potest, qui totus ad Dei amorem natus angelico testimonio comprobatur. Minora enim vincunt sensuum facultatem, & Petrus sustinere non valens Domini presentiam, cum inultitudinem magnam piscium cepisset, verbis ipsius innitens, extra mentem factus clamabat: Exi a me, Domine: homo peccator ego sum. Quis capere poterit ea, quae nobis conferuntur, licet inuolucris, & operculis abscondita? Christi Domini humanitatem, diuina deliburam natura, Sacramenti presentiam, & ibi residentem personam Verbi habemus, imò & Angelis, ait Chrysof. coram ipso stantibus: Quem Angeli videre horrescunt, nec libere audent inueniri, propter micantem inde splendorem, hoc nos pascimur, huic vnumur. Ibi timorem, & horrorem inuenit, proportione facta ad humana, non quod Angeli sic Deum intuentur, & diuina penetrent; sed summa pace, & gaudio eo fruuntur bono. Quid non mirabile, & supra vires reputabimus, cum nostras superet? De ordinatione sua loquens Paulinus epistol. 6. timore, ac horrore compescebatur, & vix ferre valebat tanti ponderis, & inexhausti boni magnitudinem. Ait ergo: Vix ad hunc intellectum sacra molis capio mentis angustijs, & onus muneris, mea conscius infirmitatis horresco. Quid (si vellet diuinum cogitare Numen, et-

1. Cor. 2. 9. 1. Sai. 64. 4. Matth. 13.

Chrysof. Matth. 17.

Idem.

Tertull.

Ioan. 1. Luc. 9.

1. Cor. 12. 4.

Chrysof.

Luc. 5. 8.

Chrysof. hom. 83. in Matth.

Paulin.



sentiam diuinam contemplari, vnitatem cum distinctione Personarum intelligere) sentiret metus & horroris, & hæc conspiceret claro obtutu, huic pelago committi, tanto vniti, ac strictè amplexando bono, coniungi, ei illabi, ac penetrari, ingredi illud summi gaudij inexhaustum pelagus, nec vires sufficerent, nec suppeteret, qua via ingredi posset, & cõceptum supereminens boni formare. Nec solum ob id Deus hoc regnum similitudinibus accommodis sensibus, & communi concipiendi modo proportionatis nobis proponit; sed, quòd in præsentis statu parcus sit in largiendis bonis, ne supra captum efferamur, & aliqua superbia pulsemur, si tantæ rei luminibus præ ceteris illustremur. Rogat Chrylost. hom. 2. in Ioann. cur de futuro præmio agens Dominus ait Matth. 8. *Qui me glorificat, glorificabo eum.* Et Matth. 6. de præsentis regni inuestigatione agens ait: *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adiucentur vobis.* Regnum solum hæc querendum dicit; ibi tamen glorificationis causam nominat? Et rationem reddit, quòd in præsentis Deus parca bona sua largitur; ibi tamen larga, & exuberanti manu, vbi in tuto omnia sunt: hæc verò periculum est, ne ea amittamus. *Quando iam sine periculo, & diuitiis nobis, & gloria largiri possunt, tunc eas plena, & exuberanti manu diuina nobis benignitas largitur.* Nec aliud hoc, quam ipse Deus, visio, ac eius fruitio, possessio secura, omni depulso metu eam amittendi, in quo beatitudo nostra consistit. Vnde animæ satietas, & omnium aggregatio bonorum. Sicut ex Boëtio 3. de Consol. docet D. Thomas 1. 2. q. 3. art. 2.

Alia se offert ratio ista non æstimandi, & pluris omnibus faciendi. Dauid petit: *Gustate, & videte, quàm suavis est Dominus.* Inuitat animum ad gustum, qui quidem non ad eõ celestem habet vsum, sicut visus: tamen ex eo ortum habet ea conspiceret, quæ prius ignota iacebant. Gustus diuinarum rerum ex consistentia, & perseverantia in bono nascitur: qui enim citò à se eliminat eiusmodi bona, non ea gustat, non eis delicitur, non appetit, ac in magno collocat thesaurorum secreto, ne quantanti ponderis, ac valoris sint, perdat, & parui pendat: qui enim cordi habent ista, & omni cura ea custodiunt, sentiunt, & experiuntur quandam suauissimum diuinæ visionis odorem. Iacob à Patre contrèctatus, cum vestes, quibus ornatus accedebat, manu apprehenderet, non se valens continere inquit: *Odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* referens ad illam bonorum caelestium plenitudinem, quæ sensu percipiebat in persona filij: ac si vellet, ex ornatu animæ, ex odore virtutum, & gratiæ, capi quandam caelestium appetitionem, & assimilari illis bonis fructibus ista, quæ in præsentis possidentur, bona. Pax iusti refert imaginem illius patriæ pacis: gaudium, & lætitia, cordis latitudo, quies animæ, his omnibus, quæ ibi comparabimus, bonis accedunt. Cur Rom. 5. 2. vocatur *spes gloriae*, 2. Cor. 1. *testimonium conscientia gloriae dicitur*; & cap. 4. 17. momentanea, & leuia tribulationum æternam gloriae pondus continere, nisi quòd tunc, qualis ista futura sit, capitur, cum in medijs irruentibus tribulationibus meis gra-

Matth. 8. Matth. 6.

Chrylost.

Boët. D. Thom.

Psal. 33. 9.

Genes. 27.

Rom. 5. 2. 2. Cor. 1.

tiam seruans non penas sustinet, sed gaudium retinet, pacem possidet, lætum cor, & tutissimum experitur: quæ omnia cum in omni sæculi pompa, & gloria Regum non inueniantur, conicit optimè, quantum sit bonum illud, cuius artha, ac pignus in medio miseriarum valeat talia intus operari. Cum igitur paucissimi istam gratiam seruent in anima, diuina non gustant, qua de causa nec vident, quanta bona illa futura, si quæ ad ea assequendum conducunt, ita componunt hominis interiora, vt valeat ferre, & sustinere, ac si quid leue esset, & breue pondus laborum, & tribulationum, & persecutionum, corde lato, facie, ac vultu aequali, pace animi in tuto reposita, ac si aliena essent mala illa, vel in somnis euenissent. Cur Diabolus exorsus est tentationem, cum primi parentes in Paradiso positi à Deo fuerunt? Credo, ne loci amenitate affluenti, ipsum haud crederent, & tentationibus obsequerentur, citò eos deturbare de loco tentat, vt neficiant, quantum sit bonum possessum. Quod probo ex eo, quòd Deus formato homine solo, sceminam adiunxit, eandem cum eo naturam sortitam & gratiam; vt in ea, velut in speculo, agnosceret factorem suum, quem non viderat, nec qualis esset, perceperat. Optimè Basilius de Seleucia oratione 2. *Quomodo igitur aurorem condisceret, qui facientem non viderat? Quomodo Creatorem cognosceret, qui creatorem non spectauit? Similis natura spectatorem fecit, vt in illa, quæ circa se sunt, velut in speculo, contemplantur, ex vultu discat innisa.* Si in scemina ita Deus cognosci poterat, quantò magis in felicissimo statu, in loco deliciarum, in voluptatis Paradiso, si vellet eo diutius frui: quo bono citò ab hoste priuatus est, ne condisceret ex illo, quanta æterna essent bona, vt amore eorum teneretur inuictus. Remedium ergo ad illa cognoscenda, & appetianda experiri in nobis est, qualia sint gratiæ bonæ: ex horum enim gustu conspicietur patriæ, cuius similitudinem referunt in præsentis possessa. Vt enim ista confirmata manent, in Christo duo aduentus recensentur: primus, cum in carne nostra descendit: secundus, cum Iudex adueniet laturus præmia iustis. Ita in nobis geminus aduentus est: primus, per gratiam, quæ vmbra quædam est illius secundi per gloriam. Vnde Threnorum 4. dicitur: *In vmbra eius uiuentis.* Ista hoc habet, quòd ex corpore prodit, eique assimilatur, licet obscurius ipsum imitetur, à quo procedit. Ita gratia in anima vmbra quædam est illius futuræ gloriæ, ex ea nascitur, ipsam repræsentat non ad eõ clarè, vt omnia, quæ continet, agnosci possint, & frui; verum quædam obscuritate velata: id eõ Origenes in Iosue hom. 8. ait: *Vnde intelligimus plura primo aduentu eius obumbrari, quorum completio consummabitur in secundo.* Similiter de gratiæ statu dicere possumus, in ea obumbrari, ac contineri pacem, quietem, cordis latitudinem, gaudium, ac lætitiæ indicibilem, quæ omnia ad perfectum complebuntur in secundo gloriæ ipsius aduentu. Qui igitur cupidine beatitudinis teneri desiderat, gratiam querat, eam teneat, ac conseruet in anima, quæ ex se plurimos pariet fructus, vnde in quandam, licet sub vmbra, natitiam deueniet illius futuræ felicitatis:

Genes. 3.

Basil. Seleuc.

Thren. 4.

Orig.

at

at qui à gratia facilè decidunt, cum non experiantur, eius bona quanta sint futura, minime percipiunt, & potiùs lutea, & face obuoluta, anxie quarunt, quàm illa purissima, & ab omni face defæcata caelestia: cum enim mundis corde illa parentur bona, prauis & malignis nec in mentem veniunt, & iusto Dei iudicio occultantur. Clemens Roman. lib. Recognitionum quærit, cur Dominus firmamentum apposuit caelo Empyreo, & Sedi Beatorum? Rationem reddit: *Ne quis forte indignus habitatione caelestium, Dei ipsius sedem videret, quam his solis, qui mundo sunt corde, preparauit.* Videas, quantum occultentur malis hæc bona, quibus etiam ipse locus sub tegumento firmamenti locetur, ne conspicat ab eis possint, qui *terrena sapiunt.* Quid his apponit? *Nostra conuersatio in caelis est, unde Saluatorem expectamus.* Quasi velit duorum hominum sortes distinguere: qui non pro Deo ventrem, & ingluuiem habent, æterna discunt, & degustant: qui autem caelestia sectantur, inde in spem, & expectationem veniunt consequendi, & optata possidendi. Nos quidem in caelis conuersamur, nos caelestia meditatur, eisque bonis pacimur, vt inde coniciamus futurum, ad ea possidendum, deueniendum. At terreni homines, qui Deum tam rudem, & crassum existimant, à terra non discedunt, eam amant, & eius ambiunt bona, qua de causa priuantur caelestibus, & æternis.

Clem. Rom.

Philip. 3. 19.

Quare secunda conditio, aut dispositio optandi, & æstimandi futuram, & æternam felicitatem est, quòd non harum visibilium amore irriteriamur: compedes quidem animæ coniciamus, ne ad superna volitet, ne ea cupidine desideret: terrenos efficit amor iste, colore, & proprietatibus suis vestiens dilectores talium bonorum. Sicut enim de pulpo dicitur, colorem ex eis, quibus coniungitur, assumere: ita cor nostrum amore terrenorum terrenum efficitur, nec ad caelestia aspirat, eaque, qualia sunt, recogitat, & mente deuoluit; sed solum ista sensilia in pretio habet. At caeli ambientes consecutionem, ab his discedere cogendi sunt, & dicendum est eis: *Recedite, exite inde, si vultis illa æterna possidere, quæ horum comparatione in infinitum crescunt excessum.* Hebræi illi quondam ad æterna viam ducentes, ita dicebantur, & hoc nomine ab alijs Gentibus dignoscebantur, non vt quidam arbitrantur, quòd ab Heber acciperent talem appellationem, nec ab Abraham: sed quòd sonet transitium, quatenus homines erant peregrinam vitam agentes in papilionibus, & tabernaculis habitantes, pergentes liberi à terrenis ad caelestem patriam. Hoc notauit Eusebius Pamphilus 7. de præparat. euangelica, c. 3. *Soli quippe à creaturis naturali ratione, & lege innata, non scripta ad cognitionem veri Dei transire, & voluptate corporum contempta, ad vitam rectam peruenisse scribuntur.* Tales esse oportet, si velimus illa obtinere bona. Secuti enim fuerat Abraham, quem Dominus ad eius deueniens tabernaculum, cum eo volens secretò confabulari, eduxit foras, & secum incedere iussit. Quid hoc significare intendit, expressit Basilius oratione de Abraham: *Peregrinabatur cum Verbo, vt cum Verbo requiesceret.* Qui enim quietem illam caelestem

Euseb. Pamp.

Basil.

concupierit, in hac vita peregrinam degat, & transeat per visibilia ad caelestia, ne affectus his bonis contentus, illa prætereat, & pro nihilo ducat. Imitetur Christum Dominum in illo hospite figuratum, quem suscepit Abraham, & comitatus fuerat, qui cum expectatus fuerit ab omnibus præcis Patribus, tandem adueniens, peregrinam duxit vitam. Admiratus hoc Ieremias, intonat verba ista: *Expectatio Israël Saluator eius in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum.* Apprimè planè, declinans, posuit, quasi velit via recta ad Cælum tendere; sed carne coactus, homo factus necessitate, declinasse, ad ei concedendum parum requieci: declinavit tamen ad hospitium, & communem domum, vbi potiùs incommoda experientur, quam delicia inueniuntur. Quod notauit Theodoretus in Ieremiam: *Quasi viator, qui propter vnus horæ refrigerium, non curas, quali hospitio utaris.* Hoc ductus spiritu Abraham, qui inter nos degit per centum septuagintaquinque annos, nullam domum construxit; sed in tabernaculis habitans, diuersa mutabat loca. Rationem reddens Paul. ad Heb. 11. 9. ita fatuit: *Fide demonstratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob coheredibus repromissionis eiusdem.* Expectabat enim fundamentum habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus. Sed rogabis, quare sepulcrum inter Palæstinos pecunia probata tanti emit, quæ ei gratis concedebatur? Responsum accipe: sepultura enim locus requieci est, vbi terrena vita commutatur in perpetuam, & omnia mundi bona relinquuntur, vt illa, quæ non videntur, obtineantur: locus requiem significans pretio emendus est. Et emitur quidem, tum fide in illa futura bona locata, tum contemptu terrenorum: non enim hoc terram emere, & in pretio habere significat; sed potiùs propter requiem, ex qua sequatur possessio æternæ felicitatis, omnia prodigenda bona esse, & fide solum deferenda ista, propter illa desideranda. Hier. in testamento Geruntij sic habet: *Locum sibi requietionis Pater Abraham, fide sua, & contemptu diuitiarum comparauit.*

Theodoret.

Heb. 11. 9.

Genes. 23. 6.

Ierem. 19.

Matth. 23.

1. Cor. 13. 8.

Psal. 115. 4.

Hieron.

Nec arbitreris, velle nos homines pauperes, & peregrinos ad caelestia consequenda reddere: certum tamen est, ad id plurimum conducere, his omnibus carere oneribus; tum, ne eis teneamur; tum, vt maiori in pretio illa habeamus. Sed, cum Abrahæ mentionem fecerimus, hominis, videlicet, diuitias habentis, & inter Orientales præcipui nominis, & gloriæ gaudentis, stat caelestia querere, qui his bonis gaudent: ita tamen, vt corda à Dei amore non alienent, nec impedimento sint æternæ salutis consequendæ. Hoc breuiter expressit Ier. 19. *Adificauerunt, ait, excelsi Baalim, qua non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum.* Quomodo ista cum diuina omnium scientia componuntur? Illa enim Deus ignorare dicitur, quæ non probat, nec finem ab eo intentum sequuntur. Sic habes plurima testimonia *Nescio vos, Elegerunt Regem, & ego non sciebam.* Qui ignorat, ignorabitur, nec memor ero nominum eorum. Exponat ista Hieronym. ibi: *Non quòd Dominus futura nesciat, sed qua indigna sunt sua notitia, ignorare se dicat.* Quæ Deo repu-

Q

repu

repugnante fiunt, num domus, palatia, ciuitates, Regia habitacula? Minime: sed ea, quae pro fine habent vanitatem, idololatriam, cultu inanium Deorum: quae verò ad Dei cognitionem, & gratiam exhibendum animum conducunt, minime prohibentur: ita bona illa, quae in idola conuertuntur, & ad pranos fines ordinantur, nec concedit, nec agnoscit; quae verò Dei timori, honori, & operibus misericordiae seruiunt, grata sunt ei, & benedictionibus suis auget, vt patet in Abrahamo, & filiis eius, in Iosepho, Dauide, Iobo, & aliis. Item, in desiderio eius est, ne in hac captiuitatis vita plurima agglomerentur bona, quae quò crescunt, eò in corde fixius radicantur, & impedimento sunt bonis caelestibus augendis. Ier. 16. captiuu populum contemp-  
*Ierem. 16.* *Glossa.* *Theodoret.* *Hieron.* *Marc. 5. 17.* *Iohan. 4.* *Theophyl.* *Genes. 3.*

que, eò quòd amore teneretur caelestium, & diuini mandati: at affecta sensibili, ac delectabili bono, ceterorum obliuiosa facta, dulcedinem, saporem, pulchritudinem quasi denuò appofuit in eo, vt ipsum appeteret, ac fumeret. Chrysof. Chrysof. hom. 16. in Genes. *Quare non antea illi aliquid in mentem venit, nec lignum hoc considerauit, eiusque pulchritudinem vidit? Quia timebat mandatum Dei, & subsecuturum supplicium.* Quò enim quis plus rebus sub sensum cadentibus afficitur, à diuinorum aestimatione, & amore elongatur. Ille enim ista securè possidet, qui nullo inordinato tenetur eorum amore, nec quidquam pulchritudine, dulcedine, oblectatione, aut splendore suo à Dei timore, & amore euellit. Tentabant Dæmones feri, & immanes, & occupantes sepulcra mortuorum, auertere homines à via illa, ne quis per eam transiret, vt & notanter signat Euangelista vocabulo, iter: *Ita vt nemo possit transire per viam illam.* Quae ista? Num materialis, quae ducebat ad sepulcra, ab eis occupata? Minime: sed audi Dominum dixisse: *Ego sum via,* quae ducit ad vitam. Intendunt ergo Dæmones, exosi hominibus, prohibere iter istud; & ne hanc teneamus viam in caelum ducentem, vel terrore, & allicitium bonorum. Petrus Chrysol. Sermon. 16. *Dæmonum ista cura, ne ad Deum homines possint reditum inuenire; hac enim de causa Christus via dicitur.* Quasi cupiens nos ad se trahere, & à terrenorum auellere amore, ne eam, quae perditionis via, aut praecipitium dicitur, teneamus, certi de eius fauore, vt ab eo non declinemus, quamuis Dæmonum pulfemur obstaculis. *Vt ad viam per viam, ad Deum per Deum venientibus obfistere via Dæmonum non valeret,* inquit idem Petrus Chryf. sup. qui enim hanc sequuntur viam, nec ab ea declinant, cernentes iuxta iter scandalum iniectum, securi possunt bona temporalia possidere. Iob 2. *Et opulentus proponitur, recensenturque bona illius, quot greges, & quantum familiam, auri, & argenti quantum possideret copiam. Quod horum fundamentum iacitur, ne vanitatis turrem erigat: Erat vir simplex, iustus, timore Dei correptus, & aliis virtutibus ornatus. Qui talis existit nullo diuitiarum pondere poterit à virtute distrahi. Origenes ibi: Ex quibus intelligitur viro, qui Deum amat, nihil esse impedimento ad virtutem, Religionemque adipiscendam, cum hac externa bona ei non sint neglecta. Nec satis est, hoc in periculo versantibus, ista non possidere; sed nec ea videre, ac contemplari, sicut vidimus in prima femina attentè conspicientè pulchritudinem, & saporem fructus ex verito ligno pendentis: ad eò enim cor hominum leue est, & ad sensibilia procliuè, vt quauis data occasione rapiatur affectu, & desiderio eorum, quae obtutui eius conspicienda proponuntur. Vbi Paulus 2. Corinth. 4. amatores aeternorum considerat, qui quidem minuta omnia censent, quibus comparari liceat illud regnum, aeternum pondus secum ferens, addit: *Contemplantibus, non qua videntur; sed, qua non videntur: qua enim videntur, temporalia sunt; qua autem non videntur, aeterna.* Notanda verba, non contentus Apostolus, quae contemplaturi simus, docere, etiam*

Math. 3. 28.

Iohan. 8.

Chrysol.

Iob 2.

2. Cor. 4.

etiam addit, quae nec cogitare, nec ad mentem adducere oporteat; nempe visibilia, sensibus placentia; menti tamen noxia, & veneno plena. Cum enim quæsitores simus eorum, quae aeternum pondus habent, ab omni fascino oculos prohibeamus, ne laedatur mens, & aeternorum obliuiosa fiat. Chrysof. pulchrè tale documentum præbet: *Ita nimirum & praesentes molestias leues, & futurum illud premium ingens, atque amplum existet, si ab his rebus, quae aspectu sentiuntur, animos nostros abduxerimus.* Tunc locus datur animo, occasioque offertur, mentem sine impedimento leuandi, & figendi in illis ponderosis bonis, vel in vno omnia continente, & pro eo habendo omnia incommoda leuia; reputandi omne delectabile, & delicias afferens, vile, ac nullius iudicandi pretij: *Qua enim videntur, temporalia sunt.* Quae ista? Tribulationes, paupertas, nuditas, agritudo, fames, persecutio? Non vtrique: sed omnia sub sensum cadentia, licet oblectamentum afferant, licet ad celsitudinem pertineant, licet secum gloriam afferant, quamuis in eis Regum purpuram, coronam, regnorum, & prouinciarum amplitudinem, victoriarum gaudia, & reliqua bona, quae hunc statum comitantur, includas. Chrysof. *Qua enim videntur, ergo & eiusmodi sunt afflictiones? Nec verò dixit, tales sunt tribulationes, sed omnia, quae videntur, sine supplicium dicas, sine quietem, ac relaxationem animi, vt non sit cur, aut tormentis frangaris, aut deliciis emolliaris.* Valeant ergo ista omnia, nec ob incommodum haud timenda, nec ob delectationem, & abundantiam amanda: & aeternorum ambiamus pondus, quod nullo sine clauditur, tam in re, quam frui licet, quam in spatio, quo duratura sit: *Qua enim non videntur, aeterna.* Aeternum, & ipsum bonum, aeterna fructio, aeterna pax, & satietas, aeterna omnium in eo possessio, aeternus locus, aeternum etiam & æuum, & durationis spatium. Si quae prohibentur, consideres, omnia mala, & reeque, quae ibi locum non habet: ibi enim nihil coinquinatum ingreditur. Quod accipe dictum, non solum de puritate beatium; sed etiam de perturbatione illius felicitatis: omnia excludit, nihil ibi ingredi permittit, quod turber mentem, sensus, & omnia, quae iustus in Deo occupata habet: non ibi manus sententiam dicens contra Balthasarum inter epulas, & concubinarum delicias, ac ferculorum, vini que abundantiam: non vox illa terrorem incutiens diuiti in sua se complacenti bona: *Stulte, hac nocte, &c.* Ibi enim nullus datur locus perturbationi, metui, & inimicorum incurfui, Dæmonum bello, tentationum procellis, inimicitiarum, & simultatum emulationibus: omnia stant: & quemadmodum initio ceperunt, ita perpetuò durabunt, & in aeternum permanebunt. Si ad positia conuertas mentem, hæc sunt, quae afferunt secum summam, & indicibilem oblectationem, satietatem, & affluentiam, consistuntque in ipsa summi boni fructione. Videt, & possidet Beatus quiuis hoc bonum: possidere tamen supra videre, addit quandam certitudinem, & securitatem (omni relegato timore ac metu) semper tenendi, & amplectendi illud, nunquamque amittendi, aut absentiam illius sustinendi: vnde animus ad eò accenditur, & rapitur in eius amorem, vt pro virili amplectatur, & totis viribus diligit. Nec plus potest; nec id, quod in facultate illius

Chrysof. in d. locum Pauli.

Idem hom. 9. in epist. ad Corinth.

Dans.

Luc. 12. 10.

est, remittit; nec cum anxietudine id præstat, ad quod possibilitas eius extenditur: sed summa pace, ac quiete eo fruitur deliciarum fonte. Cernit, quòd ab ipso similiter infinito pòdere amoris amplectatur: & quamuis nulla coactio voluntati fiat, ipsa quies animi, & pax, facilitasque vtendi potentiis, sine fatigatione, cura, labore, anxietate, semper in eodem bono amanda persistit; nec auelli momento ab eo potest, cum nihil obfistat, & omnia fomenta præsent amor; nec ibi illud Domini ad Mariam: *Noli me tangere.* quod enim ei reseruauerat, cum ad Patrem peruenisset, hoc tunc in patria gratissimè concedit, & nullo intercedente metu, aut impedimento apposito, pedes, manus, cor, & reliqua amplectenda, ac deosculanda concedit. *Quid de Regia dicam: quid de sede, & eius amplitudine, de locitate Angelorum, ac tot Sanctorum copiosissimo, castrorum, & acierum numero? vbi omnes vno reguntur corde, vno in bono vincuntur: Inter reliqua ibi visenda, occurrit Beatissima Virgo, hominum, & Angelorum Regina, cuius admiranda gloria, maiestas, pulchritudo, morum suauitas, amor in omnes, humanitas ad eos gratissimè, ac placidè suscipiendum, loquendum, & iuuandum, vix dici, aut excogitari potest. Super omnia ibi Sol micat, Humanitas, videlicet, Christi, omnium Patres, à qua, quibus inebriantur iusti, amnes profluxerunt; cuius mente, & prouidentissima cura, in tam inexhaustum pelagus deliciarum ingressi, fatiantur. Quas ei reddent gratias: quanta laudum, & gratitudinis in eam exhibebunt signa? Ibi omnes vna voce, vno corde occidunt diuina huius Ducis, ac omnium Imperatoris facinora: insatiabiliter, & incessanter semper reboant voces à Seraphinis repetitæ: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.* Sanctus quidem ob diuinæ naturæ sanctitudinem: & etiam Sanctus propter humanæ naturæ gratiarum copiam. Sanctus tandem: quia omnis sanctitatis fons, & origo existit, à quo omnes Sancti nominantur, & sunt digni omni honore.*

Quis pro tam pulchra sede, & gloria plurimos nò sustinebit labores? Parua omnia meritis censerì possunt, comparatione facta ad tam ingentem diuitiarum cumulum. Ad hoc obtinendum bonum totos esse attentissimos oporteret, & nec minima præterire, quae huic augendo præmio seruirent, labores, facultates secunda, & aduersa, omnia membra corporis, & mentis instrumenta huic fini dicanda veniunt. Denique temporis interualla, & momenta, non solum quod inutiliter teritur, ab hoc sine deuians; sed dolendum non plurimas congregare diuitias; cum id fieri in nostra relinquatur potestate, vt enim testatur Hieronymus, *Semper grandia in potestate arbitrij nostri stia sunt.* Qui enim grandia dicit, & pœnas, & præmium comprehendit. Quemadmodum in nostro arbitrio est sustinere aeternum supplicium: ita etiam in eadem est potestate Cælum apprehendere, & nos ad brauium extendere. Vtinam ista contempleremur assidue, vt Paulus docuit, & monuit 2. Cor. 4. *Contemplantibus, non qua videntur; sed, qua non videntur: qua enim videntur, temporalia sunt; qua autem non videntur, aeterna.* Vbi notanda vniuersalitas, tam eorum, quae videntur, quam quae non videntur. In primis videtur mala, & bona; labores,

Iohan. 20.

Hieron.

2. Cor. 4.





de discesserit, & quod iret: quæ suam contextens historiam, audiuit ab eo sanum consilium migrandi ad dominam, ei parendi, & sub manu, ac imperio eius sua omnia subiiciendi. Quod contemplan Rupertus: *Vide, inquit, quantum valeat vehemens passio ad nos alienandum à Domino, fugam meditatio, & ad Aegyptios mores redeundo.* Addit tamen: *Quidquid lex sancta iubet dicendo: Non concupisces, non moechaberis, &c. quidquid, inquam, in tabulis duabus digito Dei scriptum est, hoc seruiti carnalium multitudini volenti moechari, & amanti concupiscentias suas pœna est: si se timore pœnae cobibeat, hoc ipsum afflictio est: quia timor pœnam habet: idcirco populus carnalis huiusmodi non ferens imperia, multoties confugit ad gentium idola, quorum sub cultiva concupiscere, fornicari, & moechari licitum esse putabat.* Quando autem audit consilia sana, mens prius Deo, & legi eius rebellis: Cum enim post lapsum in aliqua afflictione, aut labore mittitur; tunc aures aperit, veritatem audit, legi subditur, Deo obtemperans redditur. Ita idem Rupertus sup. *Toties Angelus Domini reuocauit ancillam: quoties in tribulatione clamantes Deus audiuit.* Hoc ipsum significauit Isaiæ 30.3.1. promittens Doctorem, & Magistrum nobilicium degentem, nec à latere discedentem, quem audire, & videre possimus. Statim addit: *Audies verba post tergum momentis: Hæc est via, non declinetis, neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Cur post tergum, cum dixerit: *Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum?* Alius certe magister est iste, qui post tergum susurrat, ne recedamus à via, quam occipiti monstrat; cur non præ oculis obicit viam, sed eam cæcæ parti corporis ostendit: vt enim nos à vero separet, & abducatur magistro, qui rationi loquitur oculos habenti; spectat, aut excitat passionem, quæ cæca dicitur: vt ei ducatum præstet, seu præcipitium: sic enim à lege rationis remouet metem, & sequi abrupta carnis cogit: tunc enim nec præstat magistrum propè habere, cum imperet cæca passio. Ita Hieronymus ibi, qui ait: *Semper enim corporis partem decipere festinant, iuxta illud, quod in Psalmo legitur: Vt sagittæ in obscuro rectos corde.* Qui enim poterunt eiuusmodi fugere magistros? Illos sanè decipere nequibunt, qui à magistro veritatis eruditi euaserint pleni luce, & decipientium fallacia, & fucata verba cognouerint. Ita Septuaginta habent ibi: *Nequaquam appropinquabunt tibi, qui decipiebant te: quia oculi tui videbunt eos, qui te seduxerunt, &c.* Et infra: *Et contaminabis idola de argentea, & de aurata, comminues ea, & disperges.* Hæc finxerat cæcitas, & eadem lux veritatis destruit, ac comminuit. Vbi Hieronymus Septuaginta exponens ait: *Cum intellexerint, atque perspexerint cordis oculis veritatem, & eos, qui se deceperant, tota mentis ratione cognouerint; nequaquam ultra ad eos valebunt accedere, postquam se senserint intellectos.* Hinc coniciet, quantum interfit inter cæcam mentem duci facilem à prauis magistris, esseque obtemperatam, & luce veritatis persulam; hæc quidem & hos non timet, neque illi ad eam audent accedere; sed obtemperans facta, vel magistris documenta amplectitur, & legem eius in cordis medullis custodit. Vnde solet obseruari hæc opportunitas à prudentibus, ne in vacuum laborent, homines percitos passionibus alloquendo, & monendo; sed benè paratam mentem spectantibus,

Rupert. 5. in Gen. c. 2. 5.

Rupert.

Isai. 30. 2. 1.

Hieron.

verba non importunè, verum opportunè diffundant. Chrysof. hom. 2. in Genes. hoc monet, & tempore Quadragesimæ homines institutos, & coërcendos docet; quando, videlicet, excessus ventris, & libidinis omnino præscinduntur euulgata lege ieiunij, & continentie: *Nam, si nunc hoc non fecerimus, quando est ieiunium, & gula contemptus, & tanta bonarum cogitationum serenitas; quomodo talia proponere poterimus, quando delicia, comestiones, & magna dissidia?* Hæc enim in causa sunt, vt legis paucissimi obseruatores inueniantur, passionēs vigent, mentem rapiunt, feruire eam faciunt deliciis, & cupiditatibus, feruntur in præceptis omnia, quæ hominis sunt, cum hæc contingunt: hoc enim vocat Paulus, *regnavit peccatum in mortalibus corporibus:* quanuis enim mentionem faciat mortalitatis, ac debilis nature citò consumenda, ad eò virefcit peccatum, vt more Regum imperet, cogat, vim inferat, & sibi subiectos obtemperantes efficiat. Rom. 6. Chrysof. & Oecum. magnum discrimen recognoscunt inter tyrannidem, & regnum illa in nolentibus exercetur; regnum verò volentibus, vt hinc coniciant hunc Regem, & eius Regnum non coactè, sed spontaneè esse in nobis obtemperantibus legibus, ac tributis eius. Et iste addens, quid regnare peccatum sit, ait: *Quid autem regnare in nobis peccatum? explere desideria carnis.* Notandum tamen, quòd, vt timorem iniiciat huius Regis, posuit: *In vestro mortali corpore.* Cum enim Diabolus mortale regnum habere sciat, calcaria equo applicat, vt solutis habenis per scelerum campos currat velociter, sciens, quia *modicum tempus habet. Coronemus nos rosis, antequam marcescant; comedamus, & bibamus: cras moriemur.* O quanti hæc acti consideratione vim inferunt nature, vt omnia prodigè consumant; vt non sit pratum, nec quid, ex quo venari queant oblectationem, quod non degustent, scientes breuem esse vitam! Notandum etiam ex Theodoro, discrimen constituyente inter tyrannidem, & regnum, illam esse peccati propriam; hoc verò à nobis provenire: illa enim, vt tyranni more agat, rebellè que excitet passiones, insurgere, & vim inferre præcipit. At hoc non sufficit, vt nobis imputetur malum, imò potiùs, hanc tyrannidem sustinentes, plura bona lucratur. Verùm culpa in consensu est, qui à nostro arbitrio proficiscitur. Ita habet: *Illud enim est illius proprium; hoc verò nostra mentis: animi enim perturbationum motus, & vexatio inest nobis natura; eorum autem, quæ sunt prohibita, actio à nostra mente dependet.* Itaque certamina efficit tyrannus iste, non victoriam decantat, nisi noster intercedat consensus. Sed dices: Ergo semper regnat, cum ei obedientia præstatur, & mens aridet ipsius iussionibus? Amplius docere videtur Apostolus, cum à nobis obtinere cupiat, ne peccatum regnet in mortali corpore, si obedientes simus ipsius concupiscentiis: aliud enim videtur esse in nobis, aliud Regis ius, ei concedere. Verùm errant, qui hoc discrimen machinantur: idem enim est regnare, ac semel admittere in mente per consensum, tunc paremus, obsequia præstamus, concupiscentiis subdimur, rationem seruam, ac captiuam sub peccati iugo reddimus, vt agnoscas, non honorem captiuitatis per peccatum; sed vilissimam mancipiorum conditionem

Chrysof.

Rom. 6.

Chrysof. Oecum.

Apo. 12. 1. Sap. 2. 3. Isai. 2. 13.

Theodos.

Chrysof. hom. 11. in hanc locum.

Idem.

Matth. 25. 24.

Matth. 23. 4.

conditionem imitari. Ob id regnum dicitur, non quidem quòd Regiam occupare, & circa Regem degere honoris res sit; sed summæ ignominie: quod pulchrè Chrysof. notauit: *Et enim absurdum planè, atque indecens, ad calorum Regnum vocatos pro Regina peccatum habere: vocatos, vt cum Christo regnent, peccati captiuos esse malle: perinde ac si quis diademate à capite abiecto, imperis acta mulieri, mendica, ac panno se, seruitutem seruire velit.* Seruitus autem adeò vilis in eo est, vt quasi propria, & ingenita orbetur libertate ad bonum amplectendum homini concessa. Idem Chrysof. supra: *Cum enim que vult facit, tum demum omni libertate orbatum est: cum autem distinctur, prohibeturque, tum vel maxime propriam dignitatem tuetur.* Vt ergo leniat huius pugne energiam, apposuit in fauorem certantium, mortale esse corpus, parum duraturam pugnam, vt resistendi huic tyranno vires elargiretur: quæ enim citò finienda repræsentantur, nec timenda, si mala; nec amanda, si delectabilia appareant. Tum etiam vt non dura sibi imposita præcepta credat homo: habent enim mortale, caducum, fragile corpus, Deus non onerat, nec grauat præceptis; sed lenia, & ei commoda iubet: quis enim instrumentum debile, ac parum habile ad portandas sarcinas plurimum onerat, & importabilia imponit pondera? Nemo planè sanæ mentis. Vt ergo ista duo nobis præ oculis poneret, mortalis corporis meminit. Ita homo, etsi vexatus ab hoc tyrano, passionibus irruentibus, & velut marinis vorticibus nauem offendentibus, vt cedat eorū insultibus mortem propinquam, & membris hærentem conspiciat, cum te miserum homunculum audacter vexent, & infestent, recordare, quòd mortalis sis; tum, vt parum duraturam pugnam credas; tum Deum non grauiora, quam ferre possis, onera imposuisse, patienter sustine, dignitatem tuam ne perdas, & Regnum Diaboli stabilias. Hæc duo Chrysof. docuit, & Theodoretus, qui sic habet: *Dominus, vt qui mortalibus, & ad hoc passibile corpus habentibus leges ferret, ea statuit, qua illorum imbecillitati respondeant.* Et infra: *Ostendit autem bellum non diuturnum futurum, corpus mortale appellans. Cum id enim mortis terminum acceperit, cesset etiam animi perturbationum insultus.* Seruiant hæc duo ad ferendum legis imperia: & vt semper ista regnet, non peccatum, in mortalibus corporibus. Attende, quòd mortale corpus gestes, ne te inueniat imparatum mors. Vide hoc ipsum, vt parum pugnam duraturam credas, vt non querulus aduersus præcipientem Dominum sis, sicut ille, qui aiebat: Scio, quòd durus sis: colligere vis, vbi non seminasti: talentum abscondi, vt quale accipi, reddam tibi. sed potiùs ex fragili tua natura, & figmento carnis, collige Deum, non dura, sed lenia præcipere; non onera importabilia; sed digito mouenda imponere. Cum Deus iuberet, Abrahamum filium sacrificare coram eo, cogitare cœpit, ne durum præceptum resistenti natura videretur: Nonne ego sterilis degebam, & omni spe filiorum iacebam frustratus? Dominus dedit insperatum filium: ipsemet, vt ei reddam, iubet: cur mutò concessum bonum dator non soluum, gratias ei referens, quòd tanto fructus fuerim tempore

hoc rarissimo pignore? Cui considerationi addit Basilus de Seleucia oratione 7. *Tali oratione, tanquam generosa ratione, semper natura obloquens os obstruxit.* Cum enim iussa Dei facienda ad manum venerint, si quid oblatret caro, repugnet appetitus, durum credat humana licentia, os eius obstrue, hac ratione: Dominus vniuersorum, cui parere æquissimum est, hoc iubet, quis audebit ei resistere? quis carnis leges obicere, vt vincant Dei mandata? Valeant impedimenta omnia: nihil durum, nihil, quod Deo comparari possit, occurrit. Vincat lex, pax cum eo ferat palmam. Quare non culpanda lex, sed nostra cupiditas damanda: illa enim semper iussa, & nostris viribus accommoda iubet: nos prauis moribus afflicti, inobedientia rebelles, passionibus subdi faciles, legem grauem, durum censemus. Optimè Saluianus 3. de gubernat. *Quòd lex bona est, nostrum non est; quòd autem male viuimus, nostrum est: imò hoc magis culpabiles sumus, si legem bonam colimus, & mali cultores sumus.* Quanuis Deus nulla alia pœna multaret legi suæ inobedientes, nisi illa, quæ ex culpa nascitur, onera, videlicet, portare incredibilia, satis est ad eos puniendum: necessum enim est, cæcos ad hæc trahi. Quemadmodum Samson ad molam mouendum, & vt asinus ad idem munus occupatus, quam molam meritò imponit peccatori, eius præcepta dura iudicanti. Expressit hoc Ambrosius Serm. 10. exponens illud Matth. 18. *Expedit eis, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Quid hoc significat in pœnam hominis scandala parantis alius? Quis iste? nisi qui legem duram prædicat, facilem, ac stratam peccatorum viam censer, præcipuè si vir est alias habitu, professione, annosa ætate grauis, quorum dicta, & facta plurimū mouent paruulos, & debiles in virtute, vt titubent in ea, & sequantur eandem viam: vt enim ait Saluianus 3. de gubernat. *Fædius inebriatur sobrietatem fronte præcedens. Quòd plus valeat ad alios inducendum, & ebrietatem facilem reddendam.* Qui ergo sic scandalizant, digni sunt hac puniri pœna, vt oculi eorum claudantur molam super collum portent, quo acti onere in profundum facile demerguntur: quis enim, nisi passione cæcus, sic diuinam legem, tanquam grauem, condemnet, eamque à se abiiciat, deponat onus, existimans expeditum manere; cum tamen pro leui iugo pondus sustinere cogatur incomportabile, quo feratur in malorum pelagus, & peccatorum profundum? Ambros. supra, vti dixi, sic habet: *Portat lapidem, qui portare iugum Domini recusauit, asinus ad molam, cæcus ad lapidem, gentilis ad saxum, qui adorat eum, quem non videt, nec agnoscit.* Vt enim ait Moyses: *Noni, recentisque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.* Quando ista: *Immolauerunt Damonis, & non Deo; Diis, quas ignorabant.* Quis valeat cogitare, qualia Diabolus sacrificia imposuerit, quam grauiam præceperit; cum tamen Dei mandata facilia essent? Istam mententur mutationem, qui pro onere diuinorum præceptorum, grauiissimas compelluntur ferre sarcinas, Dæmonum regnum stabile, corpus fragile, & animam grauari, ac vexare. Hæc lex proponitur, quæ diuina, & Decalogi dicitur, à Deo Moyfi concessa, omnibus lata,*

Basil. 5. c.

Saluian.

Ambros.

Saluian.

Dent. 32.



decem continens præcepta, quæ totum hominem componunt, & Deo obsequentem reddunt, omnes amantem, & vt iura eorum in fracta conseruentur, sua tuerentur, cum hæc lex aded rationi consona sit, vt in eis quisque experiatur, quod pro aliorum bono præcipiatur, videlicet, nolle in his rebus ab aliis lædi, in quibus ei iniungitur, ne lædat eis.

CAPVT VIII.

De primo Præcepto Decalogi.

§. I.

Explicatur primum veteris legis Præceptum.

SI ordinem antiquæ legis teneamus, & à primo Præcepto initium demus, inuenies Decalogi huius caput, ad fidem spectare potius, quam ad charitatem. Decalogus Græca vox est; Decalogen enim significat decem verba, siue decem fœderis conditiones, propter decem præcepta in duabus tabulis conscripta Dei digito. Exodi 20. habes, cum se Deum dicat, addit: Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in celo desuper, & quæ in terra deorsum; neque eorum, quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles. Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in seruitiam, & quartam generationem, &c. Et cap. 34. de lege hac in monte Moyse à Deo data, & eius digito scripta, continente, quæ cœpimus exponere, & quæ postea addentur: quibus annecte, quæ habentur Leuit. 19. vbi eadem recensetur lex, breuius tamen. Præterea Deut. 4. ob hanc præstantem legem, & Dei curam, eam populo suo imponendo, superbes nationes eminare affirmat. Talis, & tam magnifica lex, merito, sicut Sol, inter tenebrarum caliginem radiat, & sui emittit splendorem, vt præferendus sit reliquis hominibus populus, & talem Deum colens, & talia suscipiens, & seruans præcepta: Quæ est enim alia gens sic incluta, vt habeat ceremonias; insitque iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? Et tandem horum decem verborum in communi mentionem facit, quæ expendit cap. 5. incipiens à prohibita imaginum fabrica, & cultu inaniam Deorum, &c. Verum Dominus Matth. 19. hanc docens legem volentibus ad vitam ingredi, initium fecit ab homicidio: & Matth. 22. à Dei amore legem exorditur, quem sequitur Luc. 10. interrogans: In lege quid scriptum est? Responsum dedit legisperitus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Cum tamen Mattheus tertium taceat, & solum ex toto corde, anima, & mente diligendum Deum affirmet, & vtique Euangelista proximi amorem Dei dilectioni connectunt. Verum, si ad examen adducamus, cur exorditus fuerit Dominus à sui notitia, cum frequens sit apud omnes, primum Decalogi præceptum Dei amorem, & proximorum, conti-

nerere; ea est, vt primum sui præponat notitiam, ingentem magnitudinem, potentiam, & solum adorandum, ac colendum, cum solus verus sit Deus, & omnium Dominus, vel timorem, ac reuerentiam incutiat. Exorditur ergo ab insinuatione maiestatis suæ, vt cognitum legislatorem magis reuerentur, eiusque propositis mandatis, maior apud omnes autoritas constet: vt tamen leniat grauitatem præceptorum, & nos ad seruandam legem adducat, & alluciat, & pœnam frangentibus statuit, & benedictionem ad ferendum hoc pondus offert. Ezechiel. 36. Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiat, & operemini. Sic quidem iugum, vt dicebamus cap. præcedenti, suauiter dixerat Christus Matth. 11. & Trident. sess. 6. cap. 11. damnat Dei præcepta impossibilia, aut intolerabilia dicentes: Sed inbendo monet, & facere, quod præceptis, & petere, quod non possis, & adiunat, vt possis. Coac. Trid. Demum etiam eiusmodi grandiloqua præcipiendi forma se Dominum appellans, & zelotem, & vniuersorum Deum, eò tendit, vt omnes sibi subiectos contineat in officio, nullumque exemptum à lege reddat, vt fateatur idem Trid. supra. Nemo autem, quantumvis insinificatus, liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet. de quo cap. præced. egimus, quod omnium Dominus præcepta omnibus proponat, & promulget, cui parere tenentur. Præterea, vt legem propositam exponamus, tam Exodi, quam Leuitici, & Deut. supponendum est primum omnium, statuere firmam fidei petram, cui innitantur reliqua, super eam addenda oportere, quis verè Deum colat, amorem in eum locet, reliqua propter ipsum diligat, nisi credat Deum solum esse, & nullum alium præter ipsum amandum, ac colendum. Quamobrem se Dominum pronunciat, cum dicat: Ego Dominus. Similiter prohibet, ac damnat idololatriam, obseruationes superstitiosas, vsum etiam artis magicæ, quæ omnia, nisi Deo authore fiant, ad eumque referantur, aut peccantur, inania sunt, vana, ac inutilia, vel arte Dæmonis conficta, vt in honore ab hominibus habeatur, & à Dei cultu, suo introducto, eos auertat: qui enim ab aliquo, qui Deus non sit, ista desiderat, eum colit, adorat, veneratur, tãquam quoddam Numen potentia suprahumanas vires ostendens, ob id omnia ista prohibet, & quem admodum vir sponsam suam factam zelat, ne alium amatorem diligat, nec fidem conjugalis copulæ frangat, (ided zelotes dicitur:) ita Deus, ne furetur inimicus corda nostra, eaque demulceat donis, & rebus optatis concessis, zelotes nuncupatur, vt auertat homines ab inani cultu, & honore Dæmonibus exhibendo, existimantes ista, quæ visu cernuntur, ab eius inuocatione, & ob reuerentiam ei factam procedere. Theodoretus in illud Ezechielis: Propter hoc discedit zelus meus à te, inquit, signum esse obliuionis, & cordis auersi, abstinere à zelotypia: Hoc est, quando te amabam, zelo erga te affectus eram: postquam autem te abiecero, zelus meus quoque exstinguetur. Ex Septuaginta habet: Et dimittam furorẽ meum super te, & auferentur zelus meus à te, & requisitam, neque sollicitum ero amplius. Ita etiam Vulgata illius, quibus addit: Tanquam

Tanquam de homine zelotypia affecto, agrè ferente uxoris adulterium, hæc dixit: Et a cura, quam de te habeo, solutus, ac liber ero: non amplius me amatores tui ad zelotypiam adducent, & hoc tibi inferam supplicium. Vt ergo amorem deposcat, & sciat hominem, cui ipsum impendere debeat, seipsum prodit, & omne scandalum è medio tollit, omnemque errandi occasionem detrahens; Deos inanes, fictam ostentantes Diuinitatem, & potentiam, & omnes artes, quibus ad deum, & præcipit itur, quales sunt superstitiosa obseruationes, & magiæ vsus. Hoc idem prohibet Deuter. 12. Dissipate aras earum (Gentium, videlicet,) & confringite statuas, lucos igne comburite, & idola comminuite. Ita Iacob discedens à Laban fecit. 1. Reg. 18. Saul abstulit magos, & ariolos, & interfecit eos, qui Pythones habebant in ventre. Hæc vocat David Ps. 113. Opera manuum hominum, vt doceat, talia inferiora homini esse, tanquam fabricata ab eo, nullumque Numen, ac diuinam potentiam in eis inhæsisse: nec solum eminentiores haud sunt homini; verum in pœnam, quod talia confixerit, eisque Diuinitatem, & venerationem concesserit, ait: Similes illis fiant, qui faciunt ea; & omnes, qui confidunt in eis. Quasi ipsos mereri, & dignitatem hominum deperdere, dum colunt, & pro Deo venerantur, quæ ipsi inferiora sint, & parum, quod artis habent, ab ipso acceperint, & similes illis fieri, quod inanes cum sint, nullius laudis digni, venerationem ab aliis stultis, & mente captis hominibus, in quo similes. Cardinalis: Quia sicut illa, nec vident, nec sentiunt; sic illi, qui ea colunt, ostendunt se, nec videre, nec sentire. Vel si manus cum August. Videntes, & audientes oculis, & auribus, mente torpescunt: adorent tamen clausis, & mortuis membris, nec videntia, nec viuencia simulacra. Præterea legem amoris (suo honore indemne manente) proponit, vt sciat homo, Deo, quem colit, ac veneratur, seruire debere. Hæc duo inseparabilia sunt, Deum adorare, & ei soli seruire: sicut Christus Dominus Matth. 4. Satan docuit ab ipso experientem adorationem. Vnde inquit: Satana, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruis. Cum ergo indignum sit, tibi seruire, etiam iniquum censendum est adorare. Ex quibus verbis exemplum nobis præ oculis appositum, vt Deo solo adorato, ei seruiamus solum. Quod Hilarius optime expressit in dicto loco: Præbuit etiam huius reprehensionis effectum, magnum nobis Dominus exemplum, vt contempta humana potestate, gloria, & sæculi ambitione postposita, solum meminissent Deum, & Dominum adorandum. Vnde sequitur, ei etiam seruitia dicenda, ne ergo ex adoratione Principum, & gloriæ sæculi obtinentium, seruitus inferatur aduersaria diuinæ, repulsam fecit, & à mundiali abundantia oculos auertit. Confirmat August. epist. 39. ad Deogratias, omnem excludens, adorationem quouis titulo fucatam, cum nullus ornatus, magnitudo, potentia, nobilitas, fulgor, & gloria, à creaturæ conditione quenquam extrahat: Omnis quippe illa interpretatio, ad creaturam refertur, non ad Creatorem, cui vni debetur seruitus religionis, illa, quæ vno nomine latræ Græcè appellatur. Hoc ipsum verbum Græcum significat; nec aliud latræ, quam seruitus est. Idem August. lib. 10. de ciuitate, cap. 1. Latræ quippe nostri vbiunque sanctorum Scripturæ

rum positum est, interpretati sunt seruitutem. non quancunque; sed addit: Sed dicitur seruitus, quæ pertinet ad colendum Deum. Vt ergo amplius explicet, quæ Deo seruitus debeatur, quis ei exhibetur cultus, eodem lib. 10. cap. 4. sic habet: Hic Idem. est Dei cultus, hæc vera religio, hæc recta pietas, hæc tantum Deo debita seruitus, Deo adherere: imò cum eodem præcepto dicitur: Diliges proximum, sicut te ipsum. addit: Cum mandatur de proximo diligendo, sicut se ipsum, quid aliud mandatur, nisi vt ei, quantum potest, commendat diligendum Deum: Nec alia obedientia, & seruitus excluditur, nempe, intellectus, captiuantes eum in obsequium fidei, vt Deo dicenti, Audi, Israël, &c. nulli credamus, Deut. 10. neque audiamus, nisi ei loquenti vera, qui nec falli potest, nec fallere vult. Præterea in eisdem verbis: Non adorabis Deos alienos: non facies tibi sculptile, &c. Exod. 20. Idem prohibet adorationem inaniam Deorum, ne eos consulamus, quasi ab eis accepturi simus bona, vt 4. Reg. 1. 2. & 1. Paralip. 10. 13. sed Deum, vt ibi de David ait, cap. 14. 10. Consuluit David Dominum, &c. Vt spes nostra in eum tendat, ab eoque omnia pendere credamus. Hæc arbitror de causa, hæc vetans fieri, addit: Ego sum Dominus Deus tuus fortis, & zelotes. Vt ostendat in eo ad omnia parandum, ac elargiendum, esse fortitudinem, & vim infinitam, cui nulli possit obistere humana potentia. Hæc tria complectitur præceptum à Christo Domino traditum, de quo supra: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, ex omni mente.

§. II.

Dei amor in hoc præcepto præcipue iniungitur.

VT ergo ista exponamus, cor ad amorem Deo, & proximo debitum referamus: eo enim amantur bona: cordi enim esse dici solent, cum chara nobis sunt. Totum exposcit Deus, vt cum nullo diuidatur. Nec sufficit cordis capacitas Deum, quantum debet, diligere: contentus tamen est, si diligat, quantum valet: corde etiam exposcit diligere, vt suauem legem reddat, ne arbitremur tantum Deum timendum, verendum, & tota membrorum consensione adorandum esse; amorem exposcit ad insinuandam suauitatem, & amare nos, reddens vicem nostri affectus, imò ab eo dilectio initium sumit. Et primum ab amore ordimur: nam iste vel ordinat, vel deordinat, & turbat reliqua Dei offerenda, aut neganda. Ordinavit in me charitatem, ait Sponsa Cant. 1. cum se introductam in eius Regiam fateretur, ne infelici pede, sed secundo ingrediatur, si ordinate discat amare: quod exposuit Prosper lib. 3. de vita contemptat, cap. 15. Quid est (inquit) diligere Deum, nisi illi occupare animum. Et infra: In ipso amore seruire legitimum modum, nec peruenire dilectionis ordinem constitutum. Ordinem dilectionis illi perueniunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum, qui contemendus est, diligunt; aut corpora sua minus diligenda plus diligunt; aut proximos, non sicut seipfos, aut Deum, plusquam seipfos forte non diligunt. Sumendus ordo ab amore Dei, neque naturalia

Exod. 20.

Leuit. 19. Deut. 4.

Deut. 4.

Matth. 19.

Matth. 22. Luc. 10.

Ezech. 36.

Coac. Trid.

Idem.

Ezech. 16. 42.

Septuag.

Vulgata.

Deut. 12.

Genes. 35. 4. 1. Reg. 18.

Psal. 113.

Ibid.

Cardin.

August.

Cant. 3.

August.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Cant. 7.

Prosper.

Bernard.

ralia ordinatè amare possumus, nisi ab eo ordiamur. Bernardus tract. de diligendo Deo: Oportet Deum diligere prius, ut in Deo diligere possit proximus. Inde etiam nosceret amor componitur, ne metas rationis excedat. Cum autem in Deo diligendo nullus signari modus possit, quem Dominus proponit, ad possibile cuique extenditur: qui enim totum dicit, nihil excludit, totum cor possidet, totum replet, & occupat: vincitur enim per amorem, & quantum cor dilatur, & vacuatur aliis amoribus, Deus tenet, & replet illud. Cur dilectio dicitur, exponit Chrysofost. Eò quòd duos liget. Bernard. Serm. 83. in Cantica, se corrigens, quòd amorem contractum, matrimonium dixerat, addit: Parum dixi, contractus, complexus planè, ubi idem velle, & nolle idem, unum facit spiritum de duobus. Quam queris aliam inter sponsos necessitudinem, vel connexionem, præter amari, & amare? Hic nexus vincit etiam, quòd natura artius vincit, vinculum parentum ad filios. Quid mirum, si ex toto corde poscat amari, qui strictissimis vinculis amant inhaeret. Et contra, ut nulla resideat in animo affectio, præter eam, quam exhibet sponso, sic exposuit Chrysofost. in Matth. cap. 22. illud, ex toto corde. Diligere Deum ex toto corde, est, ut cor totum non sit inclinatum ad alienum rei dilectionem magis, quam Dei. Totum pondus amoris, quasi in centrum lapis, propendere debet in Deum. Et quemadmodum iste, quidquid ei adiungitur, in centrum ducit, & eò coniungit: ita amor diuinus, quidquid amandum se se offert, totum in Deum refert: se, proximum, vitam, diuitias, gloriam, imò ipsum premium, non vt bonum intuetur proprium, & desiderat, vt oblectetur; sed vt Deo fortius, & immobilius vniatur. Quòd apprimè docuit Bernard. de diligendo Deo: Verus amor seipso contentus est, habet premium, sed id, quòd amatur. Et infra: Verus amor premium non requirit, sed meretur. Sic quidem omnia secum portat ad Deum, vt nihil ametur, quòd Deo non referatur. August. de doctrina Christiana, ita habet, cur ex toto corde dilectionem postulat: Vt quidquid aliud diligendum venerit, illuc rapiatur, quò totus dilectionis impetus currit.

Chrysofost. in Matth. 22.

Idem.

Bernard.

August.

Idem.

Idem.

1. Cor. 13.

Præterea dicamus, cur ex toto corde dilectio poscatur? Attende, cor pro amore poni, vt inquit Honorius super cap. 4. Cant. Pro cor amor intelligitur, qui in corde esse dicitur, & conueniens pro contento ponitur. Sicut enim cor fons vitæ est, motuumque principium, & nullà etiam minimam patitur diuisionem: ita amor, ubi venerit, vt inquit Bernardus, omnes in se traducit, & captiuat affectum. Serm. 83. in Cant. Ita amor regit, moderatur, excitat omnem animi harmoniam, cæteris rebus vitam, & spiritum conferens, & nullam, aut minimam diuisionem patitur; statim interit, si aliquid præter, aut contra Dei beneplacitum diligit.

Honor.

Bernard.

Præterea, ex toto ponitur reddendus amor, quòd creatura fateatur, se amplius reddere non posse: si enim plus haberet, debitor maioris pensæ facta, plus redderet. Bernard. Serm. 83. in Cant. Nam est minus diligit creatura, quia minor est; tamen si ex toto se diligit, nihil deest, ubi totum est. Ratio est, quòd se totam Deo concedit, & nihil virtutum relinquit, vt alteri obtemperare queat, quam cui totam se tradidit. Prosper de vita contemplat. cap. 15. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum; quem si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, unde peccati desiderii seruamus. Vt ergo ostium omnino claudat inimico, ne aliqua minima obventa parte ingrediatur, idè ex toto corde, nulla hosti concessa portione, diligendus est Dominus.

Idem.

Prosper.

Denique primò omnium exposcit charitatem, vt securiorem reddat suorum fidelitatem: non enim vult in timore persistere, qui licet in initium det rebus, desistendum ab eo est, vt amor occupet cor, vires virtutibus præstet, persequerantiam operibus: quæ enim à timore proficiscuntur, nec durationem habent, nec securitatem. Et quemadmodum notauit Chrysofost. oratione in Pentec. in id ad Gal. 5. Fructus autem spiritus charitatis, gaudium, &c. Seruauit viam virtutibus: radicem sicut, ac deinde fructum indicauit: fundamentum iecti, ac deinde adificium impositi; à fonte initium duxit, & mox ad flumines deuenit. Ita Dominus, alia imponens præcepta, à fonte, radice, & omnium fundamento inicit, vt cætera sequentia facilia reddat: in timore enim quædam intercedit coactio; in amore verò spontanea voluntas. Exponens August. illud Psal. 1. 8. Sed in lege Domini volumus eius. notauit, non dicere sub lege, quasi onus ei imponatur, quòd ferre cogatur; sed in lege ei per amorem adhaerendo, idè addit, adesse voluntatem. Chrysofost. hom. in 22. Matth. docet, magis eum diligere, quam timere. Quare: Timere enim seruorum est, diligere filiorum. Timor sub necessitate est, dilectio in libertate: qui timore seruit Deo, pœnam quidem euadit, mercedem insti-tia non habet; quia inuitus fecit bonum propter timorem. Non vult enim Deus, quòd timeatur seruiter ab hominibus, quasi Dominus: sed vt diligatur quasi pater: quia adoptiuus spiritum donauit hominibus. Inde enim ortum habet illud: In his duobus mandatis (amoris Dei, & proximi) vniuersa lex pendet, & Propheta. Quòd haud difficile sit, hoc iacto fundamento, eam totam seruare. Faxit Deus, vt amor iste in corde omniū radices mittat: inde enim omnia in tuto erunt. Bernardus Serm. 83. in Cant. timorem, reuerentiam,

Galat. 5. Chrysofost.

August.

Chrysofost.

Matth. 22. 40.

Bernard.

Chrysofost.

Bernard.

Jacobi 1. 18.

1. Ioan. 3.

Ephes. 5. 1.

Idem.

Malach. 1.

Gal. 5. 12.

Chrysofost.

rentiam, & amorem contemplans primas amoris concedit: Quid in his præstat? Quid eminet? Nempe, amor. Absque hoc, & timor pœnam habet, & honor non habet gratiam. Amor per se sufficit, per se placet, & propter se: ipse meritum, ipse premium sibi est amor. Præter se non requirit causam, non fructum: fructus eius, vultus eius; amo, quia amo; amo vt amem. Meritò ergo lex vniuersa ab eo pendet, qui omnia condit, & sapore suo dulcia, ac facilia reddit. Cum enim homo conditus fuerit ad imaginem, & similitudinem Dei, ipseque imaginem à se formatam statim amauerit; ita planè in ea similitudine amorem impressit, vt reddat filius patri suo vices, & amet tantum Parentem, à quo imaginem accepit. Chrysofost. hom. 42. in Matth. inquit, non contentum Deum, hominem fingere, addidisse ad imaginem, & similitudinem nostram: Similare autem filiis conuenit ad parentes; non enim seruis ad dominos suos. In quo hæc similitudo consistat, exponit Bernard. Serm. 83. in Cant. inquit enim stare in eo, quòd per amorem toto animæ pondere feramur in Deum: Deus enim, cum Filium dilexit, apposuit similitudinem in intellectuali representatione, quòd necessarium operaretur. At cum hominem finxit, istam statuit in amore: Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis suæ. Cum ergo ita operetur voluntas, & Dei amor similem hominem sibi formauit, in eiusmodi amore. Ad hoc probandum affert illud Ioannis: Scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Admiranda (ait) prorsus, & stupenda illa similitudo, quam Dei visio comitatur. Charitas illa similitudo est: siquidem erit ad alterutrum casta, & consummata dilectio, agnitio plena, coniunctio firma, societas indiuidua similitudo perfecta. Ponam exemplum. Nupti quis accipit nobilissimam fecundiam, quæ amore sponsi capta, nescit discrimen sanguinis, & diuitiarum, ac potentia affluentiam agnoscere; sed voluntatis pondere dilecto adhæret, & omnino ei similis reputatur: id enim præstat amor. Bernardus ad hoc Serm. 83. exponens illud ad Ephes. 5. Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi: & ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit vos. Cernis, quam pari passu currere videantur Dei dilectio cum nostra? Quam perfecta filiorum ad parentes intercedat similitudo? Addit Bernardus: Talis conformitas maritat cum Verbo, cum, cui similis est per naturam, similem ipsi se exhibeat per voluntatem, diligens, sicut dilectus est. Quid hæc conformitate incundius, quid optabilius charitate. Et quauis Malach. 1. honorem petat, quæ Pater est; tamen, vt inquit idem, vt Sponsus id non exigit; sed amorem: illa enim vnio inter Deum, & homines, eos maritat, sicut vltimus viti. Verum id, Pater. Sed si Sponsam exhibeat, puta, quia mutabit vocem, & dicit: Si ego Sponsus, ubi est amor meus. Exigit ergo Deus, timere, vt Dominus; honorari, vt Pater; amari, vt Sponsus.

Hic amor in Deum comitem habet etiam in proximum dilectionem: ad eum enim verum est, vt cum de charitate ad Galat. egerit Paulus, eamque fundamentum posuerit, addit statim, gaudium. Et exponens Chrysofostom. oratione in sanctam Pentecost. qua de causa charitatis gaudium conuenit, eam reddit, quòd stat cum Dei amore, gaudere de aliorum felicitate, & bono, ac si proprium esset: Non enim fieri potest,

vt gaudij materia nos commoueat, priusquam aliorum prosperitatem nostram ducamus; & proximi bona, propria reputemus. Si autem secundum præceptum cur simile dicitur, quæramus, respondet Euthymius secundum dici, quòd ex illo procedit: simile verò, quia qui Deum diligit, proximum diligit seruans illius præceptum. Cum enim Deus amantes suos roget, vt proximos diligant, qui ipsius tenetur amore, nec lato vique discedere potest ab eius iussione. Duo quidem mala hominem infestant, doctrina, & vitæ: si illa praua, ista corrupta sit. Hæc, inquit Theophylact. in 22. Matth. vitantur amore Dei, & proximi. Vt ergo non incidamus in impia dogmata, diligendus est Deus: ne autem sit vitæ peruersa, diligendus est proximus. Quòd in his duobus pendat lex vniuersa, patet ex eo, quòd præcepta, aut in Deum, aut in hominem tendunt. Dilctione Dei seruantur, quæ in Deum; proximi verò, quæ in hominem. Idem Theophylact. sup. Qui enim diligit proximum, omnia mandata implet: qui autem omnia mandata implet, diligit Deum: atque ita duo illa mandata, omnia mandata continent.

Euthym. in Matth. 22.

Theophyl.

Primum, & maximum mandatum dicitur lex charitatis, non quòd in decem verbis ponatur; sed dignitate, & virtute, vt inquit Origenes, Chrysofost. & Eusebius in 22. Matth. & quòd tantum valet, quantum reliqua mandata. Eusebius ibi: Hæc est igitur causa, quare hæc duo mandata prima dicantur, & maxima: quia tantum possunt hæc duo, quantum cætera omnia.

Primum, & maximum mandatum dicitur lex charitatis, non quòd in decem verbis ponatur; sed dignitate, & virtute, vt inquit Origenes, Chrysofost. & Eusebius in 22. Matth. & quòd tantum valet, quantum reliqua mandata. Eusebius ibi: Hæc est igitur causa, quare hæc duo mandata prima dicantur, & maxima: quia tantum possunt hæc duo, quantum cætera omnia.

§. III.

Dei amor ad fidem, & spem extenditur.

Diximus in hoc amore Dei imbibere, quæ lex Exodi, & Deuteronom. exposcit circa diuinum cultum, & prohibitionem sacrilegij, Daemonum, & inanum imaginum cultus. Præcipit, vt eum amemus toto corde, de quo supra; tota mente, id est, integra intellectus virtute, vt vera credat, Deo propria concedat; extranea, & aliena abiciat, & nulli honorem diuinum præter ipsum impertiat. Chrysofost. hom. in Matth. 22. Cuius enim intellectus Deo miristrat, (captiuat intellectum in obsequium fidei,) tota mente diligit Deum. Facultas ista ad inquirenda, & amplectenda vera procedit. Cum ergo inueniat in vno esse Deo, & quòd dignè sit honorandus, ipsum tota, ac integra mente approbat, & honore debito, & Deo tanto digno veneratur; reliqua tamen inania falsa, honore, & cultu indigna reputat: vnde eiusdem percepta veritatis ductu, & ipsum colit, & Diis negat honorem. Nec caret ratione optima, cur in amore includatur intellectus plenitudo: nam securitas amoris ex tali duce consequitur: amor enim impetuosis affectus est, & facilis decipi, si solus relinquitur. At intellectus fide armatus penetrat veritatem, & eam solam amandam proponit: vnde de vehementi amore dici solet, rationem non expectare, prudentia haud contineri; sed dicere: Sic volo, sic cupio, sic desidero vehementer. Accedit ergo prudens ratio, & a mori securitatem impertiat. Bernard. Serm. 77. in Cant. de amoris dulcedine agens, ait: Verum hæc carnis dulcedo falli potest, si desit prudentia.

Chrysofost.

2. Cor. 10. 5.

Bernard.

prudentia.



denia: necesse est igitur adesse prudentiam, qua diligenter interiora mysteria inuestigare possimus, ut parati simus omni poscenti reddere rationem. Ex tota ergo mente etiam diligendus est Deus, quatenus amor ad eius aras mentem adducit, ut vera ipsius mysteria penetret, & amplius in eius accendatur amore. Inde quidem maximam fiduciam assumit, fidelitatem proficitur, cum certò sciat, quam dignum sit diuinum Numen honore, & veneratione. *Deus autem noster in celo.* Quibus hæc dicuntur, vel qua de causa? Gentes nos iridentes in terra sunt: Vbi est Deus vester? Quibus fidenter facit fides satis, dicens: *Deus noster in celo.* Nec contentus id affirmare, addit: *Simulacra gentium, argentum, & aurum: opera manuum hominum.* Vbi sentiunt Patres, statuta vesa religione in diuini Numinis cognitione, transitum facere ad eos irridendum, qui interrogauerant, vbi esset Deus noster, monstra eos colere, asserendo. Hieronymus, & Cardinalis simulacra dicunt à similitudine hominum conficta habere originem. Credo à similitudine quadam cum vero Deo, cum illis honores diuinos concederent, taliter nominantes. Vos quidem similitudinem quandam Diuorum colitis, nos veritatem, & ut eis honorem dignum Deo reddatis, argentea, & aurea confingitis: si enim pretiosiora vilipendenda sunt, quid de aliis imperfectæ materiæ, & vilioris formæ dicendum putatis? ut arguit Cassiodorus. Et Glossa: *Ve erubesceret colere viliora, quorum & pretiosa probantur, irrisa opera, scilicet, manuum hominum.* Ad hanc similitudinem conscendit fides, ut amor in Deum, & in contemptum inanium securum, & audacem reddat. Bernardus Serm. 77. in Cant. *Reuera quis fidus, verisve anima amor, nisi vique is, quo veritas adamatur? Rationis sum compos, veritatis sum capax; sed vique non forem, si amor veri defecerit. Horum quippe ramorum is fructus est, & ego radix, non sum securus à securi, si absque eo inueniar.* Nec parum conducit, alia via, eiusmodi amor ad sui perpetuitatem. Discrimen etiam inter amantes verū Deum, agnosco inter doctos, & parum fidei mysteria inuestigantes, quod isti amant quidem verum; deest illis sapor, & dulcedo huius cibi, quod parum de illius perfectione, & excellenti magnitudine penetrant. At primi maximè in Deo gaudent, & complacent, saporēque admirandū inueniunt, tanquam assequentes, (etsi non plenè, quoad potest) eius perfectiones. Hunc vocat Bernardus sapidam amorem. Sic habet Serm. 85. in Cant. aiens: *Si quis sapientiam, amorem defuerit, non à vero deitare videbitur: vbi autem amor est, labor non est; sed sapor. Et forte sapientia à sapere denominatur, quod virtuti accedens, quoddam veluti condimentum sapidam reddat, qua per se insulsa, & aspera quodammodo sentiebatur.* Hoc sapientia munus, condire, dulcorem conferre rei amatae, ne quid insulsum degustans ab amando cesset, sed potius audiūdi quotidie in incepto persistat, & crescat.

Accedat huic ex toto corde amor, & ex mente, amor ex anima, & totis viribus, quod spei conuenit: hæc enim, sicut anima vires præstat corpori, motus, & reliqua officia; ita spes in Deo innitens, velut anchora aduersus fluctus maris, radicibus, & rupibus fixa, continet in tu-

to nauem; atque sic Deo hærens, in ipsòque fixus, firmitatem confert, qua de causa vires augetur, ut omnes in eo amando expendantur. Psalmo 72. exprefsit Dauid: *Mibi autem adhaerere Deo bonum est: ponere in Deo spem meam.* Quibus verbis annectit ibi Augustinus: *Fluctus? præmitte ad terram hanc anchoram: nondum hæres per præsentiam: inhaere per spem.* Adiuuantes enim hæ facultates sunt amoris: fides amandum luce sua monstrat: spes firmitatem confert; quauis longè à portu sit, in salòque fluctuet, dicatque: *Fleu mihi, quia incolatus meus prolongatus est,* &c. Verum anchoram habet, qua iniecta, aduersus inimicorum icūs, & procellas insurgentes firmus consistit, securus de præmio, ad quod per spem assequendum insurgit, iuxta illud Apostoli Roman. 5. *Gloriamur in spe gloria filiorum Dei; non solum autem, sed etiam gloriamur in tribulationibus.* Hac enim spe facti, ipsæ tribulationes, tantum patitur bonum, gloria quædam sunt. Nec istæ demunt gaudium, pacem, quietem, & Sponsi amplexus, quibus ei firmius adhæret animus. Hæc Bernardus Serm. 83. in Cant. ut probet, nullum optate amantem præmium, nisi ipsi vniri, & vinciri Deo: *Suspensus est mihi amor, cui aliud quid adipiscendi spes suffragari videtur. Sponsa res, & spes, vnus est amor: hoc Sponsa abundat, (spes mea Deus,) hoc contentus est Sponsus: nec is aliud querit, nec illa aliud habet.* Pulchrè ait, vnum esse spem, & rem, non agnoscentes discrimen inter frui, deliciarum, & bono nunc temporis carere: spe enim res à longè suspiciens amatum appropriat, & quasi eo animus fruatur, ei vincitur, & vnitur perfectissimè, quatenus tribulationibus circumdatus degat. Quare pronunciat: *Gloriamur in tribulationibus.* ibi requies, ibi quies: ibi summi boni possessio; quia perfectus amor non tendit tam in delicias, ex possessio bono prouenientes, quam in ipsum nulla absentia à corde pellendum, aut obliuioni dandum. Hæc spes erigit mentem, & quandam energiam impertit: est enim virtus circa ardua, ea superat, sicut nauis, maris conatus, hærens anchoris, rupibus firmata. Ita virtus, & præcipue amor, spe erigitur, & quasi caput aduersus insultus hostium eleuat, ut Bernardus pennicillo suæ eloquentia pingit epistol. 178. ad Innocentium Papam: *Fideliter loquor, quia fideliter amo: nec enim securus est amor, vbi dubietatis scrupulus, suspicionis facem retinet.* Hanc fiduciam spes producit, & auget, qua ardua omnia superat, ne impedimentis appositis amoris contineatur, aut retardetur impetus: ut enim amor non fallatur, fides inuatur: ut non cogatur, spes in omnia inaccessa confidens confert, ut bono se appropriet amato. Ad hoc Bernard. Serm. 20. in Cant. *Disce amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter.* (Ecce tria hæc in adiunctis voluntariis virtutibus reperiri.) *Dulciter, ne illece; prudenter, ne decepti; fortiter, ne oppressi ab amore Domini auertamur. Zelum tuum inflames charitas, informet scientia, firmet constantia, sit feruidus, sit circumspectus, sit inuictus.* Vide, quanta cum eloquentia hos discernat amoris affectus, ut associet sibi virtutes, prudentiam, circumspectionem, robur, & fortitudinem, fidem, & spem impertiendo. Et vt ea, quæ Deuteronom. 6. & Matth. 22. præcipiuntur, seruentur, & his virtutibus sua tribuar propria munia,

nia, addit: *Dilige ergo Dominum Deum tuum toto, & pleno cordis affectu: dilige tota rationis vigilia, & circumspectione;* (hoc est, mente diligere,) *dilige & tota virtute, ut nec mori pro eius amore perimescas. Sit suauis, & dulcis affectui tuo Dominus IESVS: sed sit nihilominus intellectui præuia lux, & dux rationi, ob fidei veritatem ab hereticis fraudibus, versutisque custodiendum: sit etiam fortis, & constans, amorus, nec cedens terroribus, nec succumbens laboribus.* Ita firmatur amor in Deum, & omni ex parte munitur, ne labor obstantibus inimicorum insultibus. Cum enim Petrus per maris vndas incederet, vento agitata inueniens timuit, & manum Domini clamoribus petiit. Cur timuerit, si roges, respondet Ambros. oblitum apostolica dignitatis humano se gessisse more: *Humano magis affectu dubitauit, quam apostolica auctoritate presumpserat.* Verum hoc ortum habuit ex eo, quod huic nauigio deorant spei anchoræ, quibus aduersus maris vndas firmus stare facile posset. Bernard. Serm. 20. super Cant. *Errat bene instructus, sed parum adiutus: non ignarus mysterij, sed martyrij pauidus.* Deerat illi robur animæ, qua impauide Deus amatur, & vires præstat ad fortiter dimicandum, & dura vincendum. Cur rogo Ioan. 15. ait Dominus: *Maiorem charitatem nemo habet, quam si animam ponat quis pro amicis suis.* Non vitam, non corpus frangendum tormentis; sed animam inquit: Vult planè ex tota anima, & ex totis viribus amorem ad hæc perferendum mala parare, quia nulla restat vincenda difficultas. Bernard. sup. *Non abduci blanditiis, nec seduci fallaciis, nec iniuriis frangi, toto corde, tota anima, tota mente diligere est.*

Matth. 14.  
31.  
Ambros.  
  
Bernard.  
  
Ioan. 15.  
  
Idem.

S. IV.

Religionis virtus in hoc præcepto includitur.

Adendum tamen est, cum legem Christi Domini de amore cum præceptis antiquæ conciliemus, Luc. 10. 27. addere amori ex corde, ex mente, & anima, ex totis viribus: vires enim ad corporis actus spectant, in quo verè impleri iubet, quod Exodi 20. & in Dent. sæpè repetitur, ne externo cultu inania idola colamus: ibi enim adoratio diuino Numini debita intimatur: contra verò, ne talem Diis falsis, imaginibus in creaturarum honorem fictis, impendamus honorem: quod accipe de religioso cultu, & ex virtute religionis dimanante; non tamen de humano, & politico dominis, Regibus, & aliis in dignitate constitutis exhibitio: iste nec præcipitur hac lege, nec prohibetur. Vt ergo vires corporis ad hunc Deo præstatum honorem præstò habeamus, adiunxit, *ex totis viribus diligendo.* Nec præterea honor præstitus sanctis Reliquiis, & imaginibus excluditur, quæ omnia, & adorari signis corporis humilitatem, & feruitutem quandã præferentibus, non modò licet; sed decet, & oportet ita tractari, de quo plurima aduersus nuperos Hæreticos adducunt nostri Magistri, vt Bellarminus, Vasquez de adoratione, Canisus in Catechismo, p. 1. q. 8. & 9. circa primum Decalogi præcepti. Vnde, cum Exodi 20. præcipitur: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem.* Non adorabis ea, neque co-

Bellarmin.  
Vasquez.  
Canis.  
  
Exod. 20.

les. minime huic veritati aduersatur: vel enim hæc prohibitio non se extendit ad populum Christianum; sed prohibita ista Iudæis, ne ob ignorantiam, & gentis facilitatem, pro Deo talia colerent, vel prohibita imagines, & simulacra inanium Deorum, aut hominum inter Diuos, & Heroës, potius ob vitia, quam propter virtutes publicè expositorum. At Ecclesia veneratur, & colit sanctos Viros, qui testimonio probati Cælum pro sede obtinent, & inter Beatos recensentur, potius in eis Dei, quam ipsos honorans, qui talem præstatiam, & sanctitudinem imperitiuit; nec patriæ adoratione eos colit, sed dulciæ, quæ minor est, & creaturæ congruit; nec item politica, & humana, sed ex religionis virtute nascens: religio enim virtus est nõ tendens in Deum, (esset enim theolocalis;) sed in diuinum, ac externum cultum, & honorem: vnde mentis humilitas, affectus seruiendi, & venerandi cum conuicti possit, quæ virtus inter morales recensetur: hæc enim templa, Basilicæ, Oratoria eriguntur, vbi laudibus, & sacrificiis Deus honoratur, & etiam Sancti cum eo Cælum obtinentes, non quòd sacrificia ad ipsos dirigantur; sed in Deum, gratias ei referendo, quòd tales eos fecerit, & ipsos inuocando, & virtutes de prædicando, & Numen supremum honoramus, & eorum intercessionem, & fauorem, quasi adorando, exequimur. Similiter corporum Reliquiæ venerantur piè, & magna cum religione; tum, quòd illis mira, ac laude digna, cecidit in Dei honorem compleuerunt, & cum spiritu membra illa in resurrectione futura gloriam assequuntur, proportionem seruata inter corpus, & animam; tum, quòd in memoriã per talia velut spolia, venimus, spirituum, vbi refecerat sanctitas, & modò gloria perfruuntur. Similiter imagines, tam Domini, quam Sanctorum, cultu religioso veneramus; non tamen arbitantes illis diuinitatem inesse; sed eas referentes ad prototypum, in quo vera residebat sanctitas, & quasi eos præsentem haberemus imaginū recordatione cultum præstamus, semper mentem tenentes in viua Dei imagine, non in mortua; & si quis honor sistit in imagine, ille met trahit ad representatum per eam: imago enim imbibitã habet relatione ad exemplar, tanquam eius similitudo, qua de causa implicat eam venerari, vt imaginem, & ibi sistere; sed transire in ipsum prototypum. Hæc omnia latissimè apud prædictos Antiores habentur, & apud Vasquez lib. de Vazquez adoratione, Francisc. Suarez in 3. part. tom. 2. vbi de hoc egregiè disserit, Concil. Trid. sess. 25. post Decretum de Purgatorio. Conc. Trid. post Decretum de Purgatorio.

Horatur tamen decentiam in imaginibus curandam: abhorret enim ab ornatu nimio, qui potius redolet profanum hominū abusum, quam imaginum sanctarū monumenta, quare omnem excludit, & prohibet indecentiam. Notandum tamen, cum symbola in imaginibus proponuntur, vt Trinitas in æqualibus personis senectutem præferentibus, aut iuuentutem ostentantibus, & Christum Dominum in agnum commutamus, aut in lapidem, aut leonem, vel aquilam, non tam velle bruta illa colere, quam similitudinem cum prototypo in aliqua virtute

Psal. 113.

Hieron. Cardin.

Cassiodor. Glossa.

Bernard.

Bernard.

exprimere, vt mansuetudinem in agno, magnanimitatem in leone, &c. sicut dicitur agnus Dei, leo de Tribu Iuda, vitis, & similia. Similiter in tribus Personis iuxta nostram mensuram, angustè sentientes de diuinis, vt signemus æqualitatem in eis, tam in iuuenili ætate, quam in senili: quia alia via haud possumus ista explicare, aut debito modo rudibus contemplanda proponere. Quo fit, vt imaginum contemptus, & exterior iniuria, cum percutiuntur, feriuntur, franguntur, proiciuntur in terram, & alia his similia, sunt in earum iniuriam; grauißimum peccatum mortale est, & quanuis mixti sit fori, ad Inquisitores spectat per legem, Manichæos. C. de Hereticis. vbi ait: Quod in Religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam.

S. V.

Peccata Religioni aduersantia recensentur.

Peccata verò aduersus religionem pugnantia, plurima sunt, de quo videndus D. Thomas 2. 2. q. 92. & sequent. Primum tamen superstitio dicitur, & nos anilia mendacia solemus appellare. Sumitur à verbo superuicere, vel superstes esse, quod sensibus conuenit: hi enim, & foemina multa obseruant, quæ falsa, & inania sunt; vel, quia laborant capite ob ætatem longævam, vel quia falsa cum veris defectu memoriæ connectunt; vnde monstra consurgunt, quæ superstitioses dicitur. Est tamen quædam vana religio, & obseruatio Deo aliquid indignum tribuens, vel debitum honorem denegans. Primum, cum aliqua, quæ in vsu non sunt, sunt, quasi in illis quid diuinum, & ad honorem Dei spectans lateret. Secundum, cum ei debitus cultus, & honor creaturæ conceditur, quasi in illa talis adorationis, vel inuocationis ratio, & dignitas esset; hæc enim idololatria nominatur, cum debitus Deo honor creaturæ impertitur.

Ex hac superstitione nascitur inter alia mala, diuination, quæ ad futura protendit, & signis auium, animalium, aut aliarum rerum naturalium, futura libera, pro certo euentura esse conicimus, vt D. Thom. q. 95. art. 1. Si autem fiat per astra, iudiciaria dicitur: nam iudicium fert de futuris contingentibus soli Deo notis, & per eius reuelationem manifestandis. Qui autem ad hoc hac pessima vtuntur arte, damnati sunt 23. q. 3. cap. Igitur. cap. Non liceat. 26. quæst. 5. cap. Illud. & cap. Sed & illud. Tacitus lib. 1. historia: Genus hominum Principibus infidum, credentibus fallax. Varro, grauißimus Romanorum Author, affirmat, aduersus hos homines leges tulisse, Vitellium, Diocletianum, vt patet C. de maleficiis, & Mathematicis. Cicero lib. 2. de Diuinatione, affirmat, falsò hos homines, tam Iulio Cæsari, quam Pompeio vitam longam, & in pace morituros promississe: quod tamen quam falsum fuerit, effectus probauit. Diuination tamen naturalis, & coniecturalis, quæ non inducat necessitatem, nec certò ventura prædicat, prohibita minime est: illa enim ex astris, & orru colligi potest; ista verò ex quadam certitudine morali, secundum quam

Idem.

Tacit. Varro.

Cicero.

homines etiam in operibus liberis, non tam ratione ducantur, quam inclinatione, & vi ac impetu passionum prædominantium; idè dictum vulgare, & verum est: Sapiens dominabitur astris. quod non tam ex horum causalitate inducitur ad iram, aut luxuriam, quam ex sapientia, qua præditus regitur, operatur.

In hac diuinatione quatuor includuntur genera, de quibus dict. cap. Igitur. Geomantia, Hydromantia, Aëromantia, Pyromantia. Prima diuinat ex his, quæ notat in corporibus terrestribus. Secunda per vas aqua plenum, & Oenomantia per vino delibatum. Aëromantia per aëris qualitates, aut motus. Pyromantia verò per ligna viridia, si in igne coniciantur. Aliud diuinationis genus est per auium voces, & cantus, quòd istæ temporum indicia quasi olfaciunt futura. Hanc Scriptura docet, damnans hominem comparatione auium tempora sua dignoscantiam, non quòd ipsæ notitia potiantur futurorum; sed in eorum vocibus, aut mutationibus ea nos coniectamus; Turtur, & hirundo cognouerunt tempus suum. Verum ex insolitis vocibus, aut cantu, quæ libera sunt, prædicere damnatum est, & inanis diuination. Solebant antiqui his dediti mendaciis euiscerare animalia, & aues, & augurari ex eorum internis visceribus, euentus futuros, victoriam, infelicem euentum, imperiorum mutationem, Principum, aut Ducum interitum: qui enim per cantus, & voces prædicunt, augures dicuntur: qui per motus auium, auspices: qui verò per intestina iudicant, aruspices nominantur, quos omnes damnat sacra Pagina Deuteronom. 18. Non inueniatur in te, qui obseruat auguria, de quo dict. cap. Igitur. 33. qu. 3. & D. Thom. q. 95. art. 7. Alia diuination ex corporis humani partibus sumitur, quæ tribus explicatur vocibus, Chiromanantia, Podomanantia, Metoposcopia. Prima ex lineis in manibus impressis: secunda ex pedibus: tertia ex faciei signis, nutibus, colore, frontis dispositione. Physiognomia tamen Philosophiæ pars est, vnde coniectatur ingenij acumen, memoriæ vis, fortitudo, & alia doctes naturales; non tamen vltèrius progreditur, vt diuinet opera libera, & quæ fortuito euenire solent. Illa probata est, hæc sacris Canonibus damnata.

Vltèrius etiam homines fabulosi, & gratiæ aucupes per somnia futura pronunciant. Græcè hoc genus diuinationis, Onirocritica dicitur, vel oniromantia. Notandum, diuina somnia probata esse in sacra Pagina, quæ sæpè bonis, sæpè etiam malis contingebant: illa Iosepho; ista Pharaoni, Nabuchodonosori, & militibus Madianitarum, aduersus quos insurgere ausus est Gedeon; hæc tamen non à conditione humana procedebant, sed diuina interueniente virtute, sic prædicens, & indicans futura, vt suos Deus consolaretur, aut claros redderet apud gentes, vel eorum euentus significans: sicut enim nescientibus hominibus in verbis eorum in vigilia suam promebat Deus sententiam, vt cum nesciens, quid diceret Caiphas, prophetauit Christum in vniversum bonum fore moriturum: ita somnia in mentibus hominum infundebar per imagines futura repræsentantes, quia

quæ de causa eis talia contingerent: & quemadmodum volatu suo aues mutantes domicilia tempora nobis, eorum motem cognoscenibus, demonstrent; cum tamen ipsæ nihil horum pgerent, nec edocent: ita Deus per malorum somnia suos edocet feruos, vt certò cognoscant, quæ sint ventura ad bonum, aut malum vnuerßi; aliter ista sunt, vt contigit Magis, & Iosepho sponso Mariae, quos allocutus fuit Dominus, cum in quiete, & priuatis sensibus degerent, non quòd illa somniarent, sed tunc aliis speciebus infusus in mentibus eorum, intimauit Dominus eis, voluntatis suæ placitum, vt illud opere completerent, certis de diuina prædictione, quæ omnia longè distant ab his, quæ damnat Ecclesia: nam communia somnia proueniunt ex humorum concursu cum rebus in vigilia peractis, vel ex viuaci harum apprehensione, vel ex Dæmonum operatione, quatenus humores concitare, aut commouere possint: vt enim Augustin. ait lib. de spiritu, & anima, cap. 25. Quæ quisque exercuit, somniat. Macrobius lib. de somnio Scipionis, cap. 3. Cura oppressa anima qualis vigilansem fatigauerit, eadem se ingerit dormienti. Aliquando ex eo quòd animus solet in vigilia vagari, & diuersa cogitare: sic in somnis disparata quædam concinantur. Item, species solent in dormientibus confundi, & ita mendacium cum aliquo vero euentu componunt. Item, ob ægritudinum diuersitatem, quibus vigent, tunc alij, vel alij humores, tristitia, læta, molesta, & his similia se offerunt phantasiæ. Prohibetur hac de causa diuinare, & vaticinari per somnia, Leuit. 21. Non augurabimini, neque obseruabitis somnia. Ecclesiastici 34. Somnia extollunt imprudentes. Caietan. & Nauarrus, qui somniis credit, eorumque causa aliquid operatur aduersum legem (quanuis non sit mortale) peccare grauius affirmant: & credere iis, quæ somniantur, ac si ita euentura sint, etiam est graue peccatum; ista enim inania sunt, & inducunt errores; qui enim assuescit somnia obseruare, facile ad graue credendum malum persuadetur, & ob hoc periculum somniis fidem concedendo, peccat, quanuis nihil operetur vi somniorum.

Datur etiam alia obseruatio ad diuinandum ex occurßu personarum, verbis, sternutamentis, pede sinistro, aut secundo ingredi domum, aut egredi, de quo Sanctus Thomas quæst. 93. artic. 7. Hoc damnatur etiam cap. Illud. quodl. 26. quæst. 2. quanuis, vt dicebamus de somniis, Deus talia signa præbebat suis, vel, vt meliùs loquar, moribus ipsorum, quæ intendebat, se accommodans insinuabat, vt in fortibus missis super Ionam, in signo Sauli præcepto elegerit, ex alio Ionathæ ad continendum se, aut aggrediendum stationes Philistinorum, euentu, & alia huiusmodi, quæ vel à Deo destinabantur ad prætendendum futura, aut vt ad præsentiam talium euentuum, in memoriam redigeret, quid tunc vellet fieri, aut vitari. Non tamen quòd semper talia signa ferrent secum talem euentum, in quo vanitas, & mendacium stat. Sumitur etiam diuination ex signis publicis

Jerem. 3. 9.

Deut. 18. 2.

D. Thom.

Genes. 37. 40. & 41. Num. 12. 6. Iudic. 7. Dan. 1. 17. & 2. & 5. Ios. 2. 28.

Ionan. 1. 17.

Math. 4. 2. & 2.

Eccles. 5. 2.

Leuit. 21. Eccli. 34. Caiet. & Nauarr. in Summis. Deut. 18. 10. 1. Reg. 18. 6. 2. Par. 33. 6. Eccl. 34. 1. Ios. 5. 6. 11.

D. Thom.

Ionan. 1. 1. Reg. 10. 14.

Magis, & Iosepho sponso Mariae, quos allocutus fuit Dominus, cum in quiete, & priuatis sensibus degerent, non quòd illa somniarent, sed tunc aliis speciebus infusus in mentibus eorum, intimauit Dominus eis, voluntatis suæ placitum, vt illud opere completerent, certis de diuina prædictione, quæ omnia longè distant ab his, quæ damnat Ecclesia: nam communia somnia proueniunt ex humorum concursu cum rebus in vigilia peractis, vel ex viuaci harum apprehensione, vel ex Dæmonum operatione, quatenus humores concitare, aut commouere possint: vt enim Augustin. ait lib. de spiritu, & anima, cap. 25. Quæ quisque exercuit, somniat. Macrobius lib. de somnio Scipionis, cap. 3. Cura oppressa anima qualis vigilansem fatigauerit, eadem se ingerit dormienti. Aliquando ex eo quòd animus solet in vigilia vagari, & diuersa cogitare: sic in somnis disparata quædam concinantur. Item, species solent in dormientibus confundi, & ita mendacium cum aliquo vero euentu componunt. Item, ob ægritudinum diuersitatem, quibus vigent, tunc alij, vel alij humores, tristitia, læta, molesta, & his similia se offerunt phantasiæ. Prohibetur hac de causa diuinare, & vaticinari per somnia, Leuit. 21. Non augurabimini, neque obseruabitis somnia. Ecclesiastici 34. Somnia extollunt imprudentes. Caietan. & Nauarrus, qui somniis credit, eorumque causa aliquid operatur aduersum legem (quanuis non sit mortale) peccare grauius affirmant: & credere iis, quæ somniantur, ac si ita euentura sint, etiam est graue peccatum; ista enim inania sunt, & inducunt errores; qui enim assuescit somnia obseruare, facile ad graue credendum malum persuadetur, & ob hoc periculum somniis fidem concedendo, peccat, quanuis nihil operetur vi somniorum.

Magis, & Iosepho sponso Mariae, quos allocutus fuit Dominus, cum in quiete, & priuatis sensibus degerent, non quòd illa somniarent, sed tunc aliis speciebus infusus in mentibus eorum, intimauit Dominus eis, voluntatis suæ placitum, vt illud opere completerent, certis de diuina prædictione, quæ omnia longè distant ab his, quæ damnat Ecclesia: nam communia somnia proueniunt ex humorum concursu cum rebus in vigilia peractis, vel ex viuaci harum apprehensione, vel ex Dæmonum operatione, quatenus humores concitare, aut commouere possint: vt enim Augustin. ait lib. de spiritu, & anima, cap. 25. Quæ quisque exercuit, somniat. Macrobius lib. de somnio Scipionis, cap. 3. Cura oppressa anima qualis vigilansem fatigauerit, eadem se ingerit dormienti. Aliquando ex eo quòd animus solet in vigilia vagari, & diuersa cogitare: sic in somnis disparata quædam concinantur. Item, species solent in dormientibus confundi, & ita mendacium cum aliquo vero euentu componunt. Item, ob ægritudinum diuersitatem, quibus vigent, tunc alij, vel alij humores, tristitia, læta, molesta, & his similia se offerunt phantasiæ. Prohibetur hac de causa diuinare, & vaticinari per somnia, Leuit. 21. Non augurabimini, neque obseruabitis somnia. Ecclesiastici 34. Somnia extollunt imprudentes. Caietan. & Nauarrus, qui somniis credit, eorumque causa aliquid operatur aduersum legem (quanuis non sit mortale) peccare grauius affirmant: & credere iis, quæ somniantur, ac si ita euentura sint, etiam est graue peccatum; ista enim inania sunt, & inducunt errores; qui enim assuescit somnia obseruare, facile ad graue credendum malum persuadetur, & ob hoc periculum somniis fidem concedendo, peccat, quanuis nihil operetur vi somniorum.

Præterea fallaces hominès, & Dæmonum mendaciis fidem adhibentes, etiam diuinare solent per nigromantiam, quæ humanis vitur mēbris, & damnatur Deut. 18. Non inueniatur in te, qui ariolos sciscitetur, neque Pythones consulat. de quo S. Th. 2. 2. q. 95. art. 4. & 26. q. 3. cap. Igitur. l. Nemo aruspicum. C. de maleficiis, & mathematicis. D. Thom.

Diuination verò per sortes tripliciter fit, aut diuidendo, aut consulendo, aut diuinando, quod dicitur fortilegium, de quo D. Thom. q. 95. art. 4. cap. Ecclesia. de fortilegiis, ad finem. Diuiforia in ecclesiasticis electionibus interdicitur d. cap. Ecclesia. Consultoria, si Dæmon consulatur, peccatum mortale est, aut qui cum eo pacta composuerit, grauius delinquit. Si Deus, & id temerè fiat, consulatur, ad relique futiles, & aliquo apposito signo ad dignoscendum ipsius placitum, etiam mortale est. Diuinatoria: sortes eadem censura damnantur. At de dæmoniaca diuinatione dupliciter loquuntur Authores. Vna explicita, alia implicita dicitur: illa, cum palam ab eo aliquid postulatur; aut ea, quæ ipse præcipit, media eliguntur, quod contigit eis, qui cum eo pacta iniierint, & ab eo circulis, signis, aut verbis responsa expectant. Implicita sunt, cum ea sunt, quæ ab aliis accepta feruntur: qui tamen cum eo assueti sunt agere, & in virtute prioris pacti, si talia apponantur signa, aut verba proferantur, Dæmon concurret applicando actiua passiuus, aut quæ ei sunt permilla efficiendo. Vel cum quis vitur ministerio hominum cum ipso tractantium, & ab eo remedia exposcentium. Ad hanc pertinet illa, de qua Cicero de Diuinatione, quam furiosam vocat, quòd arrepti à Dæmone soleant furere, & ab eo arripi, sicque prædicunt, & vaticinantur futura. Hæc omnia iniqua sunt, & hominum contemnentium animarum salutem, qua arte multa mala in Dei odium, & rerum sacrarum, itemque in conscientia detrimentum fiunt.

Magia triplex distinguitur, mathematica, naturalis, & dæmoniaca. Mathematica est, qua quis mira operatur, quæ miraculosa videtur, eò quòd lateat causa apposita, vnde prodeunt, vel qua ficta, & apparatus sint. Naturalis est, quia vi causarum naturalium aliqua fiunt citiùs, quam solent, vt cum repente flores prodeant, fructus maturefcunt. Dæmoniaca verò ea est, qua Dæmonum interuentu aliqua finguntur, quæ præstigatoria dicuntur. Alia sunt, quæ incatatoria, vel venefica appellantur, si verbis, aut circulis operetur, vt cum impeditur, aut ligatur quis, vel tali agitur, Dæmonum interuentu, ægritudine.

2. Mach. 5. 4.

Deut. 18.

Idem.

Cicero.



Tertia est Cabalistica, aut obseruatoria, vt cum quis obseruatione Hebraicos characteres sine punctis agnoscat, vel virtutes occultas rerum penetrat, aut affectiones, vel proprietates earum tenet. Quarta, Pythagorica dicitur, cuius forte inuentor Pythagoras fuit, quæ eò tendit, vt affinitatem rerum cum vocibus, & nominibus inueniat, vt qui tali potitur nomine, talia fit facturis facinora, vt contigit Casari, qui militi Scipionis nomen donauit, cum aduersus Africam certaret, vt illius primi, eandem debellantis Prouinciam, fortunam sortiretur. Quàm vana ista, manifestum est.

Nulla harum, futurorum euentuum diuinatione assequi potest, nisi necessariò succedant, vt eclipsis Solis, aut Luna, ex obseruatione concursus Solis cum Luna, ista cum terra in tali signo, aut loco. Cætera, quæ possunt adesse, & abesse, nulla naturali facultate capi possunt; sed prophetia, ex reuelatione ad id necessaria est: cætera casu accidunt, vel apparentia mendacis obliata sunt. Solet tamen quædam obseruatio prudens dari, quæ vaticinat futura, & ferè semper ita accidit. Ob id S. August. 20. de Genes. ad litt. c. 13. ait: *Nonnulli sentiunt vim quandam diuinationis esse in anima humana.* Sed hæc obseruatio prudens est; alia tamen, quæ certitudinem inducat, falsò homini adscribitur. Quare D. Th. 2. 2. q. 172. art. 1. docet, diuinationem solam esse supernaturalem.

Pœna his Dæmoniis statuta in iure est, vt qui Dæmonem colunt, adorant, qui vota ei offerunt, & fidem, eius consequendæ rei, quam desiderant, causa, negant, Hæretici iudicantur, & vt tales puniendi sunt, pœna hæreticorum, c. *Accusatus.* de Hæreticis, in 6. Sapiunt hæresim, cum rebaptizantur pueri ad magiam exercendam, & cum imagines franguntur, proiciuntur, conculcantur, aut rebus sacris ad maleficia vitur. Suspecti hæresis sunt Dæmones consultentes, & tanquam cum amico cum eo agentes, vt de futuris eos certiores faciant, de quo prædictum c. Iure verò nouo Sixti V. procedere potest Inquisitorum tribunal contra omnes magia vrentes ad futura perdiscenda, licet dictum c. solùm hoc concedat aduersus hæreticos, aut hæresis suspectos, & qui hæresim sapiunt. Idem concedit Sixtus aduersus tenentes libros magicæ artis, & tenentur eos Inquisitoribus prodere, alioqui contra tenentes, & legentes procedere possunt. Idem Clemens VIII. in Indice nouo librorum expurgatorum: licet enim infecti hæresi formali absolui nequeant, nisi ab Inquisitoribus, & de eorum facultate; tamen suspecti, vt malefici, & necromantici, & legentes horum libros non continentis hæresim formalem, virtute Bullæ, aut priuilegiorum absolui à quouis possunt, vt docuit Diana tractat. 11. de Bulla, resolut. 29. & 30.

Cum autem sit in vsu signa quædam, & orationes cum illis appositis recitare, vt hæc iuste damnari non possunt, quatuor concurrere oportet. Primò, quòd tam signa, quàm verba incognita non sint: suspicionem enim mendacij secum talia afferunt. Secundò, quòd nulla in eis Dæmonum inuocatio cõtineatur. Tertio, quòd omni vacent falsitate. Quarto, quòd sacra profanis haud misceantur, vt quòd foemina sit, non vir, qui talia recitet verba tali tempore, loco,

hora, aut standi forma, aut vno digito, vel manu plena, & non aliter. Spes tamen, si hæc excludantur, in Deo locanda erit; non tamen in verbis, aut signis: nec certò credendum ita futurum, vt prædicitur; quia nullus ex reuelatione, his verbis, & signis certus, & securus euentus promissus est. Vnde superstitiosa certò facientes, aut hæsitantes talia esse, peccant grauitè, etiamsi Dæmon non inuocetur, nec interueniat pactum implicitum: si tamen bona fide fiant talia, non peccant; cum tamen à Deo credant consequenda, quæ expectantur.

S. V I.

Moralia huius præcepti circa tres theologales virtutes expenduntur.

Ad hæc tria moraliter exponendum, primò, de amore Dei, & proximi differendum: secundò, de fide: tertio, de spe, quæ omnia in hoc complectuntur mandato.

Est enim in præcepto Deum amare, non quidem actu positiuo, sed obseruatione omnium præceptorum, non quidem qua talia imponuntur faciendæ, aut vitanda (spectat hoc ad speciales virtutes); sed qua à Deo sunt, hoc amare est, sed non in præcepto, quòd ita mandata seruemus. Verùm quidem etiam amare Deum dicimur, cum nullum præterimus præceptum, quæ de causa charitatem haud amittimus: si tamen necesse esset ipsum positiuè amare, ne discederemus ab eo, quous etiam oblato periculo famæ, facultatum, & mundialium bonorum, propriæque vitæ, ex præcepto ad id teneremur: hoc enim est Deum super omnia amare; si ea perdere potius, ac contemnere decernimus, & præstamus, occasione oblata, quàm ab eo discedere; semper tamen ad negatiuum præceptum tenemur, nempe, ipsum non odio prosequi, nec ab eo discedere. Circa proximorum amorem, de quo latè D. Thom. 2. 2. à quæst. 25. disserit, certum est, amorem in proximum eodem impetu charitatis, qua fertur voluntas in Deum, assequi, quòd propter ipsum Deum ordinatè diligitur: & cum hoc præceptum in proximum tendat, nullum excludat, non quòd teneamur affectu occupari aliquando in eius dilectione; sed nunquam odio aduersus eum tendere, & quæ eius sunt, minimè lædere; item tenemur necessitate urgente ei fauere, præterea communia amicitia signa exhibere, & ipsum amare, sicut nos diligimus, erit ea bona ei desiderare, quæ nos tanquam finem optamus nobis, nempe, Deum. Cætera in præcepto non sunt; sed ex consilio multa sunt ad perfectionem charitatis spectantia. Hæc quoad amorem Dei, & proximi.

Verùm, cum exposuerimus legem istam non abhorrete ab ea, quæ in Exod. & Deuter. lata fuit; sed eam continere, quatenus scire debeamus, in quem tendere opus sit, & à quo tanquam à præcepto fugiendum: idèd D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 2. in hoc præcepto considerat, quæ in generatione, vbi omnium prima est remouere prohibentia: postea in rem ipsam tendere, quæ pro fine habetur. Ita hæc lex

remouet

remouet prohibentia verum Dei cultum, nempe, idola colere, fingere in horum honorem sculptilia. Sed August. q. 71. super Exodum asserit, non esse duo præcepta: *Non erunt tibi Dii alij præter me.* & *Non facies tibi idolum.* sed vnum, docens, quem colere; quem verò non debeamus. Sicut qui affirmat sanitatè, negat infirmitatem. Notauit etiam lib. contra Adamantum, Deum zelotem hic nominari, quòd zelum nostrum amorem, ne in alium feratur, quàm in ipsum. Cuius zelo Deos alienos adorare non sinimur, vt tori reddamur ei, à quo esse, & viuere accepimus; vel dicamus cum D. Thom. d. q. 122. art. 2. ad 3. solitum fuisse apud Gentes, Deos colere, tanquam Numina, nulla imagine interueniente: alij verò signa sensibilia pro eis constituebant, & ea colebant. Vt ergo vtrunque genus venerationis gentium excludat, duo prohibet, & Deos colere sine imaginibus, & simulacris, & hæc in honore Deorum inanium fingere. Nec alia præter superstitiosa opera prohibet, quòd omnia fiant interuentu Dæmonum; & vt eos honorent, siue expressum hoc sit, siue implicitum: quare omnia, tanquam iniqua, & in Dæmonis honorem inuenta, sub dicta prohibitione continentur, vt inquit idem Sanctus Doctor ibi ad 3. Præterea diuinantes, Numinis veri vsurpant dignitatem: Deus enim à videndo dicitur, quòd omnia perspicua, & manifesta sint ei, & omnia futura præ oculis habeat. Reputatur Deus is, qui talia cõtemplatur: vnde Isaia 41. dicitur: *Annunciate, quæ ventura sunt in futurum; & sciemus, quia Dii estis vos.* Qui diuinare prohibet, Deos alienos venerari interdicit, cuius proprium est, vt inquit Paulus Hebr. 4. omnia nuda, & aperta habere præ oculis. Ista, vt dictum est, prohibentur, vt auferratur prohibens verum Deo cultum debitum, quod sit dupliciter. Primò, credendo omnia ab eo reuelata. Secundò, signis externis ipsum honorando. Illud ad virtutem theologiam spectat, hoc ad morale religionis. Circa fidem sciendum est, quæ credere tenemur, & quæ oportet fide assequi, & tenere: illud ad vtriusque sexus fideles, qui iuxta Patrum, & Doctorum consensum tenentur scire præcipua fidei capita, vt continetur in Symbolo, vel articulis fidei. Non sub peccato obligantur ista, vt sonant, tenere memoria; sed in ea contenta mysteria, licet crasso modo, vt petentibus rationem nostræ fidei reddere possimus; vt, quis Deus; quot contineat personas; quarum vna induerit naturam humanam; quid in ea passus fuerit, & propter quid: vt inde veniant in peccati; & præmij cognitionem, cum credere oportet, quis sit, vt inquit Paulus, & quòd remunerator bonorum sit, de quo videnda sunt, quæ Doctores habent in 3. dist. 25. Thom. 2. 2. q. 2. art. 5. 6. 7. & 8. Bonauentura, Richardus, Sotus, Gabriel ibi, & Summistæ. An inuincibiliter ista ignorari possint, dubia res est. Ille sine culpa ignorabit, qui nunquam talia audiuit, nec instructus, aut monitus est, vt ea perdisceat, & ab aliis inuestiget.

Hæretici aduersus fidem peccant: sunt tamen tenentes errorem aduersus totam, aut quanlibet partem reuelatæ doctrinæ; cum pertinacia tamen, non assentiendo aliorum dictis, se errare, & fidem maculare affirmantium: quia, licet non omnibus dicentibus teneatur credere; teneatur tamen affirmare, se nolle aduersus fidem

certare, & statim ac sentit falli, deponet assensum suum, vel saltem peritos querere, & ab eis discere, an bene, vel malè iudicet. Etiam dubius in fidei articulis, hæreticus est, cum eadem pertinacia. Negat iste, quantum ex se est, certitudinem fidei, quæ nullum admittit dubium, nullam hæsitationem; si tamen cum consensu voluntario fiat: nam scrupulosa dubia fidei non aduersantur, imò ad meritum spectant. Dubium autem formale in eo est, cum quis non præstat assensum fidei articulis; sed cum formidine veritatis sistit, quasi detentus à contrario obstante fidei certitudini: & hic vt hæreticus damnatur c. *Dubius.* de hæret. Et idem censendum est de eo, qui solùm probabilem assensum præbet fidei veritatibus.

Vnde errans intellectu, non tamen proteruus, hæreticus non est, quauis exterius verba proferat suum errorem promentia: poterit tamen exterius puniri. Præterea, nec hæreticus censendus errans culpabiliter ignorans veritatem, licet in illo primo sit peccatum; secundum tamen, hæreticum non facit: cum tamen paratus sit deponere assensum, & sententiam, si non fidei normam sequatur. Pœna hæreticorum, excommunicatio est reseruatæ ab antiquo c. *Cum Christus.* c. *Ad abolendam.* c. *Excommunicamus.* de hæreticis. Mentaliter hæretici liberi sunt ab ea, cum Ecclesia non iudicet de occultis, c. *Tua nos.* de Simonia, cap. *Cogitationis.* de pœnit. dist. 1. Cogitationis nemo pœnam meretur. Si tamen exterius verba promat, quauis lateant alios, incidit in excommunicationem. Hæc ad fidem.

De spe verò primùm est, esse virtutem diuinis infusam, per quam certa cum fiducia nostræ salutis, & æternæ vitæ bona expectamus: semper enim ad supernaturalia tendit, arduum bonum respicit: tale enim Deum obtinere, & eo beari. Quod in supernaturalibus, & infusis virtutibus spes dicitur. Quidam volunt esse in moralibus magnanimitas. Licet peccatores non amittant virtutem istam, quadiu à peccato non conantur liberari; at spem, quam oportet, non afferunt, sed præsumptionem potius, & vanam fiduciam, quandoquidè ea, quæ sperant frigidè, assequi nequeunt. 2. Pet. 2. 17. Ecclesiastici 5. 4. 2. Pet. 2. 17. Gregor. 33. Moral. c. 5. Sicut fidei error opponitur; ita spei, desperatio consequendi, aut de peccatis veniam, aut salutis æternæ adipiscendæ. Spem in creatura, vel in propria industria ponere, peccatum est. Qui etiam in aduersis non sperat à Deo iuuandum, vel miracula petit, & sine eis nihil accepturum esse credit, ab spe vera deficit, & peccat contra hanc virtutem. Quam obrem omninò deficere de Deo, grauissima culpa est, cum, qui confidit in Domino, sicut mons Sion, Psal. 124. non commouebitur in æternum. nulla iactabitur tēpestare, nulla frangeatur Dæmonum, aut hominum violentia: quia Deus præstò iuuandis, & inuocantibus cum adest. Notandum ad hoc discrimè inter fidem, & spem, quòd illa bonarum, & malarum rerum est, futurorum, præsentium, & præteritorum, eorum, quæ ad nos attinent, & ad alios, ad omnia credulitas extenditur.

At spes, inquit August. in Enchir. cap. 8. non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurorum, & ad eum pertinetium, quæ earum spem gerere perhibetur. Quauis dicamus, nos aliorum salutem sperare, hæc virtus ad nostram optandam, & quam

R 3 rendam

August.

Diana.

August.

D. Thom.

Isai. 41.

Hebr. 4.

Heb. 11. 6.

D. Thom. Bonau. Richard. Sotus. Gabriel.

August.

rendam concessa est, ad futura tendit, ad bona gratiae, & caelestium praemium currit, ad destinatum, videlicet, supernae vocationis brauium. Quare spes semper connectitur charitati, vt firma sit: quis enim sperat, se bona suscepturum, si conscientia reluctetur, & aduertetur illi. Vnde August. de doctrina Christ. lib. 1. cap. 40. *Ille enim ad id, quod credit, & diligit, perueniturum esse desperat, cui mala conscientia scrupulus inest.* Et infra: *Tunc enim nos recte viuendo id speramus, vt nullo modo spes nostra fallatur.* Haec sufficienter de hoc primo praecipio, ad reliqua transire faciamus.

Idem.

CAPVT IX.

De secundo Praecepto Decalogi.

S. I.

Ratio vitandi iuramenti expenditur.

Secundum Decalogi praecipium commune est antiquae & nouae legi, de quo Exodi 20. *Non assumes nomen Domini tui in vanum: nec enim habebit in fontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.* Leuit. 19. 12. *Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui frustra, quia non erit impunitus, qui super re vana nomen eius assumpserit.* Matth. 5. 33. *Audistis, quia dictum est antiquis, Non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua. ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per caelum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum eius; neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni Regis; neque per caput tuum iuraueris, quia non potes enim capillum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester, est, est, non: quod autem bis abundantius est, a malo est.* Haec leges praecipuae, & nouae.

Primum autem sciendum est, quid prohibeatur lege antiqua; quid, & cur noua. Deinde de circumstantiis iuramenti, vt virtutis fortiantur pulchritudinem, requisitis. Tertio, de periculo abusus iurandi. Quarto, de grauitate huius peccati, scilicet, de poenis illatis, & inferendis assuetis iuramenti.

Ad primum deueniendo, Cyrillus in Ioan. lib. 4. c. 5. r. connectit hoc praecipium cum praecedenti. Vult igitur prohiberi nomen Dei inanius Diis adscribi, qui nihil sunt, vani, & nullius pretij. Ita habet: *Non assumes, id est, non adicies horribile nomen Dei sculptilibus.* Cui consonat

Chrysof. Chrysof. hom. 26. ad pop. Antioch. vbi ait, consuetudinem iurandi originem duxisse ab inuocatione veri Numinis aduersus eos, qui ita honorabant falsos, & ementitos Deos, eiusque ita honorem laetiae exhibebant. Confirmat

Interlin. Interlinealis in 5. cap. Deut. *Non assumes, id est, nomen Dei ligno, vel lapide, aut huiusmodi non attribuis.* Theodoret. in Deut. q. 4. sic habet: *Quare inbet, vt iurent per Deum? ne iurent per falsos Deos? idem enim per Prophetam dixit: Si abstuleris nomina Baalim de ore tuo, & iuraueris, vniuit Dominus cum veritate, &c.* Verum haec doctrina veritate gaudet, si originem attendamus,

Cyriil.

Chrysof.

Interlin.

Theodoret.

nempè, vitandi falforum Deorum inuocationem, & Deum solum per iuramenta adducendum in testem, vt optime docuit D. Thomas 2. 2. q. 122. art. 3. ad 2. statuens, non prohiberi formaliter quancunque diuini nominis inuocationem; sed proprie illam, qua assumitur diuinum nomen ad confirmationem humani verbi per modum iuramenti. Et q. 89. art. 6. ad 1. prohiberi docet iuramentum per creaturam, qua ratione honor Deo debitus eis tribuitur: *Ita, quod eis adhibeatur reuerentia diuina.* Quare, cum omnes Dij gentium creaturae sint, iuramenta, quibus in testes vocabantur, sacrilega erant, & aduersantia debita Deo reuerentiae: iuramento enim confitemur, ipsum vbique adesse, nihil eum latere, posse punire peccantes, & falsa tali teste inuocato affirmantes: idè audeat Sancti Patres dicere solebant: *Vniuit Dominus, in cuius conspectu sto.* Cum enim homines occulta nostra lateant; Deo autem sint manifesta; nullus testis adduci potest euiscerans, quae dicuntur, nisi Dominus, cui omnia patent. Verum, quia haec ratio paucorum animos continet, & plurius vsus vincit, vel abusus, quauis nata causa, iuramento confirmare; praecipium est dictis locis, non vanè, frustra, sine causa proferre iuramenta. Quod si ad res inutiles, & nulla vrgete necessitate firmadas, prohibetur haec testificandi forma, à fortiori prohibita manet iuratio falsa, siue periurium, quod affirmatum, & iuramento confirmatum inane, vanum, frustraneumque sit, omni veritate, quae dat esse rebus (falsa enim nullum habent, sed sunt purum figmentum) vacuum. Sententia haec est D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 3. & ad primum ait, illam Cyrilli, & reliquorum expositionem mysticam esse; literalem verò prohibere periuriam: & ad 3. ait: *Pro nibilo iurare dicitur ille, qui iurat pro eo, quod non est: quod pertinet ad falsam iurationem, qua principaliter periurium nominatur.* Consonat tamen hoc praecipium cum primo, vt inquit idem S. Opusc. 4. c. 1. quatenus, sicut iubetur in primo Deum honorare actibus religiosi, & nullum aliud recognoscere Numen; ita in secundo iubetur, ipsum solum in veritatis testem adducere, & hunc honorem non concedere Diis falsis, qui nihil sunt; quantum minus poterunt latentia confirmare, & pro vero affirmare suo testimonio: Verum cum hoc fiat, vitari iuramenta mendacium testificantia, nomine Dei vocato in testem illius: & ita exponit in d. Opusc. 4. in principio secundi Praecepti, illud, *Non assumes nomen Dei tui frustra, aut in vanum.* Confirmatur praecipio Leuit. 19. Vnde consensu omnium certum est, iuramentum mendacium continens; item promissio, vel comminatio facta mendaciter cum iuramento; praeterea dubium de veritate iurare, mortale esse: tantam enim scditatem hoc malum conuenit, quod Deus assumitur in vanum, & frustra ad confirmandam suo testimonio falsitatem.

Verum lex noua à Christo prolata dict. c. 5. Matth. non modò prohibet iuramentum mendacio factum; sed omne iuramentum, vt omnino vitet periculum falsitatis, quae facile iurantibus accidit. D. Thom. dict. Opusculo 4. sic habet: *In veteri enim lege prohibitum fuit, vt non iuraretur falsum: sed Christus prohibuit, non nisi in necessitate iurare.* Vt vitentur peccata, quae labilitate linguae facile fiunt, vt inquit idem Sanctus

2. Reg. 2. 4. & 16.

D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 3.

D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 3.

D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 3.

Matth. 5.

Doctor

Jacob. 3. Chrysof.

Ecclesi. 23. 10.

August.

Isidor.

Ioseph.

Hieron.

D. Thom.

Doctor supra: in nulla enim corporis parte ita faciles sumus, sicut in lingua, quam nullus domare potuit, sicut dicitur Iacobi 3. Chrysof. hom. 27. in Matth. adducit illud Ecclesiastic. 23. *Iuramento ne assuefacias os tuum.* non inquit falso, sed iuramento: ex vsu enim ita affirmandi, aut promittendi, vel imitandi, multa peccata sequuntur. Et item ponderat, *os tuum*, non cor, aut aliud internum instrumentum; sed os: & licet Sanctus addat: *Totum enim est oris, facile corrigi potest.* quatenus non residet in cordis intimis, quod signat quandam propensionem, & affectus radicationem in malo: hoc ipsum arguit, maius periculum interesse in hoc genere peccati, quod labile assumatur instrumentum ad eum. Verum Ecclesiasticus, cum iurationis vsum vetauerit, addit: *Nominatio veri Dei non sit assidua in ore tuo: sicut enim seruus interrogatus assidue à liuore non minuitur: sic omnis iurans, & nominans in toto à peccato non purgabitur.* Non contentus prohibere iuramenti vsum, sed Deum nominare, ne inde in iuramentis incidat periculum. Comparatio allata id confirmat: qui enim frequenter interroganti responderet, vix contineri potest ab ira, indignatione, aut alia inordinata affectione occurrente: ita saepe Deum ore proferens, & iurans, vix à peccato liberari poterit. Verba, quae afert Chrysof. ex Ecclesiastico, amplius hoc declarant: *Sicut enim seruus tortus continuè à labore non mundabitur: ita neque iurans.* Homo enim sic affectus ex corporis positione affert laboris assidui impedimenta, quibus si addatur labor, fatigabitur nimis. Ita nos ad mendacia, & inutilia verba procliuus cum sumus, si addatur iuramentum, vix à culpa immunes erimus. Discrimen assignans Augustin. Serm. 10. inter Deum iurantem, & nos; ille ita iurauit, vt nullius peccitudo capax fuerit: certus enim de veritate, & necessitate, & securus de promissi impletione sic loquebatur; nos tamen, quibus omnia ista deficiunt, quomodo iurare audemus? *Dominus ergo, qui prohibuit iurare, supra ripam tenit ambulare, ne pes tuus in angusto labatur, & cadas. Sed Dominus iurauit, inquis? Securus iurat, qui mentiri nescit.* Isidorus Soliloq. lib. 1. r. ob metum recidendi in periurium iuramenti assuefci damnat: *Vses iurandi ad periurium inducit, veritas iuramento non indiget, firma sit sacramenti tui fides.* Si enim vera proferimus, quid opus est, ea firmare iuramento, nuda veritas absque rubore, publicè apparere poterit, nullo alio comite ornata. De Estenis loquens Iosephus 2. de Bello, cap. 7. ait, non solere iuramenta proferre. Rationem affert: *Omne, quod dicunt, iuramento fortius habent.* Non; quod testimonium diuinum fortius non sit; sed quod ita securè incedant, vt nullo iuramento indigeant ad firmitatem conferendam verbis.

Verum dices: Si deest mendacium iuramento, Numinis inuocatio, laudatio illius est, actusque laetiae, quo Deus honoratur: vt enim inquit Hieronymus super 22. cap. Matth. *Qui iurat, aut veneratur, aut diligit eum, per quem iurat.* D. Thom. q. 89. art. 3. actum esse laetiae ad religionem spectantem affirmat. Facilis responsio est. Vtinam homines hac consideratione praecedente ad iurandum allicerentur:

verum nihil minus, imò potius Deum honorare intentant, eiusque conculcare nomen, cum feruet ira, cum ebrietas occupat caput, cum vindicta desideratur, cum credi volumus, ne culpemur, aut aduersus nos, vel alios rixae excitentur, iuramenta accedunt, & vt mendacia nostra vera esse componamus, auctoritatem diuinam iniuria afficimus. Vnde iuramentum ex illis bonis est, quod non melius, si augeatur; sed potius, si minuatur, eò quod sit per se bonum cum debitis circumstantiis. Idem q. 89. art. 5. *Nec numeratur inter ea, quae per se appetenda sunt; sed necessitate interueniente, quibus indebite vitur, quicumque eis vitur ultra terminos necessitatis.* Vt exemplo D. Thom. vtar Opusculo 4. Sicut vinum non melius, quo plus bibitur; sed cum moderatione, & temperantia, necessitate accedente: & sicut medicina cum censura Medici, eo tempore, & in ea quantitate, quae saluti praestet remedium: immoderate enim eam sumendo, damnum afferet. Et Eucharistiam sumere bonum est: si sapienter tamen fiat, malum erit; tum, quia lege taxatum est, vt semel in die sumatur; tum ob reuerentiam, quae in frequentia haud inuenitur. Similiter iuramentum cedit, (inquit Sanctus Doctor) in malum (q. 89. art. 2. in corpore) alicui ex eo, quod male vtatur, id est, sine necessitate, & cautela debita, videtur paruum reuerentiam habere ad Deum, qui cum ex leui causa testem inducit, quod non praesumeret etiam de aliquo viro honesto. Idè Dominus Matth. 5. omne iuramentum prohibens, addit: *Quod amplius est, à malo est,* quae verba diuersimodè interpretantur. Tertullian. à malo, id est, Damone vrgente, & tentante. Idem lib. de oratione, c. 8. explicat: *Ne nos inducas in tentationem.* Ne nos patiaris induci, ab eo vtique, qui tentat, & statim, *Sed libera nos à malo,* correspondet clausulula, interpretans, quid sit, *Ne nos inducas,* &c. Vt inde nobis damnum afferat, si assuetos nos iuramenti reddat. D. Thom. d. q. 89. art. 2. refert ad exposcentem iuramentum: solemus enim iurare compulsi ab his, qui non credunt, quae simpliciter affirmantur, nisi iuramento firmantur, & hos malos vocat, plusquam negotij grauitas peteret, exposcentes: inordinate enim procedunt, & & occasio fiunt peccandi, & irreuerenter nomen Dei tractandi. Item dicto articulo ad 2. adducit testimonium August. lib. 2. de sermone in monte, cap. 30. *Si iurare cogent, scias de necessitate venire infirmitatis eorum, quibus aliquid suades: quae vniue infirmitas malum est. Itaque non dicit, quod amplius est, malum est: tu enim non malum facis, qui bene vtteris iuratione, vt alteri persuadeas; quod vtiliter persuades: sed, à malo est illius, cuius infirmitate iurare cogent.* Sed hoc ipsum Chrysof. hom. 26. ad populum damnat, probans optime, haec iuramenta non peti nisi ab hominibus leuibus, & quauis causa nata iurare affuctis: *Opponis, vt iuramenta excuses, quod, nisi iuramenta dictis apponas, non credunt. Tu es horum causa, qui facile iuras.* Nunquid hoc peterent à viro Religioso, graui Episcopo? Minimè. Imò, si tu sic responderes: *Mibi crede dicenti, maiorem ipse fidem solo nutu inuenires, quam is, qui mille deuorat iuramenta.* Vnde etiam illud, à malo est, habet aliam explicationem, à malo vili, & abiectae conditionis

Idem.

Matth. 5.

Tertullian.

D. Thom.

August.

Chrysof.

R. 4 conditionis



conditionis homine, qui cum autoritate vacuus sit, iuramentis tam comparare optat: qui enim hac fulti sunt, & fani iudicij habentur, nullo egent iuramento, vt credantur. Plutarchus lib. Problematum Romanorum, n. 43. rogat, cur non liceret Sacerdotibus dictis Diabulis iurare. Respondet: *An quod eis parua in re fidem non habere, absurdum est, quibus summa, & diuina credita sunt?* Si enim comparassent apud homines autoritatem, nullam ab eis petere iuramenti confirmationem; sed simplici testimonio crederent. Verum hoc ipsum tot malorum, quot experientia docet, causa est: vigent enim iuramenta apud vile genus hominum, & sceminarum, puerorumque, nulla fide dignorum, & facile mentiri assuetorum, quos quidem nullo modo vera affirmare apud audientes creditur; & ideo multa ingerunt iuramenta pro causis, & negotiis leuissimis in cumulum actis. Vnde, qui ab his, iuramenta requirunt, periculo se exponunt grauius peccandi, quod in causa sint plurima falsa misceri, & etiam peccant sic iurantes, vt res parui momenti credantur, cum ex D. Thom. d. art. 2. ad 2. solum excusentur, qui coacti iurent. Sed quomodo bene vteris iuratione, vt alteri persuadeas, quod vtiliter persuadeas? Si enim res vtilis esset, & necessaria ad negotij expeditionem, & ab alio cogere iurare, nullum esset peccatum: iam enim intercedit necessitas, quae liberat a culpa. At si res leues sint, nulliusque momenti, quod audientes credant, aut non, vana est iuratio; & cum periculum addit perijuri, graue crimen.

## §. II.

*Quae circumstantiae iuramentum committuntur, explicatur.*

VT ergo comites iuramenti adhibeamus, notandum, vt supra diximus ex D. Thom. q. 89. art. 3. iuramentum actum esse religiosum; nemo enim testificatur, quod verum, ac certum credi desiderat, nisi per maiorem, & tate autoritatis, vt ei omnino credatur: tum, quod omnis veritatis testis est: tum, quod secreta penetret cordis: tum, quod solus valeat punire falsum, tanto teste praesente, testimonium afferentes. Vnde, vt optime idem Sanctus Opusc. 4. docet, qui iurat, seipsum exponit poenae sui mendacij; idem enim est dicere: Iuro per Deum, si non est ita, ac poenis ab eo infligendis subiici. Cum autem haec soli Deo conueniant, iurare, actus religionis est, credens Deum omnibus maiorem, testem veritatis, occultorum cognitorem esse, & potentem mendacem punire: qui autem male iurat, irreligiōsus est, & Deum inhonorat: quare multa peccata, & damna in vno componit, cum Deo, sibi, & aliis damnum afferat. Recenset ista D. Thom. dicto Opusc. 4. sic: *Talis enim facit iniuriam Deo, sibi, & hominibus: Deo quidem, quia, cum iurare per Deum, nihil aliud sit, quam inuocare eius testimonium; cum iuras falsum, aut credis Deum nescire verum, & ponis in Deo ignorantiam; cum tamen omnia nuda, & aperta sint in oculis eius, vt habetur ad Heb. 4. aut, quod diligit mendacium, cum tamen odiat ipsum, P. sal. 5. Perdes*

Plutarch.

D. Thom.

D. Thom.

*omnes, qui loquuntur mendacium. Aut derogas potentia, quasi non possit testimonium reddere, vel quasi non possit de eo punire. Item, facit iniuriam sibi ipsi: obligat enim se iudicio Dei. Item, iniuriatur aliis hominibus: nulla enim societas inter homines durare potest, nisi credant sibi inimicem. Dubia autem iuramentis confirmantur, Heb. 6. Omnis controuersa finis ad confirmationem est iuramentum. Iniuriatur ergo Deo, crudelis est sibi, & noxius est hominibus. Haec ille. Vt ergo hoc iuramentum rationem inducat actus religiosi, per quem Deo honor debitus tribuatur, vestiri opus est debitis circumstantiis. Tres recensent Patres ex testimonio Ieremiae 4. qui ait: *Iurabis, viuit Dominus, in veritate, in iudicio, & in iustitia.* Hieronymus hos comites iuramenti dicit. D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 3. exponit ita: *Ad bonum autem usum iuramenti duo requiruntur. Primum quidem, quod aliquis non leuitur, sed ex necessaria causa, & discreta iuret, & quantum ad hoc requiritur iudicium, scilicet, discretionis, ex parte iurantis. Secundo, ad id, quod per iuramentum confirmatur, vt, scilicet, neque sit falsum, neque sit aliquid illicitum: & quantum ad hoc requiritur veritas, per quam aliquis iuramento confirmat, quod verum est; iudicio autem caret iuramentum incautum; veritate autem iuramentum mendax, iustitia autem iuramentum iniuriam, sive illicitum. Haec D. Thom.**

Ierem. 4.  
Hieron.  
D. Thom.

Prima igitur iuramenti religiosi conditio est, vt veritatem comitem habeat, sine qua, cum desit finis iurandi, peccatum graue est, vt diximus supra. Nam, vt inquit D. Thom. ad confirmandam veritatem, cuius Deus testis est, adducitur. Quid deformitas esse potest, quam Deum in testem mendacij adducere: Conducit ad hoc, quae Sanctus notauit, & supra attulimus, de peccato ob tria capita nascente in iuramento inique adhibito: aded enim veritas necessaria est iuramento, vt mitius tolerari possit per Deos falsos iurare verum, quam per Deum verum, falsum testificari: maior enim iniuria fit Deo, adducto in testem mendacij, quam si veritas commendetur Deo inani, quae per se sufficit ad rei intentum, nulla fulta autoritate Numinis: vt enim inquit D. Thom. q. 98. art. 4. ad 4. *In tali iuramento deest bonum fidei, qua vtitur aliquis in iuramento illius, qui verum per falsos Deos iurat.* Nec peccabit, quae Deorum cultores ad iurandum admittit, si verum ab eis exigatur, qui parati ex se sunt ad testimonium in inanes Deos referendum; peccaret tamen indicens ad falsum iurandum per verum Deum. Nec perijurium admittit paruum materiam, sicut alia praecipua: quodammodo culpa augetur pro re parui momenti mendaciter Deum in testem adducere. Quare D. Thom. q. 98. art. 3. concludit: *Manifestum est, quod perijurium ex sui ratione est peccatum mortale.* Et addit ad 2. *Ille, qui iocose perijurat, non euitat diuinam irreuerentiam; sed quantum ad aliquid magis auget; & ideo non excusatur a peccato mortali.* Quare inducere aliquem ad perijurium, graue crimen est; non tamen ex officio, illius iuramentum sumere, quem scit certo falso iuraturum; vt docet idem Sanctus articulo 4. dicto q. 98. Vnde nec pueris, & pupillis, nec vino oppletis licet in iudicio iurare ob periculum falsum ferendi testimonium, vt D. Thom. docet art. 10. q. 89. ideo 2. 2. q. 5. cap. *Honestum* dicitur:

Idem

*Honestum est, vt qui in Sanctis audeat iurare, hoc iuramentum faciat cum omni honestate, & timore Dei, ne laborare caput, & aliud pro alio testificetur.* Similiter affluet petiuriis excluditur, quod ex retroactis praesumitur, quod debitam reuerentiam iuramento non exhibebit. Haec dicto loco D. Thom. Prae oculis habenda est veritas, cui diuinum securè possit testimonium committi, sine qua iuramentum crimen est. Vnde ab hoc peccato non excusantur pueri rationis vsum habentes, non senes, non alius hominum genus, si verè intendant iurare, & sciant falsum esse, aut dubitant de veritate; aut non intendant feruare promissa iuramento, sed fallere, aut merum incutere, quod qui potest peccare, si iurando verè culpabilis est, nec censendus periurus, qui ignorat inculpabiliter mendacem esse; sed potius arbitratur verum affirmare, vt ait D. Thomas quaest. 98. art. 1. ad 3.

Secunda conditio est, in iudicio. Hoc alij de iudicio cogente ad iurandum accipiunt: vt enim dicebamus, Iudex potest cogere, etiam quem falsò timer iuraturum: hoc enim muneri eius congruit, vt alterius bono consulat: quando magis tenebitur iurare, qui veritatem testificaturus est: & sic coactus non modò peccat, sed actum exercet Religionis, si verum tamen affirmet: cum autem in iure arceantur Sacerdotes à iuramento, ob eorum autoritatem, ob quam credendi sunt simpliciter aliquid affirmantes, vt dicebamus de gentium Sacerdotibus; tamen ob tertij bonum licet iurare, 2. q. 4. cap. *Si quis Presbyter.* praecipue pro rebus spiritualibus: & tunc etiam die festiuo licet iurare, quod tunc rebus spiritualibus vacatur. At addit D. Thom. q. 89. art. 10. non autem nunc sunt iuramenta praestanda pro rebus temporalibus, nisi forte ex magna necessitate. Verum est tamen, hac interposita, grauius peccare, quam sine illa, iurantes falsò; tum, quod cedat in tertij damnum; tum, quod solennia iuramenta maiori cum deliberatione fiant, quam quae passim loquendo veniunt. Vnde D. Thom. art. 2. q. 89. Paulus iurauit in Epistolis suis: sed non loquendo: facile enim labitur lingua: quod scribitur, attentius, & maiori cum deliberatione fit. Ad hoc Augustini adducit testimonium lib. de mendacio, cap. 15. qui ait: *Ex Pauli iuramentis nascitur, quomodo iurandum ex graui necessitate: ne, scilicet, iurando ad facilitatem iurandi perueniatur, & ex facilitate iurandi ad consuetudinem, & à consuetudine in perijurium decidatur; & ideo non inuenitur iurasse, nisi scribens, vbi consideratio cautior non habet linguam precipitem.* Hinc etiam colligitur, iudicium, alium sensum habere, nempe, vt rationis lumen praestet iuramentis, ne precipiti cursu ea passim in testimonium dicebimus afferamus; sed magna cum consideratione, magna cum certitudine, & rei, & temporis, & veritatis, ac necessitatis: iuramenta enim, quae sunt sine hoc duce, periculosa sunt, & peccandi praebent occasionem: quia, cum indiscretè iurat, ex hoc ipso, periculo se committit falsitatem incurrendi, inquit Sanctus Doctor q. 98. art. 1. ad 1. Statuenda quidem lux est, quae praestat, & iuramento securitatem tribuat, ne sine iudicio factum meritò dici possit.

Idem.

August.

fit. Ambrosi. in P. sal. 118. exponens verba illa: *Iuravi, & statui custodire iudicia iustitiae tuae.* Quid significat illud, statui, nisi firmitatem iuramento, tanquam basim illius apponere per discretionem, & cognitionem praecedentem circumstantiarum ad eius perfectionem necessariorum: Ambrosi. *Lux tibi praestat, si iurare disponis, id est, cognitio veritatis praecedat, vt vinculum sacramenti tibi non possit nocere.* Et ibi idem: *Nemo bene iurat, nisi qui potest scire, quod iurat.* Iurare igitur iudicium scientia, testimonium conscientia est. Et ad hoc affert illud Dauidicum: *Lucerna pedibus meis, verbum enim.* Vt scientia praecedat iurationem. Ad idem valer testimonium canonicum, cap. *Innocens. §. Illicitum.* 2. 2. q. 4. vt cum iudicio discretionis iuretur. Hinc ortum habet damnablem esse consuetudinem iurandi, ad eam tollendam (vt ex D. Thom. vidimus) iuramentum etiam secluso mendacio, à Domino prohibetur. Ex leuitate consueverunt consurgenti haec tamen (licet non sit peccatum mortale) magnum periculum secum afferit errandi, propter facilitatem, & incautam formam dicendi: ratio deficit, tenebrae occupant viam, & iudicium obscuratur, ne praemeditetur, quanta cum veritate, ac necessitate, & vtilitate iuramenta multiplicet: quae de causa, vt dictum est, periculo se exponit mentiendi, & iurandi, quae implere minimè possit, aut debeat. Ideò Sancti aduersus hanc certant, vt eam à medio tollant. August. lib. 17. hom. Sermon. 11. *Prius ergo laborare debetis, & consilium re aduersus consuetudinem vestram malam, & valedè malam, & tollere iurationem de oribus vestris.* Et Sermon. 10. id suadet populo, exemplo apposito suae pristinae consuetudinis iurandi, aduersus quam pugnauerat, & testes inuocat omnes eum agnoscentes antea iuramentum sepe, nunc minimè: *At vbi legi, & timui, iudicatus sum contra consuetudinem meam: in ipsa luctatione inuocavi Dominum adiutorem: nihil mihi facilius est, quam non iurare. O si Deus timeatur! O si perijuri expauescant! lingua frenatur, veritas tenetur, iuratio tollitur.* Isidorus 11. lib. Soliloq. *Affiduitas Isidor. iurandi perijurij consuetudinem facit; vsus iurandi ad perijurium inducit.* Quare hoc? nisi quod multiplicata iuramenta non vacant periculo lapsus in mendacium, aut dubietatem, aut iurandi, quae aduersantur iustitiae: deest enim praui lux iudicij, qua deficiente, nescimus, quanta cum securitate iuramenta multiplicata fuerint. Ob id enim damnanda haec consuetudo, ne tantorum malorum origo, & radix efficiatur.

Tertia conditio iuramenti, iustitia est, vt ex D. Thom. vidimus: cum autem iuramento firmamus, quae iniusta sunt, peccatum intercedit: vt, cum quis mentiens simul proximi honorem offendit, aut vitam, aut facultates: tunc iuramenti ratione peccat mortaliter ob mendacium, & praeterea ob illatum damnum: quod si graue fuerit, erit aliud mortale cum debito restituendi. Iniusta iuratio est, cum nocentia proximis inferenda iuramus, vt occidere, vulnerare, grauius offendere; vel, quae aduersantur Christianae perfectioni, vt non ingredi Religionem, non seruare mandata; aut charitati, vt non facere eleemosynam, non iniungere infirmum, quae omnia malè iurantur, & perniciosius seruantur. Vnde D. Thom. q. 98. art. 2. ad 1. docet, iuramentum, se facturum aliquid

quid

quid illicitum, iurando incurrit peritium A propter defectum iustitiæ: sed si non impleat, quod iuravit, peritium non incurrit: quia hoc sub iuramento cadere non potest. Similiter ad 2. non ligat iuramentum eum, qui iurat non ingressurum fore Religionem, aut eleemosynam non elargiturum: sed non servans, peritius non est, quod teneatur oppositum liberum relinquere.

Marsi 6.

Iudicium 11.

35.

Eeda.

Idem.

Basil.

Gregor.

D. Thom.

Vnde omne iuramentum factum aduersus aliquam virtutem, aut perfectionem impediens, iniquè fit, & resiliendum ab eo est: idèd Herodes, quanuis fortè iurando daturum filia saltantis dimidium regni, nisi ob prodigalitem, non peccaret, eò quòd non venerit in eius mentem postulataram caput Ioannis; tamen cum id fuerit postulataram, ad iuramenti impletionem minimè tenebatur: eò quòd res iniqua esset, & saltatio non erat tanto digna pretio. Tale iuramentum stultè factum, sicut votum Iephte (in quo paria sunt iuramenta, & vota) non seruandum: sed damnandum est. Vnde cognita iniusta petitione saltatricis, tenebatur Herodes propter iusiurandum non acquiescere illi. Beda in Marcum: *Si aliquid incautè nos iurasse contigerit, quod obseruatum, scilicet, peiorem vergat in exitum, liberè illud consilio saluberrimo mutandum nouerimus, ne pro vitando peritio in aliud crimen grauius incidamus.* Sed vulpes illa iuramento obtexit malignitatem suam: vt religiosus videretur, sacrilegus factus est. Idem Beda supra: *Scelisque excusat iuramento, vt sub occasione pietatis impius fieret.* Et Basiliius epistola ad Amphiloichium, hæc abominatuf iuramenta: *Neque enim Herodi iurasse profuit, qui ne peieraret, Prophetam occidit: sicut enim precepta seruanda immutabiliter sunt; ita peccatum omnino infirmare, & delere oportet.* Gregor. in 1. Reg. c. 14. affert iuramentu Saülis imprudenter factum, & addit: *Cum malè iuratur, iustius iusiurandum dimittitur, quam compleantur crimina, que iurantur. Sit ergo vnusquisque cautus, antequam iuret, vt aut ne omnino iuret, aut facturum se mala non iuret.* Et Herodis damnans iuramentum addit: *Sic quippe à proposito desistere non est vitium lenitatis; sed virtus directianis.* Prosequitur: *Tamen iurare, que reuocanda sunt, & detestanda, omnino cauendum est, & vehementer horrendum: quia, cum tale iusiurandum non impletur, non omnino culpa vitetur; sed minor eligatur.* Apprimè sanè: culpa enim tunc est in mala, & inepta promissione, aut comminatione: minoris autem electio in resiliendo à iuramenti impletionem facienda est. Hoc ipsum decernitur cap. *Cum quidam*, de iureiurando, non solum si peccatum mortale sit seruare iuramentum; sed etiam si veniale id sit, resiliendum ab eo est. Glossa c. *Si aliquid*, 1. 2. 2. q. 4. vt enim optimè Thomas docet q. 89. art. 7. iuramentum promissorium non solum sumitur ex rei veritate, sed ex bonitate eius, quod faciendum, aut non faciendum iuratur: illud assertorium refert factum præteritum, aut præteritum; istud promittit actionem.

\*\*\*

§. III.

Iuramentorum qualis sit diuersitas.

Vnde restat discrimen assignare inter diuersitatem iuramenti. Quatuor genera iuramenti afferunt, assertorium, promissorium, execratorium, & dolosum. Assertorium fit, cum aliquid asserimus factum extitisse, aut extare: ita hoc est, aut fuit, iuramento firmado: idèd præteritum, & præsens habet pro obiecto, in quo requiruntur ad sui perfectionem, & vt virtus religionis in eo reluceat, quas supra numerauimus, qualitates. Promissorium verò est ad futura à nobis facienda, vel nostra industria ab aliis exquirenda, vel ad aliquid vitandum, aut negandum: cuius bonitas in eo est, quòd res promissa, vel relinquenda non vergat in animam detrimentum, & in nostra sit potestate, vel quando iuramento firmata fuit promissio, licitè fieri poterat; postea verò, cum seruare instat iuramentum, malum esse id exercere opere apparuerit: tunc quidem iuste iuramentum factum fuit; sed postea minimè executioni mandandum: qui enim promittit, quæ in sua potestate non sunt defectu discretionis sui iudicij, malè iurauit.

Hæc apud D. Thom. q. 89. art. 1. & 7. & quæst. 98. art. 7. Promissio iusta semper seruanda est, in hoc stando, quod iuramento innititur tantquam basi. *Dem iurauit, & non penitebit eum;* non solum quia iusta promissio; sed quòd à iuramenti executione haud desistere voluit; sed firmiter, quod iurauit, ac promisit, seruauit. Idèd Paulus ad Heb. 6. immobile dixit iuramentum Dei, ne metumus labi posse, ac decidere ea, quæ iuramento diuino firmata fuerint. August. in Psal. 109. *Penitentia, mutatio rerum significatur: iurauit Dominus, firmavit, non penitebit, cum non mutabit.* Et quasi obiectioni satisfaciat, ex diuino iuramento, nobis licere iurare deducens, responderet: *Cur non iuret Dominus, quando Domini iuramentum promissionis est firmamentum? cum tamen nunc nostra voluntas, nec firmior reddatur diuino testimonio, à iuramento desistat.* Imò vsus in Deo assumendi iuramenta eò tendit, vt nos credamus, sic contestante facturo, quæ comminatur: vt Amos 8. *Iurauit Dominus in superbiâ Iacob.* Hier. Cur? Docet: *Vt si non credunt comminanti, credant iuranti.* Exponens Ambros. in Psal. 118. *Iurauit, & statum custodire, &c.* Addit: *Qui enim statuit, non mouetur: si enim metueret, non iuraret: si enim trepidaret, vtrum diuina posset custodire iudicia, non cum iurandi statueret sacramento.* Qui autem mutabiles sunt, ne assuecant iuramentis faciendâ confirmare. Rationem reddit Ambros. supra: *Noli ergo usurpare exemplum sacramenti, qui implendi sacramenti non habes potestatem.* Vnde, quæ promittuntur, & non vergunt in præiudicium conscientia, quia non mala aliis, aut nobis, seruanda firmiter sunt sub peccato mortali, si res non leuitate sua excuset à tam graui culpa de iureiurando, cap. *Si verò*, cap. *Veniens*, & S. Thom. q. 89. art. 7. in corpore, alioquin deest veritas iuramento, ait ibi. Qui iurat soluere vsuras, tenetur seruare promissa; quod non vergit in detrimentum salutis; potest

D. Thom.

Psal. 109.

Hebr. 6.

August.

Amos 8.

Hieron.

Psal. 118.

Ambros.

Idem.

D. Thom.

Glossa.

D. Thom.

Iosue 9.

Ambros.

Liuius.

Saluian.

Ambros.

D. Thom.

Ambros.

Chrysol.

test tamen in iudicio reperere, quæ dederat, c. *Debitores*, de iureiurando. Qui coactus ab alio iurat, quæ licet ei facere, seruare tenetur, cap. *Ad audientias*, ff. quòd metus causa, & Glossa in cap. *Si verò*, de iureiurando. Verum quidem est, si metus appositus cadat in virum constantem defectu voluntarij non tenere iuramentum, sicut nec consensum ad contrahendum matrimonium cap. *Peruenit*, de iureiurand. D. Thom. ad 3. dict. art. 7. non distinguit inter metum cadentem, & non cadentem in virum constantem, & affirmat, teneri non propter humanam, sed propter diuinam obligationem ratione iuramenti; & ad Pontificum diploma responderet, non tollere obligationem, sed relaxare eam in iudicio.

Horum ea est obligatio iuramento firmata, vt id, quod eo promittitur, ad effectum perueniat. Exemplo id docuit Iosue, qui Gabaoitis fidem seruauit, quanuis se extraneos esse à promissa terra fingerent. Rationem reddit Ambros. 3. offic. cap. 9. *Ne dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solueret.* Nec deest in humanis huius rei exemplum. Inter alios Liuius de Annibale loquens 2. Belli, lib. 1. Decad. 3. affirmat, iuramento suis promississe, talia facturum: quod ratum adèd esse voluit, vt agnum assumens gladio truncauerit, addens. *Ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset: & secundum precepcionem caput pecudis saxo elisit.* Si res tamen iniqua sit, resiliendum est à iuramento: cum tamen nihil firmiter adimplendum iuratores affirmant. Comprobat Saluianus 3. de gubernat. qui rogans quendam Potentem, ne pauperem vexaret, responsum tale dedit: *Iurauit illi me esse tollendum, & non possum, quod à me petis, facere.* Vnde addit id, quod frequenter accidit, non solum vana iurare, sed etiam scelera quedam per Christi nomen esse facturos. Quanto grauius Deo Herodes ferculum in disco offerret, si iuramentum (quod fortè iniquum initio non fuit) non seruaret? Ambros. 3. offic. cap. 10. *Inferitur disco caput Prophetæ: & hoc affirmatum est fidei esse, quod amenia fuit.* Ita peruerfi homines iactant, se fidem seruare, nec à verbo iurato discedere; cum tamen iniquum sit, & Dei nomini iniuriam inferant: vnde rei malè iuramentum, peccatum, est, si cognita fuerat prauitas; non tamen obligat: deest enim illi ratio iustitiæ; & peccatum esset tale exequi, aut impediret maius bonum: quia, vt ait D. Thomas q. 89. art. 7. vtrunque eorum vergit in deteriozem exitum, vt ex Augustino refert, & cap. *Cum quidam*, de iureiurando. Cum hoc discrimine, de quo D. Thom. ad 2. quòd iurans mala, & peccat iurando, & implendo: at iurans, quæ impedimento sint maioris boni, iurando peccat; non tamen si ea seruet, non quatenus iurata; sed quia non tenetur Religionem ingredi, aut statum perfectionis assumere. Et licet ad 2. excuset iuramentum Herodis; fortè enim non aduerterat mala secutura ex illo, vt supra diximus, eis cognititis iuramentum non cogebat ad sui obseruationem, vt ex Ambrosio probat 1. Offic. *Est contra officium nunquam promissum soluere sacramentum: sicut Herodes, qui necem Ioannis præstauit, ne promissum negaret.* Et damnans Petrus Chrysol. Sermon. 174. hoc iuramentum: *Iurat,*

inquit, *miser, dum, quidquid honestatis est, & virtutis, abiurat.* Quasi offensa Dei non esset seruire iniustum, vt Augustinus inquit lib. 17. hom. August. Sermon. 11. *Ne Deum offenderet periurando, Deum offendit seruando.* Si maioris boni impeditiua res sit, similiter cessandum est, & minimè seruandum iuramentum: vt cum quis iurat matrimonium, aut non ingredi Religionem; non conferre eleemosynam indigenti. Si verò bona sit, sub veniali tenetur leuè, grauem verò sub mortali adimplere; & toties peccatur, quoties iuramenti sacramentum non seruatur indenne; vel quærenda, & obtinenda est dispensatio, aut commutatio ab habente potestatem. Quod si indifferens sit, nullòque bono sine fulciatur, non obligat iuramentum, nec peccatur communitè grauitè: quia ista pauci tenent, cum iurant. Esse enim oportet de re bona, & ad virtutem spectante: in his enim iuramentis necessitas deest, & iudicium; & cum non desit veritas, grauis culpa in eis non apparet. At, cum deest iustitia in promissione, aut comminatione, quanuis res grauis non sit, qua tenetur, non implere promissa, non excusat D. Thom. q. 98. art. 1. à peccato mortali, quòd D. Thom. deficiente iustitia mendacium incurrit, cum oppositum seruare teneatur: omne enim mendacium iuramento firmatum mortale est. Cæterum, mihi difficile videtur, mendacium esse, quod iurans seruare intenderat, cum iurauit: quòd autem in exequendo cogatur discedere, vel ipse nolit malum inferendum, iuramento firmatum, facere, mendacium non est; sed necessitas bene operandi non malè. Quòd si res iniuste iurata non magnum affert detrimentum ei, aduersus quem iuratur; mortale non erit, aut seruare, aut resiliere. Et similiter bonum promissum animo adimplendi, absque mortali, potest non conferri: quia res parui momenti haud cogit ad tam exactam executionem sub graui censura: veritas tamen stat, cum iurans tunc temporis intendit id seruare, aut dare, quod iurat; non tamen in eo, quòd id exequatur, si non graui teneatur obligatione. Cætera verò iuramenta promissoria seruanda sunt, ob Numinis reuerentiam; quanuis inde detrimentum temporale sequatur: quia, vt ait D. Thom. supra, *magis debet damnum temporale sustinere, quam iuramentum violare.* Inter Barbaros vigit in virili obseruatione iuramenti religio. Meminit Iosephus 18. Antiquit. cap. 12. Artabani, Regis Parthorum, qui fama allectus, Afineis, fortissimi Hebraei, ipsum accersit data dextera, & iuramenti sacramento, non inferendi ei malum; cum tamen vidisset hominem Parthis exosum, & miratus fuisset in tam paruo corpore tam vastum residere spiritum, Abdagasi magistri militiae suasionem, vt ipsum interficeret, cogebatur. At ille renuit: *Ac negauit se hoc permitturum in hominem, qui se credidisset sua fidei, data dextera confirmata, & iurando adhibito.* Et ne gentium mores aduersus Deum colentium, decantent victoriam, in mediū adducam aliud iuramentu populi Dei contra Benjamin Tribum Iudicum 21. qui cum arma fumeret, vt hanc destitueret, ob facinus turpe ab aliis quibus eorum filiis perpetratum, & ab vniuersa Tribu defensum, ac parocinatum; iuramenti sacramento statuerunt, paucis in vivis degentibus

August.

D. Thom.

Idem.

Ioseph.

Iudic. 21.



degentibus post cladem, non concessuros filias suas; & licet immineret periculum, vel omnino extinguendi huius familie memoriam, vel quod cogentur inter alienigenas, quærere uxores; adhibito consilio, & re omni ex parte considerata, firmum, ac ratum debere persistere iuramentum statuerunt. Ioseph. 5. Antiq. cap. 6. rationem talis consilij referens ait: *Seniores tamen periurij nomen valde metuebant.* Omnia detrimenta tanti non estimantes, quanti in periurium incidere, non seruato sacramento religionis. Vtinam hoc iudicium de re tam sacra omnes fingerent, & iuramentis debitam exhiberent reuerentiam. At nunc quam frequentius, iuramento promissa firmare, & similes Esai abire parui pendentes, quod in pignus seruandæ fidei, nomen Dei concesserint. Quamti similes Saül Regi, qui 1. Reg. 19. iurauit: *Viuat Dominus: quia non occidetur.* At statim innocentem Dauid persequebatur, quem admodum venatores in montibus auidè feras quærunt. Ob id Gregor. in 1. Reg. cap. 14. monet sic: *Vnusquisque sit canis, anequam iuret, ut aut ne omnino iuret, aut facturum se male non iuret.* Qui benè promisit, tempore tamen adimplendi, res sine conscientia detrimentò fieri haud potest; non tenetur promissione. D. Thom. q. 89. art. 7. in corpore.

Qui, quæ in potestate sua erant, facere iuramento firmavit; postea tamen tali caret facultate; ad nihil tenetur, nec peccabit. Sanctus Doctor q. 89. art. 7. in corpore: vt si pecunia promissa perierit.

Qui, quæ in potestate sua non erant, promisit, ineptè iurauit, cum impossibilis sit redditio. Deest enim, inquit S. Thom. dicto art. 7. discretionis iudicium.

Quia ad promissoria iuramenta reducitur votorum obligatio hoc discrimine intercedente, quod Deo ista fit, illa hominibus; de eiusmodi promissionibus aliqua addenda dictis sunt. Semper quidem viget in eis, & fortius vrget ratio, quæ in iuramento, vt valeat, dicta est, nempe, non esse votum de re mala, nec de indifferenti: nec item de bona, si maiori impedimento sit. Voti obligatio grauis est, eò quod Deo fiat: quare, si liberè emittatur, post vsum rationis obligat sub mortali, nisi lante pubertatem à parentibus abrogetur eiusmodi debitum, aut extra istam dispensetur, aut commutetur ab habente potestatem. Quare eiusmodi pensum durè premit, & magna cum cautela adhibendum est, nec eius vires infringit afflictio, infirmitas, incurfus malorum, quæ ad aliquid Deo vouendum cogunt; si tamen libera maneat ratio, nec magnitudine tribulationis absorbeat, semper vim suã obtinet, & cogit ad sui obseruationem. Optimè hoc docuit Fulgentius ad Gallam scribens de coniugali debito, cap. 5. exponens illud Pf. 65. 15. *Vota mea Domino reddam, que distinxerunt labia mea. Que non solum residebant in mentis arcano sed etiam labijs expressit.* Addit Propheta: *Et locutus est os meum in tribulatione mea. Docens Beatus David, omnia esse Deo reddenda, que fuerint legitime dumtaxat in tribulatione promissa.* Addit Fulgentius: *Quis sicut Ionas, tribulatus in cæci ventre, in pelagi medio, & altitudine aquarum iactatus? At tamen cap. 2. Ego autem in*

Idem.

Gen. 25. 34.

Gregor.

D. Thom.

Fulgent.

*voce laudis immolabo tibi; quacumque voti, reddam pro salute mea. Quid iste obtulerit, & opere soluerit, constat ex iis, que egit pro Dei causa. Quid soleant homines iactare, cum tribulationibus concurri se sentiunt, & ob id vota emittunt, notauit Lyran. in dict. cap. 2. Solent homines in magna necessitate existentes, emittere vota Domino: & sic fecit Ionas in ventre piscis existens; sed non sic ille: Reddam, inquit. Quare vota magna cum consideratione emittenda sunt, non in ipso tribulationis feruore; sed post eam: sat enim est, tunc tolerare in humilitate, quæ Deus inducit mala: vt enim ait Dauid Psal. 50. *Sacrificium Deo, spiritus contribulatus.* Apertissimè id docuit exemplum nauarum, & nauigantium vnà cum Iona cap. 1. cum enim vi ventorum nauis periclitaretur, clamauerunt ad Dominum. At sedata tempestate, immolauerunt hostias Domino, & voverunt vota. Quare tunc non emiserunt vota: Rationem reddit ibi Hieronymus: *In medijs fluctibus hostias non habebant; sed quia sacrificium Deo, spiritus contribulatus est; idcirco in mari immolant hostias.* Vult enim significare, in ipsa pressura satis esse Deo consecrare in patientia, & humilitate cor. At, cum in pace sunt omnia, & homo sui compos factus, non tam necessitate compulsus, quam ex gratitudine Deo obligatus, magna cum cautela, & circumspetione, votum, si libuerit, emittat. Aliter facientes sentiunt se vinculis debiti teneri: nec distumpere ea valent, nec implere in desiderio est. Et sæpissimè stultè promittuntur, quæ nec grata sunt Deo, nec ipse votum emittens scit, ad quid se extenderit facta promissio. Damnant omnes illud Iephte votum, cum id, quod ei primò occurreret, Deo concesserit. Quid si canis, si simia, si asinus tunc aduentaret? Eratne Deo offerendum? Prosper 2. prædiction. cap. 20. ait: *Dignum fuit, vt non taxata victima, canem, vel subingale, aut quodlibet aliud dignum pecus, sibi primitus occurrens, vt promiserat, immolaret.* Talia vota potius damnanda, quam acceptanda veniunt: stultè enim, & absque consideratione facta, ad irretiendum animum seruiunt, non ad Deo quid gratum offerendum. Nec immeritò ipse post voti in filia virginis impletionem, perpetuum indixit fletum, ait Textus: *Exinde mos increbuit in Israël, & consuetudo seruata est, vt post anni circulum conueniant in vnum filia Israël, & plangent filiam Iephte Galadite diebus quatuor.* Quis ad talem consuetudinem obligauit feminas, nisi ipsa stulta promissio, quæ potius quam filia iugulo data, lugenda erat? Optimè Ambr. 3. Offic. cap. 12. *Luctum annum, etiam posteris deplorandum statuit, ac dereliquit dura promissio, acerbior solutio, quam necesse habet lugere ipse, qui fecit.* Nec consulendum censo, vt etiam extra laborum angustias consistens homo votis se obliget: nam tunc non occurrunt, quæ exitum difficilem habent, & postea multa ardua apparent, quæ impedimento sunt, ne seruetur promissum. Optimum verò pro omnibus consilium est, facta citò reddere: nam procraftinatio æquiualeat debiti negationi: Vt enim ait Ennodius lib. 6. epist. 28. *Quoties votina res repente conigerit, pretium de ipsa temporis breuitate sortitur.* Quemadmodum fructibus datus est quidam velut flos pudoris, quem si perdant, vix offerri possunt: ita vota dilata florem amittunt, & inuerecundè Deo lirantur.*

Psal. 50.

Iona 1.

Hieron.

Iudic. 11.

Prosper.

Ambros.

Ennod.

Secundum

Secundum sit, magis inclinari ad elargiendum, quæ præ manibus habent, cum se offert aliquid Deo donandi occasio, quam in futurum plurima promittere, quæ vix ad manum veniunt creditoris. De Quinto Fabio refert Lilius lib. 2. deced. 3. belli Punici, certente populum vexatum hostiliter, consuluisse Sibyllinos codices, decemque viros, vt causam eiusmodi cladis inquirerent. Responsum illis fuit per Vates: *Quod eius belli causa votum Marti foret, sed non ritè factum.* Quid de vero Deo, cui stulta promissio haud placet? Quare non oneranda conscientia sunt, si votis irretiantur, inconsulto oraculo Confessoris factis, ne ritè non emissis conscientia belligeret, & intra proprios lares scrupulis mordeatur.

Lilius.

D. Thom.

Isidor. lib. 2. de summo bono, c. 2.

D. Thom.

Gregor.

D. Thom.

Quia dolosum iuramentum ad promissorium pertinet, dicamus de eo. Tale est; cum quis verbis similitudinem eius, quod ab eo exigitur, tegit iuramenti fallaciam, vt cum quis audiens putat sibi sub iureiurando promitti aliquid; qui tamen iurat, aliud pratendit. Ista iuratio peccatum est propter dolum. Quomodo autem interpretandum sit iuramentum, dubium est, an iuxta exigentis iuramentum, mentem; an conformiter ad doli textentis voluntatem. Respondet D. Thom. quæst. 89. artic. 7. ad 4. *Quando dolo intercedit, debet iuramentum seruari secundum sanam, & sinceram, tam verborum, quam iuramentum exigentis mentem: quia, vt inquit Isidorus, Deus, qui conscientia testis est, ita accipit, sicut cui iuratur, intelligit. Dupliciter isse vens sit, inquit idem Isidorus, quod & nomen Dei in vnam assumit, & proximum dolo capit.* Verba D. Thomæ dicto loco hæc sunt: *Quando non est eadem iurantis intentio, & eius, cui iurat, & hoc prouenit ex dolo iurantis, debet iuramentum seruari, secundum sanam intellectum eius, cui iuramentum prestatur.* Si autem iurans dolum non adhibeat, secundum eius intentionem de iuramento censendum est, quod ad amplius minime intenderit se obligare: vt enim Gregor. habet 27. Moral. cap. 7. *Humana aures talia verba nostra iudicant, qualia foris sonant; diuina verò iudicia talia foris audiunt, qualia ex inimicis profertur.*

Execratorium iuramentum est, cum quis pœnam imponit sibi, cum Deum in testem adducit, nec solum se, sed aliquid ad eum pertinens pœnæ obnoxium reddit, vt, veniat super me hoc malum in anima, aut vita, aut salute, aut saluatione, vel filiis, matri, patri, &c. si tale non est: de quo D. Thom. dict. q. 89. artic. 1. ad 3. Hoc etiam damnatur; tum, quod deest illi discretio iudicij; tum quod malum, quod sibi venturum exposcit, quod iniustum est: & iuxta de iustitia in iuramentis necessaria, censendum est de hoc iuramento: si enim res, quæ in pœnam imponitur, parua sit, parumque detrimenti afferat, & verum firmetur, non erit mortale: si autem grauis sit, erit mortale, factum cum ea intentione talem sustinenti pœnam, si non seruetur: si deesset intentio, etiam mortale esset, ob mendacium, & fictionem.

§. IV.

Quibus verbis iuramentum exprimitur.

Exponendum est, quibus verbis iuramentum exprimitur. Ad hoc aduertendum est, dupliciter solere iurare homines Deum inuocando, tanquam testem, aut Iudicem, eum adducendo testem veritatis, & Iudicem mendacij, vt cum dicitur: *Viuat Dominus. Per Deum. Per Christum. D. Thom. q. 89. art. 1. ad 3. ita habet: Cum in testem adducitur, dici solet: Est mihi Deus testis. vel, Coram Deo loquor. vel, Per Deum. quod idem est, vt dicit Augustinus. Alius modus iurandi est per execrationem, dum, scilicet, aliquis, vel aliquid ad se pertinens ad pœnam obligat, nisi sit verum, quod dicit. Iuratur secundo modo per creaturam, quod Christus Dominus prohibuit Matth. 5. vt per cælum, terram, templum, animam, vitam, salutem meam, aut aliorum; quæ forma iurandi eandem difformitatem habet, quantum ad substantiam, quam ea, in qua Deus inuocatur, quatenus quod tunc esset mortale, etiam sub hac forma iurantes peccent mortaliter. Ratio est: quia in creatura Creator continetur; aut quod semper imbibitur conditio pœnalis, si verum non sit, quod asseritur: vt, intereat vita mea, salus mea, aut filiorum, vel parentum, si ita non est, quæ pœna à Deo infligenda permittitur. Ita D. Thom. dicta quæst. 89. artic. 9. vbi hac ratione probat intentum: Fides virtus theologica versatur primariò circa Deum; secundariò tamen circa creaturas, in quibus elucet diuina veritas, cuius testimonium fides præstat: ita religio versatur circa Deum; secundariò circa creaturas, in quibus diuina elucet autoritas, vt cum iurat quis per Euangelia, includit Deum, à quo veritatem, & certitudinem continent; & per Sanctos, qui hanc veritatem crediderunt, & obseruauerunt. Per execrationem tamen, vt in creatura diuinum exerceatur iudicium, cui subiicitur, si mendacium intercedat. 2. Corinth. 1. *Ego testem inuoco Deum in animam meam.* Pro iuramento accipit hæc verba Sanctus Doctor, vnde iurans per creaturam, peccat mortaliter, quando iurando per Deum mortale peccatum esset. Habetur etiam cap. Ecce. 22. q. vltima.*

D. Thom.

August.

Matth. 5. Iacobi 5. 12.

D. Thom.

§. V.

Pœna decernitur aduersus iurantes.

Quibus sic stabilitis, qua via inimicus non potest possit homines irretire, & ad grauisima perducere scelera, nisi iuramentorum coacervatione? cum enim hoc peccatum linguæ volubilis sit, & facis Reipublicæ, nullam autoritatem in dictis habentis, nec aliqua puniatur pœna, quasi liberum sit omnibus pro libito iuramenta accumulare, inde hæc pessima irrepsit consuetudo, quæ tot criminum origo est: quæ enim

S

prohi

prohibentur, aut arguuntur, & tanquam quid deformis ab omnibus improbantur, tandem emendantur: si enim pater, mater, pedagogus, cognati, amici improbant puero aliquam actionem, tandem inquit Chryl. hom. 27. in Matth. tot habentem custodes, tot increpantes, cum undique pulsatur, non licet non cauere. Ita iuramenta exterminarentur, si plurimos haberent ea arguentes, ac ut grauē malum arcentes: ob id enim credo huic præcepto iniunctam à Deo pœnam, vt sibi adsciscat causam desertam ab hominibus: videt enim commune malum serpere, à nullo vgeri, & corrigi, ipse assumit causam istam, & pœnas grauissimas iurantibus infligit. Rationem reddit D. Thom. 1. 2. q. 100. art. 7. ad 4. quæ talis est, vt dicitur 1. Ethicor. Pœna necessaria est procliuibus ad malū; & idē solis illis præceptis legis additur comminatio pœnarum, in quibus eras pronitas ad malum. Erant autem homines procliuēs ad idololatriam propter generalem consuetudinem gentium, & similiter sunt etiam homines proni ad periurium propter frequentiam iurandi, & idēo primis duobus præceptis adiungitur comminatio.

Hæc sola restat medicina, vt iuramentorum ægritudo curetur: quis enim huic feræ occurreret? quis eam continere valeat? Ita eam vocat August. Serm. de verbis Apost. Iacobi: Videtis, ait, quā ista detestanda sit bellua, & de rebus humanis exterminanda. Qui enim non timet hominum flagellum, timeat diuinam securim aduersus iurantes, iam, iam, ad radicem tantorum malorum minantem: nec ob id audeas iurare, quod Deus etiam tacet, iuramenta haud puniens. Respondet Chryl. hom. 26. ad populum: Ne propterea quod non punimur, nos non peccare cogitemus, illud est misericordis, non virtutis nostra. Imò quando peccati grauitas non ratione probaretur, constaret, quanta sit ex grauitate pœnæ iurantibus inflicta. Illa apparet ex eo, quod tale peccatum aduersus latriam pugnat, & religioni aduersatur, præter theologales supremam virtus ad secundum primæ tabulæ præceptum spectat, iniuriosum est Deo, & hominibus, multa affert damna: vnde concludit Chryl. hom. 27. in Matth. Non est vulgare peccatum, vel meritum, sed vtrunque magnum est, & bonum, & malum. Ex magnitudine pœnæ aperte patet, quantum Deo displiceat. Zach. 5. volumen vidit volans, & irruens in domum iurantis. Volumen dicitur, eò quod obvoluitur charta, in qua scribitur, significans, quasi latere homines; Deo tamen notum esse, quanta mala incurrant praudentes iurantes. Chryl. supra: Volantem vidit codicem, velocissimum ultionis incursum significat iuramenta sequentem; multorum verò cubitorum latitudo, & longitudo, vehemētiā indicat, & magnitudinem malorum. Cur è caelo procedit volumen istud? Respondet Chryl. At è caelo volare, est, ex supremo tribunali sententiam ferri: falcata verò forma inenitabilem supplicij sortem designat. Vt credas, vbi deest humana pœna, diuinam incursum iurantem, & inenitabile malum passurum. Quod nos volumen, Septuaginta falcem appellant. Ita etiā Theodoretus: Falcem offendit maximam per aërem volantem. Minas intentat sic Deus aduersus fures, & iurantes, vt credas non pacis indicem, volumen esse; sed cruenti belli. Item, nomen habet voluminis; at opera falcis secatis

Chryl.

D. Thom.

August.

Chryl.

Idem.

Zach. 5.

Idem.

Theodoret.

à radice arborem infructuosam: latet enim homines pœna, quatenus etiam grauitas delicti haud cognoscitur; sed leue existimatur, cum dicat in dicto c. 5. Theodoretus: Iurisurandi violatio, impietatis caput est: quia omni dilectione vacua sit eiusmodi violatio. Quare: Quia nec Deus diligitur, cum nomen eius malè tractetur, nec proximus, aduersus quem mendacia confinguntur, & fides aboletur, promissa iuramento firmata cum negantur: si enim licet argumētari, vt Deut. 25. docetur: Iuxta mensuram delicti, erit & plagarum modus. Si tam seuera armatur punitio aduersus impiē iurantes, quali culpa tenentur: Nec satis est, hanc pœnam mittere aduersus iurantem; sed aduersus ipsius domum; vel, quod omnia eradicat bona illius; vel, quod magister sit exemplo suo iuramentorum vxoris, filiorum, & seruatorum, hoc est, familiam inundantium, & per pœnam inuadentium. Ob id, & consumet eam, & ligna eius, & lapides eius. Si ad domum respicias, ait Chryl. sic puniri eam possidentem, vt supplicij illius memoria non deleatur. Cum enim Deus sic punit, vt reliquæ pœnæ perpetuò durent, exemplo vult id esse aliis, ne peccent similiter; & magnitudinem delicti manifestè prodit, cum tam acre exemplum relinquat memoriæ hominum, vt videre est in illa statua falis vxoris Lot, & notauit Basilius de Seleucia orat. 6. in illa arca diluuij, indice inter altissimos montes Armeniae relicta ad tantorum facinoram, quorum causa tam saeva pœna inuicta fuerat, memoriam excitandam: Sedis celsitudine diluuij terrorem metiens, veteris supplicij monumentum recentis minas conseruans, & comminacem gentium vindicem ob oculos posteritati relinquens. Sic grauitas apparet peccati, & remedium adhibetur, ne in futurum tale malum patretur. Præterea, cur aduersus domum insurgit diuina iustitia? Respondet Chryl. Vt domus illa erudatur, in qua illa patrata sunt. Ad eò enim displicet Deo hoc genus criminis, vt nec locum immunem à pœna relinquat, vbi talia gesta sunt. Timeat homo Deum minantem, timeat, & reuereatur sacrosanctum Numen: ad hoc enim introducit reuerentiam ei debitam, & incutit timorem, vt nemo iurare audeat. Deuter. 6. Dominum Deum tuum timebis, & ipsi soli seruias, ac per nomen illius iurabis. Qui enim affirmat, negat oppositum. Si iurare iubet cum debito honore, & seruitutis timore ad actum latriæ exercendum, seuerissimè prohibet iuramenta, inania periuria. Nomen Dei veneratione dignum in laminis aureis super caput summi Sacerdotis deferri solebat, Exod. 28. Nunc autem, inquit Chryl. homil. 26. ad populum, velut quiddam vulgare sic ipsius nomen circumscriimus. Nam, quia Christus Dominus hoc malum vitare conatus est, aduentu suo omne refecans iuramentum: Nolite iurare omnino: sed sit sermo vester, est, est, non, non. Audaciores facti plus iuramus, quam solitum antiquitus erat. Chryl. homil. 27. ait: Vultis discere, quare prius iuramentum concedebant (nam nec illis peierare fas erat)? Quoniam per simulacra iurabant. Non confundimini in his legibus permanere, in quibus indugebat illis infirmitas? Quibus addit Ambrosius in Pl. 18. ibi: Iurauit, & statim, ad sanctiorem religionem referri curam abstinendi à iuramentis: Vbi religio est sanctior, ibi fides veritatis est plenior, vt iuramento

Idem.

Deut. 25.

Chryl.

Genes 19. Basil. Sel. Genes. 8.

Chryl.

Deut. 6.

Exod. 28. Chryl.

Idem.

Ambros.

no. 23

non indigeant. Addit: Idē Dominus, qui venit docere paruulos, imbuere novos, firmare perfectos, ait in Euāgelio, non iurandum omnino: quia infirmis loquebatur. Quasi velit, nostram timens infirmitatem, & cadendi periculum, vitasse iuramenta: tum, vt perfectiori statui congrueremus: tum, ne in grandia mala ex iuramentis nascitura incidere-mus. Non sic sapientes illi, qui ad eò venerabantur Numinis inuocationem, vt etiam addicti necessitate, & veritate fulti, à iurando abstinerent. Refert Basilius homil. de legendis libris Gent. Limam quendam Pythagoræum sustinuisse trium talentorum pœnam, à qua liberaretur, si veritatem firmasset iuramento, & noluit: Quia: Iniuriam pati maluit, quam iurare; idque cum non esset falsò iuraturus. Pudeant Christiani liberè nomen Dei conculcantes, iuramenta frequenter in ore afferentes, & pro nihilo ducentes, sic Deum tractare.

Basil.

§. V.

Cur tam frequens iuramentorum abusus.

Hinc irrepit hoc malum in omnem hominum conditionem: sunt enim quadam vitia, quæ atatem sociam exposcunt, & alia quasi terminum recognoscunt. Luxuria non pulsat infantes, nec pueros; verum adolescente atate crepuscula huius vitij sentiuntur. At hoc ipsum malum habet pro termino ad cessationem senilem atatem: tunc enim frigit Venus, & compescuntur concupiscentia, sedanturque huius ignis incendia. At hoc vitium commune, quatenus omnes tingit, & inficit, ac vulnerat, nullam atatem recognoscit, nullum terminum ad illud dependendum habet, pueri, puella, nihil frequentius in ore habent, & hoc ad patrocinandum mendacia: & quantum in aliis innocentia adhuc vigeat, peccatum fores patentes inuenit per iuramenta, vt tenera ætas Diaboli subdatur imperio. Senescente atate, vbi ad metam vitæ peruenitur, maledicta videntur, iuramenta tertio quoque verbo ingeminantur. Duo enim affirmat Cyprianus de duodecim abuf. non senescere in senibus, cor, & linguam: illud ad desideria, velut fulmina fouendum: cum enim vires non suppetant exequendi vitia, appetitu eas resumunt, & miserè hoc igne accenduntur. Lingua similiter residet in eis facilis ad labendum. De hoc conqueritur senex, & valerudinaris Naz. quom effraenem vocat, & eam continere non posse in tali constitutus atate dolet. Ait ergo Cyprianus: Cauendi sunt homini due particula, quæ in illius carne non veterascunt, & totum hominem secum ad peccatum pertrahunt, cor, videlicet, & lingua. Hæc quidem tunc facilius mouetur, cum reliqua cessant. Et quemadmodum feminae ad digladiandum his vtuntur armis: ita senes eis similes, imbecilles ad reliqua munia, & otio vacantes, consuetudine ab adolescentia, & virili atate radices mittente, in hac palestra decertant, & lingua pessima, & effraeni plurima iuramenta multiplicant, ad eò vt omnino ea vitare quasi impossibile credant; nec corrigi faciliè possunt propter grandæuam atatem, nec confessionibus cedunt; sed procaces perficiunt in pessima iurandi consuetudine. Pueri, &

Cyprian. c. 2.

puella hoc malo tanguntur aliquibus de causis. Prima, ob ignorantiam grauitatis culpæ. Secunda, propter aliorum similitum abufum iurandi, quibuscum conuersantur. Tertia, ob prauum domesticorum exemplum. Quarta, quod non facile, quæ dicunt, quæ faciles sunt ad mentendum, creduntur, cogunturque iurare ad mendacia firmandum: in quo peccant grauius tales ad iurandum cogentes, cum ferè certum sit, eos exponere periculo periurandi, vt ex D. Thom. supra reuelimus, cum de prima conditione iuramenti ageremus, pueros non admitti ad iurandum in iudicio: quia nondum habent perfectum vsum rationis, quo possint cum reuerentia debita iuramentum præstare. Quæ ratio etiam cogit, præter iudicium in vfu venientibus negotiis: qui enim scit tales nescire Deum reuerenter honorare, nomēque suum dignè tractare, cur eos ad iuramenta inducunt, & propocant? Alia ratio ad hoc facit eiusdem Angelici Doctores ad probandum, periurum non admittendum ad iurandum: quia ex retroactis præsumitur, quod debitam reuerentiam iuramento non exhibebunt. Vocat supra, & in hoc exemplo non iurare cum debita reuerentia, non apponere condiciones ad iustitiam, & ex virtute iurandum: decrit enim illis, aut iudicium, aut iustitia, aut veritas. Cum ergo ex tot experientiis manifestè compertum sit, pueros sine eiusmodi circumstantiis proferre iuramenta, & frequenter ad mendacia confingendum procliuēs inueniri; quid aliud ex hac inductione ad iurandum nasci potest, quàm plurima agglomerare periuria? Idem sentio de sceminis mendacissimis, & parum à pueris distantibus in iudicio rerum, & iuramenti reuerentia, peccatque æstimatione: has enim ad iurandum inducere, aut prouocare cū periculo periurij, graue erit peccatum. Quid de cætera vulgi fæce dicemus, apud quos nomen Dei pro nihilo ducitur, & mille modis offenditur falsis iuramentis, nulla necessitate cogente factis, nulla regula iustitiæ seruata; sed solum ex abufu, & praua loquendi consuetudine: solum enim solet ea pars Reipublicæ sana ab hac labe seruari, quæ ex hominibus magni iudicij, & viris primis ecclesiasticis, ac sæcularibus componitur, quos decet ratio, & magna cum necessitate aliqua iuramento firmare, neque ab eis iuramenta extorquentur, neque de veritate testimonij dubitatur, satis ducentes, si ipsi serid, quæ referant, testetur, nullo interueniente iuramento. Rationem reddit Sanctus Doctor supra: Idēo personis magna dignitate non comenit iurare: quia non dubitatur de veritate eorum. Ob id etiam, vti supra diximus in c. Presbyter. 2. q. 5. & cap. Nullus. 2. 2. q. 5. prohibetur iuramentum Presbyterorum, & Ecclesiasticorum: tales enim credendi sunt nullo appposito sacramento. Faxit Deus, vt ab omnibus seruetur, & vti nam grauitas, & magnitudo conditionis, aut dignitatis, à iurando retraheret. At, cum ira dominatur, nulla cura tunc celsitudinis remanet; sed iuramenta augentur, quādo omnino vitanda forent, cap. Honestum. 2. 2. q. 5. præcipitur, ieiunium iurare oportere, & cum omni honestate, & timore Dei, ne præcipitur ratio, si occupatum sit caput crapula, aut ebrietate. Quæ, rogo, ebrietas iræ comparari poterit: Hæc dominatum vsurpat, rationemque deuincit. Si

D. Thom. q. 89. art. 10.

D. Thom.



cum tanta moderatione iurare iubetur, & prohibetur, cum periclitatur sanum iudicium, deuotio, & reuerentia: quomodo tunc maxime iuramenta in cumulum magnum veniunt, cum omnino essent vitanda, ne ratione priuati, vafre, & stultissime loquendo, plurima peccata fiant.

Demum alia causa accedit iuramenta facillima reddens. Cetera peccata tenebras amant, sine quibus raro fiunt; rubore enim continentur homines publice peccare, ne peccata facta, aliorum oculis nota fiant: at iuramenta, nulla verecundia arcentur, nullo metu continentur, cum in conspectu omnium fieri soleant, & quasi clamando, vt ad aures etiam a lege stantibus deueniant, reboant per publica strata, & plateas populorum: *Dixit iniustus, vt delinquat, in semetipso: Non est Deus. Inuocantes tamen iniuste nomen Dei, in testem adducentes, non in semetipsis, nec in cubilibus solum, sed clamoribus decidit, vt inter iuramenta confingunt, ac si Deus non esset horum vindex.*

Psalm. 51.

Matth. 14. 15.

Leuit. 24. 5.

reputetur sacramentum iuramenti: cum in tabernis viniatis, lupanariis, plateis, domibus ludo dicatis, stabulis, aliisque locis immundis frequens sit iurare, quod dolens narrat Philo lib. Philo. Decalogi? *Non quosdam in profanis, immundisque locis, vbi nec patris, nec matris, nec cuiuslibet honesti viri mentionem deceret fieri, deierare, & quasi conceptis verbis datis multis Deo, cognominibus, prater omnem decorum, cum impietate maxima.* Sacramento iurandi locus designatus erat, sicut ad sacrum faciendum, Genes. 46. 5. 1. Paral. 4. 21. dicebatur puteus, & domus iuramenti; modo tam ad Numinis execrandum nomen, ac si quid vile esset, immunda & profana eliguntur loca. Quare interdicitur Exod. 28. *Non nominabis nomen Dei tui in vanum.* nisi vt reuerentia commendetur, ne inter inania & vana, vanissimum ipsum reputemus, sicut hodie cernitur: Saluan. 3. de gubern. sic ait: *In id reuerentia Christi decidit, vt inter careras saculi vanitates, nihil iam penes vanum, quam Christi nomen esse videatur.* Inter alia, quae eiusmodi contemptum indicunt, loca sunt ad iurandum destinata, vt non solum ore, sed etiam loco Deo irrogent iniuriam.

Genes. 46. 5. 1. Paral. 4. 21.

Exod. 28.

Saluan.

D. Thom.

1. Cor. 6.

Gregor.

Idem.

Molin. de iustit. commut. tit. 4. dist. 2. 2. n. 4.

Theophyl.

Inter iuramenta recensentur maledicentia, quae frequentes sunt apud iratas foeminas, pueros, homines: excusant tamen quod non animo nocendi eas congeminant; cum tamen, sicut de consuetudine iurandi dicere possumus, sapissime grauius delinquant; quia deest rationis discretio, seu iudicium, & vt docuit D. Th. q. 98. art. 1. *Ex hoc ipso, periculo se committit falsitatis.* Quatenus periclitatur in iuramento veritas, in maledicentia intentio non nocendi. Nec tanquam quid leue censuit hoc vitium Paulus 1. Cor. 6. cum ait: *Neque maledici regnum Dei possidebunt.* Quibus verbis adiungit Greg. 3. Dial. c. 15. *Pensa itaque, quam grauis culpa est, quae separata a regno caelestis vitae.* Executioni mandata esse, quae quis sibi, aut aliis optat, idem Gregor. exemplo ostendit in signum grauissimae indignationis Dei aduersus sic turpiter loquentes: & Molina de iustit. apertè, & optime docet, peccare mortaliter seipsum Damoni commendans, etiam si ira percitus id faciat, nec animo futuri euentus. Notauit optime Theophylactus in dicto locum Pauli, quod iam dubitasse, quomodo Paulus vnà recenseret idolorum cultores, masculorum concubitores, cum maledicis, cum illa peccata multum istud superent, & grauiores mereantur poenas. Respondet tamen his verbis: *E regno autem pariter, omnes excidunt: num verò in poenis sint discrimen habituri, non est presentis loci indagare.* Quare manifestum est, censere maledicentiae respondere, & amissionem regni, & aeternas poenas sustinere.

CAPVT X.

Circa tertium praeceptum Decalogi.

DE Festorum obseruatione praeceptum tertium iniunctum est. Habetur Exodi 20. incipit: *Memento, vt diem Sabbathi sanctifices. Sex diebus operaberis omnia opera tua; septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui est: Non facies omne opus in eo.* Et recenset, quibus id interdicitur, nempe, domesticis. Hoc praeceptum caeremoniale est, & morale; itemque ecclesiasticum, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. & Opusc. 4. de eodem praecepto

Exod. 20.

D. Thom.

praecepto differens. Morale est, quoad mores spectat: primo, vt homines afflicti laboribus corporis ad lucrum ordinatis, habeant tempus designatum ad quiescedum, & cum Deo agendum, contemplationi vacando, praeceptum diuinæ creationis, quod bonum commune omnibus est, & in noua lege Resurrectionis Dominicæ; ideò Sabbathum in diem Dominicam mutatum est: tum, quod Resurrectionis dies post Sabbathum venerit: tum, quod Dominica dicitur ad Domini gloriosa Resurrectione, & hostium omnium victoria. Morale etiam est secundò: quia ordinatur ad requiem fessorum: homines enim sua curantes, & cupiditate ducti nunquam a labore cessante, nisi interciperetur, praecepto diuino iubente, cessatione a corporis laboribus, vt serui, & reliqui familiares attendant etiam cum requie corporali ad diuina mysteria, frequentent templa, vacent orationi, & si quæ quies honesta accidat ad temperandum septimanæ labores, eam assumant ad amplius laborandum. Ideò Deut. 5. *Obserua diem Sabbathi, vt requiescat seruus tuus, & ancilla tua, sicut & tu.* vt optime docuit D. Th. d. Opusc. 4. in fine prioris §. huius praecepti. Hoc ipsum docuit Philo lib. Decalogi, argumento sumpto ab operatione sex dierum, & vacatione die septimo: *Ita, qui sequerentur hanc legem, in hoc quoque Deum sequerentur, operando per sex dies; septima verò interquiescendo, vacandoque contemplationi rerum, & studio sapientie, retractando etiam cogitatione acta praeuena, & rationem eorum a se reuocando, vt in posterum cautiore essent, prospicerentque, ne iterum impingerent in eadem offendicula.* Caeremonialis huius praecepti obseruatio, obseruabatur à Iudeis, ab omni opere externo oriantibus, etiam abstinendo à necessariis ad vsum vitæ humane. Caeremoniale praeceptum, quod designatur dies Sabbathi, ob illius septimi diei recordationem. Præterea propter mystica ibi imbibita, nempe, in sex diebus praesens saeculum designari, in septimo Beatitudinem futuram nostris laboribus, de quo Cyrill. 4. in Ioan. c. 51. *Cessare namque ab omni opere septimo, id est, ultimo die iubet, futuram Sanctorum requiem, hinc significans, quando laboribus huius vitæ liberati, sudore corporum detereso, beatam cum Christo, & iucundissimam vitam agent.* Laudabile igitur Sabbathi orium; Sanctorum vitam in requie, atque sanctificatione tunc futuram ostendit: quando omni huius vitæ cura deposita, bonis aeternis fruuntur. Adeest alia ratio mystica, quemadmodum sex diebus manna colligebatur, septimo nulli licebat tangere: ita vita praesens concessa est ad operandum; instante enim morte nulli licet operari: Cyrillus supra: *In septimo autem, aut ultimo die, id est, in fine saeculorum, nulla erit collectio: sed acquisitis fruemur, vt scribitur: Labores fructuum tuorum comedes.*

Deut. 5.

D. Thom.

Philo.

Cyrrill.

Cyrrill. Psalm. 127.

Leit. 4.

D. Thom.

stico, quatenus per peccatum seruimus velut mancipia vitæ, à quibus iubemur tunc maxime cessare: ob id credit plus contra praecepta facere eos, qui peccant, quam laborantes seruilibus, & prohibitis operibus. Sed hæc ratio mystica est, quod peccare non sit prohibitum vna die, sed semper, & ab hac seruitute vitiorum immunes, & ingenui esse perpetuo debemus.

Ecclesiasticum etiam hoc praeceptum dicitur, quia introductum in Ecclesia, & mutatum in diem Dominicam, additumque tali cultui, quo Deum reuerentur, & debitam seruitutem exterius exhibeamus, nempe, diuinis interesse, & Sacrum audire ex praecepto Ecclesiæ, sicut & colere dies festos ab ea, vel eius potestate à Prælati institutos: relictis enim caeremoniis prificis, relictoque die signato ad feriandum a laboribus, & Deo vacandum, successit Dominica dies, & in quibus mysteria fidei praecepta honorantur, & aliorum Sanctorum memoria, quorum recordatio ad honorem eis exhibendum, & eorum exempla imitandum mouet.

Sed ad finem huius praecepti stylum conuertamus. D. Thom. dict. art. 4. honorem Dei corde, ore, & opere debitum à nobis docet, corde ipsum amando, & colendo, nec alium Deum, præter ipsum, veneratione dignum censendo: ore verò nomen eius debito cum honore assumendo; opere verò cultu externo, vt sit in aris, templis, basilicis, intonando diuinas laudes, genuflexione, ornatu, & apparatu altarium, & ministrorum. Ad primum, Decalogi primum praeceptum imponitur; ad secundum, secundi; ad hoc tertium Sabbathi quies, vt tempus in diuinis laudibus, & cultu externo occupetur.

Verum, licet quidam omne tempus in his impendant, vt Sacerdotes, & Ministri Ecclesiæ, qui dicere possunt: *Benedicam Dominum in omni tempore.* ideò dies totius septimanæ feriæ nuncupantur, quod in eis ferientur ab omni manu labore, & serui ministerio: tamen maior populi pars addicta est laboribus, à quibus aliquando quiescit, vt his intenta sit operibus spiritualibus. In hoc sensu exponit Hier. illud ad Rom. 14. *Alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem.* Pro iudicat, discernit, separat, eò quod multi omnem diem Deo dedant; alij tempus certum; reliquum verò laboribus externis mancipant. Ne ergo arbitrio hoc nostro relinquatur, destinatum tempus habemus, vt saltè in illo vacemus Deo, & abstinemus à laboribus impediens tale otium.

Idem.

Psalm. 33. 4.

Hieron. lib. 2. aduers. Iovin. & super Galat. c. 4.

§. I.

Quæ vitanda in diebus festiuis.

D. Thom. d. art. 4. ad 3. duo in hoc praecepto, inquit, sunt consideranda, quæ faciendæ, & à quibus abstinendum. Et quia prius remouere prohibentia oportet, duo sunt, à quibus cessandum est. Primum, à laboribus corporalibus, fatigantibus corpus. Ier. 17. *Sanctificabis Sabbathum, & non facies in eo opus seruale.* Idem habetur Leuit. 23. addit Sanctus Doctor: *Opus autem seruale est, opus corporale.* nam opus animæ liberum est, non quod omne opus corporale prohibeatur, aliàs nec studio vacare, nec legere, nec scribere liceret; sed, opus seruale, proprie dicitur, quod ingenuos homines dedecet: forti autem humil. Reipublicæ, vt lucra comparent, concessa sunt;

Ierem. 17. Leuit. 23.

Matth. 12.

Ibid.

D. Thom.

Idem.

Ierem. 7. Hieron. Psal. 37. 5.

Ioan. 8. August. Iſai. 1.

Ezech. 22. 2. 6. & 28. 18. Soph. 3. 4. Malach. 1. 7.

D. Thom.

Quatuor de causis hæc opera aliàs prohibita fieri possunt. Primò, si necessitas urgeat. Matth. 12. excusantur discipuli spicas colligentes, & grana excutientes die Sabbathi: oportebat enim alimenta sumere, & ad manum nihil habebant, nisi messium reliquias. Secundò, in Ecclesiâ utilitatem; idèd Ecclesiâ, & Templo- rum ministeria licitè sunt, Matth. 12. Tertio, ad occurrendum proximorum necessitatibus. Eo- dem cap. arguit Dominus Phariseos notantes colligentes spicas exemplo extrahentis in die Sabbathi iumentu è fouea, aut onere oppressum adiuuantis. Quarto, autoritate Superiorum Ioan. 17. præcipitur die Sabbathi circuncisio. Hæc ex D. Thom. supr. vnde coniicimus, non peccare eos, qui necessitate oppressi die festiuo laborant. Similiter, qui eodem die curam gerunt eorum, quæ interirent, si differretur in eis operari: quare vina curantes, & res corrup- tionis obnoxias, labore manuum, à corruptione liberantes, non dicentur transgressores hu- ius præcepti, non solum qua ecclesiasticum est, sed qua diuinum, vt etiam docet dict. art. 4. ad 3. D. Thom. Similiter ait: *Opus corporale, quod ordi- natur ad imminens damnum rei exterioris vitandum, non violat Sabbathum.* Dixi tamen, non solum qua præceptum ecclesiasticum, quia in lege noua non ita strictum est ius istud, ac in veteri, vt etiam docet Sanctus Doctor ibi, ad 4. Ratio- nem reddit, quòd obseruatio legalis erat figu- ralis; & idèd non oportebat à figurato dissen- tire. At obseruatio Ecclesiæ non figurata est, sed ex præcepto, necessitate occurrente dispen- sabilis: *Ideo non est ita arcta prohibitio operandi in die Dominica, sicut in die Sabbathi.* Et infra: *Et facilius propter necessitatem dispensatur in noua, quam in veteri lege.*

Secunda libertas iniuncta diebus festiuis est à seruitute peccati, quæ durior, & ab ea die Deo dicata alienior. Ierem. 7. *Nolite portare pondera in die Sabbathi.* Super Iſai. 58. exponit Hieronym. hoc de peccati onere, de quo Dauid: *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue gravata sunt super me.* & Ioan. 8. *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* Vbi August. tract. 4. in Ioan. *Ideo abominatur Deus festiua tempora, quòd in illis plurima colligerentur peccata, plusquam fructus deuotionis.* Iſai. 1. *Quia iniqui sunt cæcus vestri, Calendas vestras, & solennitates vestras odinit anima mea, facta sunt mihi molesta.* Quauis enim hæc liber- tas totius anni sit, & semper ferari oporteat ab hac molesta seruitute, & homini indigna; ta- men turpius est in die, quam elegit Dominus, vt ab homine cultu religioso honoraretur, & va- caret diuinis, tunc maiora accumulare peccata; tum templa profanando; tum ornatus curam agèdo; tum præterea comestationibus, & ebrie- tationibus; simulque lasciuibus, & turpibus actibus polluendo diem sanctum. Quomodo diem fe- stum sanctificas, si maculis, ac peccatis fœdas, & immundum reddis? Sic enim dicitur, Sacer- dotes malos polluere mensam Domini. Quid præstat liberari à seruitute operum corpora- lium, si potiori iure in maiorem incidis seruitu- tem, quæ quidem opponitur sanctificationi, & impedimento est honorandi, ac colendi diu- num Numen: Licet enim, vt inquit D. Thomas ad 3. d. art. 4. peccatum veniale non aduersetur diei festiuo, quòd sanctitati non opponatur;

mortale tamen omninò turpiter denudat illum à fine intento instituendi Sabbathath: quantò enim Deo plus interesset, homines occupatos tenere in operibus suis, quàm ab hac seruitute liberare, vt aduersus ipsum Numen arma moueant, & bella gerant? Vnde August. lib. de decem chordis, cap. 3. eligibilis, tanquam minus malum, ducit opera manuum, & culturam agro- rum tractare, quàm choreas ducere, quàm ebrie- tati, & comestationibus, luxui, & deliciis, orna- tum ad prouocandam luxuriam, otio, templorum profanationi, tempus sanctum expendere; fini enim huius institutionis aduersatur hæc per- uerſa, & ferè omnium consuetudo, cum Deus intendat abducere hominem à laboribus fati- gantibus animam, vt contempleretur, siue sua, si- ue naturæ & gratiæ opera: ipse tamen abutens tempore, ad profana audiuis procuranda totus est. At nõnne egregium præceptum, & ad om- nem virtutem excitandam utile; pietatem verò præcipuè inquit Philo de Decalogo: quid enim tam extraneum, & minimè consentaneum di- uinæ voluntati, quàm prodigere diem sacrum, & ipsum profanissimum reddere, & pluribus peccatis fœdare? Quæ conuentio inter sanctifi- cationem Numinis, & turpes actus, & reliqua vitia ex otio procedunt? Alienissimum sanè à Dei seruis, ita opus eius destruere. Si quæras, cur loquens de die septimo Moyses, in quo Deus oriatus erat, addit: *Et sanctificauit illum.* quid hoc significet additum otio Dei? num ni- hil agendo sanctificatum diem reddit? Chrysoſt. respondet hom. 10. in Gen. *Sanctificauit illum, id est, ab aliis illum segregauit, erudiens in circulo hebdomada diem unum integrum segregandum, & repo- nendum in spiritualem operationem.* Distatne plu- rumum ab hac sanctificatione frequens vsus af- signandi diem vnum, & ab aliis segregandi, vt quæ ad corpus spectant, & ad vsum, ac oblecta- tionem sensuum tractentur? Et pars minima, quæ Deo conceditur, fœdissimis circumstantiis turparur, ac decoloratur. Hoc malum deplorans August. Sermon. 151. aduersus eos, qui deliciis se- dedunt, & in eis tempus perditè consumunt; omnia verò, quæ ad animam spectant, breuissi- mo spatio fieri procurantes: *Vt vel unus purissimus diei ad Dei officium, & reliquum diurnum spatium cum nocte simul ad eorum deputetur voluptates.*

Vt hæc clariùs innoteſcant, notandum, Deum in hoc præcepto non intendere otium solum: licet enim ad quietem seruorum, & aliorum la- borantium in reliquis diebus hebdomadæ, præ- ceperit, seruum, ancillam, mercenarium, colo- num, & etiam iumenta, & bones à laboribus vacarent, non quidem eo fine solum, vt ab his otientur, aliàs corporale esset præceptum, non spirituale; & corporis commodum prospiceret, non animæ. Vnde Threnorum 1. contemnenda talia festa ostendit: *Viderunt eam hostes, & derise- runt Sabbathath eius.* Vbi Caietanus super cap. 20. Exodi, optimè ait, cur talia Sabbathath deriden- da, ac contemnenda sint: *Deridenda siquidem est sola externa requies, vspote iactura septima partis temporis.* Ad hoc deputatum esse hoc tempus, carnales homines arbitrantur; verum ita istud transigere est gaudio corpus, lacrymis animam implere. August. Ser. 255. de temp. *Qui nec casti- tatem custodit in corpore, nec puritatem tenet in mente, quoties sancta solennitates aduenimus, in corpore vi- detur*

August.

Philo.

Chrysoſt.

August.

Thren. 1.

Caiet.

August.

Exod. 32.

Act. 7.

Iſai. 58.

Lyra.

Iob 22.

Leo.

Idem.

August.

detur habere gaudiu, in corde non celebrat nisi iuctu. Ad hæc, quæ ad corpus spectant, solliciti homi- nes reperuntur: citius quàm oporteret à lecto surgunt; præsto sunt, vt desideria carnis im- pleant: cum tamen ad diuina tardi, & pigri in- ueniatur, & periculo se exponant Sacrum non audiendi. Quàm pulchrè hoc cernere licet in il- la solennitate populi Hebraici aduersus verum Deum instituta, vespere quidem voce præconis notum factum est illis: *Cras solennitas Domini est.* Exodi 32. Num pigri fuerunt? Somno pressi, serò surgentes, festiuo die interesse recularunt? *Surgentesque mane obrulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Act. 7. referens Stephanus hoc ipsum ait: *Et obrulerunt hostias simulacris, & lababantur in operibus manuum suarum.* Hæc Festa nostra, ad hoc otiamur, non quidem ad Deo vacandum. Vocat Dominus Sabbathum delicatum, quod celebrare iubet. Iſai. 58. *Si vocaberis Sabbathum delicatum, tunc deleberis super Domino.* Hebræum habet, *Sabbathum deli- ciatum.* Corporisne? Minimè: sed animæ otiantis, vt Deo liberius fruatur. Lyra ibi: *Sabbathum deliciarum dicitur, quòd deliciis cele- stibus anima Deo vacans fruatur.* Ad hoc Iob 22. *Tunc super omnipotentem deliciis afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam.*

Nec tempus istud factum ad poliendum, or- nandumque corpus institutum est: diebus enim reliquis ornamenta deponuntur, ad laboran- dum vilia assumuntur: at in his temporibus pulchra, pretiosa, munda, & quæ corpus deco- rent, ac ornent, vt pompaticè in templum in- grediantur, & oculos astantium rapiant. Hæc Festorum gloria, & sicut tunc pulchrius tem- pla, & Sacerdotes ornantur ad representan- dum gaudium, & gloriam mysterium, & Ecclesiæ militantis: ita isti, vt plus placeant oculis carnis, corpora ornant, & componunt ad ostentandam vanitatem, & floridam, & pul- chram faciem placidius omnibus demonſtran- dam. Hunc abusum seuerè arguit Leo Magnus Sermon. 3. Quadrag. *Quid prodest honestatis for- mam præferens cultus exterior, si interiora hominis aliquorum fordeant contaminatione vitiorum: Om- nia igitur, quæ anima pariatem, & speculum mentis obnubilant, abstergenda sedulo, & quadam elimi- natione radenda sunt.* Vnde infert ad Paschale festum Christianum populum, Ecclesiæ pro- uida institutione, quadraginta dierum absti- nentia se preparare: argumentum tamen af- sumit ex ornatiore cultu diebus festis exhibito, ornatissimum animæ tunc inferendum esse: *Si rationale, & quodammodo religiosum videtur, per diem festum in vestitu mitiori prodire, & ha- bitu corporis hilaritatem mentis ostendere: si ipsum quoque orationis domum, propensiore tunc cura, & ampliore cultu, quantum possumus, adornamus: nõnne dignum est, vt anima Christiana, quæ Dei vi- ui verum templum est, speciem suam prudenter ex- ornet, ne vlla eam macula iniquitatis offuscat?*

Quid ergo pariturum sit otium nostru, sicut & ornatus corpus componere, docuit August. epist. 119. ad Ianuariu, damnans carnale otium Iudeorum: *Obseruare tamen diem Sabbathi, non ad literam inbernur secundum otium ab opere corpo- rali, sicut obseruant Iudæi, & ipsa eorum obseruatio videnda indicatur. Vnde non inconuenienter intelli-*

gimus, ad amorem excitandum, quo ad requiem tendimus, valere omnia, quæ figuratè in Scripturis dicuntur. Ipse etiam ornatus, vt ex Leone ac- cepimus, conformiter ad spiritum Ecclesiæ de- seruire oportet ad lætandum, & deliciandum de diuinis mysteriis, de Christi resurrectione, de gloria Sanctorum, & in ipso decore, & pul- chritudine corporis memoria reuocandus est animæ decor, pulchritudo spiritus, vt conscien- tiam repurgemus, ne vnum ab alio plurimum distet, corpus, videlicet, ab animo, exterior cultus, ab interno. August. Sermon. 251. de tempo- re, de Dominico die loquens, ob resurrectio- nem Domini ita appellatur: *Ideo Dominicus*

idem.

§. II.  
*Qua die festo facienda sint.*

Hinc iussum est, opera manuum relinquere, à curis vacare, quæ animum absorbere solent, & omninò à diuinis alienare. Da- uid hoc significauit: *Arcum conteret, & con- fringet arma, & scuta comburet igni.* Pſal. 45. Et itatim: *Vacate, & videte: quoniam suavis est Do- minus.* Ad quid prius arma bellica destruit? Quasi illa occupent animam, & omninò à di- uinis elongent: tunc enim occasio vacandi Deo datur hominibus, cum tumultus externorum cessat. August. ibi: *Hoc non videt tumultus con- tentiosus animi humani, cum tumultus dicitur: Vacate.* Otiare ergo, vt possis attendere ad diuina, non vt corporis, quæ sunt, cures, & oblectationibus eius at- tendas. Nec Deus otium præciperet, quòd mul- torum sit malorum origo. D. Thomas opus- culo 4. §. 2. de hoc præcepto, vtitur ad hoc pro- bandum exemplo eorum, qui ne pugnarent in Sabbatho, in otio perſisterent, ab hostibus ag- gressi interfecti fuere. Et concludit: *Ita accidit multis, qui otiosi sunt in die festo. Quare optimum consilium præbet Prælati, vt non multipli- cent Festa; sed principaliora tantum seruare præcipiant: datur enim popularibus grandis otandi occasio, vnde plurima nascuntur ma- la.* Et adducit illud Pſal. 95. *Honor Regis in-*

Pſal. 45.

Idem.

D. Thom.

1. Machab. 2.

Pſal. 95.

oportet, vt Deus in Festis dignè honoretur.

Restat, remotis obstaculis prohibentibus, vt posituum: inde secuturum bonum afferamus. Cum otium non sit per se præceptum, nec finis festorum introductus sit ad corporis com- moda, & ornatum, quid in illis agendum est? Præceptum ipsum id docet. *Mememo*, ait, *vt diem Sabbathi sanctifices.* Notandum primò, verbum, *mememo*, quasi excitare volens homi- nes obliuiosos positum: tales enim laborum studium, & temporalium cura nos reddit, di- uinorum obliuiscimur, & ad ea, quæ præ mani- bus, & cordi habemus, toti cõuertimur. Recor- demur igitur, tunc aliter agendū esse, aliã furu- ram vitæ formã tenendã: opus enim est sancti- ficare illu diem. Dupliciter sanctificationis vox exponitur. Sanctum idem, quod purum, & Deo dicatum. *Abſtini estis, sanctificati estis.* 1. 1. Cor. 6.



Cor. 6. Vasa, vestes, locus, sancta dicuntur, A quod Deo consecrata sint, & ad ipsum colendum ordinata. Ita planè sanctificare oportet diem festum, nos sanctos, id est, pueros exhibendo, & nostra Deo dicando per cultum religiosum, tam mentis, quam corporis. De primo dictu iam satis, de secundo nunc dicendum.

D. Thom.

D. Thom. dicto Opusc. 4. §. 3. in quibus sit occupandus dies festus, docet. Erat in præcepto offerre vnum agnum pro mane, aliu pro vespere: in Sabbatho duplicabatur hoc sacrificium

Num. 28.

Num. 28. Hinc probat quotidie oportere actiones sacras agere; plures verò die festo, cum occupationes cessauerint. Statuendum est, in præcepto solum esse, Sacrum audire. Ita in

Conc. Aurel. Altisiod. Mogunt. Agathent.

Concilio Aurelianensi 3. can. 27. Altisiodorensi c. 16. Moguntino can. 36. & 37. Agathensi cap. 47. Missas die Dominico secularibus totas audire, speciali ordine precipimus. Totas, inquit, pro integritate commendanda: non quidem, si plures dicantur, omnes audire tenemur, nec quæ solemniter celebratur: à quo onere excusantur, qui legitime fuerint prædediti, ne Missis interesse possint, quod examinandum est à Confessoribus. At, cum finis legis non sit sub præcepto; ille ad plura se extendit: vult enim Deus, vt orationi vacemus: sic enim deliciatur anima, & gustat, quam suavis sit Dominus. Præterea oportet tunc verbum sacrum audire, vt inter falsa, quibus sæpè auditum præbuimus, veritas eluceat in cordibus nostris. Ad hoc Sabbathum Actor. 13. voces Prophetarum, quæ per omne Sabbathum leguntur, audiebant. Hoc notans Eusebius 8. de præparatione, cap. 2. ait: Num otiosi septimum peragere diem Iudæi tibi videntur? An hæc, quæ faciunt, cæteris omnibus necessaria magis ducis. Hac enim res fit, ne à Iurisconsultis, quid agendum sit, quaerent, ne per ignorantiam fallantur. Ad hoc instituitur sacri verbi prædicatio; & ad id ipsum præstandus est auditus. In diebus festis nec alia de causa ignominiosius apud omnes diuinorum ignorantia experitur, nisi quod pauci attendunt ad ea, quæ ex suggestu annunciantur populis, aliis intentis rebus, & negotiis, somno etiam deditis, & fastidientibus veritatem molestam illis disciplinam declinantibus.

Actor. 13.

Euseb.

Tunc temporis eleemosynæ fiant: cum enim ad Ecclesias omnes accedant, & in eis pauperes conueniant, stipem exposcentes, ab ingredientibus, vt à Deo eleemosynam accipiant, adulario quædam est pauperis necessitati subuenire. Hebræor. 13. Beneficentia autem, & communionis nolite obliuisci; talibus enim hostiis promeretur Deus. Addit D. Thom. dicto opusc. 4. §. 3. & hoc in duplo magis, quam aliis diebus: quia tunc est communis læticia, Nehemiæ 8. Mitte partes bis, qui non parauerunt sibi: quia sanctus dies Domini est. Videas rationem eleemosynam elargiendi egentibus, referri ad diem festiuum: cum enim tunc ob talem solennitatem, & mysterium celebratum, in desiderio habemus consequi noua beneficia, necesse est, vt etiam alij à nobis ista sentiant, & experiantur ob eandem causam, vt diem festum cum aliqua hilaritatis ratione agere possint, si à fidelibus eorum egentia, ac necessitas subleuetur. Sed notanda sunt Apostoli verba: Beneficentia, ait,

Hebr. 13.

D. Thom.

Nehem. 8.

Beneficentia autem, & communionis nolite obliuisci; talibus enim hostiis promeretur Deus. Addit D. Thom. dicto opusc. 4. §. 3. & hoc in duplo magis, quam aliis diebus: quia tunc est communis læticia, Nehemiæ 8. Mitte partes bis, qui non parauerunt sibi: quia sanctus dies Domini est. Videas rationem eleemosynam elargiendi egentibus, referri ad diem festiuum: cum enim tunc ob talem solennitatem, & mysterium celebratum, in desiderio habemus consequi noua beneficia, necesse est, vt etiam alij à nobis ista sentiant, & experiantur ob eandem causam, vt diem festum cum aliqua hilaritatis ratione agere possint, si à fidelibus eorum egentia, ac necessitas subleuetur. Sed notanda sunt Apostoli verba: Beneficentia, ait,

& communionis nolite obliuisci. Quid significet illud, communionis, dubium est. Primum, significat, quod in Ecclesia fieri solebat. Die Dominica, Nehemiæ adimplentes præceptum, egenorum cura erat. Ad hoc mensa instituebatur, communisque dicebatur Dominica (erat enim iste dies festiuus à Romini Resurrectione sic dictus,) & diuites communicantes cum necessitate patientibus, fercula in ea proponebant, vt eos reficerent, & cum eis vnà comederent, simul misericordiam, & charitatem exercentes. Vnde Interlin. sic exponit: Beneficentia, & communionis, id est, charitatis, qua omnia putantur communia. Cui adstipulatur Lyra aien: Lyra.

Hic accipitur communicatio pro communicatione bonorum in necessitate. Secunda expositio est de communicatione per eleemosynam pauperi erogata, facta Deo à soluente hoc debitum; non quod pauper quid reddat; sed Deus ipsum præsentans pro stipe pauperi concessa, plurima tribuit bona danti eleemosynam. Theodoretus ibi: Communicatio ergo est remuneratio: hic enim dæ pecunias; ille vero reddit benedictionem, & eius, qui indiget, sunt ea, que sunt potiora. Cui consonat Haymo: Non est considerandus pauper, qui videtur accipere; sed Deus, qui iussit dare eleemosynam, que pauperi largitur in terra, à Deo recipitur in celo. Tu enim terram dedisti, ille celum reddet: temporalia dedisti, æterna mercaberis. In hoc sensu dicitur Communicatio, assumptio Corporis Christi, non solum quod fideles in vno pane communicant; sed, quod suscepto Dominico cibo, ipse nobis sua bona impertit, & mutuo reddimus, & accipimus, nos ipsi, ille nobis diuina suffragia. Rom. 12. Necessitatibus Sanctorum communicantes. Sic exposuerunt Anselmus, & Athanasius, de hac, videlicet, vicissim communicatione. Ad quod Bernardus hom. 5. super Missus est. Communicemus passionibus, & ipsum offeramus propitiationem pro peccatis nostris. Optima pacta, vile commercium, quod inter nos, & pauperes versatur: tunc enim festiua solennitas magna paritura est bona ex hac communicatione nata.

Etiam tunc vacandum est orationi. Sacerdotes, & Ministri septies in die laudes dicunt Deo: cæteri die festo, concessio ad ei vacandū, oportet ipsum, aut maiorem partem in oratione impedere. Ad hoc excitat locus, vbi conuenimus, domus orationis dictus: ad hoc Misfarū frequentia, verbi diuini prædicatio, sanctorū mysteriorū memoria, quæ idè excitatur, vt contemplemur illud singulare beneficiū. Sap. 8. Intrans in domum meam, quiescam. Cū illa de domo templi accipere. Martha corripitur à Domino Mariæ quietem turbans, & occupare eam tentans in externis mysteriis: si otium præcedit, sequetur ad pedes Domini diuinis intendere, & ea contemplari. Hæc ex D. Thom. dicto loco, non sub præcepto; sed, vt finis festorum præ oculis omnium piè viuere volentium statuatur.

Tandem hæc dies, quam fecit Dominus, vt à peccatis quisque fiat liber, securiūque in ea incedat homo, oportet Sacramenta frequentare, pœnitentia delere peccata, disrumpere vincula, confringere iugum, pellere à ceruicibus onus graue culparum. Vnde dicit D. Thom. supra. Primum debemus vltro offerre animam nostram, dolendo

Psal. 50.

Can. 5.

Tertull.

Rom. 12.

Conc. Aurel.

Altisiod.

Mogunt.

D. Thom.

Diana.

Matth. 12.

dolendo de peccatis. Psal. 50. Sacrificium Deo, spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Tunc vacat ad examen tempus: plures expositi sunt ad Confessiones audiendas: etiam famuli, & alij officia gerentes, ad templum pro Sacro audiendo accedunt; & simul locus est illis confitendi, & Communionem suscipiendi. Nec excusatio valet, licet in diebus laboribus destinatis sufficiens sit; non tamen diebus à Deo, & Ecclesia destinatis ad sacrorum usum, ad frequentandum templum: quæ enim alia via facilius à peccatis immunes reddemur, cum plius conscientia his diebus propter otium, hilaritatem, ornatum, mensam opulentiorum, periclitetur, quam si armamur Sacramentis: Laui pedes meos, quomodo conquinabo illos? Ecce me tunica mea, quomodo induam illam? Ita se offert responsio ad vitanda peccata; si tamen examati inueniamur, reliqua, quæ cemuntur, tunc maxime ad luxum prouocant, ad peccandum accendunt, ad delinquendum facilius animum inducunt. Tale festum minime Dei dicitur, sed Diaboli. Ita Tertul. aduersus Iudæos distinxit nostros à Dei festis diebus: Flominum ea deputat Sabbatha, non sua, que sine Dei timore celebrat populus, plenus delictis, labiis Deum diligens, non corde, inquit 4. contra Marcionem.

Quoad externa, non omnia prohibentur: sed, sicut supra diximus, seruilia opera, quæ propria seruorum, colonorum, & agrorum colentium sunt: & quantum fiant à dominis, seruilia manent, cum eorum propria non sint: verum etiam prohibentur (vt prohibitis supra dictis tertium iungamus) negotia forensia: hæc enim plurimos occupant, & iure prohibita sunt, nisi vrgeat necessitas, idè iuramentum solenne vetatur. Solenne, inquam, in iudicio præstandum, cum pro tribunali sedet Iudex; non tamen tale est, si fiat à Iudice necessitate occurrente. Similiter actus Iudicium, Tabellionū, & Procuratorum. Similiter mercium emptio, & venditio, cap. Omnes dies, cap. Conquestus, de feriis. Seruilia, quæ se extendunt ad agrorum cultum prohibita sunt. Concil. Aurelian. 3. can. 77. Altisiodorens. cap. 16. non licet die Dominico boues iungere, vel alia opera exercere, Concil. Mogunt. can. 36. & 37. omne opus interdicat. Quæ enim, vt in D. Thom. supra vidimus, non tam per corpus exercentur primario, sed ad animum spectant, vt ipse docet ad 3. & 4. d. q. 122. art. 4. vt scribere, legere, studio vacare, minime interdicuntur, licet enim corpore egeant ad ista homines, operationes ingenue sunt, & ab omni seruorum conditione alienæ, & primario ab animo emanant. Idem dicendum de transcriptione, etiam si manu Notariorum sint: est enim per accidens opus mercede conductum, vt resolutione 35. miscel. notauit ex Suarez Diana. Vnde quatuor corporalia permittuntur. Primum, quæ ad spiritualia ordinantur, vt dicta, & quæ templi ministerio necessaria sunt. Sacerdotes in templo Sabbathum violant, & sine crimine sunt. Matth. 12. vnde templa ornare, campanas pulsare licet. Secundo, non prohibentur necessaria ad salutem, aut corporis sustentationem: Vnde Pharmacopola, & venarum scissores laborare possunt, & qui parant fercula, aut

panem, aut alia deferunt alimentâ. Inter necessitates conditiones locum habent iudicialia, si occurrat rixa inter aliquos: opus est eos pacificare, incarcerare, scribere acta, informationem summariam conficiendo. Iuramentum in iudicio similiter peti poterit: aliis si prorogatur instans causa, euanesceret iustitia, & maxima inde irreperent mala. Tertio, non vetantur ea, quæ de licentia Prælatorum fiunt, non quod in præcepto dispensent, cum eis non liceat; sed causam iustam intercedere iudicant, qua adueniente præceptum ad quietem non cogit: necessitate enim accedente non vult legislator à labore cessare; adè enim nostra curat, vnde hac interposita licentia, messium tempore iustè, & absque culpa agrorum cultores laborant, & vindemiæ, quæ proluxa sunt, & dies periculose, aduersariæque bonitati fructuum colligendorum, sub eadem interpretatione veniunt, tunc laborare licet, & causa vrget, vt talis concedatur à Prælati facultas. Concedendum etiam esset venarum scissoribus, vt his diebus barbam, & capillos tonderent, si in locis suæ habitationis morentur agrorum cultores, qui diebus laboribus destinatis haud possunt ad eorum accedere domos: non tamen pro aliis in ciuitatibus, & locis stantibus, qui liberè huic necessitati providere possunt aliis hebdomadæ diebus. Quarto, opera, quæ consuetudine firmata sunt, & vt licita exercentur, ab hoc præcepto excludenda sunt: non enim obligat ita strictè, vt omnem usum, & consuetudinem abroget, vt ex D. Thom. supra vidimus: & vbi consuetudo stabilita fuerit, tonfores munus suum obire, etiam pro ciuibus, & aliis honoratioribus haud condemnandum erit. Hac etiam de causa, ob ingruentem necessitatem rustici, & homines agrorum culturam gerentes, solent diebus festiuis celebrare contractus interuentione Notariorum, & alia forensia munia exercent, quæ excusantur à Doctoribus, vt habes apud Dianam tract. 1. Miscellaneæ. resolut. 34. sicut & quæ diximus de tonforibus. Cap. autem, Licet. de feriis, optimè applicari potest non solum ad capturam balænæ, aut rarò contingentem piscium multitudinem, sed etiam ad ingruentem messium, & vtarum colligendarum necessitatem. Ibidem de hoc habes stipulatorem eundem Authorem.

CAPVT XI.

Circa quartum præceptum Decalogi.

HABES Exod. 20. Honorâ patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. Hæc lex repetita est Deut. 5. ad Coloss. 3. ad Ephes. 6. Ecclesiast. 3. Prouerb. 23. ad Rom. 13. Duo lex diuina iubet, & malum vitare, & bonum facere. Ad Ephes. 6. primum omnes tenentur: ad secundum, qui facultates possident, aut vires eis suppetunt: idè vetamur proximo malum inferre, quod in potestate nostra est; & ei benefacere: nec tamen semper id possumus, fortiùs hæc duo parentum comparatione iubentur.

Hoc debitum ex tribus capitibus ortum habet. Primum, quod esse, & viuere ab eis recipimus,

Exod. 20.

Deut. 5.

Coloss. 3.

Ephes. 6.

Ecclesi. 3.

Prouerb. 23.

Rom. 13.

mus : sicut enim Deo Creatori impendere honorem, vt patet ex tribus præceptis, in debito est: ita parentibus, qui Dij creati nuncupantur, & Numen diuinum imitantur, esse, & viuere nobis concedentibus. Ecclesiast. 7. Honora patrem tuum, & genitricem matris tue non obliuiscaris: memento, quoniam nisi per illos natus non fuisses. Secundum debitum ex alimonia, & sustentatione, qua fulcitur, & crescit, conseruaturque in primo recepto esse. Nihil intulimus in mundum, nudi nascimur, nec valeimus industria nostra, quæ defuit nobis querere, indigemus ope, & auxilio parentum, ne pereat destitutum esse receptum. Tertium debitum ex disciplina nascitur: erudimur à parentibus Hebr. 12. Patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus. Eccles. 7. Filij tibi sunt, erudi illos. quibus addit D. Thom. opusc. 4. circa hoc præceptum, §. 1. Et debent parentes dare duo documenta filiis, & citò: quia, vt dicitur Prouerb. 22. Adolecens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. & Thren. 3. Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. & sunt illa, quæ docuit Tobias filium suum, Tob. 4. scilicet, timorem Domini, & recedere ab omni peccato.

Ecclesi. 7.

Hebr. 12.

Eccles. 7. D. Thom.

Prouerb. 22.

Thren. 3.

Tob. 4.

§. I.

Quotuplex honor debeatur parentibus.

INSurgit ex his tribus debitis obligatio honorandi filios parentes suos, pluriquam serui domino: nemo enim tot bona homini contulit, quot parentes filius. Qua enim via, & in quibus honor debitus pendatur, Ecclesiast. cap. 3. exponit: Qui timet Dominum, honorat parentes; & quasi homini seruiet his, qui se genuerunt. In opere, & sermone, & omni patientia, honora patrem tuum, & matrem tuam, vt superueniat tibi benedictio à Deo. Dico ponderanda. Primò, timorem Dei incutit, ex quo hoc dimanauit præceptum. Secundò, vt hominem honorare iubet, ne sicut Deum parentem habeat, aut Deo præponat. Quomodo autem tria ad honorem requisita seruanda sint, exponit sapiens Concionator Eccles. cap. 3. Fili, ait, suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita ipsius: & si defecerit sensu, veniam da: & ne spernas eum in tua virtute. In primo alimonia præstandam iubet: suscepit enim te recenter natus, quia imbecillis eras, non valens tui curam gerere: cum autem ætate grandæua adueniente, infirmum, aut ægritudine laborantem videris, non posse, quasi inualidus infans esset, sui curam gerere. Filius es, suscipe senectam patris tui: ne verbo eum offendas, hortatur, ibi: Ne contristes eum. Patientiam ad manum habere exposcit, cum senes delirant, aut impatientes aduersus filios iniuste insurgunt: Veniam da, & ne spernas eum in tua virtute. Prius enim commendatur honor: Honora patrem tuum, qui reuerentiam sonat, ne filius incompositus coram patre sit, sed ex figura, & signis omnes videntes recognoscant, & illum parentem, & hunc filium illius esse. Vt enim optime ait D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 6. ad 3. Parentibus, in quantum humani debetur reuerentiæ honor, alia ex accidenti, & quod est per se, prius est, quam quod est per accidens. Idèò primò specialiter præci-

Ecclesi. 3.

Ibid.

pitur honoratio parentum. Hæc quidem honoratio in esse recepto ab origine fundatur, quæ origo causa necessaria est huius, qui filius dicitur: quare parentes Deum amulantur: imò, vt ait Philo de Decalogo, Ministrj Dei sunt progenitores, vices eius gerunt, & contemnentes parentes Deum contemnere videntur. Sic ait: Deo enim ministrant parentes in gignendis liberis. Ceterum, qui ministrum spernit, spernit & Principem, & sunt, qui audacius exag gerantes nomen parentum, aiunt; patrem, matremque Deos conspiciuos illius ingenij imitatores fingentis animantia: Hoc vno differre, quòd Deus sit mundi genitor; si verò filiorum tantummodo, nec fieri posse, vt pius sit, ergo illum inuisibilem, qui erga hos conspiciuos est impius. Et notandum ad hoc, quòd eiusmodi præceptum primum dicitur, non solum quòd sit in capite secundæ tabulæ; sed quemadmodum amor proximorum est primum præceptum, quòd similis sit amoris Dei: (Secundum aliud simile huic: Diliges proximum, &c.) Ita cum similes sint Deo parentes; summò omnium Patri, & iure ei debeatur honor. Primum hoc vocatur præceptum, quòd simile est priori expositi diuinum honorem: idèò August. tom. 9. de decem chordis, quartam pullans vocat primam secundæ tabulæ: & ad Ephes. 6. primum hoc præceptum nuncupatur: Honora patrem tuum, & matrem tuam, hoc est primum mandatum. Refertur etiam hæc prioritatis ratio ad filios, quibus honor imponitur sub lege, quòd sit prima omnium obligatio, qua onerantur, vt parentibus respondeant honore: quòd non est, nullo debito tenetur, cum esse reliquorum sit fundamentum; & hoc à parentibus originetur. Honoris lex cadens super hoc esse susceptum, prima dicenda est: quare parentes, omnes vincunt, in debito honore sibi totaliando à filiis. Ambros. super ad Ephes. 6. Iustum est, vt reuerentiam exhibeant eis, per quos sunt. Deus propter animam, isti propter corpus, quòd principaliter conferunt: idèò illi reuerentia spiritualis, præcipue debetur istis externa, & corporalis, nutu, voce, manibus, capitis inflexione, manuum excolatione, & his similibus signis:

Philo.

Math. 22. 39.

August.

Ephes. 6.

Ambros.

D. Thom.

Idem.

Philo.

Idem.

Philo.

Idem.

Idem.

Hieron.

Prouerb. 3. & 5.

Math. 15.

Aug. Serm. 119. in Ioan. nem.

1. Timoth. 5.

Idem.

D. Thom.

August.

tum, vt aliquo modo fiant parentes parentum. Sic comprobatur Philo: Quibus (de parentibus loquitur) nulla potest referri gratia, non inferior acceptis beneficiis: quomodo enim natus genitorem suum poterit vicissim gignere? Quam eximiam prerogatiuam natura dedit parentibus nunquam compensandam à liberis: proinde indignissimum fuerit, si qui ne omnibus quidem officiis possunt gratitudini satisfacere, grauentur prestare minime. Sic exponenda est vox illa, honora, vt docet Hieronym. ad Geruntium: Honor in presentiarum, vel pro elemosyna, vel pro munere accipitur. Cum enim præcipit Dominus: Honora patrem, &c. non tamen verborum sono, quòd casta potest adulatione præstari, sed in necessariis ministrandis debere intelligi. Ita Prouerb. 3. Honora Deum de tua substantia. Prouerb. 5. 9. Ne des alienis honorem tuum. Græcè, victum tuum, vel qua vita necessaria. Cur Matth. 15. arguit Dominus Sacerdotes, & Phariseos docentes aduersus parentum debitum, honorem, dicentes: Munus quodcumque est ex me, tibi proderit: & non honorificabis patrem tuum, & matrem tuam. Honor ergo ad sustentationem spectat, & parentum curam, cum ipsi ea indigent. August. probat hoc exemplo Christi Domini pendens in ligno, destituta Matris, inter extrema vitæ, & dolores Crucis, curam agentis, eam Ioanni commendauit, cathedram erexit, ex qua omnibus filiis hanc doctrinam doceret: Facit, quòd faciendam admoneat, vt à filiis piis impendatur cura parentibus, tanquam lignum illud carbedra fuerit. Magistri docentis. Nec Discipulus ignarus sui officij fuit; qui quidem discens à Magistro, accepit eam in suam, vel in sua, non prædij loco, aut alterius rei familiaris, sed in suam curam, ad præstandum boni filij munus: & officium; vt ad eius curam, quidquid ei esset necessarium, pertineret. Paulus 1. Timoth. 5. Qui suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit. Quasi velit, quantum ad hoc infidelem esse, non obtemperantem Scripturæ mandatis. Sed quid diceret Paulus de parentibus, filiorum comparatione? Rationem reddit August. Quid autem eam cuique domesticum, quam parentes filiis, aut parentibus filij? Ob id enim D. Thom. d. q. 122. art. 5. probat ratione: Post Dei amorem in Decalogo ponitur proximorum dilectio: inter proximis autem maxime obligamur parentibus: & idèò immediatè post præcepta ordinantia nos in Deum, ponitur præceptum ordinans nos ad parentes, qui sunt particulare principium nostri esse: sicut Deus est vniuersale principium. Sæpè in Scriptura conqueritur Deus, vocans suos, filios alienos: exponens August. in Psal. 48. verba illa: Reliquerunt alienis diuitias suas. id accipit dictum de filiis erga parentes ingratis; qui quidem ab eis ditati fuere; ipsi verò, ac si parentes eorum ignorarent, & ab alijs geniti fuertint, eos præter eunt, nec eorum necessitatibus subueniunt: Si quis tuorum nihil tibi prodest, alienus est. quasi ad eum non spectarent parentes, eorum curam negligit. Hæc veritas nullam admittit limitationem inter parentes amantes, & bene filios tractantes; & inter pessimos facultates dissipantes, & male filios educantes: ita vt ex eorum societate nullum comparauerint bonum disciplina, nec temporalis commodi; sed potius dissipato-

tores fuerint facultatum, & mala exempla filiis præbuerint inordinatè viuendo: semper enim saluatur fundamentum huius debiti, videlicet, recepisse vitam, enutritos esse ab illis, eos in infantia aluisse. Chrysof. hom. 26. in Chrysof. Matth. Si habes patrem infidelem, obsequere ei: si autem voluerit in eandem foueam infidelitatis te immergere, in qua ipse est, tunc plus dilige Deum, quam patrem: quia non est anime, sed carnis: solus autem Deus omnium animarum sanctarum pater est. Illud primum spectat ad debitum honorem impendendum parentibus; hoc ad potiori titulo debitum Deo: cum enim Christus Dominus de eminentia sui amoris ageret, non inquit: Veni separare filium à patre; sed aduersus patrem. Quasi bellum inter malos parentes indicit, cum filium à Deo separare cupiant, inter inimicos computandi, & connumerandi, tanquam aduersarij, vt Deo coniungantur per amorem. Chrysof. supra. Quia non carnalem separationem iubet, sed spirituales, ciam fidei, aut salutis animarum aduersetur.

Hinc est, quòd parentes, vt vidimus, primi habendi sunt in amore, in reuerentia, in cura, & sollicitudine erga eos. Nec huic doctrinæ aduersatur amor debitus vxoribus, quauis Dominus dixerit: Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit vxori sue. Hoc accipiendum est de cohabitatione, quæ necessaria est ad matrimonium, filiorum generationem, & educationem, ad quæ non indigent parentes societate filiorum. Verum, si concurrant due horum necessitates, prius parentes fouendi, quam vxor, & filij. Præterea vxoribus debetur amor: id enim significat adhærere vxori; parentibus tamen honor, & reuerentia, in quibus necessitatis subuentio includitur.

At respectu Dei nulla maior obligatio confurgit, quam ipsi parere, honorare, reuereri super parentes omnes: si tamen aduersentur diuinis mandatis, & aliquo iure paterno expossant à filiis, quòd Dei honorem dedecet. Augustinus contra Adimantum, cap. 6. exponit illud Lucæ: Sine mortuis sepelire mortuos suos, tu autem sequere me. Hic de sepeliendo parente agebatur, quo pietatis opere, impedimentum apponebatur diuinæ vocationi: tunc præferendus est Deus, & neganda erga parentes pietas. Ex quo manifestum est, honorem parentum in suo gradu esse seruandum; & eos tamen in diuinæ amoris comparatione, præsertim si impedimento sint, nulla ambigione oportere contemni. Deut. 33. Qui dicit patri, & matri: Non noui vos. ipse cognouit testamentum tuum. Et Christus Dominus: Qui amat patrem, & matrem, plusquam me, non est me dignus. Huic testimonio coniungit Hieronym. Hieron. in Psal. 44. aliud eiusdem Domini: Non veni mittere pacem, sed gladium. Illo, ait, gladio diuisit filium à patre, filiam à matre: fortior ille gladius spiritualis separans, quam copulans naturam carnalis. Et August. querulos parentes arguens, & faciens satis, qui se contemni à filiis, ac deserui arbitrabantur in Psal. 44. ait: Non sibi putet pater factam iniuriam: Deus solus illi præfertur. Similis est primo homini, cui omnia in vniuersum concessi fuere, & solum vnicum interdictum lignum: ita parentes omnium comparatione, strictiori iure in filios potiuntur. At Deus solus

Chrysof.

Math. 10.

Idem.

Idem.

Math. 19. 5.

August.

Math. 8. 22.

Luc. 9. 62.

Deut. 33.

Mat. 10. 37.

Hieron.

August.

Solus



folus excipitur, qui supra omnia amandus ve- nit, & honorandus. Ideo Hieronym. in id: Qui amat patrem, aut matrem plus, &c. ait: Signanter addidit, plusquam me: ama post Deum, patrem; & si non possit utrunque seruari, odium in suos, pietas in Deum sit. Ambros. in Lucam: Non diligere parentes: sed Deo preferre prohiberis. Temperent ergo potestatem parentes, & nihil aduersus Deum machinentur; sed à filiis timorem Dei exigant: qua via ab eis debitam reuerentiam obtineant.

Matth. 5.

Ambros. Luca 14.

§. II.

Quomodo tractandi filij.

Hinc patet, quam bene parentes suam causam fortiolem reddant, si filiorum curam (ex qua istorum nascitur) cordi habeant, vti supra dicebamus ex D. Thom. Filij debitores sunt honoris in parentes ob disciplinam, & citissimè hæc eos sollicitet cura, ne sinistra quid in primæua ætate imprimatur, eos rebelles sentiant, & magna cum difficultate ad Dei timorem adducant; nec præterea ad debitum ipsi honorem attendant; sed omni amissa debiti memoria in eos insurgent. Culpa quidem parentum filij rebelles fiunt amore nimio ad alia attendentes, eorum neglecta cura, & disciplina, vitijs dediti, patribus rebelles facti sunt. Postquam ad Ephes. 6. parentum præceptum dederat, rursus Apostolus ad eos inquit: Et vos, patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione Domini. Noranda priora verba, & quam bene sequentibus congruant, non solum prohibet malè filios tractare, ne abutantur parentes potestate in eos concessa, nec arbitrentur, posse eos maledictis impetere, percutere supra mensuram, quod etiam obseruandum est; sed vult eos nutrire in timore Domini, in omni disciplina, vt ita ab ira alieni inueniantur, sintque mites, obtemperantes parentibus. Tunc ergo ad iram acuemdam excitantur, cum negligentia parentum habenas licentius viuendi eis laxant, cum pueritia sit stulta, & audax, inuentus & adulescentia infrænis, si non magna cum vigilantia equi isti indomiti tractentur. Ambros. ibi ponderauit aduersariatum, sed, & quam hæc connexionem cum prioribus verbis habet: Vt sic imbuant filios, ne mandata legis contemnant: quia, si in timore Domini fuerint enutriti, poterunt obseruare, quæ præcepta sunt. Sine virtute aliqua nutriti, sine Dei timore, sine disciplina, qua eis ostendatur, qua via incedere debeant, & à qua abstinere, quomodo se continebunt, & parentibus obedientiam, & honorem præstabunt. Idem Ambros. addit: Cogere enim eos videntur, vt prauaricatores inueniantur, quando, videlicet, à virtutis studio patrù negligentia alieni sunt. Videant hoc, velur in speculo, in filiis Dauid. Amore eorum tenebatur, eos vrgere negligebat; ira perciti aduersus patrem insurrexerunt, eum & regno, & vita priuare contententes. Ne enim arbitretur pater filios habere, sed hostes, sed inimicos, efflores domorum, famularum corruptores, eis inobedientes, ac rebelles, ac si essent hostes, ciuitatem, armorum vi, capientes, vt eam expolient, & depraudentur. Filij

Ephes. 6.

Ambros.

Idem.

alieni mentiri sunt mihi: filij alieni inueterati, & claudicauerunt à semitis suis. Psal. 17. vbi August. Non mei dicendi: sed potius alieni, quibus rectè dicitur: Vos ex Patre Diabolo estis. tales enim sunt eorum mores, quales parentis eos generantis: & Osæ cap. 5. In Dominum prauaricati sunt: quia filios alienos genuerunt: nunc deuorabit eos mensis cum patribus suis. August. alienos vocat à Dei cultu, nunc addit, pœnam designans, & & personæ, & facultatum. Si enim Deus alienos vocat, qui aduersus eum rebelles fiunt, filij Deum deserentes, quomodo non insurgent in parentes, ac si ab eis geniti non fuissent? Et iusta punientur pœna, eò quod noluerint eorum curam suscipere, non sinistra quæque eorum corrigere, vt vigeat in eis timor Domini, & parentum reuerentia. Si enim Dauidis exemplum, cum esset Rex pius & Deo charus, docet, quantum fuerit malum filios indisciplinatos habuisse, quid sentiant parentes, tales sustinentes præ oculis. Sit nobis exemplum Saulis, quando zelo Dei honoris accensus aduersus filium inobedientem vsque ad mortem insurrexit, 1. Reg. 14. Gregor. ibi exponens hoc facinus, ait lib. 5. super 1. Regum: Antiqui Patres non parcebant filiis propter Deum. Nos autem eos, quos secundum carnem diligimus, etiam tenui asperitate verborum insequi non audemus: qui filium ad regnum destinauerat, propter Deum gladio ferendum, & occidendum exponit. Nos peccantes cernimus, & oburgare peccantes, aut nolimus, aut timemus. Osæ 7. Et humiliabitur contumelia Israël in facie eius. Septuaginta: Et factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor. Vider interfectorem filiorum, & aduersus eum, sicut gallina, non excitatur, & zelo accenditur: non habet cor: deest amor verus, non ignorans, sed videns statum miserum filiorum, & rapi ad mortem: seducti patres, lactari, decepti eos à periculis eruere minimè curant: ob id humiliabitur in facie eius contumelia Israël, quæ maior, quam tales Christianos habere filios, qui coram eis peccata facere non timeant? Nunquid tales illi, de quibus Hebr. 12. Patres quidem carnis nostra eruditores habuimus. Græcè, castigatores, disciplinatores, iuxta illud Ecclesiast. 7. Filij tibi sunt, erudi illos. Vnde parentes neglectui habentes hoc sibi impositum onus erudiendi, & instruendi filios, & eis maximum inferunt damnum, & sibi. Hoc, quod insurgunt aduersus eos, nulla ratione habita reuerentia, eos tractant, ac si vilia essent mancipia, & sibi subiectis nocent, quod in peccatis degunt, & intereunt. Præterea, cum isti patres fiunt, & ipsi indisciplinati vixerint, etiam deserunt paruulos suos, & ab eorum optima educatione abstinunt. Vt enim inquit Augustin. tom. 10. homil. 48. Nescis, quia, quod in radice celatur, in ramis declaratur; & quod laet in folijs, enitescit in pomis? Ita plane mala, quæ latent in eorum filiis, apparent in istorum fructibus. Philo supra reddit rationem, cur aues tam mita propensione in iuuentute sua, senium patientes parentes fouent, & magno labore portant humeris, & alimenta præbent gaudentes; in spem eas venire ait æqualis sibi futuræ retributionis, vt cum confectæ sint, & ætate grandæuæ; à pullis pari munere, & portandæ, & pascendæ sint. Sic habet: Iuniores Philo. verò laborem comportandi solantur pietate, ac spe recipiendæ

Psalm. 17.

Osæ 5.

August.

Gregor.

Osæ 7.

Septuagint.

Ecclesi. 7.

August.

Philo.

recipiendæ in senectute gratia debitum persoluentes interim, quod tempus postulat. Hac spe priuantur filij à patribus deserti, malèque educati: nec arbitrentur, cum ipsi erga parentes impij sint, à filiis melius tractandos fore: occulta enim in radice, in fructibus apparebunt. Illis inferunt damnum: nam hoc debitum negantes abominabiles sunt, impij reputantur, patribus debitam pietatem nescientes. Vnde Exod. 21. Qui percussit patrem suum, aut matrem, morte moriatur: qui maledixerit patri suo, vel matri suæ, morte moriatur. Ingeminat hoc ipsum Leuitici 20. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. Qui patri, matrique maledixerit, sanguis eius sit super eum. Imò Deut. 20. rebellis filius, & non obtemperans parentibus, coram Iudice à parentibus adductus damnatur capitis pœna: Lapidibus obruat eum populus ciuitatis, & vniversus Israël audiens perimeat. Vnde inferunt commupiter Theologi, maledicentiam aduersus parentem iactatam, & leuem quanuis percussione, esse peccatum mortale, ob magnam genitoribus debitam reuerentiam: pœna enim capitis non infligitur, nisi ob graue delictum. Cum ergo tæxet ab ipso Deo pœna prædicta, censet, peccatum graue esse, & prauum exemplum alijs imitandum relinquere; idcò publica statuitur, vt è medio hoc malum tollatur, & omnes obediētes parentibus sint, vt optime lib. 6. in Leuit. in cap. 20. notauit Hefychius. De pœnæ magnitudine mentionem, & recapitulationem facit peccati: Ac si velit indicari optime peccatum graue, cum grauis aduersus eum pœna infligatur.

Exod. 21.

Leuit. 20.

Deut. 20.

Hefych.

Ambros. D. Thom.

Idem.

Idem.

Ecclesi. 3.

§. III.

Que premia, & pœne indictæ sunt aduersus filios.

Diximus de obligatione filiorum in parentes, accedamus ad præmij, aut pœnæ censuram: Vt sit longæuis super terram. Ambros. super ad Ephes. 6. existimat, hoc esse primum mandatum promissionis absolute: non ita est: quia etiam in primo mandato, promissio inuenitur: in hoc tamen terrena; in illo celestis. D. Thom. d. q. 12. art. 5. ad 4. longæuitatem istam de futuro, & presenti accipit. 1. ad Timoth. 4. Pietas ad omnia utilis est, promissionem habet vite presentis, & futuræ. Responder tamen vite presentis præmij gratitudini: qui enim conseruat vitam paternam, meretur conseruari in propria: sicut contra dignus est citissima morte, qui parentis vitam fouere neglexit. Verum, addit Sanctus Doctor, presentia bona non cadunt sub meritum, nisi quatenus ad futura destinantur. Hinc est, vt non solum filius mereatur temporalis vitæ conseruationem, sed etiam æternam pro mercede accipiat. Idem Sanctus Opusc. 4. §. 2. reddit rationem optimam, cur huic præcepto iniunctum sit præmij; & ea est, quod cum naturale sit, filios honorem parentibus impendere, possent credere nullo ob tale opus præmio afficiendos fore: at, ne negligant, quod ipsa natura commendat, addita est tali operi merces. Addit quinque desiderabilia consequi, si hoc seruetur mandatum. Primum desiderabile est, gratia in presentis, & gloria in futuro. Hæc conceduntur Ecclesi. 3. Honora patrem tuum, & superueniet tibi benedictio à Deo. Nomine autem bene-

dictiois superuenientis, seu desuper venientis, est & gratia, & gloria. Secundum desiderabile est vita: Vt sit longæuis super terram. Ecclesi. 3. Qui honorat patrem suum, vita viuet longiori. Vbi optime probat, non tam de longitudine plures degendo dies inter mortales, quam de optima vita virtutibus decorata accipi longæuitatem istam. Sapient. 4. Consummans in breui, expleuit tempora multa. Hinc patet, quomodo respondendum sit ex dicto S. Doctoris ad 4. d. art. 5. accidere, videlicet, vt plures honoratores parentum citò moriantur: inuerecundè eos tractantes, diu viuere. Respondendum est, etiam tunc tenere promissionem, si illa breuis quoad tempus vita, plena fuerit virtutibus. Tunc enim plena est vita, quando est virtuosa, inquit D. Th. Et eòtra licet longæui sint filij nequam, malè parentes tractantes, erit eorum vita infelix, & plena peccatis, breuis, & parum duratura. Tertium desiderabile est habere filios sibi gratos, & acceptos. Ecclesi. 3. Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis. Iam supra diximus, mereri inobedientem filium, à suis malè tractari. Matth. 7. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quartum desiderabile est, habere famam laudabilem. Ecclesi. 3. Gloria hominū ex honore patris sui. Et ibi: Quam male fama est, qui derelinquit patrem. Quam grati omnibus, qui hoc præstât officium genitoribus: ab eis mille benedictionibus onerantur, & ominent illis plurima bona futura, ob cuiusmodi parentū curam. Cæterum negligentes tale munus, exofi omnibus fiunt, & digni iudicatur maximis calamitatibus. Philo supr. Possunt videri mutari in ferarum ingenium, inter quos primas ferunt, qui parentes suos negligunt, virisque parvis hostes; tum eius, qua Deorum eius, qua hominibus se approbare vult. Sciant igitur, se damnatos pro duobus tribunalibus impietatis apud diuinum, quod secundos post Deum auctores vite sua non tractant ex officio: inhumanitatis verò apud humanum: cui enim beneficiet, qui proximos, & optime de se meritos vilipendunt? Quintum est, diuitias possidere. Ecclesi. 5. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Licet iratarū matrum sit, filios maledictionibus impetere; tamè vt parentibus honor exhibeatur, solet Deus firmare eorū desideria, & punire filios, nō tam quod illi eis mala desiderant, quam in pœnâ inobedientia. Contra verò antiqui Patres optabāt paternā assequi benedictionem, antequam vitā finirent, in quo certò credebāt, multa illis bona cōcedi, non solum spiritualia, sed etiā temporalia. Inter parentes recēsentur etiam Prælati, Magistri, Superiores, Iudices, Reges, & Magistratus, Patres spirituales, & curam geretes animarum, Concionator, & Confessarius, Seniores viri, & ætate proeclti. Ad Hebr. 13. Obedite Præpositis vestris. Exod. 22. Diis nō detrabes, & Principi populi nō maledices. Dij, spirituales parentes dicuntur. 1. Tim. 5. Qui bene præsumt Presbyteri, duplici honore digni habentur: maxime qui laborant in verbo, & doctrina. Duplex honor correspondet duplici debito filiorū ad parentes, nempe, reuerentia, & sustentatio. Primum videndū est Act. 10. Factum est, cum intrasset Petrus, obuius venit ei Cornelius, & prociēdens ad pedes eius adorauit. Secundum dicto loco Pauli: Dignus est operarius (addens) mercede sua. Ecclesiast. 4. Presbytero humiliā animā tuam, & magnato humiliā caput tuū, 1. ad Tim. 6. Quicumque

1bid. 3

Sap. 4.

Idem.

Ecclesi. 3.

Matth. 7.

Ecclesi. 3.

Philo.

Ecclesi. 5.

Hebr. 13.

Exod. 22.

1. Timoth. 5.

Act. 10.

1. Timoth. 5.

Ecclesi. 4.

1. Timoth. 6.

*sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur.* Genes. 43. *Afferentes munera adorauerunt eum prout in terram.* 1. Petri 2. *Subiecti estote omni humanae creaturae, &c.* Leuitici 19. *Coram cano capite conserue, & honora personam senis, & time Dominum Deum tuum.* Aded enim naturae hoc consonum est, omnibusque conspicuum, vt, si ab hac regula homines discedant, a videntibus male tractentur, & tanquam aduersus non soluentes debitum insurgant, & eos arguant. Ratio est: quia omnes isti aliquo modo parentum munus obeunt, vel imperio, vel regimine, cura, & sollicitudine, vel doctrina, aut consilio, vel sustentatione, quae omnia exigunt debitam subordinationem: non enim est discipulus supra magistrum, nec ouis super pastorem; sed ab eo duci se sinunt. Ita plane omnibus his reddendus est honor, reuerentia, & subiectio. Alia plura in fauorem Praepositorum, qui inuigilant super nos, & reddituri sunt rationem pro nobis, & dominorum respectu suorum domesticorum, inuenies ad Hebr. 13. ad Titum 2. & 3. 1. Timoth. 2. & 6. 1. Petri 2. cap. & 5. ubi adulescentes senioribus subdit. Ad Ephes. 6. ad Colos. 3. hos vocant parentes. 1. Cor. 4. Ecclesiast. 44. & Heb. 13. 4. Reg. 5. patrem serui vocant Naamanum. Concludit D. Thom. §. 3. in 4. Opusc. *Omnes igitur isti venerandi sunt: quia portant quodammodo similitudinem Patris, qui in calce est: & de istis dicitur: Qui vos spernit, me spernit.* Notandum tamen, quod non aetas iubetur honorari; sed id, quod ei coniunctum est, nempe, experientia callere, plura intelligere, quam iuuenes, & posse eos instruere, monere, & corrigere. Hesy-chius in 19. Leuit. ubi praecipitur canos homines honorare, ait: *Bonum est quidem, & eum, qui iam ad canitiem peruenit, honorare: habet enim tempus aliquid amplius proculdubio ad prudentiam; sed & honorem, quem prorecltoribus impendimus, nos quoque a minoribus merebimur: atque ex hoc ordo bonus vitam nostram in honestate custodiens nobis propinatur. Canum autem, id est, verum senem eum intellige, de quo ait Moyses: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; seniores tuos, & dicent tibi. Daniel puer cum interrogatus fuit, & iudicium tulit aduersus seniores, & se: quia tibi Deus, inquit, dedit honorem senectutis, ut ostenderetur, quia sapientia magis, quam aetatis est Presbyterij dignitas.* Ided Dauid Psalmo 118. super senes intellexisse fatetur, qui mandata Dei custodiuit.

CAPVT XII.

Circa quintum praecipitum Decalogi.

**P**raecipitur cap. 20. Exodi: *Non occides.* & 21. percussorem prohibet occidendi voluntate, & morte eam multat. Matth. 5. prohibetur hoc homicidium, & verba odium ostendentia, iram, & omnem internum affectum. Quare sub hoc praecipitum continentur actus externi aduersus proximi corpus, & interni, irae, odij, indignationis, vindictae cupiditas, & quiuis affectus ad damnum, & laesionem corporis propensus. Vt compositum effingat hominem, ac moderatum, facile mobilem ad indulgendum, iram continentium, sedandum cor, comitem, & vr-

banum se exhibendo, vt politia, & pax inter omnes, quasi vnius carnis essent, statuatur, hoc praecipitum institutum est: nam, si odia crescant, inimicitiae vires sumant, bella sequentur intestina, pace rupta, sicut canes mordentes se conficiuntur, & Reipublicae miserè cadent, & desolationem sentient, sicut Christus dixit: *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet.* Leuitic. 19. ob id prohibet stare contra sanguinem proximi.

Hoc primum praecipitum est ad proximos: cetera, vt vidimus, erga Deum, & vices Dei gerentes, parentes versantur. Optimè primum ponitur illud, in quo iniungitur proximorum amor, & omne deletur odium, vt facile ad alia sequentia transitum faciat: qui enim diligit fratrem, quomodo nocebit ei in ipsi coniunctis rebus, vxore, filiabus, facultatibus, fama, & honore? Vnde optimè Hesy-chius cap. 19. Leuitic. ait: *Habens in modico totam legem, & per unum tibi hoc mandatum, omnia custodire facile est. Caritas enim, ait Paulus, proximo malum non operatur.*

Hoc praecipitum hominum interdicit mortem, non brutorum: & hoc ita, vt ex ira, & sine potestate publica sequatur mors: cum autem id fit à Iudicibus in poenam delicti, & pro publico bono, non homicidium; sed iustitiae actus dicitur. Prou. 8. Rom. 13. ad hoc data est Principibus, & ab eis constitutis Praefectis potestas in hominum corpora, vt timor incurtiatur audacibus, ne malum operentur aduersus proximos. Leuit. 24. *Qui irrogauerit maculam cutibus cinium suorum; sicut fecit, sic fiet ei: fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituat, &c. Qui percussit hominem, punietur.* A quo ista irroganda? Non à quouis; sed à constituta potestate, quae tenetur laesam Rempublicam vindicare, & viam occludere iniuriis, & proximorum laesionibus. Hieronymus in Ieremiam 22. de ministris loquens: *Non est effusio sanguinis, sit legum ministerium.* Augustinus in Exodum, q. 71. *Non est putandum fieri contra hoc praecipitum, quando lex occidit, vel occidi aliquem Deus iubet, vt Abrahamo, Dauidi, Sauii, & aliis, vt interficerent Amalechitas.*

Dubium tamen est, an hoc praecipitum prohibeat solum mors alterius, an etiam propria, ita vt ei aduersetur se occidens, praecipue cum causa occisionis fuerit virtus, ad eam defendendam, ne periclitetur, si viuens in magno periculo versetur: sic enim multi in se manus iniecerunt, vt Samson, & Virgines, quae sanctitate maxima pollebant, ne amitterent, aut fidem, vt Apollonia, aut castitatem, vt aliae, quas Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Chrysostrum, in homiliis, laudibus extollunt. Negant hoc Augustinus. 1. de ciuitate, cap. 20. 21. 26. quem refert, & sequitur D. Thom. Opuscul. 4. §. 1. probantes, homicidium esse, se occidere quouis causa: excusant tamen Virgines, quod in instinctu speciali Spiritus Sancti id fecerint, sine quo se interficere non licebit. Rationem Diui Augustini imitatus est Sanctus Thomas.

Et talis est. Si vim patitur virgo, vt dixit Lucia, duplicatur corona: si timer consensus in libidinem, & prostitutionem, minus quam

quam si violentas in se iniicit manus. Ergo nullo modo licet se interficere. Haec sententia communis est Theologorum: fateor tamen, Sanctos Patres, Chrysostrum, Ambrosium, & Hieronymum. in 1. cap. Ionae, oppositum docere, aded vt dicat Hieronymus, neminem posse se occidere nisi in defensionem castitatis. Quod autem responderetur, id fecisse motu Spiritus Sancti; Patres minimè tale docent; sed supponunt, potius esse vita se priuare, quam incidere in propriae castitatis amittendae periculum; & ea de causa tale iniisse consilium. Lessius tamen de iustitia, lib. 2. cap. 9. dub. 6. hac pressus difficultate, communem secutus sententiam, id ignorantiae adscribit: feruore enim, & amore actae castitatis, morti se dederunt. Sed hoc voluntarie dicitur. Quis credat, tot prudentissimas Virgines edoctas à Deo, quae sapientissime hostibus responsa dabant, ignorasse tam manifestum praecipitum non occidendi se? Et ratio D. Augustini, & D. Thomae facile dissoluitur: si enim tunc peccatum esset se interficere, manifestum est, e duobus minus eligendum malum. Verum hoc negandum, cum medium tunc temporis necessarium fuerit talem vim sibi inferre, ne periclitaretur castitas: (non ea, quae vi oppressa minimè interit; sed duplicatur: ) sed voluntaria, accedente consensu ob delectationem ex venereo actu capiendam: cum enim ne tale paterentur malum, vnde facile consensus prodiret, mortis violentae solum restabat remedium; ided fortes, & vitiles foeminae se morti donabant, sicut ille Martyr, qui in florido lecto iacens, à lasciuia puella prouocatus ad luxum, rixens carnis suae libidinosos sensus, truncatam linguam propriis dentibus, in faciem inuercunda foeminae expuit, vt doloris magnitudine vinceret turpis oblectationis motus: ita Virgines, nullo alio remedio fultae, nisi propriae interitionis, mori paluerunt, quam perdere inestimabilem pudicitiae gemmam. Nihilominus sequenda est communis sententia. At se occidere, vel ad vitanda huius vitae mala, velut fugiendo molestias temporales, peccatum est: incidit enim in aeternas, inquit Augustinus dicto lib. 1. de ciuitate, cap. 20. & 21. *Nec, vt vitet peccata propria, aut alterius; quia magis haec vita opus est, vt possint penitendo sanari. Nec desiderio melioris vitae: quia reos suae mortis, melior post mortem vita non suscipit.* Vnde voluntas se occidendi semper est mortale; non tamen moriendi, Deo iubente, etiamsi id optetur ad fugienda temporalia mala, nisi aded praiceps sit desiderium, vt in omni euentu velint mori, etiamsi peccato mortali inueniantur praepediti: hoc enim esset propriam damnationem appetere. Nec aliorum mortem desiderare ex Dei iussu, vt mala vitent spiritualia, aut temporalia, peccatum mortale erit: licet enim vita omnibus mundi bonis pretiosior sit, & pellem pro pelle dabit homo; tamen cum non sit finis, sed aliquod mortuum labor affligens, mortem appetendi; finis verò saluari, decedendo in gratia, peccatum haud erit.

D. Thom. dicto Opusc. 4. plures distinguit mortes in hoc praecipitum comprehensas. Altera est manibus, Isai. 1. *Manus vestra plena sunt*

*sanguine.* Crudelitatem occidentium notat, peiores eos dicens lapsum, qui alterius suae conditionis lupum non interficiunt, vt habetur 4. animalium historia. Secundo, occiditur ore, consilium conferendo, prouocando, accusando, & detrahendo, Psalm. 56. *Lingua psal. 56. eorum gladius acutus.* Tertio, adiutorio, Prouerb. 1. *Fili mi, ne ambules cum eis: pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem.* Consensu etiam peccatur, Rom. 1. *Digni sunt morte, non solum, qui ea faciunt; sed etiam qui consensum faciunt.* Consensu consensu, non impedire, quae mala posses vitare. Prouerb. 24. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, &c.* Et qui fame interite proximum videt, & cum possit, negligit illius agere curam. Haec ex D. Thom. dicto loco. Assignat etiam mortem aliam simul animae, & corporis: vt, si quis abortum, post factum animatum, intenteret, & se interficiens in peccato cum sit, etiamsi eo careret: nam se ipsum interficere animae mortem operaretur.

§. I.

Odij mala vnde aduersantia huic legi.

**V**tergo ordiamur à radice omnium, quae aduersantur huic praecipitum, certum est, id esse odium, & iram. Prius de illo agemus: odium enim, vt describit Plutarchus lib. de inuidia, est animi affectio, propositum habens male faciendi. quauis enim quis auerferetur proximum, & efferueat eo viso circa cor sanguis, displiceatque cum eo versari, & agere; odium non erit, quandiu affectus ille non peruenit ad malum ei faciendum per se, vel per alium; vel, vt ab ipso Deo mulctetur poenis temporalibus; aut aeternis. Praeterea dicitur animi affectio: si ex animo enim non nascitur, odium non erit: ex corde enim exeunt omnia mala, quae hominem coinquinant: quauis enim mala intententur in aliquem, odium haud erit, si animus liber manet, & potius in bonum illius hoc ipsum malum, aut desiderat, aut procurat. Ided Leuitic. 19. dicitur: *Ne oderis fratrem tuum ex corde tuo.* Paulus ad Thesal. 1. cap. 3. praecipit: *Si quis non obedit verbo nostro per Epistolam hanc, notate, & non commiscerimini cum illo, vt confundatur.* Hesy-chius ibi: *Hoc autem cum sit, odij praebet praesumptionem: quorum enim aliorum, nisi odientium, & auersantium est, non commisceri? Sed hanc auersionem non praecipit in corde fieri; ait enim: Non commiscerimini ei, vt confundatur, & erubescens omni modo emendetur. Qui autem emendabat eum, cui non commisceratur, nullatenus eum odire in corde suo poterat.* Et addit: *Et nolite quasi inimicum existimare illum; sed corripite, vt fratrem.* Timendum tamen est, ne nimio zelo accensum cor, odium non sit perfectum; sed potius declinet in veritatem per dictam legem. Psalm. 138. ibi: *Nonne qui oderunt te, oderunt: & perfectio odio oderam illos? Nam, vt quidam dixit: Quomodo iste, vir bonus esse potest, qui non odit improbos? Addit tamen ibi: Probame, Deus, & scito cor meum: & vide, si via iniquitatis in me est.*

Genes. 43. 1. Pet. 2. Leuit. 19.

D. Thom.

Hesy-ch.

Deut. 32-7.

Dan. 13.

Psal. 118. 7. 100.

Galat. 5. 15.

Luca 11. Leuit. 19.

D. Th. 2. 2. q. 122. art. 6. in corp. & ad 1.

Hesy-ch.

Rom. 12. 10.

Prouerb. 8. Rom. 13.

Leuit. 24.

Hieron.

August.

August.

Idem.

D. Thom.

D. Thom.

Isai. 1.

Arist.

Prouerb. 1.

Roman. 1.

Plutarch.

Matth. 12.

Leuit. 19.

1. Thesal. 3.

Hesy-ch.

Psal. 138.



Lyra: *Id est, aliqua latens culpa: scrutare conscientiam meam, ne videar perfecte odisse, & non ita sit.* Odium istud non figendum est cordi: immittit enim profundas radices, è quibus pullulant pessimi rami, & amari fructus. Docuit Apostolus Heb. 12. 14. *Pacem sequimini cum omnibus, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediatur, & per istam inquinentur multi.* Odio claudit fores commendans pacem, quas inimicus aperire, aut rumpere tentat, vt docet Dauid: *Sermonibus odij circumdederunt me, & expugnauerunt me gratis.* Quasi debellare conantes pacem, & eam è medio tollere. *Gratis*, inquit, id est, sine fructu: cum potius malum conuertatur in caput conantis hanc destruere pacem. Laudat eiusmodi concordiam Psalmista Ps. 132. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum, sicut conuenimus, &c. & sicut vos Hermon, quod descendit in montem Sion.* Interpretatur Sion acervum, cum multitudo lapidum, qua possunt via coadunantur. De rore inquit Arist. 1. Meteor. cap. 16. non cadere super terram, nisi nox serena sit. Ambr. in Hexam. *Ros fit non nisi serena nocte, & à ventis sileat.* Ros enim gratia fugit turbatos, & inuicem se mordentes: cadit tamen super eos, qui fraterno amore vincuntur, quemadmodum lapides coaceruati: quoniam ibi mandauit Dominus misericordiam. Vbi inquit Aug. *In fratribus, qui habitant in vnum.* Ad Ephes. 4. iram à nobis expellens ait: *Ne detis locum Diabolo.* Quem eligit: Medium certè, vt diuidat fratres, & eos discordare faciat, iuxta illud Matth. 5. *Esto conueniens fratri tuo citò, dum es in via cum eo, ne forte tradat te ministro, & in carcerem mittaris, id est, ab eo diuidaris.* Chrysof. ibi ita exponit sententiam Apostoli: *Oporet enim omnes pariter esse, mutua compassione obiuuatos, & simul Diabolo resistere.* Tueatur quisque locum suum, amplectatur proximum, & per amorem hareat, ne Diabolus ruptionem intenter. *Et quauis paruo sit contentus loco, inimicitia deinde magnum conficit foramen.* *Grandem ruperam* (vt ait Chrysof. supra) *operatur.* Nam ubique illi solis dumtaxat iniuriis opus est: si verò nactus fuerit initium nocendi, omnia sibi ipsi subinde suo ingenio vestigat, & amplificat. Quod videre licet in illo 1. Ioan. 3. *Qui odit fratrem, homicida est.* Num statim ac odit, homicida efficitur? Minimè: sed crescente odio ad homicidium trahit hominem. August. in Regula: *Lites, aut nullas habeatis, aut quam celerrimè finiat, ne ira crescat in odium, & iram faciat de festuca, & animam faciat homicidam.* Exponens Theoph. illud ad Ephes. *Ne detis locum Diabolo,* ostendit intendere, facta quam minima ruptione, se introducere, vt ignem accendat, & totam comburat domum: *Diabolus quamprimum inuenit dissoniam inter nos, tum beu inuenit loco caput suum subintrouit, serpentis instar.* Caput vocat vniuersam eius potentiam ad inferendum malum. Quamobrem nullo alio potentiori remedio vti necesse est, quam conantem nos diuellere, ac inimicitias separare, destruere, & bellum aduersus ipsum conuertere. Quemadmodum pugnares illi fratres Exodi 2. 14. aduersus Moysem direxerunt aciem conantem eos conciliare. Contrà verò inimicum volentem nos separare, & odia seminare, destruamus. Optimè Chrysofom. in Epist. ad Ephes. 4. *Vis esse memor iniuriarum, & hostis? Hostis esto: sed Diaboli, non membri tui.*

Idè nos Deus ira armavit, non vt inuicem aduerfarcemur; sed aduersus hunc hostem eam exerceremus, vt vniuersam macharam in ipsum Diaboli peccus immergamus. Illud Roman. 12. *Noli vinci à malo; sed vince in bono malo.* exposuit Theophylact. ibi de hac inienda amicitia inter nos, aduersus inimicum, quem malum vocat, hortans nos, ne ab eo vincamur suadente similitudines; sed benefaciendo proximo, ei aduersumur, & victoria potiamur: *Vince ego in bono proximo, malum Diaboli.* Quid enim pretiosius inueniri potest, quam hæc amicitia, qua deficiente plurima perduntur bona, & sequuntur mala? Chrysofom. supra: *Valeant pecunia, valeat gloria, valeat nominis celebritas, omnibus his, mihi membra mea preciosius est.* Argumento sumpto à corporali membro, cuius nullo pretio fit iactura; sed omnibus præponitur bonis. Ita planè proximorum amor, cum omnes, membra vnius corporis, cuius caput Christus, sumus. Hoc aperte Spiritus Sanctus Ecclesiastici 25. docuit, aiens: *Quæ sunt probata coram Deo, & hominibus? Concordia fratrum, & amor proximorum.* Adè enim hoc bonum est, & præclarum, vt non solum cedat in alterius utilitatem; sed sit nobis valde fructuosum. Xenophon 8. lib. de Cyro proximo morti refert: *Qui enim fratris sollicitus est, simul etiam seipsum curat.* Hoc aperte probatur ex eo, quòd malum proximo intentatum, non tam illius sit, quam inferentis. 1. Reg. 24. Dauid querulus aduersus Saulem persecutorem, & suam probans innocentiam, addit: *Visceratur me Dominus ex te.* Quid significat illud, ex te? Id est, ex malo, quo te ipsum conficis, non inimicorum armis, vindictam sumet Deus de te; sed tu ipse propria manu aduersarius tibi eris. Lucifer. ita exponit, id est, vindictam sumat de te, ex te ipso: manus autem mea non fit in te.

Licet autem odia soleant versari inter extraneos, grauiora amicorum, & maxime coniunctorum esse solent: implacabiliter enim similitates adnant, nec aliqua ratione ad concordiam, & pacem afferri possunt. Rationem reddit Arist. 7. Polit. c. 7. quòd plus se diligentes ob sanguinis coniunctionem, aut amicitiam, plus dolent de ingratitude, & maius concipiunt odium: & affert hoc prouerbiu: *Qui se nimium amant, bi se nimium odio habent.* Facile enim hoc experientia probatur, exemplo simultatum, quarum mentionem inuenimus in Scriptura sacra. Primus frater non cessauit ab vitio: ne ex odio orta, donec fratrem confecit. Ioseph similiter fratres ad mortem vsque ipsum perducere tentarunt. Perinacem furorem vocauit Iacob parens eorum, quasi nulla via possent ab eo desistere. Septuaginta: *Quia pernicax.* & his similia repetiuntur passim, quibus probantur odia nemini parcere, & vitanda citò esse, ne vires resumant vsque ad interuentionem.

Præcurforem suum habet odium, iram, videlicet, quæ, cum breuis furor dicatur, obscurat mentem, turbat rationem, & in odium accendit animum. Ad Ephes. 4. *Sol non occidat super iracundiam vestram.* non solum præterdit desistere ab ea, citòque ab incepto resiliere; sed ne adè effereatur, vt rationem absumat, & lumen rationis obscurer. Hieronym. ibi: *Præcipit Apostolus, ne talia faciamus*

*ciamus furore superati, per qua nobis Sol occidat, & principale cordis tenebris immolatur.* Et addit: *Neque locum,* &c. Ex ira concepta ad diabolicam sustinendam rationem peruenitur, qua vrgemur ad scissionem procurandam. Hieron. *Solet autem, antequam veniat, præcurforem aduentus sui facere cogitationem. Hanc si nos in corde susceptam nurierimus inuiscis, & crescere fecerimus, cum in nobis prolem suam auctam viderit, & ipse audebit irruere.* Turbata ratione, iraque concitata, cogitationes vagantes nascuntur, quibus, si à nobis foueantur, inimicus se adiungit, & audeat irumpere cor, ipsumque possidere. Rationem breuem audi ex Ambros. ibi: *Quia hominis cogitare est, Diaboli implere.* Eccl. 7. *Ira in simu stulti requiescit.* Nam cogitationibus hinc igni materiam ministrat, vt totam accendat domum, & ad odia, & vindictam procedat. D. Th. Opusc. 4. §. 3. triplicem distinguit iram. Primam in ratione: hæc propria est Dei. Secundam, pro vt passionem, quæ commouet corpus: hæc tamen, si franco rationis gubernetur, ad virtutem famulatur, & zelus dicitur. Tertia est, quæ omnem ignorat rationem, & hæc furor implacabilis est, vnde bella, & monstra odiorum nascuntur. Hæc cauenda, antequam, velut amnis, omnem inundet hominem. Quod docet ipse Deus, cum iram suam vult ostendere, continet, nec totam effundit. Ezech. 20. & 21. & Daniel. 9. vtitur verbo stillare. Hieron. ibi: *Vt non tota Dei ira videatur effusa; sed stilla quadam, & pars.* Si ita homines continerentur, rixæ, odia, iniusta opera lingua, manûque vitarentur quamplurima.

Licet enim nascatur ex diuitum potentia: *Vnde bella in vobis? nōme ex concupiscentiis vestris?* In Beatitudinibus Matt. 5. *Beati pauperes.* statim, *Beati mines.* Comes enim paupertatis est mansuetudo & lenitas: Ap. diuitiarum, iracundia. Bonauentura in Apolog. pauper, differens de secunda Beatitudine: *Si ex animo superbiarum exemeris, occasionem inuadendi vitium iracundia non habebit.* Licet enim, inquam, ex potentia diuitiarum hæc fera nutriatur, nobilium est mansuetudine ornari, lenitatem profiteri, & quòd potentiores sunt, humaniores se ostendere, imitantium ipsum Deum, qui commendat charitatem suam in nobis, qui cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Rom. 5. vbi pro, commendat, Græcè, clarum, nobilem, illustrem facit charitatem suam. De Theodosio Ambros. in eius laudem: *Tunc prapior erat venie, cum fuisset commotio maior iracundia. Prærogatiua ignoscendi erat indignatum fuisse: beneficium deputabat accepisse, cum rogaretur ignoscere.* Senec. 2. de ira, cap. 34. viliu exemplo animum, & animalium esse probat irasci nimis: magna tamen animalia, ac generosa, vt equus, leo, elephas; quauis percitantur, non commouentur, nec ad vindictam prouocantur. *Animalia valida mansuetè patiuntur.* Similiter ira indomita vilibus vulgi hominibus conuenit. Prouerb. 27. *Impetum concitati spiritus ferre quis potest? Graue saxum, & onerosa arena; sed ira stulti utroque grauior.* Stultum vocat ira percitum: nec enim lapit differentiam facere temporum, personarum, nec verborum pondus ad mensuram rationis trahere, in omnem effunditur iram, vt offendant, & ostendat spumantem spiritum, & fæces cordis ore promat. Apoc. 16. 4. phiala super Solem effusa fuit,

quem obscurauit. Seneca tract. de ira. *Nulla est via ad insaniam expeditior, quam ira.* Vnde iratus comparatur tanto agitato, aduersus quem iactantur stimuli, quòd ipsum ad feritatem prouocant: ob id Paulus ad Rom. 12. *Date locum ire,* Rom. 12. quasi dicat: Fugite ab ea, ne ei aduersumini, transeat, effereatur, citò finietur: nam, si velitis eam in irato reprimere, extra se facta omnia consumet, & nulli parceret verbo, & viribus. Basil. de ira: *Quasi torrenti, date locum; qui obuia que impetu suo rapidissimo denoluit.* Hæc ergo effusa, hoc est, sine mensura ostensa, Solem obtenebrat, rationem, videlicet, Deum, legem fraternitatis, mala inde securatur: nihil videt, sed totus actus homo in vindictam nemini parcat. Quam pulchrè Chryl. in Epist. ad Ephes. 4. de irato homine, & à ratione alienato ait: *Alius animus, aliud tribunal: hic non ex equo auditò; sed plurimum in partes inclinatur, ac procliuiter assentitur.* Cum enim in statera magnum pondus additur, trahit ad se vnam partem, & à momento declinat: ita ira, & passio vehemens, cum enim dictum sit iram grauiorem esse arena; addit Chryl. *Quippe inimicitia pondus, plumbo grauius est.* Rectè enim de ea iudicat Philo, fontem omnium malorum Philo. iram dicens, lib. quòd Deus sit immutabilis; & cum viliu sit hoc vitium, qui parum rationis habent, quasi ferui his loris vincuntur. Vt enim inquit idem lib. quòd omnis probus sit liber: *Cum lege feruus nullum habet commercium: & feruus, & rationis expertus natus est.* Quæ lex valebit continere hos amnes ex cacuminibus montium profluentes, hos ferocios leonibus: Quæ non iactabunt in ventum verba aduersus honorem? Quæ non iuramenta ad firmadum sua improba dicta: Quæ non tentabunt mala, aduersus eum, à quo credantur offensi? Curam gerens Dominus nostrarum ægritudinum, iræ remedium adhibet, Matth. 5. *Si quis iratus fuerit fratri suo sine causa, reus erit iudicio.* Cur hoc primum omnium apponit remedium, à longe? Chrysof. hom. 1. 1. in Matth. *Tolle iram, & homicidium non fit.* Illud, sine causa, (tam hic, quam apud Ioannem in canonica epist. 1. c. 2. vbi ait: *Qui odit fratrem suum sine causa, homicida est.*) significat posse dari iram, & odium cum causa, quæ minimè aduersentur legi, & proximis. De Deo enim irasci, & odio habere dicitur: *Nequaquam autem de hoc, si ratalum fuisset, diceretur,* inquit Hefychius in cap. 3. Leuit. Ergo etiam de hominibus dici ista possunt sine culpa, cum homines Deum imitantes, & irascuntur zelo maximo aduersus peccantes, & eos odio habent, & destruunt. Ergo sine causa ira dicitur iniusta. Notandum tamen, iratum sic reum esse iudicij. Existimo ad iudicium ferri, vt ratione iusta, quæ in iudiciis fulget, passio iram concitans mitigetur: non enim prouocadus est iratus; sed sistere eum oportet in iudicio, vt dicat rationis pondus, & iram comprimat. Vnde D. Thom. de hac Opusc. 4. §. 3. ait: *Quæ refugit iudicium rationis, semper est peccatum aliquando veniale, aliquando mortale.* Et hoc distinguit ex eo, quòd ad iram incitat, motus, videlicet, in passione, quæ commouet cor, & irritat appetitum. Sed illud, *reus est iudicio,* intelligit D. Thom. ibi, cum interuenit rationis consensus, & motus est ad vindictam procurandam, tanquam graue malum proximo, quæ ira in voluntate sine executione est peccatum mortale: T 3 volun

Hebr. 12. 14.

Psal. 108. 3.

Psal. 132.

Arist.

Ambros.

August. Ephes. 4.

Matth. 5.

Chrysof.

Idem.

1. Ioan. 3.

August.

Ephes. 4. 27.

Theophyl.

Exod. 2. 14.

Chrysof.

Rom. 12.

Theophyl.

Chrysof.

Eccl. 2. 5.

Xenoph.

1. Reg. 24.

Lucif.

Arist.

Genes. 4.

Genes. 49. Septuag.

Ephes. 4.

Hieron.

Hieron.

Ambros. Eccl. 7.

D. Thom.

Ezech. 20. & 21. Dan. 9. Hieron.

Iacobi 4. 1.

Bonau.

Rom. 5.

Ambros.

Senec.

Prouerb. 27.

Apoc. 16. 4.

Rom. 12.

Basil.

Chrysof.

Idem.

Philo.

Idem.

Matth. 5.

1. Ioan. 1. 2.

Hefych.

D. Thom.

Voluntas enim eius rei, quae est mortale, si fiat, etiam tale erit in consensu. Ait igitur D. Thom. supra: Qui irascitur, reus erit iudicio; intelligendum est de motu tendente in nocuum, qui motus est peccatum mortale, ita quod sit sibi consensus.

§. I I.

Ira incendium, & odij fomentum.

Hæc autem ira velociter mouetur circa cor, & istud occupat, vt inuenio hospitio odia prouocet: nec enim sistere fert, si effrenis relinquitur; sed, vt inquit Petrus Chrysolog. Sermon. 38. Sine sanguine non sedatur. D. Thom. supra. Camere debet, ne ira procedat primo in corde: quod sit, quando peruenit ad odium; & ideo est mortale peccatum. Ideo 1. Ioan. 3. homicida dicitur, qui occidit fratrem, non quod statim ipsum interimat; sed semetipsum interficit per culpam: Qui se interficit spoliando se charitate, & alium, inquit Sanctus Doctor. Agnoscit tamen discrimen inter odium, & iram, quod ista velox, illud tardum est. Ira subita est, odium vero diuturnum. Vnde Apostolus monet: Sol non occidat super iracundiam vestram. Ephes. 4. Quem locum aliter exponemus ex Chrysost. homil. 2. in Ioann. qui enim ante Solis occasum ab ira desinit, non habet tempus quietis ad recogitandum, quæ præcesserant, & causa fuerant irascendi: si tamen in noctis spatio perseueret ira, tunc locus datur inimico, vt machinetur plurima aduersus proximum, vim factis, aut dictis imbuendo: & non modò iratum sedatur cor; verum ad odij fores pulsata, & aditum, ac hospitium quaerit, vt recrudescant similitates, & ex ira mutetur in odium; ex breui, & cita passione in duram, & perseuerantem. Sic habet: Non amplius vna nobis die ad iram inclusit Apostolus. Quod si ira percitos nos comprehendat, omnes operationes nostrae grauioribus sublegetur, si per otium omnia animi prouocantia atrocius nobis repententur. Talis ira, vt Tertulian. docet lib. de patient. interfectrix est crudelis, ad necem peruenit, omnia profligare contendit, ac destruere: Impatientia femine Diaboli concepta, malitia secundum iram filium procreauit, editum suis artibus erudit. Quæ enim parentes impatientia actos ad mortem traxit, (addit.) docuit & filium ab homicidio incipere. Quasi velit ex impatientia, aut ira in odium cadere, & inde ad mortem vsque peruenire inferendam. Verum, si leuitas eius breui consumatur, & facile intereat, ac supprimatur, ad odium non accedit, nec cordi infundit semen pessimum, radices in profundum immittit haud facile extrahendas, & euellendas. Quare ira leuis puerorum ludis comparatur: facile enim irascuntur, & sedantur; ac commoti ad indignationem, continuo amici facti ad priora redeunt. Ambros. 1. Offic. ita interpretatus est indignationem illam discipulorum aduersus ambientes primas sedes: Nisi efficiamini, sicut paruuli isti, inquit Dominus, &c. In quo? Est cito pueri inter se mouentur: facile sedantur, & maiori suauitate in se recurrunt, nec sibi se subdole, artificiosèque tractare.

Inde enim ira occupato corde ad os viam dirigit, & prorumpit in stupida verba, minas intentans, & iuramentis confirmans, maledicta promittit, honorem aduersarij lacerat, vitam il-

lius pro nihilo ducit, & velut iracunda femina Iezabel aduersus Eliam hæc inquit: Faciat mihi Deus, & hæc addat, si cras hac hora caput Eliae steterit super eum. Prouerb. 12. ait Sapiens: Facinus statim indicat iram suam. Cordatus autem vir dissimulat, tacet, in corde decoquit iniuriam: at fatuus, & stultus, dominatum non ferens huius passionis, sicut ille ab spiritu iniquo possessus spumabat, stridebat, & omnia rumpebat, ac in aërem proieciebat, quousque spoliatus vestibus indecenter, & immodestè nudus incederet: ita isti irati, & possessi ab hac fera iactant verba maledicta, infamant hostem, minantur mala; quæ omnia demonstrant, quam pessimo domino feruiant, & indecentiam, ac immodestiam suam probatam omnibus relinquunt. Generali edicto damnatur iracundus à B. Iacobo cap. 1. Ira enim viri iniustitiam Dei non operatur. Ac si dicat: Nulla iusta lege tenetur, omnes ruppit, & deuorat corde, ore, signis immodestissimis, clamoribus, nullum inuenit in irato locum iustitiae; sed plurimas iniustitias compaginatur, vt plenè iustitiæ legibus aduersetur: ideo Domini sententia ad iudicium trahitur, vbi ius suum viuicique feruatur: Reus erit iudicio. vt tot iniustitias damnet. Hoc autem iudicium non tam externum est, quam cuiusque internum: qui enim sine ratione operatur, per hanc corripitur debet. In peccatore Summi Sacerdotis Rationale gestabatur, in quo scriptum apparebat, Doctrina, & Veritas. Vbi ira residet, ibi doctrina, & veritas velut medicamen apponitur, vt parti læsa, & vulnerata medeatur. Ita planè Philo 2. Allegor. Vt regatur ira à ratione, deinde à doctrina, à cuius consuetudine furor libenter abstinet, & per veritatem insuper: nam & hoc ira proprium est, quod facile fallitur, fallitque. Itaque iracundorum ferme nemo verax est. Apprimè sanè, in iuramentis mendacia inueniuntur, in minis, in verbis, quæ aduersus inimicum iactant, nulla regula veritatis seruatur: aded enim alienantur à rectitudine rationis iracundi. Quod tendis in præceptis indomita fera: Quis te cogit ista referre? Non attendis te ipsum ignominiosè exponere omnium iudicio, vt aduersum te pronuncient sententiam, dicentes, te infamare, extra te esse, ebrietate occupari caput, non esse tui competentem; sed ferri à passione? Spumas, & confusiones tuas prodis: nec parcis amicis, nec religionis viris, nec patri, vxori, liberis, seruis, omnes honore spoliatis, aduersus omnes pronuncias indigna verba, plena mendacijs. Insanus iste constringatur vinculis, sistat in iudicio; aculetur eorum, quæ ipse ignorat, cum pondus, & grauitatem verborum haud videat: at modò in se reuersus oculis rationis prius clausis, dein

apertis, an talia iactare potuerit homo cordatus. Christianus insuper, & proximorum honoris debitor, si contemplatus fuerit, ipse confundetur, roseo colore facies perfunderetur, vultum verecundo aspectu ad terram demittet. O si Deo faxit, ad hoc iudicium trahi omnes iratos contingeret, ne in tot incidenter mala! Nec enim vult Deus, vt docuit Thom. dict. Opusc. 4. §. 3. more Stoicorum, ita ratione duci, vt à nulla pulsemur passione; sed ratione eam in officio continere, & moderari. Pulchrè Ambros. 1. Offic. cap. 21. affert, & exponit illud Psalm. 4. Irascimini, & nolite peccare. Vt prober iram moderatam

deratam vitare peccata, vt nemo excusetur iracundia præditum esse: quæ enim à Deo sunt, bona quidem iudicanda veniunt, cum apposuerit huic naturæ rectorem, & gubernatorem, à quo coercetur, ne excedat iusti terminos: ait enim: Moralit magister, qui naturalem affectum inflectendum magis ratione doctrina, quam extirpandum nouerat, moralia docet: qualia: Irascimini, &c. Contineant se irati, frænum linguæ iniiciant, os claudant: vt enim ait eodem lib. 1. c. 3. Cito lutum colligit annis exundans: sit restrictior, & vicijs suis coercatur. Hoc videre licet in Basilio, qui prouocatus à Eustatio hæretico homine, vt refert epist. 79. per tres annos continuit, & decoquit verba in peccatore: Quocirca in profundo pectoris nostri dolorem, quem incussit calumnia, inclusum tenuimus. Saltem vitantur scandala, plurima vitantur peccata, & mendacia in tertij damnum: aded enim nobilis hæc est virtus, præcipue si monstretur silentio, vt Iulianus, cum Apostata esset, ne inferior censeretur Christianis in patientia, & magnanimitate, iraque correctione, vt refert Sozomenus lib. 5. c. 4. reprehensus à Marino, Episcopo Chalcedonensi: Nullo dato responso præterisse eum: putasse enim, eo pacto religionem gentium, multò magis roboraturum, si se populo Christiano patientem, & mansuetum ostenderet.

Optimè ergo ad frændandam hanc belluam conceditur ira, quæ nullo misceatur peccato, ne effervescat, & nulla mensura coercita in præceptis feratur. In hoc sensu exposuit supra Ambros. prælecta verba: Si irascimini, nolite peccare; sed vincite ratione iracundiam. Irrationalis enim est, ex se, & suo relicta arbitrio. Quid irrationalis bilis, quàm ea dicere, concipere, agere que, quæ aduersantur, non tam inimico, quam ipsi, à quo procedunt, & intentans lædere se percutit? Vel exponit Ambros. Irascimini, & nolite peccare. id est, aduersus vos iram conuertite; indignamini, quod talis passio locum inueniat in homine cordato: Irascimini vobis, qui commoti estis: qui enim sibi irascitur, quia cito commotus est, desinit irasci alteri.

deratam vitare peccata, vt nemo excusetur iracundia præditum esse: quæ enim à Deo sunt, bona quidem iudicanda veniunt, cum apposuerit huic naturæ rectorem, & gubernatorem, à quo coercetur, ne excedat iusti terminos: ait enim: Moralit magister, qui naturalem affectum inflectendum magis ratione doctrina, quam extirpandum nouerat, moralia docet: qualia: Irascimini, &c. Contineant se irati, frænum linguæ iniiciant, os claudant: vt enim ait eodem lib. 1. c. 3. Cito lutum colligit annis exundans: sit restrictior, & vicijs suis coercatur. Hoc videre licet in Basilio, qui prouocatus à Eustatio hæretico homine, vt refert epist. 79. per tres annos continuit, & decoquit verba in peccatore: Quocirca in profundo pectoris nostri dolorem, quem incussit calumnia, inclusum tenuimus. Saltem vitantur scandala, plurima vitantur peccata, & mendacia in tertij damnum: aded enim nobilis hæc est virtus, præcipue si monstretur silentio, vt Iulianus, cum Apostata esset, ne inferior censeretur Christianis in patientia, & magnanimitate, iraque correctione, vt refert Sozomenus lib. 5. c. 4. reprehensus à Marino, Episcopo Chalcedonensi: Nullo dato responso præterisse eum: putasse enim, eo pacto religionem gentium, multò magis roboraturum, si se populo Christiano patientem, & mansuetum ostenderet.

Optimè ergo ad frændandam hanc belluam conceditur ira, quæ nullo misceatur peccato, ne effervescat, & nulla mensura coercita in præceptis feratur. In hoc sensu exposuit supra Ambros. prælecta verba: Si irascimini, nolite peccare; sed vincite ratione iracundiam. Irrationalis enim est, ex se, & suo relicta arbitrio. Quid irrationalis bilis, quàm ea dicere, concipere, agere que, quæ aduersantur, non tam inimico, quam ipsi, à quo procedunt, & intentans lædere se percutit? Vel exponit Ambros. Irascimini, & nolite peccare. id est, aduersus vos iram conuertite; indignamini, quod talis passio locum inueniat in homine cordato: Irascimini vobis, qui commoti estis: qui enim sibi irascitur, quia cito commotus est, desinit irasci alteri.

Hinc colligitur, nullum exemplum imitandum in iræ correctione inueniri in natura, præter Deum. Non belluæ, quæ, quantumvis, vt dicebamus, quò nobiliores, & grandiores, minus iræ feruiunt; licet viles, & paruæ statim vim suam exerant ad vindictam procurandam: verum tam istæ, quàm illæ cum eo remedio careant, quo passio ista domatur, nempe, ratione, facile in præceptis eunt. Rationem reddit Seneca 2. de ira, cap. 16. de brutis agens: Quibus pro ratione est impetus, homini pro impetu ratio est. Aguntur enim impetu, & quò acrior fuerit, eò feruentius operantur: at homo ratione vtens eiusmodi continet impetum. Custodiam animæ: & cordis ab omni inordinato affectu exposcens Ambros. 1. Officiorum, cap. 3. reddit rationem: Ne in eam irrumpant, & captiuam ducant irrationabiles corporis passionis. Verum, cum ira dominetur homini, quis eum corrigere valebit? Ipse, qui alijs exemplo esse deberet, infirmus, à quo medelam assumeret? Non est in creaturis malagma, neque oleum, neque alligatura, nisi ad Deum prospiciendum conuertamus oculos, qui etiam irascitur, & indignatur, & odio habet; sed id præstat magna cum tran-

quillitate, & rationis retenta regula. Quare Seneca dicto loco ex omnibus imitandum docet: Quem ex solis animalibus, vt solus imitetur, solus intelligit. Acute sanè: nam, homo non intellexit, & salm. 48. 13. comparatus iumentis insipientibus, & similis factus illis. Ipse solum Deus liberam semper gerit rationem, & solus intelligit, vt ducti talis Magistri exemplo vtamur hac facultate, nunquam magis, quàm cum hac passione frequentius obscuratur.

§. III.

Inuidia quot mala recensentur.

Lia inimicitiarum socia, & ministra est inuidia. Discrimen inter hanc, & odium assignat Plutarchus lib. de inuidia: nam odium aduersatur personæ; inuidia verò excellentiæ, dignitati, felicitati, ac bonis omnibus, quibus aliquis alio sit Superior. Vnde odium non attendit, vt cesset ab aliquo statu, etiam abiectissimo; inuidia tamen, si fortuna mutetur, & aduersa sit, interit. Hæc aded dolere de proximo bono, vt ipsi aduersetur, & velit concitato odio ipsum perire, potius quàm conspiciere in ea felicitate, cui inuidet, non quòd primò, & per se feratur in personam; sed vt ex huius interitu nascitur, cessaturam fortunam secundam. D. Thom. 2. 2. q. 34. art. 6. Sicut de bono presente nascitur in corde amor; ita de malo tristitia procedit de bono alterius, qua malum proprium reputatur. Eadem tristitia initium sumit, & statim odium procedit ad inferendum, aut optandum malum ei, quem odio habuit. Cum inuidia sit tristitia de bono proximi, sequitur, quòd bonum proximi reddatur nobis odiosum. Fitque malum proprium id, quod ingenerat inuidiam. Sed hæc suis limitibus haud contenta, ne fortuna, & felicitas diu duret, cum eum inuadere non possit, odio prosequitur personam, quæ ea gaudet, & vsque ad interuentionem deuenit. Exinanite vsque ad fundamentum in ea. Vellètque ipsum interire, aut vt ab alijs percuteretur, aut à Deo, ne in illo statu duret, & offendat ipsum inuisum.

Licet desint alia exempla, satis ad hoc probandum abundè, valeret miser Saulis status; qui cum potiretur regno, locum inuidiæ dedit, & aded odiosus redditus ei David, vt ipsum omni via, & nullo immoto lapide relicto occiderentur: vidit enim placere popularibus, & laudari à feminis, & quasi successurum in imperio, ob id omni prosequatur eum odio vsque ad interuentionem. Ionathas tamen filius eius, qui ab hac passione liber existerat, diligebat David, contentus eius latere, & confortem fieri regni, & felicitatem huius magnificiebat, & quasi propriam reputabat: vnde paternum odium sedare contendebat, irrationabile esse prædicans, cum nullum malum, sed plura bona patri obuissent propter David: & licet animus eius tranquillaretur, auditis eiusmodi rationibus; inuidia mordebat cor, & recrudescerebat illud pascens, statimque ad arma redibat, fractis sacramentis, pactis disruptis, quòd semper torqueretur, videns gloriam David vires sumere, domus suæ, & filiorum minui. Vnde optimè Tertul. de Baptismo, c. 17. ait: Emulatio Tertull. sibi: fratrum mater est. Quod hic manifestè ostenditur.

Idem.

Chrysol. D. Thom.

1. Ioan. 3.

Idem.

Ephes. 4.

Chrysost.

Tertull.

Ambros.

Math. 18.

3. Reg. 19.

Prouerb. 12.

Marc. 9. 17.

Iacob. 1.

Math. 5.

Exod. 28. 30.

Philo.

Idem.

Senec.

Ambros.

Isai. 1. 6.

Sap. 16. 12.

D. Thom.

Psal. 4.

D. Thom.

Psal. 135. 7.

1. Reg. 17. 12.

19.

Tertull.



1. Reg. 19.

1. Reg. 20.

Interlin.

1. Reg. 26.

1. Reg. 15. 18.

Ioseph.

ditur: nam non contentus Rex impius Davidem persequi, omnes ad ipsum persequendum prouocabat. Filiam inique arguit, quod ipsum e manibus elabi sustineret, fuga procurata, & mendacio statum occultata. *Quare sic illisisti mihi? & dimisisti inimicum meum, ut fugeret?* Ionatham acerbissime reprehendit, & in honore laedit, quod amicitias cum hoste suo, & regni usurpatore conseruaret; & aduersarius patris factus cum inimico, & fure imperij, conglutinatissimus esset; ipsum appellat insanum, fatuum, filium ex adulterio natum, indignum regno, quod non credat iuste ad thronum posse aspirare, quando sic patrocinetur inimicum cupientem iure debito ipsum spoliare, ut prouocet filium ad inuidentium Dauidi, ad patris sequendum persecutionis exemplum, & cum eo associatus, istum perdant: ait illi indignabundus: *Fili maris vltro virum rapientis*, (id est, adulterae, inquit Interlinearis,) *nunquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusione tua, & confusione ignominiose maris tuae? Omnibus enim diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum.* Velut in speculo potest prospici, qualem reddat faciem inuidia, quanta stultissime iactare cogat verba, quam extra omnem rationem. Ut haec probemus, statuendum est, Saulem plurima aduersus Deum peccata patrassit. Ipse interfecit Sacerdotes: consuluit Pythonissas, quarum persecutor exiterat: persecutus fuit Dauid usque ad necem: ad hoc omnes notos, & seruos inuitauerat: laudat, qui id ipsum intentant, & eos amicos vocat, qui sortis eius misereantur, qui liberant ipsum ab onere incomportabili, qua inuidia actus premebatur, & nullum quietis locum inueniebat. Verum Deus ipsum priuans regno nullum horum criminum meminit; sed solum ob inobedientiam percuti affirmat, cum praecipisset aduersus Amalech pugnare, & ipsum, & omnia sua destruere, & abolere. 1. Reg. 15. ore prophetico dicitur ad eum: *Scindet regnum tuum de manu tua: & dabit illud proximo tuo*, (Dauid, videlicet.) *Quia non obedisti voci Domini, neque fecisti iram eius in Amalech*, id est, iuxta iram eius, vel non opere complesti iram eius. Iosephus finem infelicissimum huius iniqui Regis commemorans, ait Antiq. lib. 6. cap. 13. *Hunc itaque finem Saül, prophetante Samuele, habuit: quia obediens Deo non fuit.* Hoc tamen, priusquam Dauid in Curia esset, & notus Saüli, euenerat. Itaque priuatus erat regno diuina sententia, ob eius inobedientiam. Cur ergo in Dauidem omnem suae perditionis causam reicit? Num, quanuis iste desiceret, acquireret ius ad regnum obtinendum? Possitque istud stabilire in haeredibus, cum aduersus Dei sententiam nemo possit capillum mutare? O itulta saenitia inuidiae! nec regnum curat, nec eo priuari dolet, nec filium exheredatum sua culpa relinquere sentit; sed inuidia caecus, aduersus gloriam Dauid insurgit, hanc petere intet, ne regnet, ne a populo obedientia praestetur, vel ne populus eum sequatur, ne ducatum militiae teneat, omnes ictus contra Dauidis fortunam secundam iactantur. Fuitne in culpa Dauid, quod tu regno spoliatus iaceas, & redeas ad primam humilem fortunam? Nec aduersus hanc tanti mali causam conuerteris; sed totam aciem in Dauidis felicitatem immitis?

Præterea dolores, quibus cruciatur, ita vt nullam quietem inueniret, haud dubie non ortum habebant a Dauide, qui quietus degebat in domo, & in ministerio sibi commisso occupatus, nullius alterius rei memoria fatigabatur. Quis ergo inquietum Regem tenebat? Non externus hostis; verum interna inuidia, quae viperam instar rodebat cor ipsum, a quo velut a matre genita fuerat. Ob id enim Gregor. Naz. vocat hoc vitium, & iniquissimum, & æquissimum; illud enim, quod insurgit in eum, qui non nocet ei, cui inuidet, usurpauitne tibi facultates, munus, nobilitatem, & alia, quae possides, bona? Num alia similia tibi contingere non possunt? Adeo enim imbecillius manus Dei, vt non plures valeat ditare, & honorare? Cur ergo aduersus ista habentem, belligeras? cur certas, & eum opprimere cupis? At iustissimum vitium est, quod retorquet aduersus proprium dominum, & vile mancipium alienarum gloriarum, & ipsum cruciat, fatigat, & omnem quietem, & pacem furatur: *Iniquissimus, quia bonis omnibus aduersus est: æquissimus, quia dominos suos cruciat.* Ecce a quo Rex fatigatur hoste, cur insonnes noctes habet, cur nulla potitur quiete, semper pascens, & vireo ampliores huius bestiolae deuorantis viscera eius, concedens, vt interfecto Dauide aduersus alterum regni successorem de gloria eius tristis, & dolens existens insurgeret, ipsumque, sicut primum persequeretur: quia inuidum cor nullum vellent gloria fulgere, nullum superiorem sibi cernere, & pati. Denique filium iniuria afficit, vt ipsum accendat in Dauidis odium, quasi ipse vilis conditionis eum reddiderit, abiectione sortis ad non potiendum regno.

Præterea quasi ignorans statum suum pristinum, & vilem prolapiam, Dauidem vocat saepe filium Isai, vt ex parente eum vilipendat, & honore priuet. Num Rex habes in memoria illa tempora, cum dicere solebas, te esse ex minima Tribu Benjamin, & ex familia Iemini nouissima inter illius Tribus: licet enim Dauid Isai filium iactes, recordare etiam esse ex illustri familia Iudae, vnde multi potestate Duces: quae enim stemmata regno tuo praecesserunt? quos ex tibi coniunctis sanguine recenses Duces? Non modò pares estis in initiis, & incunabulis; sed ille tibi superior est ex parentibus, & proauorum profapia? Quare illum, vilem catulum facis, aut formicae assimilas, aut cani mortuo parem reddis? O inuidia, honoris detractrix, pascis te sanguine honorum; & vbi inimicum conculcas, & eius famam e medio tollis, fatietatem tuam procuras? Chrysof. hom. de Dauide, & Saule: *Exorsum omnibus Dauidem reddere intet, & ideo indigna nomina assumit, sperans fore, vt hoc pacto iusti fama contaminaretur.* Sic enim experimur, cum inuidia pulsatur animum. Quis ille? quibus talentis armatus tale munus est affecutus? indignus inter seruos censi, domino sortem acquisiuit: nobilium stemmata adeptus est, quae ab obscuris est ortus parentibus. Sic fauor valet, sic fortuna aliis aduersaria, cum plurima polleant nobilitate aliis secunda, cum nulla obtineant merita. Iactantur haec, & similia inuidia excitante, & mouente os. Ille filius senior, qui inuidia percitus aduersus fratrem domi susceptum a patre

Nazian. oratione de seipso.

1. Reg. 9.

Chrysof.

Lucia 15.

Tertul.

Lucia 4.

Mat. 13. 55.

Chrysol.

1. Reg. 22.

Chrysol.

patre, & cum solenni, & hilari conuiuio, accenditur, nullo ignominioso nomini parcat, lasciuum vocat, prodigum, vilem, & abiectionem, indignum patris conspectu, & confectum cum eo ad mensam. Cur haec? Inuidia tabescebat cor, & sic detrahens, & eius lacerans honorem, crucientatam fatiat hanc fetam. Quod Tertul. de Baptif. cap. 17. de Iudaeis, Gentibus conuersionem, & acceptas gratias inuidentibus ait: *Non quia innocentes, & Deo obsequentes Iudaei; sed, quia inuidentes nationibus salutem.* Haec enim, & alia, quae ab inuidis promuntur verba, non eis conferunt dignitatem, & merita ad obtinenda desiderata; sed passionem pascunt, indignè ferentem aliorum gloriam, sic alios deturpantes, cum omnino non valeant inuisos expoliare his bonis. Venit in patriam ex Indorum prouincia quis, diuitiis abundans, in rebus familiaribus splendorem ostentans; statim mille accipit morius, parentum, & auorum cadauera, & iam antiquata tempore in lucem afferentes, vt hunc, quem vident splendescere, decolorent, & eius diuitias viles reddant, indignum eis frui dicentes, & potius mereri officia vilia exercere, quam equos, seruos, argentea vasa, pretiosa, serica indumenta, aureos torques portare. Quis ista aduersus eum, qui neminem laeserat, suscitauit? Inuidia plane, quae gaudet, & delectatur in omni proximi ignominia, vt gloria euacuet inuisum hominem. Ideo Christus Dominus: *Nemo propheta acceptus in patria sua.* Quare? Cum prophetiae donum plausum faciat, & plures sequantur, quae admirationi sunt, a notis laceratur inuidentibus huius gloriam, & laudes, sequelamque populi. Et sicut de Christo Domino, cum populos post se traheret, dicebant inuidi: *Quis iste? nonne fabri filius?* Et nos cognoscimus parentes eius, pauperes, & abiectionis conditionis. Hoc totum germinabat radix inuidiae, detrahentis gloriam, & penititudinem, ac dolorem concipientis de excellenti splendore operum, & doctrinae Prophetarum. Petrus Chrysol. Sermon. 48. *Docet, quia inter suos posse, morsus est: adustus est, inter cuius eminare proximos.* Haec proprietates inuidentium: ipsi mordent alios, & seipfos lacerant, & seipfos lacerant: illorum, quorum penitet, laus, & gloria, fama, opinio eos cruciat: genus, parentum obscuritatem, vetera delicta, tempore longauo obliuioni data, exhumant: & cum non possint, quae tentant, assequi, humiliare, videlicet, erectum, tollere, quae eum ornant, & fulgore ipsius seruiunt; seipfos corrodunt, mordent, affligunt, cruciantur, & insanientes inquieti agitantur. Quis non videat agrum illum animum Saüli hac infirmitate oppressum, qui ait 1. Reg. 22. *Non est, qui vicem meam doleat ex vobis.* Quid ei tunc deerat? Rex erat, ab omnibus obtemperabatur, exercitus ducebat, omnes eius parebant imperio; ab inimicis, qui in circuitu erant, haud molestias patiebatur: quae ergo tam acrem dolorem, & infelicem sortem operabantur? Inuidia plane, quae cor eius lacerabat, & dilaniabat. Chrysof. ibi: *Ita enim se habere solet huius afflictionis malitia. Primum, corrumpit eum, a quo generatur, sicut vermis corrodit lignum, ex quo nascitur: ita inuidia illam primam animam corrumpit, a qua nata est.* Haec enim ex inuido corde pro-

deunt semina; & totum intentum est ad iaculandum honorem illius, quem foedare, & abolere cupit, armare.

Qua longè se habet vera virtus! vbi enim inueniunt, & congeminant detrahenda, cor limpissimum, ac purum habet plura, quae in laudem cedant illius, qui in sublimi statu degit. Demus ex parentibus, & pristinis natalibus humilem fuisse sortem assecutus; nonne laude dignum, quod talis fuerit meritis suis, virtute, nobilitate, operum industria, vt gratiam inueniret apud Principes; & talem consecutus fuerit honorem, vt in Dauid, qui cum pastoritiam ageret, adeo in eius pectore feruor, & magnanimitas vigeat, vt non contentus esset interficere carneam turrim; sed etiam generum Regis fieri, & operibus manus suae eiusmodi assequi gloriam. Quis ad ista audebit? Quis talia praestabit? In cuius pectore tot grandia continentur desideria? Cum enim diceret Dominus: *Nolite timere, pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Petrus Chrysol. inquit, hunc timorem nasci ex magnitudine regni, & vilitate illud adipiscientis: *Velle enim regnum seruum, crimen est, adire periculum, temeritas non timere.* Quis non dicat generosum gerere animum seruum, & pastorem vilem, regnum non modò volentem, & cogitantem; sed etiam tentantem, & pactis conuenientem cum eo, a quo tale donum accepturus esset? Rationem reddidit Chrysof. tomus supra de Saule male Dauidem tractante: *Haud intelligens hominem nobilem, illustrèque reddi solere, non progenitorum claritate; sed animi virtute.* Cum nondum pulsasset animum Iudaeorum inuidia aduersus Christum Dominum duodecim agentem annos, audientes eum, & interrogantem mirabantur, stupebant super prudentiam eius in responsis, & interrogationibus. Quis vnquam talia audiuit? Temperum puerum tanta sapientia pollere, tanta gratia, tam cordata verba proferre, interrogare difficultia, satisfacere responsionibus suis, hominibus doctrina, & cana sapientia magisterium agentibus? Non enim tunc inuidia operabatur, & loquebatur in eis; sed vera ratio, quae commendat, & magnificat digna laude. At inuidia haec praeteriens, ea assumit, ex quibus obscuretur gloria inuisi hominis. Haec quidem accidunt inuidis, cum maiora completere non possunt, quae habent in desiderio, vt contigit fratribus Ioseph, qui, licet malignis hunc conspicerent oculis, non hac contenti significatione, data occasione ad occisionem deuenerunt, si non obstaret importuna Rubeni oratio: ita inuidia ad perfectum odium accedit, & omne malum inferendum aduersus inuisum hominem machinatur, vt hac via vel consequantur gloriam alterius, vel ipsum e medio tollentes, non prospiciant in secunda consistere fortuna. Ioab Dux erat totius exercitus Dauidici: Abner verò similiter Saüli renebat imperium: cum enim iste amicitias iniisset cum Dauid, durissime id tulit Ioab, timens gratum Regem, constitutum Abner Ducem, & ablatum ab eo militate regendi munus. Inuidens ergo alterius gloriae, tanquam hostem eum persecutus, tentauit ad mortem vsque trahere, & sub amicitiae osculo ipsum gladio

Lucia 15. 34. Chrysol. Sermon. 23.

Chrysol.

Lucia 20.

Genes. 37.

2. Reg. 3. gladio percussit, & exanime corpus à se proiecit: dissimulare autem volens hoc facinus, finxit, illum interfecisse in vindictam fratris iure belli. Sed reuera talis necis inuidia causa fuit, & timor proprii futuri mali ex exaltatione inimici ei obuientis. Iosephus 7. Antiquit. cap. 1. *Ut tamen veritas haberet, pro metu proprii principatus, & honoris, quem habere poterat apud Regem, ipsum interfecit.* Nec dissimilia in aliis euentibus reperies, nec alia, experientia magistra, prospiciuntur: ex inuidia enim, vbi-  
cunque moritur, hæc prodeunt mala, fama, & honori aduersantia vitæ inuisi inimica.

Optimum consilium erit, cum medicari non æque facile sit malo huic in inuidentibus, inuisi prudenter se gerere, ne aduersus secundam adeptam fortunam animos notorum concitent, nec nimis se extollant, nec sua decantent facinora, inuidos fugiant: & velut Moyses velocelabat vultus splendorem, ne offenderet filios Israël, eum eo loqui, & agere cupientes; ita isti operiant gloriam, & splendorem humilitate, alios honorando, meliores, & digniores prædicando, & à fastu, & elatione adeo abstinant, vt potius declinent in partem suæ gloriæ oppositam, quàm in eius extollentiam. Sic enim paulatim assuescent illi, cum quibus degunt, & odia, ac inuidia extinguantur, si pullulare cœperant: quod præcipue valet, cum nouiter post longam absentiam, clari, & illustres muneribus, honoribus, diuitiis, ad suos conciuces accedunt: tunc enim prudenter se gerant, & paulatim proferant de thesauris suis noua coniuncta veteribus, ne eos alienos reputent, & velle alios subditos, & inferiores tenere. Saul, cuius sæpè meminimus, hasta perforare cupiebat Dauidem, vt vno ictu desideria inuidicordis compleret. Res mira, aufugit Dauid, ac si non iam inutilis iactus, & casto vulnere, ereptus non fuisset à periculo. Contra verò Ionathas cernens passionem patris aduersus Dauid, & malignè verba contra proprii filium iactata, surrexit à cœna; non tamen dicitur fugisse patrem. De illo habes 1. Reg. 20. *Et arripit Saul lanceam, vt percuteret eum, & Dauid fugit, & saluatus est nocte illa.* De Ionathas verò 1. Reg. 19. *Surrexit Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die Calendarum secundam panem.* Ratio in promptu est. Dauid quidem inuidia agente persequeretur, quæ non contenta intentata nece, semper ad eandem procurandam sollicitabat inuidi Regis cor: idè oportebat eum fugere, vt absentia curaret vulnus, & temperaretur passio, aut deleteretur. At Ionathas filius dilectus erat, & bonum illius pater promouere desiderabat: verba verò aduersus eum prolata, potius ex radice amoris, quàm odij promanabant: non enim opus erat fugere; sed signa dare vulnerati animi, eò quod confudisset eum pater suus. Rationem reddit Interlinearis: *Improperans, quòd filius esset adultera.* Hoc audies ex Chrysoft. supra: *Hanc ob causam subduxit sese ab oculis inimici, vt contraheret tumorem ulceris, & inuidiam mitigaret.* Illa prudens Rebecca coniectans animum Esau aduersari Iacobo, & tentare eum è medio tollere, ne eo viso honore primogeniti decorato vires resumeret inuidia, & malum recrudesceret in pectore, donec ad

necem procederet, filium extra domum fecit, & peregrinationem indixit. Rationem reddit Ambros. 1. Offic. cap. 21. *Rebecca, id est, patientia instructus consilio, abesse maluit, & peregrinari, quàm excitare fratris indignationem, & tunc redire, cum fratrem mitigatum putaret.* Ne ergo ad pro-uocandum ostenter gloriam suam; sed eam temperet, quod reputabitur fuga, cum è medio tollat occasionem excitandæ inuidiæ.

Hoc discrimen inter iram, & inuidiam versatur, quòd ira sæpè non est peccatum mortale, nisi tendat in inferendum proximo malum, quantumvis iratus efferueat, indignabundisque spumans, & oculos toruos ostentans videntur; si tamen sileat à verbis iniuriam afferentibus, à iuramentis, & maledictis comminatiois, aut non peccauit, aut leuiter. Verùm inuidia talis conditionis est, vt semper, quatenus aduersatur charitati, dolens de bono proximi, peccatum sit, & mortale, si bonum, de quo tristatur, quasi nolens in eo inueniri, & gaudens, si dispereat, & eo priuetur, notabile sit: quia ex genere lethalis culpa est.

§. IV.

Quantus debeatur honor verbo Dei odia refecantis.

SI hi comites odiorum deleantur, facile serit ab illis abstinere. Sufficiat ad hoc lex à Christo lata Matth. 5. *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros.* Si enim temperamenta huic sententiæ apponamus, ne debilibus duranimis videatur, aduertendum est ex D. Thom. 2. 2. q. 25. art. 8. & 9. non præcipi amorem proximi posituum; sed, vt ab odio eius abstinemus: ita tamen, vt natura sit obiectum huius negationis, non vitium; nec id, in quo nobis aduersatur: rectè enim stat cum hoc iudicio, ille prauus est, homo ingratus, sine causa offendit lingua, aut opere, iniuste operatus est, & alia his similia, & hæc odio haberi possant; cum tamen natura, quæ à Deo est, & nostræ similis, ab hoc excludatur affectu; nec iubemur ipsum diligere posituè, nec beneficiis prosequi, orationibus iuuare, nec cum eo agere aliqua speciali ratione: sed tantum tenemur non eum excludere ab officiis aliis hominibus communibus, ne tanquam excommunicatus, & separatus à nostro commercio, beneficiis, orationibus censeatur: quod cum naturæ non congruat, tribueretur odio, & prauæ erga eum voluntati: ob id enim prætereundus non est in externis signis vrbauitatis, & politæ, communibus suæ ceteris sortis hominibus: nam, cum hominem lateat cor, & per externa indicet obstrusa in pectore, censeat, ex signis visis, non esse affectum ab omni odio liberum, ex quo talia prodeunt signa. Itaque nihil in bonum, aut malum singulare exposcit observatio huius præcepti, quod non conuenit omni hominum sorti; dum tamen ob specialem conjunctionem, & debitum sanguinis, aut pristinæ amicitia, non sint necessaria alia strictiora signa sanæ voluntatis, ne his præteritis, iuste iudicari possit, adhuc similitates vigere, vnde scandalum oriatur. Hæc ita accipienda sunt, & exponenda in Diana tract. miscell. resolut. 62. Diana. Augetur

Augetur huius præcepti facilitas, si, quis illud coniungat, attendatur: *Ego autem dico vobis.* Deus est iste, qui toties ignouit offensam, & paratus denuò id reperere; à quo accepturus es veniam, aut timeas, necesse est, pœnam. Nec valet: Deus ille, ego vilis homo. Fateor: sed potius auget debitum, & onerat amplius animum ob culpam in eos, qui non audiunt sic monentem: nam ille iustissime posset nos punire, negare veniam, pœnas infligere, ad exomologesim non admittere. At tu iniuste negas proximo, quod nolles tecum similiter fieri. Ob id, ignoscite, & ignoscimini, dimittite, & dimittimini, date, & dabitur vobis, non solum à Deo omnium rectore; sed ab aliis hominibus. Iosephus optimè hoc argumentum comprobatur exemplo Dauidis, cum bis ille posset percutere Regem, & gloriatus fuisset, noluisse eum tangere: at tu, Rex, si me comprehenderes, nequaquam parceres; sed vitam meam conficeres, vt satietatem acciperet ira tua, & inuidia meæ gloriæ. Tu quidem tamen iniuste; ego iustissime possem inimicum, & inuidium vitam meam auidè quærentem cuius tollere: in te vindicta hoc esset; in me tamen iusta defensio, vt me liberem ab oppressore, infecutore, hoste iniquo, qui nullum quietis locum mihi concedit. Sic habet 6. Antiquit. cap. 13. *Ego à iusta vultione me retinui; tu vero iniustum contra me habere odium non vereris.* Quid, si ista in Christo comparatione nostri ponamus, nonne inæqualis causa apparebit? cum nos vindicare quærimus, & ipse abstinere à iusta punitione, & commendat charitatem suam iniuriam sibi factam remittendo? cum nos nulla fulti ratione, hominem exosum habeamus; ille iustissimis de causis peccatum detestetur iniuriosum ipsi, & hominem eo oppressum, ac deuinctum, vt pœnas sustineat tali culpæ debitas. Nunquid Rex ille decem millia talenta condonans non distabat à seruo, qui paruum quantitatem sibi debitam, molestè, & iniuriose exigebat à confratre? Et tamen cum ab eo increparetur, & posset dicere: Quid mirum, Domine, te ignoscere, & debitum ingens remittere, qui potens es, & nullo indiges: ego autem vilis seruus, his minutis debitis à fratre indigeo, & sine illis viuere nequeo? Minime ista composuit, & pro responsione obtulit: sed ait sacer Textus: *At ille obmutuit.* Ibi enim nullius momenti sunt palliata mendacia, fictæ responsiones: nam Rex posset iustissime seruum in carcerem mittere; ille tamen tanto beneficio ingratus, tenebatur seruum Regis tam benefici, benignius sustinere, & saltem poscenti inducias concedere ad reddendam ei debitam pecuniam. *At ille obmutuit.* Abstiniuit à verbis, quòd nulla haberet in sui defensionem, imò iustissime omnibus expulsius bonis, nudus iacuit, ad significandum, omnium bonorum fundamentum esse amorem proximi, quo ablato cætera euanescent. Haymo in Ioann. 20. quærit, cur bis concessus fuerit Spiritus Sanctus in terra, semel è cælo. Postea rationem reddit, quòd amor proximosum, dum viuatur, causa est cælestium donorum, & charitatis in Deum: *Quia per dilectionem proximi peruenitur ad dilectionem Dei, dicente Ioanne: Qui non diligit fratrem suum, quem videt; Deum, quem*

*non videt, quomodo diligit?* Si hic amor alia post se trahit dona, eo cessante, omnibus spoliatur bonis, inimicitias fouens in sinu. Hoc manifestum fit in illo filio seniori, qui noluit cum minore, & quem perditum vocabat, & voracem helluonem, turpèmq; ac scedum luxuriæ deditum, amicitias inire, cum omnium patrum bonorum hæres esset, & pater id confirmaret aens: *Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.* Deficiente charitate, omnibus priuatus fuit. Rufinus lib. 20. cap. 28. *Nec tantum Rufina meriti habuit, non delinquendo, quantum note contraxit, non indulgendo germano.* Si enim Deus nec munera sibi oblata prospicere dignatur, nisi charitate condita sint, quòd omne donum insipidum sine charitate inueniatur, quid putandum est de aliis actibus, & operibus, quantumvis colorentur deuotione, & desiderio Deo placendi? Matt. 5. præcipitur: *Relinque ibi munus ante altare. Non apparebis in conspectu meo vacuus.* Talis venit, qui vacuus charitate, in qua omnis plenitudo inuenitur: parum quidem interest, agnos, oues, boues, & alia his similia gestare: dicitur tamen sic offerenti: *Relinque munus, vade reconcillari fratri tuo.* Tunc enim donum accipiet decorem, saporem munus, vniuersitatem oblatio, & respiciam ad Abel, & ad munera eius, ad amantem fratrem, eique reconciliatum. Gregorius 4. Dialogor. c. 60. *Cum omnis culpa munere soluat, quam grauis est culpa discordiæ, pro qua nec munus accipitur.*

Nec minus viget, & vim ingerit hæc ratio ab autoritate præcipientis delumpta, ad incutiendum metum nolentibus obtemperare mandatis: *Ego autem dico vobis.* reconciliamini inuicem: iubeo, ne assumam iudicium, & sententiam proferam damnationis: ego enim sum constitutus à Patre Iudex viuorum, & mortuorum, & nulla causa facilius venit ad hoc tribunal, iudicanda citò, & magna cum seueritate, quàm præsens, cum odium aduersetur charitati, & naturæ humanæ. Quemadmodum ex membris homini ad vsum concessis, illud præscinditur, quod non solum iuuat, sed impedit hunc finem: ita humana natura, vna à Deo compaginata est, vt membrorum se iuuantium, & ministrantium munus obeuntium, curam habeat. Quod verò prospexerit Dominus, huic aduersari vnioni, & inutili vsui, gladio suæ iustitiæ ab aliis præscindit, & tanquam membrum inutile refecat. Hoc Dauid Sailli testatus est ad amicitias eum prouocans, & causam reddens suæ innocentia, & amoris erga eum, 1. Reg. 24. addit: *Indicet Dominus inter me, & te, & vicietur me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te.* Primò enim notanda verba, *indicet, &c.* Quasi insinuans, Deum præstò esse ad ferendum iudicium, & viciendum odium execrabile, aduersus proximum in Saulis corde residens. Chrysoft. supra censeat, hæc dixisse, vt memoria iudicij, ipsi formidini esset, & qui hominem imbecillum haud meruebat, Deum Deorum supremum Iudicem timeret, & à vindicta abstineret: *Hæc dixit, vt illi formidinem inticeret ventura condemnationis commemoratione, & seipsum à criminis suspitione purgaret.*

At Iosephus non de iudicio executionis, sed de sententiâ, qua innocens vnus reputatur, alter nocens, hæc accipit: cura enim defensio innocentis

Interlin.

Chrysoft.

Genes. 27.

Ambros.

Lucæ 15.

Matth. 5.

Exod. 23. 25.

Genes. 4.

Gregor.

1. Reg. 24.

Chrysoft.

Ioseph.

Matth. 18. 24.

Haymo.

1. Ioann. 3.



innocentis Dauid non approbata esset à Rege, ob conceptam in eum inuidiam, sed magis crederet hominibus dicentibus, Dauid tentare aduersus Regem tyrannidem, vt sceptrum obtineret ille, cum satis his dictis, factis manifestis faceret, eò quòd ipsum valuerit occidere semel & iterum, clamabat 1. Reg. 24. Quare audis verba loquentium: Dauid querit malum aduersum te? Septuaginta. Verba populi quasi vulgus carpens, qui iactare soleat verba sine fundamento, & leuiter concepta. At, cum nec ista valeret ad deponendum Regi odium, ad Deum supremum confugit cognitorem cordium, & veritatem, à fictione discernentem, & hoc exposcit iudicium. Inquit Iosephus 6. lib. Antiq. cap. 13. Sed Deus hoc iudicet, & vtriusque nostrum arguat voluntatem. Nec vacat mysterio addere: Et vlciscatur me Dominus ex re. Num vindictam à Deo exposcit iniuriarum? Hoc iniquum esset, quòd orandum sit pro inimico, non in malum; sed in eius bonum. Minimè: sed vt sanam voluntatem suam prober, & liberum omninò esse ab odio, quocum temerè vitio peteretur; sed potius ex charitate agere, & zelo diuinæ gloriæ, ne iniquus Rex talia operetur ad supremum Iudicem appellat, vt cum è medio tollat pro bono populi, & Dei honore. Vnde Lyra ait: Hoc dixit zelo iustitiæ, non vindictæ. Licet enim Deo maloribus exposcere vindictam, cum sit, qui bonum vniuersi prospiciat, & omnium agat curam, ne virtus damnatum sustineat, ne paruuli scandalizentur, ne mali exemplo suo alios post se ducant. Vt ergo probaret, liberum ab odio animum possidere, hanc exposcit vindictam de hoste, & persecutore, ad aliorum malum, & Dei offensam vitandam. Verùm dicamus, id eò Iudicem interpellare Deum, vt sciat persecutor, non ipsi damnatum inferre; sed Deo, à quo sustinere debitas pœnas cogatur, ac si diceret: Non mea hæc causa: nec ad me vindicta spectat; sed ad Deum, qui curam mei gerit, ipsum persequeris, & ipse vindicabit, quæ aduersus eum mala mihi intuleris, non quidem ex mente sua, sed Dei loquens. Et seipsum omninò indemnem seruans, & manus continens, ne aduersus iniquum Regem extendantur, cum valentem Dei manum in sui defensionem ad vltionem sumendam paratam inueniat. Hac ergo ratione timenda est illa sententia: Ego autem dico vobis. quasi tentans viam, vt odia deponantur: sin autem credant, ipsum Deum ad vindictam armandum. Et quemadmodum supremi Iudices solent causam in inferiori tribunali discussam, & agitatam ad se aduocare: ita Deus, tanquam supremus Iudex, inimicitiarum feminatores, & conseruatores, ad suum trahit iudicium: non enim certaturi estis, & pugnaturi cum inuiso homine; sed mecum. Valebitisne resistere potentia meæ? Ideò moneo vos, & horror deponere simulatas, ad concordiam redire, odia confodere, & interimere; alioqui aduersus vos, & vestra insurgam. Videas, precor, quantam vim, & energiam habeat vox illa: Ego autem dico vobis. Vt sanam capiamus consilium, & non prouocemus vsque ad vindictam Dei insuperabilem iram. Non solum Scriptura diuina id testatur pluribus in locis: *Mibi vindictam, & ego retribuam.* cum Deum re-

1. Reg. 26.  
1. Reg. 24.  
Septuagint.  
Ioseph.  
Lyra.  
Dum. 32.  
Rom. 12.

A cognoscat innocentium, & iniuriam patientium defensores. Vbi nota, præcipere iniuriam patientibus, dare locum iræ, & addere: *Scriptum est enim: Mibi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.* Quasi hortatur locum suum Dei concedere, non eam in nobis retinere; sed Deo remittere, qui vindex est nostrarum iniuriarum. Pulchrè Theophylact. *Dare,* inquit, *accessum Dei iræ, aduersus eum, qui vobis iniuriam affert. Si enim vos ipsos vlciscimini, non egredietur pro vobis aduersus hostes Deus: si autem vos dimiseritis, Deus vlciscetur acerbius.* Non solum Scriptura diuina id testatur; sed etiam antiquis, etiam à fide alienis, probatum est. Iosephus 8. Antiq. c. 8. de Tiberio agens, qui elegit Caium confortem imperij, timente eius sinistra viuenti formam, & nepotis futurum inimicum, & è medio ablatum, vt solus imperaret, vt ei metum iniiciat, ait: *Qui in consanguinitatis inra peccant, nunquam diuinam vltionem fugiunt.* Et cap. 9. de Herode, & vxore, regno priuatis, quòd inuiderent fortunæ fratris, Agrippæ, videlicet, quem toto conatu à gloria allecuta deturbare intenderant, nec assequi poterunt; sed ipsi extorres facti, & nudi bonis manserunt, ait: *Hæc fuit vindicta, quam Deus inuolit: vni Herodiadi, fratris successus inuicid ferenti; tum Herodi, ad obsequendum vaniloquentiæ vxoris, nimis facili.* Exemplo enim id ostendit Nazianz. in carminibus de malo vindictæ, agens de Constantio Harerico, qui fingens patientiam aduersus eum prouocantem, ait: *Non ignoras, vir optime, ne apud quem stimulum securum esse: feris enim; sed ipsa quoque mox perit.* Ego autem inculcandum hoc sapius existimo, vt doceatur, homines inniti autoritati diuinæ, non humanæ. Si de honore ablato agitur, solent mundi amatores, iudicio, & sententia alterius hominis parere: si affirmet, nullum perdidisse honorem, optimè eis satisfactum existimant. At si hoc à diuino audiant ore, non credunt, cum inter homines gloriæ cupidos, nullus inueniatur, qui ita prospiciat minutissima quæque offendentia, aut lædentia famam, & opinionem, sicut ipse Dominus. Nonne dicenti proximo, fatue, Iudicis subiicit sententiæ: & alia contemptus signa facienti, etiam grauius notat: Quis ista sic considerauit, & singulariter tractauit, & pœnam contrafacientibus statuit, vt Dominus? Nonne si quis vilem plebeium, aut percutiat, aut aliquo noceat nomine iniuriam afferente, grauem pœnam non sustinet: si tamen minora fiant, aduersus nobilem honoratum, magnæque æstimationis, peccatum graue esse censet, & graui puniendum pœna? Quare hoc, nisi quòd ille honoris, aut inhonorationis incapax est; alter verò dignus tractari, iuxta personam, & grauitatis mensuram? Similiter, si quis perditæ feminae, aut iuueni luxuriosè viuenti aliqua huic vitio concernentia manifestaret, non peccaret mortaliter; si autem feminae nuptæ, aut virginis, laudabili moribus, & honestate, bonæque famæ, & opinionis, talia vitia imponeret, peccaret grauius, quòd illis nulla sit in honore iniuria, cum glorientur in malefactis, & seiplos prodant: at, vbi viget honestas, & in pretio est fama, eam denigrare culpa grauis est: quia Deus laborat, vt indemnus res sit à nobis amata, & in pretio habita, à nullo

Theophyl.  
Ioseph.  
Nazianz.  
Math. 5.

nullo auferatur, quòd zelet honorem, famam, & opinionem. Si ergo istorum cura apud Deum, cur negamus eius audire consilium, sequi leges, monita in magno habere pretio, cum iuber diligere inimicos, parcere iniuriam facientibus, vnde nò inhonoratio aliqua prodiet; sed quies, pax, gloria, laudum encomia, si Deo credimus famæ nostræ curam suscipiendi: Damnans Philo lib. quòd liber sit, &c. communem errorem hominum iudicantium iuxta aliorum vulgarium sensum, ait: *At, qui debuerant, si emularentur veritatis studium, non minus sapere, quam qui agrosant corporibus: nam illi, desiderio sanitatis, committunt sui curam Medicis; istos verò piget insitiam depellere, morbum animi, accitius viris sapientibus, qui non solum profligare possunt imperitiam, verum etiam scientiam in eius locum inducere.* Ita contingit his, qui iudicio hominum subduntur, non Dei, qui eorum curâ gereret, morbos depelleret, honorem indemnem, & ab omni labe liberum serueret. Legant in libris Gentilium sententiæ Cæsaris, quòd nihil obliuisci soleat, nisi iniurias: hoc laudant, & vti nam sequeretur: verum eandem sententiam latam in Euangelio paruifaciunt, & aduersari honori arbitrantur. Arguit sic August. epist. 5. *Cum in eorum legunt Authoribus, & clamatur, & plauditur. Cum ergo legitur, præcipiente auctoritate diuina, accusatur religio, tanquam inimica reipublica.* Dicam ego, famæ, & honoris: quasi Deus nesciat hæc tutari, si eius mandatis obsequentes simus? Præterea, si tæteretur aliqua vindictæ via, nulla securior, quam malo respondere bonis, iniurioso honoribus, malefico beneficiis: hoc enim agens carbonem congeris super caput eius. Homini iracundo, & vindictæ amatori, nulla potest ad ipsum accedendum, & furiosum reddendum dari maior pœna, quam mollis aduersarij respõsio, vrbanius, vultus hilaritas, verborum decencia beneficia, lætari de eius bonis, & dolere de malis: his enim velut carbonibus cõgestis super caput eius, exurit. Iudices iniqui, & Sanctos vi tormentorum cogentes ad deserendam fidem, tunc implacabiliter vrebantur, cum eos audiebant leniter, ac mansuetè respondentes, & negâtes viriliter, quod ab eis requirebatur. Ita planè accidit iratis hominibus, & desiderantibus impeti iniuriis, vt occasionem capiant vlciscendi se, & malum proximo inferendi. Ideò credo, Saulem adeò acriter persecutum fuisse Dauidem, quòd lenis homo eum honorificè tractabat, verba modesta proferebat, signa humilitatis exhibebat, beneficia pro iniuriis, vitam pro ei optata morte erogabat: his enim, velut carbonibus, ipsum succendebat, & furiosorem reddebat, & ad maiora tentanda prouocabat. Vnde hoc remedium consolatio est debilius, & desiderantium vindictam inimici, & quasi quædam eis permittens ait: Si vis vindictam videre aduersarij, bona ei redde pro malis; & sic vindicaberis, quatenus ipsum maiori afficies pœna, acriori puges dolore. Audi Theophylactum ibi: *Dixit indulgens pusillanimitati iniuriam passi: nihil enim adeò suauis est, atque hostem videre puniunt. Ac propemadum talia dicit: Vis vlcisci te de hoste? Beneficium illi exhibe: vni acerbior eum supplicio affectisti.* Nec obscure hoc subindicauit Dauid, se humilians coram persecutore Rege, inquit: *Quem persequeris, Rex? quem persequeris, carnem mortuum, qui pulicem vniui?* Ille non la-

Philo.  
August.  
Roman. 12.  
Theophyl.  
1. Reg. 24. 18.

trat, nec malum passus, ad vindictam se armar: at pulex inquietè exsistentem deturbat, molestat, exagitat, & acuto suo stimulo percutit, & vulnerat. Ita planè contigebat Regi, qui quidem visa patientia Dauidis, & quàm graues deuoraret iniurias, alto silentio Regem pungebat, deturbabat ab animi tranquillitate, extra Regiam per inuia, & aspera montium cacumina cogebat abire; & plus quoridie patientia sua, & humilitate premebat, ac percutiebat, quàm si ei armis aduersaretur. Primum docuit August. in Psalm. 131. *Canis vniui latrat, mortuus minime: aduersus Saül vniui, instar erat canis mortui, nullis illum maledictis insectabatur, nullis committis impetebat.*

CAPVT XIII.  
De sexto precepto Decalogi.

Hoc præceptum Exod. 20. vno verbo continetur: *Non mœchaberis.* Vt comprehendat omnem actum venereum illicitum. Primò, per se adulterium. Secundò, coniunctionem carnis cum soluta cuiusvis generis per concubitum illegitimum absque vinculo matrimonij. Præterea præcindi vult omnem libidinis occasionem, ne prouocet, & iritet naturam, cui consentaneum hoc malum est, quatenus seculum affert magnam totius corporis oblectationem. Vnde exposcit omnè honestatè, decentiam, ac modestiã in nutibus, ac motibus corporis, sensibus, & ornatu, ne vlla ex parte locus detur leuitati animi, & cupiditati carnis: quæ enim cupidini affecta est, facillè mouetur in id, quod ei connaturale est quauis leui occasione data. Leuitici 20. adulterium morte mulctatur ibi: *Exod. 10.* & 19. incestuosi carnis actus. Deut. 22. similiter damnatur adulterium, & virginis prostitutio: & cap. 23. prohibentur mœchariæ feminae. Matth. 5. non solum mœchia; sed etiam cordis desideria, & cupiditas alienæ feminae pro adulterio quoad culpam decernitur: ob id Ecclesiast. 41. prohibentur aspectus fornicarum, & turpium actuum, & ne prope lectum, vbi iacent feminae, accedamus, ad omnem vitandam occasionem luxuriæ: *Neque steteris ad lectum eius.* Rationem reddit Apostolus 1. Cor. 6. *1. Cor. 6.* quòd simus Christi membra haud polluentur; sed purissima seruanda: at, si copulentur meretricibus, membra fiunt harum, & amittunt priorem dignitatem. Aliam rationem affert ad Ephes. 4. quòd, videlicet, differre à Gentibus Christianos oporteat: illi enim semetipsos tradiderunt impudicitæ: at nos oportet ab his longè ambulare, & puritatem sectari. Cui rationi aliam addit cap. 5. quòd nos regni cælestis hæredes sumus, à qua hereditate deturbamur, si carnem per luxum simul cum anima inficiamus, intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus non habet hereditatem in regno Christi, & Dei. Non solum turpes actus verantur; sed etiam aspectus nutuum, ornatus, pulchritudinis feminae. Rationem reddit Proverb. 6. quòd meretricis pretiũ vile sit: at quod amittitur, pretiosa anima est. Et alia his similia adducit ad conciliandum odium in hoc vitium. Hæc necessariò proponenda: verum magna cum prudentia, & cautions

August.  
Exod. 10.  
Leuitico. 20.  
Deuter. 22.  
Ephes. 4.  
Ecclesi. 41.  
1. Cor. 6.  
Ibid. 5.  
Proverb. 6.

Ambros. 1. Offic. cap. 18. natura abunde homini concessit membra necessaria: verum ea, quae decora aspectu ferent, in quibus formae apex, quasi in arce quadam locauit, ut figurae suauitas, & vultus species emineret: ob id has obuias, atque apertas reliquit; alias verò, ne deformem sui praeberent aspectum, partim tanquam in ipso amandauit, & abscondit corpore; partim docuit, & suavit regendas: olfaciens, quam leuis sit mens humana, ad ista indecora concupiscendum, & quouis signo leui dato prouocari ad libidinem. Ne ergo doctrina, ad morum compositionem, & correctionem vitiorum data, occasionem delinquendi afferat, summa sollicitudo necessaria est, (ne quis velit experiri, quae dicuntur, & vetita gustare,) ad ea proponendum publicè, magna cum cautela, & puritate. Quis crederet, malum inesse in eo, quod Iudices constituti velint reum, fistentem se ad iudicium, conspiciere, & de facie cognoscere, cum hoc necessarium conspiciere videatur ad rectè iudicandum, ne vnus pro alio supponatur, & damnetur innocens? Ita hoc cernere est Daniel 13, in Susanna, quae ad iudicium vocata propter honestatem foemineam, & verecundiam adulterij ei impositi, & attributi, pallio, aut velo faciem cooperauerat. Ait Textus: *Porrò Susanna erat delicata nimis, & pulchra specie.* At iniqui illi iusserunt, ut discoperiretur: *Erat enim cooperta, ut vel sic satisfieretur decore eius, id est, visa,* addit Interlinealis; adeo enim subtilis libidinis cupidus est, ut in hoc etiam inueniat, quod ardentius amet: cum enim verecundissima foemina, discoperiri iussa, verecundia magna, & rubore suffundi necesse fuerit, pulchrior, & pretiosior appareret oculis intuentium, quam si ab initio sine velamine adfaret in iudicio.

Ambros. Optimè Ambros. ad hoc 1. Offic. cap. 19. *Verecundia, & vultus ipsius solet pudore perfundere, gratiorisque reddere.* Libidinosi, ergo homines, ut plùs concupiscentiae sitim expererent, & satiarentur, saltem pulchritudine, obtutibus eorum manifesta, ad verecundiam prouocant, ut pretiosior appareat, & plùs delectentur, dissimulantes id ex officio; oportere ita inbere ad rectum ferendum iudicium. Ut inde conicias, plura audiri, quae videntur à malo arcere homines; & honestatem in eis ostendendis doceri. Et tamen cadere semen verbi inter spinas, quae non solum ferre fructum; sed potius libidinem fouent, & augent, & nonnunquam audita placent; & insolita expectantur, ad ea experiendum denuò. *Peccatum nesciebam: & cum legem audirem,* inquit Paulus, *peccatum didici,* non quidem ad eum detestandum; sed ad opere exequendum; adeo enim procliuus homines sunt ad vitia. Ob id S. Ambros. d. c. 18. monet: *In nostro verò officio nullum verbum, quod inhonestè cadat, non incutiat verecundiam.* Nec audienda huic aduersantia monet: *Sicut Ioseph, ne incongrua audiret sua verecundia, veste aufugit relicta.* Quare ex suggestu hanc tractantes ad docendum publicè generalia documenta praebeant, singularia taceant, quantum ea auditores ignorent; minus quidem ma-

lum est hoc, quam discere incognita, ad prouocandum carnem, & luxum tentandum, nondum experientia cognitum. Idem dicendum est, cum Confessiones suscipiuntur: non ea interroganda, quorum nulla notitia sit apud confitentes: si aliqua ignorant sub generali ratione sexti praecepti, ea praeferant, & ad alia descendant, quae minus periculi, ac contagij habeant. Imò suadendi sunt ista confitentes, ut ea proferant verbis ab omni obscenitate liberis, ne castas aures offendant, & locum sacrum quodammodo polluant: quanuis nunquam longius verferet periculum confitentium, quam cum suo matre, & feruore illa promunt, quae gesserunt: tunc enim minime ad oblectationem excitantur: at auditores, cum non omnes abiecerint ista; sed potius fortè alia tunc temporis tractent, facilius prurium luxuriae sentiunt, auditu, verbis etiam doctrinalibus, pulfato. Cum enim accederet filius prodigus ad pedes patris, ut antea vitae penititudinem ostenderet, ille, antequam verba promeret, ipsum osculo salutauit, ore proprio, filij os tangens. Quid intenderit, Theophylactus docuit: vidit enim confessorum obscena, & turpia peccata, & ut ista referret casto ore, vero dolore, non ad oblectationem capiendam; sed ad lacrymas prouocandum, ipsum ore purissimo purgauit, & quasi alium Isaiam calculo ignito cauterizauit, *Quasi vestibulum quoddam os pollutum sanctificans.* Notauit Tertull. de pudicitia, cap. 18. verba apostolica: *Qui in carne sum, placere non possunt Deo.* Cur, inquit? Quid carnis nomine veniat intelligendum: non exprimit turpilogium, fornicationem, immunditiam: an alia corporis oblectatio? Quid ergo carnis nomine intelligit? *Quodcumque pudet pronunciare: cetera enim carnis cum Apostolus nominasset, hic tacet, nec verbo pollutui volens.* Ut discas, quanta cum circumspectione ista obscena, & turpia tractanda sint, ne castae offendantur aures, ne hoc vitio dediti, acriter in eum inflammantur, & discant non abhorrenda; sed potius denuò tentanda: adeo enim propensa natura est in eiusmodi luxuriae fomite, ut sono vocis, leui nutu, aspectu momentaneo, vulnere tur cor, & amore deperat.

§. I. *Suapte ingenio pudica natura.*

Quauis dixerimus, procliuem naturam ad hoc vitium esse, ne quid violentum existimetur, castitatem, & honestatem amare, & ab hoc fugere vitio, notandum, nullum adeo aduersari naturae quam istud. Videas infantes aliqua praeberè signa cupiditatis, amoris, irae, indignationis, vindictae, inuidiae, & his pulsari passionibus nullo mouente, ac prouocante, nec docente; nullum tamen inuenies in ea aetate huius vitij signa praeberè: licet enim non eos offendat nuditas, & totius corporis ostensio, ea causa est, quae dicta confirmet, quòd nullo impudicitiae motu agitantur, nihil concupiscunt, à nullo concupisci timent. Vnde, cum Clemens Alexandr. Adamum parentem ante culpam cerneret, nudumque incedere absque aliqua verecundiae nota, ait: *Quid hoc mirum? In Paradiso enim iudebat solutus: quia puer Dei erat.* Ac si veller innocentia pollere, nihil verecundiam prouocans cogitare,

cogitare, & in mentem eius venire. Si ergo hoc vitium minime puerilem aetatem pulset, cum alia omnia, signa sui praebeant, signum est, naturam amare puritatem, honestatem, ac modestiam, & vitium hoc à foris pulsare, & nos à malis magistris pestilente doctrina hac imbui.

Nec solum in infantibus hoc discere oportet; sed etiam in aliis grandioribus, quibus naturaliter obscena quaeque horrore sunt, & displicent. Ambros. 1. Officior. c. 18. *Speclare verò, si quid huiusmodi fornicum accidit, quanti horrore est? Quod ergo in aliis displicet, nunquid potest in seipso placere?* Et cap. 19, ad finem: *Naturam imitemur: eius effigies, formula disciplina, forma honestatis est.* Aliunde ergo nascitur, & descendit haec pestis, & infectio: quod audire libeat ab Ambros. c. 20. *Elabet sane suos scopulos verecundia; non, quos ipsa inuehit; sed, quos sapè incurrit; si intemperantium incidamus consortia, qui sub specie incunditatis venenum infundunt bonis.* Si enim cum his assidue versemur in actibus iocosis, & ad ludum spectantibus, eneruant grauitatem illam virilem, & pestilens haec doctrina dicitur, ignisque raro citò extinguentis accenditur. At ceteri ab hoc consortio immunes, quam pudicè se gerunt, quanta cum honestate, & modestia negotia tractant, abhorrent à turpibus motibus, signis, à fucato ornatu, verborum turpitudine, & aliis, quae decorem huius virtutis minuunt, & offendant? Vbi ergo fomes peccati? vbi incentiua carnis? nonne ista in nobis? Haud dubiè: sed tacent, & non noxia petunt, si non irritentur fornicatibus. Multi sine ebrietate transigunt vitam, quòd naturale sit necessaria alimenta, & potum sumere ad mensuram: at, si quis gustu vini ferri se sinat, in ebrietatis vitium incurret. Similiter inhonestus erit, quisquis naturae metas transilire concupierit. Quod expressit Basilius homil. 1. Hexamer. probans in omnibus latere ignem, qui fouet membra, & portiones corporis: at, si semel irriteretur, eum, à quo continetur, absumit. Sic habet: *Cum in ipsi corporibus innocuus latet ignis, idem, cum egressus fuerit, ipsa quoque absumit, à quibus carnis seruatus est.* Ita planè concupiscentiae ignis in nobis latet: verum innocuus est, nisi prouocetur: quo moto, & vires sumente, totum absumit, & deuorat hominem: sed illud naturale; hoc violentum est: adeo enim iuxta naturae leges, ut infferit Deus Leuitic. 6. pudenda Sacerdotum operiri veste quadam linea. Ex eadem materia, etiam conficiebantur tunicae sacerdotales, non ex lana: tum, quòd lenius operit corpus linum, quam lana; tum praeterea, quòd facilius inuenitur, quam alia tegumenta. In quibus duo significantur: in veste linea externa iustitia: *Sacerdotes tui induantur iustitiam.* in femoralibus verò castitas, Sacerdotum debitum ornamentum. Ut ergo ostendat, leue, & facile remedium esse, ad manum haberi, leuiusque corpus tangere, & potius delinire, quam exaspere, quasi hoc violentum sit, illud naturale, & facile inuentu; Hesychius in d. cap. 9. docet, quòd habiles, & cohaerentes multum sint animae, iustitia, & castitas: *Lineas vestes praecepit, ut facilis in his possidendis virtutibus ostendatur.* Idem; *Sic virtutes volentibus eas consequitur.*

qui faciles sunt. Quantum enim natura à quauis, etiam leui, indecoraque abhorreat actione, notauit Ambros. d. cap. 18. *Si casu aperiantur haec partes, confunditur verecundia; si studio, impudencia estimatur.* Hanc naturae doctrinam auidè Philosophi à Diis comparari optabant, ut refert Clemens s. Strom. *Haec dogmata vulgò iactant Stoici, & ante eos in Phaedro precans Socrates: O Pan, & Diu alij, date mihi, ut intus sim pulcher, & honestus. Et in Theaeteto aperit dicit: Qui enim pulchre dicit, & honeste, is pulcher est, bonus, & honestus.* Nec enim pulchritudo aduersatur honestati, imò plùs in ea elucet: nec idem est, foemina pulchram dici, & prouocare ad luxum; sed ad puriorem honestatem, & decorum amandum. Optimè Ambros. dicto cap. 19. haec vitium comparatione: *Sicut enim artifex perfectiorem effugit imaginem in materia commodiori: sic verecundia in ipso quoque corporis decore plùs eminet.* Idem damnat ea, quae in vsu foeminarum habentur, & lasciuas eas praedicat, & ad libidinem prouocandam faciles. *Ita tamen, ut ipse non sit affectatus decor corporis, sed naturalis, simplex, neglectus magis, quam expeditus: non pretiosus, & albenibus adintus vestimentis, sed communibus: ut honestati, vel necessitati nihil desit, nihil accedat nitore.* Verum quidem est, irritamenta luxuriae ex hoc ornatu nasci, tam in foeminis, quam in eas prospicientibus. Nec enim, si purus earum esset affectus, sollicita essent, tanto se ornare apparatu: vnde extrahunt, & à proprio loco dimouent puritatem, ex venustate plùs splendescentem, quam ad luxum prouocantem. Ego enim his, qui talia didicerunt, & publicè imitanda proposuerunt, ut seducant innocentium corda; dicerem, quod Clemens 2. Stromat. refert de Antisthene dicente: *Ego Venerem, si acciperem, iaculis confoderem, quòd multas nostras pulchras, ac bonas uxores corruperit; & naturae vitium dixit cupidinem, à quo cum vincuntur miseri, morbum Deum appellant.* Cum enim increuerit vsus iste ornandi se nimis, ac ostentandi pulchritudinem; quid mirum est, si ab honesto declinauerit natura, & incidit in profundum malorum? Ut enim ait Ambros. dict. cap. 20. *Vsus enim citò infestit naturam.* Haec matronarum excusatio, haec virginum, alias honestarum, in vsu ita incedere, adeo vires assumpsit, ut nulla ratione ab incepto eas dimouere valeant mala, quae experientia comperta sunt. Natura quidem vitata est, corrupta apparet; quia ad vsum incedimus, non ad decentiam, & honestatem coaptati; quare libido prouocatur, desideria placendi vires assument, signa, & indicia leuitatis passim cernuntur, ac proinde vitium à natura alienum commune malum, & inexcusabile censetur.

§. II. *Vnde prouenit natura deordinatio.*

EX his ergo visis, & auditis, & à peruersis magistris sumptis exemplis, grauis nascitur

Ambros.

Dan. 13.

Interlin.

Ambros.

Rom. 3. 20.

Ambros.

Ambros.

Idem.

Luc. 15.

Theophy.

Tertull.

Basil.

Leuit. 6.

Esai. 131. 9.

Hesych.

Ambros.

Clemens.

Ambros.

Clemens.

Ambros.

Clemens ad monitione ad gentes.



tur eluies malorum, nulli parcentium. Hinc A  
conficta verba, promissiones, iuramenta ad  
irritandam, ac prouocandam naturam, &  
trahendam amoris, & beneuolentiae appel-  
latione, ad lasciuiam: vt enim inquit Hie-  
ronymus, de his stimulis, & incentiuis lu-  
xuriae vno, leuique verbo tentant claustra pu-  
dicitiae, creduntur haec facilia, & iactura la-  
tissime sic pulsata aperitur incendio carnis.  
Nec aliter ille Deorum summus Iupiter va-  
luit Danaen ad luxum prouocare, nisi fi-  
cto tonitruo eam deturbando, & granos au-  
reos, velut pluuiam, in eius proiciens sinu.  
August.  
*Alum enim est,* inquit Augustinus lib. 1.  
Confessionum, cap. 16. *vt haberet authorita-  
tem ad imitandum verum adulterium, lenocinan-  
te falso tonitruo.* Ita plurimi falsis promissis,  
fucatis verbis, quibus inscia, ac innocens cas-  
titas, ad prauos ausus mouetur, foeminas  
prouocant. Inde etiam hoc flumen profluit,  
tanquam e fonte, ab exemplis, videlicet,  
maiorum, vt ex Terentio refert idem Augu-  
stinus lib. 2. de ciuitate Dei, cap. 7. qui iu-  
uenem impudicum introducit contuentem ta-  
bulam, vbi depicta aderat fabula Iouis Da-  
naen prouocantem ad luxum: qui eo exem-  
plo viso, ab hac tanta authoritate, adhibet  
patrocinium turpitudini suae, cum in ea se  
iactet imitati Deum. *At quem Deum, inquit?*  
*Qui templa caeli summo sonitu concutit. Ego bo-  
muncio id non facerem? Ego vero illud feci, ac  
lubens.* Hinc exoritur licentia deprauatae iu-  
uentutis, prauis alicuius exemplis maiorum:  
adde enim alienae a virtutis tramite, quam  
proximae vitiorum inharere vestigiis, Augu-  
stinus sit huius veritatis testis lib. 2. Confes-  
sionum, cap. 2. *Quam longè,* ait, *exulabam a  
deliciis domus tuae anno illo sextodecimo aetatis car-  
nis meae, cum accepit in me sceptrum, & rotas ma-  
nus ei dedi, vesania libidinis licentiosa per dede-  
cus humanum; illicita autem per leges tuas?* Opti-  
me vocat eiusmodi carnis aegritudinem, de-  
decus humanae conditionis: verè enim de-  
decet eam; ista tractare: verum prauis exem-  
plis corrupta, totis pedibus in ea it, quae mi-  
nus mala credit; quia communia. Quis ergo  
ab his contagijs liberabit innocentem, ac  
candidam naturam, ne vel olfacere possit hu-  
ius vitij tetrum nidorem? O flumen Tarta-  
reum! iactantur in te filij hominum cum mer-  
cibus, vt haec discant, inquit idem Augustinus  
cap. 16. lib. 1. Confessionum. A quibus, nisi  
ab his magistris, qui merces has publicè expo-  
nunt vendendas?

Nullum video extare remedium efficacius,  
ne hoc malum serpat: nam natura, cuiusdam  
imitatur herbae, aut bituminis vocati Neptha  
mores, à Plinio lib. 2. c. 105. cuius ea conditio est,  
vt ignem amet, qui vndeque visam in ipsam  
feratur: *Transsilique proximus in eam vndequa-  
que viam.* Ita planè ignis iste Inferni, & plurtium  
moris, si obtutui, aut sensuum, aut cogitatio-  
num praesentetur, ad se trahit affectum. Fugien-  
dum ergo ab illo, ne audiatur sonus, ne videat-  
ur aspectus, ne cogitetur voluptas, ne aliquo  
percipiatur animae sensu. Sponsus suam dile-  
ctam sepiens, & ab hoc incendio liberans, ait  
Cant. 2. *Sicut liliam inter spinas, sic amica mea in-  
ter filias.* Si velimus de periculis castitatis, ob-

tot contagia, quae eam circumstant, intelligere  
praedicta verba, sequemur communem sensum  
Patrum. Verba attende Bernardi Sermon. 48.  
in Cantic. quasi deplorantis huius pulcherrimi  
floris pericula. *Audi, d candens liliam! d tener,* Bernard.  
*& delicate flos increduli, & subuersores sunt tecum.*  
*Vide, quomodo caute ambules inter spinas: plenus est  
mundus spinis: versari in his, & minime laedi, diuina  
potentia est, non virtutis tuae.* Quid mirum, haec sen-  
tiat, & fleat, qui videt spinas pungentes circum-  
ambire, & approximari purissimo, & candi-  
dissimo lilio? si enim pericula nos circumdant,  
quis ea effugiet? Nec virtus alia à tot hostibus  
insecuta, sicut castitas, quae molestas patitur  
suaselas, & coactiones, quae Samsonem ro-  
bustissimum vsque ad mortem traxerunt. Ille  
ab vna foemina, ista virtus à pluribus hosti-  
bus perpetuo puncturis, & ictibus agitur.  
Nec desunt intus hostes, sensus, videlicet, &  
carnis aculei. Nec foris, cum à domesticis,  
amicis, cognatis, non sit castitas in tuto loca-  
ta. Quis, inquam, ista fugiet, nisi Dei adstet fa-  
uor, & tutamen?

Et aliter accipio locum Cantico. 2. *Cant. 2.*  
& arbitror in eo Sponsum manifestare,  
quam securus sit de Sponsae puritate, cum  
eam videat septam spinis, eò quòd sit inter  
filias, quae eius custodiam gerant, & velut spi-  
nae ab externis defendant, ne audeant acce-  
dere; & eam pungunt, & mordent consilijs,  
& correctionibus, ne declinet à puritate, ac  
modestia, qua nullam licentiam caro assu-  
mit insurgendi aduersus nuptem honestatis.  
Nec alij audent quid incompositum ei dice-  
re, visa eius circumspectione, & moderatio-  
ne. *Si liliam est, ipsa iuxta Sponsi verbum,* in-  
quit Sanctus Bernardus, *videat, quam vigi-  
lem, sollicitamque esse oporteat super custodia sui,  
septa vndique spinis, hinc inde aculeos intendenti-  
bus.* Non dixit, circumdata, sed septa: sepes  
enim ad custodiam ponitur: ita planè spi-  
nae, seu filiae, non deliciarum amantes; sed  
pungentium pulchritudinem, amatorum verba  
referentes; sed potius humilitatem praeferen-  
tia verba, inculcantes, in causa sunt, ne à  
propria sede dimoueat honestas. Non, in-  
quit, inter homines: quid enim posset casti-  
tas boni consequi, si talem amaret sodali-  
tium? Imò inde patet, quam periculosa sit  
hodie, quam aegre seruetur, cum nulla hone-  
sti cura habita, misceantur hominibus foemi-  
nae, cum his conuersentur, iocentur, ac  
si vnus essent conditionis. Nec ibi ali-  
quod immineret castitatis periculum? *In-  
ter amicas,* inquit Sponsus, non inter ami-  
cos, aut si malis, castitatis praeones, qui  
amare fingunt, vt amaritudine replent ani-  
mam. Nec inter omnes foeminas secunda in-  
cedit castitas; sed inter filias, similes cum-  
similibus; casta virgo cum foeminis degat,  
castitatis amaricibus: nec enim periculosior  
societas quam foeminarum impudicatum: haec  
docent

S. III.  
*Associata secunda custodia serua-  
tur castitas.*

Verum aliter accipio locum Cantico. 2. *Cant. 2.*  
& arbitror in eo Sponsum manifestare,  
quam securus sit de Sponsae puritate, cum  
eam videat septam spinis, eò quòd sit inter  
filias, quae eius custodiam gerant, & velut spi-  
nae ab externis defendant, ne audeant acce-  
dere; & eam pungunt, & mordent consilijs,  
& correctionibus, ne declinet à puritate, ac  
modestia, qua nullam licentiam caro assu-  
mit insurgendi aduersus nuptem honestatis.  
Nec alij audent quid incompositum ei dice-  
re, visa eius circumspectione, & moderatio-  
ne. *Si liliam est, ipsa iuxta Sponsi verbum,* in-  
quit Sanctus Bernardus, *videat, quam vigi-  
lem, sollicitamque esse oporteat super custodia sui,  
septa vndique spinis, hinc inde aculeos intendenti-  
bus.* Non dixit, circumdata, sed septa: sepes  
enim ad custodiam ponitur: ita planè spi-  
nae, seu filiae, non deliciarum amantes; sed  
pungentium pulchritudinem, amatorum verba  
referentes; sed potius humilitatem praeferen-  
tia verba, inculcantes, in causa sunt, ne à  
propria sede dimoueat honestas. Non, in-  
quit, inter homines: quid enim posset casti-  
tas boni consequi, si talem amaret sodali-  
tium? Imò inde patet, quam periculosa sit  
hodie, quam aegre seruetur, cum nulla hone-  
sti cura habita, misceantur hominibus foemi-  
nae, cum his conuersentur, iocentur, ac  
si vnus essent conditionis. Nec ibi ali-  
quod immineret castitatis periculum? *In-  
ter amicas,* inquit Sponsus, non inter ami-  
cos, aut si malis, castitatis praeones, qui  
amare fingunt, vt amaritudine replent ani-  
mam. Nec inter omnes foeminas secunda in-  
cedit castitas; sed inter filias, similes cum-  
similibus; casta virgo cum foeminis degat,  
castitatis amaricibus: nec enim periculosior  
societas quam foeminarum impudicatum: haec  
docent

docent foeminae dicere, quae minimè auidax vir  
proferre valeret: istae suadent alijs, quae ipsae  
passe sunt: facilem viam, & stratum faciunt ad  
cupidinis finem: quanta sint, & lateant ibi bo-  
na mentiuntur: quam ardentem viri eas ex-  
tant: quam pulcher iste, nobilis, magnificus, ac  
liberalis, & munificentissimus sit, iactant, &  
deciant puellas ignaras, & quae nunquam semi-  
tas illas, quae ducunt ad mortem, pertransie-  
rant. Credunt facile, quae sic afferuntur, & pro  
vero mendacia habent. Vnde hac via periculo-  
sissime irretiuntur, & veniunt in manus leno-  
nis. O misera, quis te eiusmodi tradit hostibus,  
tuae honestatis tyranno, tuae innocentiae prodi-  
tori? Fuge talem societate: esto inter filias, quae  
te amet, custodiant, carpat, si quid in te indeco-  
rum videat. Ne vel signo, vel oculis annuas his,  
qui tui causa depercut: percant ipsi, non tamen  
tu. Custodi pretiosam margaritam, purissimum  
flos, inter has septa spinas. Ne audias leno-  
cinia, ne leuissima verba, ne quid videas, quod  
te à proposito deturbet, & puritatem deturpet.

Inter filias, seruanda puritas castitatis, id est,  
similes moribus, quae exemplo, & verbis mo-  
ueant ad puritatis amorem: quae nihil indecori,  
& impudicum in medium proferant, & castis  
auribus molestiam afferens: quae verbu memo-  
riam turpitudinis excitans, vitent. Solet etiam  
irreperere eiusmodi malum ex incauta parentum  
coram iuuenibus, & filiabus, cum vxoribus cou-  
uersatione: ibi discitur, quod nunquam aures pe-  
netrauerat: ibi videtur, quod pulset appetitum,  
& ad veritatem inclinet. Vidit Cham indecenter  
iacentem parentem ad eum detrahendum, & il-  
ludendum: & alij filij patrum notant verba, &  
motus, vt se ipsos illudant, & opere exerceant,  
quae didicerunt. Ambr. 1. offic. c. 8. consuetu-  
dinem fuisse apud Romanos affirmat, vt filij  
cum parentibus puberes non lauarent, ne pa-  
ternae reuerentiae auctoritas minueretur: *si quid  
indecorum, aut nudum in eis notarent, vel prospicerent.*  
At modò ineptissimi, & stultissimi parentes: co-  
ram filiis, & saepe in eodem lecto existantibus, sic  
cum coniugibus agunt, ac si nullus adesset tes-  
tis: & illa cerea atas omnia haec alitè reposita,  
impresaque seruat, vt suo tempore turpia euo-  
mat, & querat, aut in se sola experiatur.

Neque custodia huius floris commendanda  
est ancillis, vile genus foeminarum ad prostitu-  
dam castitatem paratissimarum: hac enim via,  
velut hamo, elca cooperto, capiuntur incautae  
virgines, & maritatae honestae: non modò custo-  
diam inficiunt; sed etiam per eas rumpitur eu-  
stoditus murus, alia diligentia clausus. Has lu-  
crari procurant amalijs, donis alliciunt, verbis,  
promissis fallunt, & ipsae, quòd frequenter cum  
dominis versentur, retia tendunt, laqueos pa-  
rant. Cum Deus curaret de consortio viri pra-  
stando, *Faciamus* (inquit) *ei adiutorium simile sibi;*  
vel, *secundum illum,* vt habet Chrysof. Huic ho-  
mini dedit omnia animantia, vt eis nomen im-  
poneret, & vteretur: verum haec non data sunt  
in eius adiutorium, & munimen; ac solatium.  
Rationem reddit Chrysof. hom. 15. in Genes.  
*Monstrans nobis, quòd quantuncunq; nobis ministe-  
rium exhibent haec bruta; aliud tamen quoddam ad-  
iutorium est, multis numeris excellentius, quòd à mu-  
liere Ada praestatur.* Verè enim famulae datae sunt,  
vt ministrarent, & in vilibus, ac communibus mi-

Genes. 9.  
Ambros.  
Genes. 1.  
Chrysof.  
Idem.

nisterijs nos adiuuent: in munimen tamen, &  
adiutorium, minimè: sed altiùs, & excellentius  
ponendum est, inter filias degat, non inter fa-  
mulas: cum illis agat casta foemina; non cum  
his, quae multa vana, indecora, & impudica in-  
ter ipsas similes discunt, & domi deserunt, eaque  
diffundunt, & narrant, castas offendentes, &  
maculantes aures; nec enim solum decet inde-  
corum non loqui; sed nec audire: *Ne autem qui-  
dem debemus praebeere huiusmodi dictis,* ait Ambros.  
suprà. Quae autem foeminae dominae his fidunt  
honorem, & occulta sua, eisque vtuntur, ab eis  
vel vincuntur, vt castitatem prodigant, vel etiam  
periculum portant amittendi honorem, quem  
adhuc inhonestae seruare curat, quia sua secreta  
eis reuelant: & si vilescent à cupidine illecebrae; ta-  
men honorè laedi non permittunt. Verum nulla  
ad hunc prodendum via latior aperiri posset,  
quam his credendo secreta sua. Si iuste arguan-  
tur, si notentur earu defectus, si domi pellantur,  
statim omnia, arte occulta, foras proiciunt, &  
euomunt, addentes veritati mendacia, vt iram  
fatiunt, & honorem dominarum denigrant. Ab-  
ner factus est inimicus Isbofeth, quem prius ad-  
uersus David in regno tutabatur: quod ipsum  
arguit: *Quare ingressus es ad vxorem patris mei?* 2. Reg. 3.  
Reg. 3. Similia experientia docet in his foeminis,  
vindictam appetentibus aduersus heras: quia  
reprehensa ab eis, aut domi pulsae fuere, no va-  
lentes earu suffere mores. Optime Glossa mo-  
ralis ait: *Per hoc, quòd inter ipsos orta fuit discordia,*  
*significatur, quòd inter promouentem indignum, &  
ipsum promotum, Dei iudicio frequenter oritur dissen-  
sio, ex qua sequitur vtriusque ruina.* Ita euenit his,  
qui puellarum interuentu, sua negotia cum im-  
pudicis hominibus transigunt, quae leui de cau-  
sa irata, omnia produnt, honorem detrahunt, &  
quae latebant, manifesta faciunt: & fit ruina am-  
batum; quia male parata, male dilabuntur; &  
male, & iniquè tractata, cum infamia finiuntur:  
ne deinceps talium societatem ament foeminae  
grandanae; sed potius inter sibi aequales seruent  
pudicitiam, cum qua & honor securus manet,

S. IV.  
*Ornatus nimis aduersus castitatem  
bellum gerit.*

Is & aliam, etiam non literae congruentem,  
moralè tamen huius loci explicationem?  
*Sicut liliam, &c. ita amica inter filias.* Videas liliam  
pulcherrimè expandere folia, aureos granos  
promere, fundere odorem: nec spinis oblitum  
esse, demit, nec auget pulchritudinem: nullum  
impedimentum associatarum spinarum sentit,  
vt pulchritudinem, ac venustatem suam ampli-  
ficet: id enim naturale est, ac nullo confectum  
artificio. Sic amica inter filias, inter domesticos,  
intra lares, ostentat pulchritudinem quandam  
naturalem; sine ornatu ornatam se exhibet; sine  
aliqua industria, pulchram; nihil sollicitat eam;  
nullius alterius cura eam premit; nec amari, &  
amare, sed solum naturae leges sequi: quae  
enim foemina sic sepe procederet, plurima  
vitarèt damna castitatis. Nulla securior, quam  
quae nihil affectat, nec addit pulchritudini suae,  
vt alienis placeat oculis: quemadmodum do-  
mi, & inter notos procedebat; sic in publico  
egreditur: quae enim finguntur in ornatu, motu,  
oculorum

Ambros.  
2. Reg. 3.  
Glossa.  
Cant. 2.  
Cant. 2.  
Cant. 2.

Hieron. in Amos cap. 8.  
August.  
Idem. Terent.  
August.  
Idem.  
Plin.  
Cant. 2.

oculorum conuersione; hæc sunt fomenta turpitudinis; hæc, quæ excitant incendia libidinis, quæ alios inquietant, & fœminas spectabiles reddunt, vt placere aliis desiderant. Optime Ambros. 1. Offic. cap. 18. *Si iudicium desit, atque affectatio; sed motus sit purus, ac simplex, probabilis erit.* Hoc est, digna laude grauitatem, & auctoritatem seruet, non leuitatē inuentiū oculis manifestam facit. Addit tamen: *Nihil enim fucatum placet.* Cui consonat Clem. 2. Pædag. c. 12. qui damnat ornatum, & quancunque appositā, & additam compositionem, quæ dedecet, & extranea sit honestati: *Quæ enim corpori non conueniunt, perinde ac si ei conueniat, adiungens mendacij meditationē, & consuetudinis fraudem prognerant, non honestatem, simplicitatem, & à simulatione alienationem; sed fastum, arrogantiam, mollitiem, & luxuriam ostendens.* Quis non videat ita hodie fœminas incedere, quarū omnia, tam ornatus, quàm motus fuco plena sunt, artificio, & mendacio, vt ab omnibus notentur, & curiosè ad eas attendant, vt corda decipiāt, & infanire homines faciant, vt turpissime amentur, vt nomen profanarum, & vanarum comparent, & omni se expolient honestate. Si enim, vt inquit Tertul. de cultu fœminar. *est decor natura sua libidinis incitator;* quid diceret huic decori addentibus plurima irritantia, ac prouocantia ad luxum? Qui enim videt fœminam domi, & inter cancellos existentem, & familiaria munera obeuntem, nullius alterius agere curam, quàm suorum operum, & gubernare familiam, & eandem publicè egredientem contempletur, non modò diuersam reperiet ornatu, & motibus; sed etiam cogitationibus, & affectibus: illa repræsentabat fœminam honestam, laboriosam, familiaria curam agentem; hæc autem, histrionum sociam, & de choro Veneris esse arbitrabitur. Vide, obsecro, si his congruant verba Tertull. lib. de Pallio: *Cur istas non spectas? Vel illos item habitus, qui nouitate vestitus Religionem mentiuntur, cum ob cultum, omnia candidatum, & ob notam virtutis, & privilegium galeri Cerevi imitantur.* Tales prodeunt foras nostræ fœminæ, castitatis magistræ, grauitatis exemplarum habitu aded sibi ipsis dissimiles, vt Deæ cuiusdam ministræ esse videantur, & Religionem purissimam in Diuorum gentium tranmutasse. Vt enim pudore afficiantur, audiant eundem de cultu fœm. c. 12. *Quid minus habent infelicissima illa publicarum libidinum uictima? (quas meretrices vocamus): quas si que leges à matronis, & matronalibus decoramentis coarcebat, iam certè seculi improbitas quotidie insurgens honestissimis quibusque fœminis usque ad errorem dignoscendi coarctauit.* Vide, quæso, pennicillo descriptum abasum, in habitu saltem occultandi honestatem, & societatem iniendi cum prostitutis. Quam contemplant Clemens 3. Pædag. c. 11. ait: *Nunc autem nescio, quomodo unā cum locis, figuram, habitumque, & mores mutant.* Prius modestiæ, & honestatis magistræ, nunc libidinis, & impudicitæ. Quare credendum est, illam formam domi retentam, fictam fuisse, ob occasionis defectum, & domesticarum rerum prementem curam, & oculorum circumspectentium notam. At omni hac fictitia persona deposita, cum ornatu exiit honestatem, cum publica ostentatione pudorem. Vnde prosequitur Clemens supra: *Deposita falsa, ac simulata grauitate,*

Ambros.

Clemens.

Tertull.

Idem.

Idem.

Clemens.

Idem.

*tis persona, deprehenduntur, quales esse ignorabantur.* Ornatus enim, & decore, & hæc propalata uanitas, & fastus, aduersarius honestatis, ac proditor innocentis castitatis extitit: sed qualem concessit Deus Iosepho pulcherrimo iuueni, de quo Eusebius supra: *Erat mirabili præditus corporis formositate, qua adolescentia uirginitatis ornata, insignis videbatur.* Si enim talis non esset, inter pericula, & incentiua luxuriæ periret: at libertate ex virtutum societate comparata, ferox aduersus dominam, & peccati, ac luxuriæ captiuam, insurrexit, & uicit. Cætera uero, quæ fomenta sunt turpitudinis, relinquenda sunt meretricibus, nisi hoc nomine, & munere gaudeant, quæ honestatē uellent censerī ab omnibus. Ad hoc comparandum tam opatum bonum, nullo pretio parit; pauperes esse ignorant; necessitates alias prætereunt; domus, familiæ, filiorum obliuiscuntur, censentes in nullo expendi uilius diuitias, quàm in hoc comparando ornatu, ne ab alijs differant, & omnibus placeant. Exclamat Clemens 2. Pædag. c. 12. *O curam ualde inueniō uanam, & insanam gloria cupiditatem! riu meretricio opes effundunt in probra, ac dedecora, suæque improba, & arroganti soliditate. Dei dona corrumpunt, & adulterant.* Si autem roges ab his fœminis, quæ sit causa huius sollicitæ curæ: respondent, id fieri, vt pulchræ, ac uenustæ appareant; nullo modo concupisci desiderantes; sed ne ab alijs fœminis, aut ab eas prospicientibus contempti dentur. Vanissima planè ratio tot laborum mater, tot expensarum, tanti temporis iactura, causa efficitur. Falluntur planè: & sicut in reliquis mendaces sunt; in hoc etiam consuetudinem fallendi sequuntur: si enim ueram, etiam corporalem pulchritudinem amarent, honestate id assequerentur, modestia, nitore, simplicitate, sine cura molesta, ornatu. Sed his accidit, quod notauit in quodam pictore Apellesis enim Helenam geminis, aurōque ornata depinxit. Cui ille ait: *O adolescens, cum non posses pingere pulchrā, fecisti diuitem.* Tales sunt Helenæ, quæ nunc ornatu, & gemmis pulchræ uideri ambiunt; non uerè pulchræ; sed multis onerata, & ornata diuitiis. Nec enim, vt alijs similes incedant, hæc inueniunt; sed vt plus placeant eas intuentibus; vt nouarum rerum sint inuentrices; vt corda demulceant, & oculos omnium post se rapiant, & laudentur, & notæ omnibus fiant; quod & uanissimum, & turpissimum est.

Vnde omnia noua inuenta à fœminarum leuitate, eò tendunt, vt plura ministrent luxuriæ incendia. De Popea affert Plinius, factas alias quingentas secum ferre, quarum lacte in balneis utebatur, quod putaret dealbare eo carnem, & extêdere cutem, vt gratior & pulchrior suo amasio Neroni uideretur. Ad hunc confectum nitorem, alborem, iuuenilem ætatem tendunt omnia armamenta, & muliebria inuenta: nec mari, nec terræ, nec subterraneis, nec simplicibus succis, nec compositis parantur, vt hanc obtineant amatam pulchritudinē, corpus macerantes, & affligentes ad eam comparandam, vt uerbis utar Plinij sup. aientis de illa Popea: *Totum corpus illo lacte macerabat.* Et illa caro, quæ corruptioni maximè obnoxia est, lædi facilius, quod lenior, & humoribus abundans, tot remedijs curatur breui peritura, nec agnoscat ætatē, sed semper in eodem ferè statu persistere uentur.

Genes. 39.

Clemens.

Clem. 2. pæd. c. 11.

Plin. lib. 11. c. 41.

antur, vt puella dicantur, vt uirgines nuncupentur, & ab omnibus perpetuè amètur, & laudentur: cum enim in fœminis nihil in pretio sit, non talenta, non ingenua, nō artes, non aliæ res laude dignæ, nec æstimatione hominum pretiosa, nisi pulchritudo, propter quam amabiles fiunt, exquiruntur, sollicitantur; & ut ipsæ inuerecundè dicunt, seruiuntur. Hanc illis preciosam gemmam, in suo nitore conseruare immunem ab omni uerustate, procurant, & semper primum florem, ac uirorem sine astus, aut hyemis uarietate conseruare nituntur. Ad hanc fallaciam destruendam Isaias Propheta ait cap. 47. *Sede in puluere, uirgo, filia Babylon.* Virginem cum eam uocet, cur sedere in puluere iubeat? Nonne proprius esset, uirginem delicatam, & delicijs deditam sedere in stratu, in lenibus, ac mollibus ceruicalibus, ac tapetibus? Eam insanientem, & pulchritudinis causa fallaciter deceptam instruere uult. Existimas, puellam esse, uirginem adhuc ueris primas tenentem; cum tamen per ætatem sis in extremo uitæ, & rugis frons, & facies senectutem demonstrat: non lenia, & blanda quæras ad delicias, & fruendum pulchritudine tua comparata; sed puluerem require, quæ proxima occasui, non ortui Solis sis. Ita Hieronymus his uerbis: *Virginem uocat ob luxuriam, & ornatum, quæ eum tenuisset, & uicina esset occasui, uirguaculam, ac puellam se esse iactabat.*

Neque ista fomenta uictoriū manent in fœminis: iam quidem transeunt ad uiros, quos comptos, & ornatos meretricio modo uideamus, & ita effeminari, ac si placere esset illis in uotis, quæ uadmodum & in fœminis. Ad quid discunt ambulare artificiosè mentientes naturam, & uirilem roborem? Ad quid uocem insectunt, & frangunt, & fœminicā, acutā, ac suauem amulantur? Quod damnat Ambros. 1. Offic. cap. 19. *Vox ipsa, ait, non remissa, nihil fœmininum sonans, qualem multi grauitatis speciem simulare consueuerunt; sed formam quandam, & regulam, ac succum uirilem referans.* Infractio enim uocis, & corporis, uerè redoler maximam lasciuia agritudinem. Quid de fucatis capillis, ac cincinnatis? quid de muliebri horum longitudine, præterita ad eas amulandum, quæ in his gloriatur? Quos pingit optimè, & abominatur Hieronymus aduersus Louinianū, huius apostasiæ magistrum: *Rubent buccæ, nitet cutis, coma in occipitium, frontemque tornantur, insurgunt humeri, turget guttur, & de obesitate faucibus uix suffocata uerba promuntur. Putas eructare potuisse uerbum bonum, an crapulam? fructum spiritus, an opera carnis?* Cum enim ista in uisū sint apud uiros, quid restat censendum de fœminis, primis inuentricibus harum lasciuarum, & in dies augentibus? quæ enim mutuatur ab eis, iam hac uia, iam alia curantibus corpora, eò tendunt, vt plus placeant, ampliusque uiros uinculis carnalis, & lasciuia amoris deuinciant. Cur ista damnanda, nisi quod tendunt in irritationem luxuriæ? Vt enim optimè inquit Ambros. epist. 82. *An quidquam tam reprobum, quam quod ad luxuriam, ad corruptelam, ad lasciuiam prouocat.*

Hinc ortum habet alluies fœminarum curfiantium per plateas, & vicos ciuitatum, nec

Isaie 47.

Hieron.

Ambros.

Hieron.

Ambros.

uentium diem sine linea præterire, mentientium necessitatem, cum leuitate ferantur, & domum relinquentes, foras quarunt, quæ diligunt. Quid hoc? Videri planè. Ad hoc omnis cura earum in ornatu, & nouiter inuentis: ad hoc studium poliendi faciem, & stibio; alisque pigmentis eam fucandi, & offendendi: si enim domi continerentur, cessaret omnino ista fascinationis causa, ista contagij occasio, ac tot fœminarum per compita perpetua circuncursatio. Optime Clemens 3. Pædag. cap. 11. *Res est enim pulcherrima, mulier domus custos, quæ se, & maritum proprijs ornamentis induit.* Nota rationem: quæ enim domi residet, non ornamenta, & alia huiusmodi querit, extranea ab honestate: cum enim solum ad uirum attendat, ornata se, sicut decet honestissimam fœminam; fucata omnia reicit, uana, & ad placitum uirorum facientia, relinquit. At quæ domum deserit, & compita petit, ornamenta mutat: uult enim uideri, & amari, & requiri, & laudem captare uanæ ostentationis, unde oriuntur amorum incendia, & post oculos corda rapere commune est.

Clemens.

## S. V.

*Sensuum, & præcipuè oculorum licentia luxuriæ deseruit.*

Quanta sit oculorum vis, & seruitus interuenti affectus, expressit Petrus 2. Can. c. 2. *2. Pet. 24. Habentes oculos plenos adulterij.* Non quod oculi peccent; sed sequitur in corde affectus, quem adulterij Christus Dominus uocauit. Et quantum oculi non semper, semel uisum, iterum prospicientes peccent; manet tamen simulacrum in mente, adulteria coaceruans: unde addit: *Et incessabilis delicti.* Quia semel per oculorum intuitionem imago repræsentata altè reposita manet in mente, & sui muneris haud oblita, cor excitat, accendit, prouocat ad repetenda delicta, & adulteria accumulanda. Græca lectio habet, *plenos adulteratorem*: talem enim reputant, qui sic amare cepit eam, quam prospexit meretricio ornatu comptam. Præfens iaculum præ oculis statuebat Clemens, sic harum fœminarum studia depingens, & quæ sit causa, vt frequentes sint in plateis, & stratis. De nonnullis loquitur, & uinam non plures essent; imò ferè omnes: hoc dolendum: *Quæ gestus comædia imitantes, & saltatorum fractos motus seruantes, effeminatis motibus, mollibusque ingressibus, & sillis uocibus, ueluti in profœcium prodeunt, scintillamibus oculis, intuentes ad inescandam uoluptatem instructæ.* Quid mirum, si oculi iuuenum pleni sint adulteris, eas tales reputantes, & insequentes, & tanquam lucrum ex labore reportandum expectantes? Omnes sensus seruiunt libidini; præcipuè tamen omnium oculi à longè loquentes, & omnia rimantes, & trahentes ad se adulterarum fucata faciem, incedendi, loquendi, ridendi, & alia his similia formam, quas cum contemplantur in otio, plura incendia luxuriæ excitant. Vnde Chrysost. hom. 3. de uerb. Esai: *Ignis, inquit, concupiſcentia, qui est in nobis, simul atque per oculorum intuitionem, elegantem, atque uenustam attingit formam, protinus exurit animam.* Ob id & incessabilis

Clemens.

Chrysost.



Clemens. Matth. 5.

Bernard.

Proverb. 6. Eccli. 9.

Hieron.

Clemens.

cessabilis delicti occasio sunt. Prohibet D. Clemens supra immodestum pedum motum, & arte compositum, ad delinendum amatium; verum ad oculos accedens, & primas eis concedens ad prouocandam luxuriam; ait: *Porro autem oculis maxime parcendum est: quoniam melius est labi pedibus, quam oculis.* Cum enim præciperet Dominus euellere oculos scandalum operantes, ait: *Si oculus tuus, &c.* Ex imo euellit cupiditatem, addens: *Lasciuia aspectus, & versatilibus, ac tanquam conuenientibus oculis inueneri, nihil est aliud, quam oculis macchari, cum per eos cupiditas ineat prima pugna praludia.* Solent excusare hanc culpam, nullum malum ex visu orti arbitrantes. Quis prohibet pulchra videre, conformiter ad naturam, hoc est, vt fatietur iste sensus proprio decoratus obiecto? Respondet Bernardus tract. de gradibus humilitatis: *Si culpa videre non est; culpa tamen occasio est.* Satis hoc sit, vt timeatur scandalum oculorum: debilius enim est scandalizari; & sensus iste, haud raro hoc malum patitur. Prouerb. 6. Eccli. 9. custodia oculorum commendatur: *Nerespicias mulierem multiuolam, ne forte incidat in laqueos illius.* Nec solum forensium aspectus, & comptarum visus præiudicio est; sed etiam domesticarum, aiente Hieronymo epist. 22. de custodia virg. *Nullus etiam in domo tuus aspectus est.* Stat, quod videns fortiter resistat: verum cum toties visus huius sensus se se offerat, victor in vno, in alio vinci facile est.

Clemens, Pædag. c. 11. *Est enim fieri potest, vt qui viderit, se fortiter gerat: verum tamen ne cadat, cauendum est: fieri enim potest, vt qui viderit, labatur; sed fieri non potest, vt qui non viderit, concupiscat.*

Praxis, & experientia docet, nullum sensum adeo vagari, & curiosa requirere, & insucta amare, sicut iste. Si oculi, & inspectores desessent, quanta vitarentur mala? quanti cessarent ornatus? Curam corporis pene nulla ageret; nec domum feminæ desererent, nec toties periclitaretur pudicitia. Ad partem oculorum omnia ista lucem habent: amant publica loca: requirunt hominum concursus: vbi huius sensus instansatio? Nec in castis feminis. Nec in pudicis virginibus. Respondeant, alias intueri feminas, non viros, potius ad censuram ornatus, & modi incedendi cum artificio, & futo, quam imitandi cupidine. Si enim in viris periculosus obtutus pulchrarum rerum, magis talis erit in feminis: si enim non vident, vt concupiscant luxum carnis; cernunt, vt imitentur praua exempla: minutissime enim contemplantur, quæ alia afferunt ad ornatum; & si viderint aliis placere, ea concupiscunt, & sua faciunt affectu; & modum habendi requirunt: inuentæ sunt carrucæ gestatoria, opertoria capitæ, ad decentiam feminarum. Hæc retia facta sunt, vt licentius omnia prospiciant: volunt enim liberè videre, licet non videantur; fatiare oculos, licet alij non fatientur aspectu earum, quæ operta incedunt. O retia animæ! loca occulta, vbi inimicus insidias castitati parat, & curiositati, ac huius sensus vagationi ministrat occasionem, vt omni ferantur immodestia, & imbuant animo imagines rerum concupiscentiam excitantium.

Licet enim hic sensus à longè operetur, adeo

captiuat cor, & amorem excitat, vt inde succedat propinquitas ad loquendum lasciuia, & amatoria verba, ad signa recondita cupidinis proferenda, ad contactum corporum, non parcentes Ecclesiis, diuinis officiis, vbi concursus, & instar vndarum se mutuo coniungentium, & impellentium, lasciuia amatoribus occasio datur ad tactus accedendi, & corporum collisionem, ad excitandas flammæ libidinis, sicut ignis ex lignis se mutuo tangentibus. Clemens 3. Pædag. 11. cuiusdam ataneæ plenæ veneno meminit, quæ, si semel corpus tangat, grauissimos excitat dolores: *An scitis, quod etiam phalangia, si ore tantum tangant, graues dolores hominibus afferant?* Ita libidinosorum confricatio, ac tactus animam lædit, & in concupiscentiam adducit. *O osculum incestum, veneno plenum!* exclamat idem Clemens. Vnde patet manifestè, proditioni expositam esse castitatem, si se non contineat domi, si non vitet externorum oculos, curiosa ad eos pascendos parare, si non sit in tuto velut in portu, salum fugiens, & tempestatem, viuens inter filias, curam domus gerens, sine respectu placendi aliis degens: quæ cum congruant naturæ, & animæ quieti, bonæque famæ, non difficile credenda sunt; sed potius tanquam facile remedium amanda.

Verum respondebit aduersus hæc experientia: videmus enim plures feminas, & pulchritudine decoratas, & aliis amoris dotibus præditas, versari inter iuuenes, iocari, ridere, ludere, choreas ducere; & tamen nec cogitatio inhonesti intercedit; & in frequentia populorum, hæc experientia discuntur, nullo motu, nulla cogitatione aduersus castitatem pulsari: & quauis compta, & ornata in publicum procedant, vt plurimum ad comparandum nomen pulchræ feminæ, vel ad aucupandam laudem, vanamque decoris opinionem supra alias; hæc omnia præcedunt. Cur ergo castitatem in pudenti periculo statuimus, vt ferè à nulla custodiri valeat, cum ista frequenter sine eo, quod periclitetur, fiant? Quanti similes sumus Eliæ, qui solum Dei cultorem se esse arbitrabatur; cum tamen alios plures incognitos illi viros suæ sententiæ, & Religionis antesignanos teneret? Ita cõtingit his, qui virtutem zelantes castitatis, arbitrantur, exiguum numerum esse illius cultorum: cum tamen plurimi, in locis periculis plenis, inter maris vndas, in mundi plateis, in flore iuuentutis, in pulchritudinis, & teneræ ætatis primo vere, amatores, & cultores castitatis inueniuntur. Et sicut tres pueri in fornace, rore madefacti, securi laudantes Deum incedebant, nec ab igne molestiam patiebantur: ita plurimos nec odor huius ignis tetigit, nec cogitatio, aut motus ad lasciuiam prouocans; liberi, & immunes existentes ab his, quæ ferè omnium ægritudines censentur.

Sed ad hoc respondendum est, verum dici, & diuinæ adscribendam prouidentia hoc esse, ne omnino ignis iste omnia absumat. Quædam femina in iuuentutis flore, requisita ab amatore, nunquam mota est ab studio colendæ castitatis, nec verba alterius, ad quid tendebant, intelligebat; sed in magna simplicitate persistebat, non quod amaret castitatem; sed, quod ignoraret aculeos lasciuia, motus & cogitationes,

Clemens.

3. Reg. 19.

Dan. 3.

iones, à quibus necdum agitata fuerat. Cum ergo crescente ætate virtus auergeretur, & accederet ad perfectorum statum, cum Deoque amicaliter ageret, interrogabat eam, quam maiorem ab eo suscepisset gratiam. Ignorans, quam inter plurimas, vt maiorem, posset præferre, remisit hoc Domini sententiæ, qui tunc ait illi: Cum puella esses, incauteque ageres, nec te custodires; periclitabatur tamen castitas, ab amasio insicura: & ego te custodiui, ne aliqua reperet cogitatio, ne intentionem alterius teneres, ne leuis luxuriæ motus excitaretur. Hic enim grandis fauor, & misericordias alias superans, primas tenuit. Vnde apparet, quantum amantissimo & vigilantissimo curatori debeamus, cum talia femina, nullatenus radices diffundunt in vili corporis, & animi nostri tellure: & hæc multis contingunt, & liberi omnino eundem ab huius belluæ moribus. Verum hoc non tollit, quin in aliis plurimis periculum patiatur, præcipue in his, qui nimia curiositate, & placendi desiderio, signa præferunt leuitatis, manibus, nutibus, pedum motibus, ornatu, & sollicitudine amore excitandi desiderio, omnia sua conspicienda, & concupiscenda concedunt. Quis neget, his irritari naturam, prouocari cupidinem, accendi adolescentiam, cogitationes supra cor ascendere, & lumen rationis obscurare, & ad lasciuium amorem impellere? Nec enim sancti castitatis amatoribus cautelam, etiam in minimis, exigent, ex his, quæ in se ipsis experti sunt, qui fortè nunquam, aut raro, aut leuiter hæc senserunt: sed experientia docti malorum, quæ in aliis cernerent, quorum Melicis, & curatores extiterunt, talem curam docuisse, & pericula præcauere volentes, ne similia aliis cõtingerent, ex iam tritis, & vlu receptis, alios monebat, custodire castitatem, sensum probo vlu, & occasionum separatione, moderationeque excessum, prouocantium, & irritantium luxuriam. Quis securior testis, quam ipse Spiritus diuinus omnia iustrans, & percutrans, qui ait Prouerb. 6. *Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius.* Videas, obsecro, quibus rebus, aut catenis capiatur carnalium cor? Nutibus, signis, nutibus, motu manus, oculi, aut incestus: leuia enim ista, sunt durissima vincula, & grauissimæ catenæ ferreæ, quibus alligatus iacebat Aug. in flore iuuetutis, vt ipse in suis Confessionibus deplorat. Verum est, plurimos continere desideria sua, & non audere ea manifestare, cum videant honestam feminam, et si pulchritudine ornatam, liberam ab hoc castro incedere, nec curare alios allicere, sed verecundiam prædicare, & honestatem præferre, etiam cum ornatu, & decoris claritate: cum enim igne isto accenderentur senes illi Israelitici populi, non audebant sua promerere desideria, non tam quod se mutuo timerent, quam ne sic offenderent feminam notæ castitatis, & honestatis, si faterentur, se amore illicito illius teneri, Daniel. 13. Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum, erubescerent indicare sibi concupiscentiam suam. Non tam verecundia sui impediti, quam amata: sicut qui timeat se teneri amore Regina, aut Principis femina, ne quis talem insanum reputaret. Quod optimè Hieronymus notauit in illis verbis supra: *Exarserunt in concupiscentia eius: quod Graecè nos perturbationem melius, quam passionem dicimus. Hæc perturbatio, & cupido libidinis percussit corda seniorum, vt cogitarent desideria complere.* Si enim perturbati non essent, rem adeo arduam, ac difficilem non aggredierentur. At cum in femina aliqua leuis apparet nota lasciuia, audacissimi fiunt, qui alias timidi sunt. Culpa ergo feminarum, hæc labes, & macula honestati iniicitur, & quasi rupto iam ab eis muro honestatis, ingrediendi viris licentiam concedunt. *Ego murus, & vbera mea, sicut turris, Cant. 4.* vbi nulla scissura, nulla apparet rupio ad turbendam castitatem.

minæ, ne quis talem insanum reputaret. Quod optimè Hieronymus notauit in illis verbis supra: *Exarserunt in concupiscentia eius: quod Graecè nos perturbationem melius, quam passionem dicimus. Hæc perturbatio, & cupido libidinis percussit corda seniorum, vt cogitarent desideria complere.* Si enim perturbati non essent, rem adeo arduam, ac difficilem non aggredierentur. At cum in femina aliqua leuis apparet nota lasciuia, audacissimi fiunt, qui alias timidi sunt. Culpa ergo feminarum, hæc labes, & macula honestati iniicitur, & quasi rupto iam ab eis muro honestatis, ingrediendi viris licentiam concedunt. *Ego murus, & vbera mea, sicut turris, Cant. 4.* vbi nulla scissura, nulla apparet rupio ad turbendam castitatem.

S. V.

Quanta sint incentiua luxuria.

Hinc habes, omnium malorum voraginetam nasci ex certa, aut penè certa feminarum licentia, quæ adeo se aperuit, & libidinis signa manifestant, vt prouocent inuentum ad consequendum, quod eis lubenti offertur animo. Quare videbis feminas prostitutas amare, has querere; & quæ aliis mutis de causis hortandæ forent, ipsa pendula occasio pronos reddit homines, ad lasciuendum, ne tentando insucta, & ardua, & tempus, & facultates consumant, & curis onerentur, antequam assequi possint, quæ concupiscunt: qui enim fame affligitur, parata ad manum arripit; vt vitet passionis affligentis acumen. Hæc de causa irrepit hoc vitium in inualidiotibus populi, vt pueris, agrorum cultoribus, officio publicis occupatis, qui non curant è macello, & platea paranda; sed tabernas, & gulæ domos requirunt, vbi certè sciant, inuenturos parata fercula, nec caro pretio emenda. Ita viuit hoc vitium, vt ea requirantur, quæ fatient impetum, licet aliis fœda, immundissima, ac vilissima sint, quod certè sciant, ibi inueniendam occasionem tentata habendi, nec pretioso auro emenda, sed vili. Quemadmodum enim filius perditus cupiebat saturari, & implere ventrem de siliquis, hoc est, reliquiis porcorum: ita isti amatores oblectationis, & fœdæ satietatis, ista appetunt, & requirunt. Quam pulchrè docuit hoc Nicæus in titulo Psalm. 58. *Psalm. 58. 7.* cap. 16. exponens Dauidica verba: *Famem patientur et canes.* Illi fame fatigati extra ciuitatem quærunt satietatem in cauis, & fossis, & immundis locis, vbi peripsamata proiciuntur, vbi cadauera sepeliuntur, vt sic exprimat & famem huius vitij, & quarum rerum amore rapiatur: non pulchra, munda, amabilia quærunt; sed vilia, communia, velut cadauera proiecta in sterquilino, & fossis ciuitatis, vt ibi famem patientes satientur. Circa quæ præ famis magnitudine canes occupatos inuenire licet versantes in sordibus, extra urbem eici solitis. Nec distet ab hoc illud Drogonis de Dom. *4. Reg. 9.* Passione contemplantis illam pulcherrimam feminam Iezabelem è muro dilapsam, & à canibus laceratam, & consumptam, sanguinem eius sorbentibus. Ait ergo: *Canes impudentissimi amatores cadauerum, carnes sibi fornicarias in-*

Lucæ 15.

Psalm. 58. 7.

4. Reg. 9.

Drogo.

corporum:

2. Petri c. 2. 21. *Esai.* 16. 14. Glossa.

corporant: unde & sanguinem eius consequenter lambunt: quia sicut libidinis, ita & vlcionis participes erunt. Apprimè sanè: sic enim Deus vlciscitur fornicarias sceminas, eas tradens his canibus conculcandas: sic fatiat horum libidinem, foetidam escam eis permittens, vt insatiabiles fiant, & redeant velut canes ad vomitum. De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Glossa. Id est, de immunditiis, quas Deus non nominat, id est, prohibet, satietas est carnalitas eorum. Hoc tamen diabolicum inuentum est, aut plures harum sceminarum parans, quæ nutu, leuè que verbo, vili pretio se dedant, vt carni feruiant, vel tales (etsi numero alias non superent, quæ dicata, & consecratae sint huic Deæ amoris, & luxuriæ canalibus,) vt multi insurgant in eas canes gregarij populorum, inualida manus, serui, pueri, & alij huiusmodi, qui facilitate consequendæ libidinis, audent eas agredi, & castitatem prodigere.

§. VII.

Insatiabilitas huius vitij vnde nascatur.

EX hoc insurgit non solum multitudo peccatorum; sed duratio, & continuatio absque fine. Hoc explicemus: quidam enim sunt, qui verè amant pulchritudinem, & in pulchris fidem, quamvis eis non copulentur matrimonio: vt enim talem inueniant, plures tentant sceminas: at inuenta illa, quæ his dotibus est ornata, amatur ardentè. Verùm hoc inuentu difficile cum sit, statim recedunt ab eiusmodi sceminis, & alias requirunt. Quod cum plurima secum hæc amicitia afferat onera, vt alere, eas ornare, ministras expensis suis concedere; ipsalium hoc mille obitum difficultatibus parum durat. At vbi non amor, nec fides requiritur; sed solum satiare insatiam appetitum, nulla electio fit sceminarum; sed quæ passim occurrunt, ad seruendum libidini assumuntur. De primo amore inquit Plato in Symposio. *Amor inter flores habitat.* Nec enim amat nisi honesta, pura, ornata pulchritudine. At de his gregariis Tertullianus ait esse candidatos mæchia; quasi solum ambiant satiare libidinis desiderium. Quare, sicut sceminae (quas meretrices dicimus) hac fame actæ, non querentes formam, & amorem virorum; sed solum libidinem experiri, aut ad eam alios prouocare, insatiabiles sunt, & vsque ad mortem in hoc vitio persistunt: Has vocat Tertullianus lib. de Pallio, cap. 4. propter insatiabilitatem, & crudelitatem tot necantes viros suo luxu, lupos. *Aspice lupos popularium, libidinum mundinas.* quas apprimè depingit monilibus, & vestibus candidis ornatas ad deliniendum iuuenum corda, de quibus dicere possumus illud Iob de carulis leonum: *Et animam carulorum eius implebis.* filij enim horum desideria sunt, quæ insatiabiliter appetunt oblectari, & statim, ac gustauerint vilem delectationem, eam contemnunt, & despiciunt: semel tamen prouocata natura, oblitæ præteriti horrores, auidius appetunt experiri, quæ fastidiosè reliquerant, ac si nunquam talem sensissent horrorem. Hieronymus ad Gerunt. *Libido, ait, transacta semper sui relin-*

quit pœnitentiam. Verùm post eiusmodi dolorem quid sequatur, audi: *Sed nunquam satiat, & extincta reaccenditur, & succrescit, & deficit, nec rationi parat, que impetu ducitur.* Similis Lunæ, cuius diminutio surgit in augmentum, & cum decrescit, paratur ad plenum tenendum statum. Nec immeritò Lunam luxuriæ dicarunt antiqui, fabulam confingentes spumæ, ex qua confecta Venus fuerat: verùm motus isti experiuntur in libidinoso: insatiabiliter enim amant, quæ deiecerant, si semel appetitus pulsetur à motu libidinoso. Hos vagos amatores veneriarum rerum comparauit Nicæus in vita Moysis, illis, qui latera parabant Pharaonis operibus conficiendis: ista enim implent instrumentum, in quo formam assument: verùm vno latere confecto, ad aliud perficiendum disponitur artifex, quod vas illud vacuum remaneret, & quasi expetens impleri denud. Tales, inquit, insatiabiliter appetentes veneriam delectationem, implentur, obtentata re desiderata: verùm statim vacui inueniuntur, & alia delectatione impleri desiderant. *Sic appetendi vis, etsi quod in dies cupit, assequatur, eoque se repleat, vacua tamen semper est, cum ea, qua habuit, respicit, & in aliud, arguè aliud continuo feratur, nec finis miserrimi ardoris cupiditatis esse potest, nisi quis carnalem vitam repellat.* Quis hoc remedium apponet? Quis latebras istas fugiet? Soler enim magna Dei prouidentia hoc mederi malum, si quis omnino mundum relinquat, & Religionem ingreditur, vbi ab omni semotus occasione Deo vacet, carnem affligat, ac domet. Cæterum huiusmodi venerieorum amatores, qui solo impetu libidinis, velut quodam cæstro, aguntur, remediū hoc respicentes, importunè huic vitio seruiunt. *Ecclesiast. 23. Homini fornicario omnis panis dulcis.* Quare hoc? Quod eiusmodi non tam feruntur à pulchro, quàm à delectatione experienda. Et quemadmodum bruta, quauis scemina visa, irritantur ad luxum nulla ratione habita decoris, ac pulchritudinis, quæ post libidinem prouocare: ita isti bestialiter viuentes solum satiare ardorem experunt. Notum factum mihi quendam concupisse accedere ad sceminam, & magno libidinis ardore eam appetiuisse: verùm mulier vlcibus scatebat, & horrore erat volentibus ad eam accedere; quæ facta est, qualis inueniretur; nec ad libidinem sentiendum, nec ad alios prouocandum habilem esse: hac non obstante confessione, amator ille dulcem inuenit suæ luxuriæ cibum, & eam bestialiter aggressus est eodem ardore, ac si integra, & pulcherrima puella esset. Sit tamen Ecclesiastes huius testimonij Ecclesiastici, Plato in conuiuio: *Hi verè non amant, sed ad explendum tantum desideria inbiant.* Hi enim quauis occasione, vel leuiter data, prouocantur ad luxum; quauis conspecta, statim stimulantur ad folij motum, ad aspectum alicuius scemine ornatus, ad vocem tenuem à longè auditam, imò à brutorum naturalibus actionibus excitantur ad luxum. Quare Tertullianus lib. de ieiunio, cap. 4. qui hac agritudine tenentur, irreparabile damnum pati credit: *Non recipit luxuria Dei timorem, dum precipitantibus illam voluptatibus in solam fertur cupiditatem temeritatem.* Notanda verò, in solam: non enim in pulchrum, ingratum

Nicæus

Ecclesiast. 23.

Plato

Tertullianus

Clemens

Seneca

Genes. 6.

Clemens

Tertullianus

Idem

ingraturum oculis, in amantis coaptationem in luxum, in vim patientem, aut aliquo debito se obligatum sentientem; sed in solam cupidinem, quam temerariam dicit, quod nullo fulciatur, ac agitur fundamento excusante à vitio; sed solum ardore feratur cupiditatis sentiendæ. Deorum Gentium mentionem faciens Clemens ad Gentes, quorum maiores, & clariore maiori pollebant Veneris desiderio, & horrenda facinora exercebant, de Ioue loquens ait: *Vniuersa vita erat, brevis intemperantia, et illam nobis malorum propulsatorem sereret Iouis filius Hercules.* Hic enim vitibus potens, quæ voluntariè possidere nequibat, vi, ac raptu allequebatur: quasi velint sub huius fabulæ vmbra significare vitium eiusmodi insatiabile, cum solum appetat oblectationem, nulla ratione duci, sed vim pati; aut inferre, vt sic assequatur optata. Quare hoc malum remedio carere videtur, cum natura illud totis viribus amplectatur, & quasi ab ea originaretur, sic vitium irrepit in vltim, & consuetudinem. Inter desperatos morbos hunc recepit Seneca epist. 39. *Desinit esse remedio locus, ubi quæ fuerunt vitia, mores sunt.* Hinc cõcitata diuina vindicta, mala ista pœnis est vltima: hoc vitium extra terminos progrediens, & nullo medicamento moderatū, nōne diluuii passum est: terra enim pessimo, & fetidissimo infecta erat odore: *Corrupterat omnis caro viam suam.* Et quemadmodum res corruptæ tabe confectæ redire non possunt ad priorem statum, sed abeunt in alterius rei generationem: ita natura corrupta hoc vitio, in tali statu erat, vt semper vergeret in deterius, nisi tantæ corruptelæ remedio esset inun-datio. Hoc vitium Sodomam, & finitimas ciuitates igne consumpsit: hoc in deserto plurimos strauit carnales, ferè totam deleuit tribum Benjaminicam. Ex hoc vitio idololatriæ irruerunt in mundum: ex adoratione enim amatarum in Deorum collocationem deuenerunt homines perditissimi. Clemens ad Gentes de Praxitelem meminit, amantem nomine Cratimam habente, qui effinxit statuam reddentem similitudinem amatæ, vt Venerem colentes, suam adorarent amicam. *Vt adoret misericordiam Praxitelis.* Sed audiendum Tertulianus de pudicitia, coniunctionem huius vitij cum idololatria ponderans, & quo modo se mutuo iuuent, & arment aduersus virtutem: nisi dicamus, sicut idololatria fornicationi comparatur in Scriptura; ita omnis luxuria idololatriam vendicat, cum videamus amastis deperire amatas, & eas his ornare nominibus, & venerari cultu verborum, & submissione corporis, deosculatione manuum, ac si Diuos colerent, thurificarent, & sacrificia eis offerrent. Secundum vitium numerat à primo non distans, nempe idololatriam, nihil interiaccere permittit lex diuina, quæ post sancita circa Deum cultum, inducit mæchiam: *Nihil tam proximum primo, quàm secundum.* Itaque mæchia affinis est idololatriæ: nam idololatria mæchia nomine, & fornicationis sæpe populo exprobrata, etiam forte coniungitur illi, sicut & serie, etiam damnatione coherere illi, sicut & dispositione. Nec hoc sufficit huic vitio; sed assumit alia duo nequiora se, & cum eis foedus componit, vt se mutuo iuuent. Hæc sunt, & interficere, & furari, in-

ter quæ residet, & eminet, tanquam Regina, suis collateralibus à consiliis vtens, vt quæ libent, exequi haud dubitent. Ex mæchia homicidiis fores aperiant. Quot gladio interfecti, manum mæchia mouente? Quot furta non procurata, vt mæchia ministrarentur necessaria ad consequendum illecebrarum alluuiem? Tertulliani hæc consideratio d. loc. 5. *Idem. Est & mali dignitas, quod in summo, aut in medio pessimorum collocatur. Pompam quandam, atque suggestum aspicio mæchia: hinc ducatur idololatria antecedentis; hinc comitatum homicidij insequentis. Inter duos apices facinorum eminentissimos, sine dubio digna consedit, & per medium eorum quasi vacantem locum pari criminis auctoritate compleuit. Quis eam talibus lacertibus inclusam, talibus costis circumfultam, coherentium corpore, diuellet? De viciorum criminum noxu, de propinquo scelertum complexu, vt salam eam scernas ad pœnitentiæ fructum? Quasi velit, nec vocem audire pœnitentiæ, & emendat, cum tot armata inueniatur militibus, tot collateralibus munita: nec enim eam sument à consortio diuelli, ne desit vnus defectu societas. Profecquitur idem Tertullianus hanc exprimens vim, ex hac caterua vitiorum promanantem: *Nōne hinc idololatria, inde homicidium detinebunt? & si qua vox fuerit, reclamabunt: Noster hic cuneus est, nostra compago.* Vt videas, qua via vitia concatenentur, & roborentur in animo, ne ab eis diuelli queat. Et licet hoc in omni mæchia locum habeat, illa vilissima, & abiectissima, quæ solum ad veneræ oblectationis complementum tendit, & non ad amatam personam, plus aliis alligat animum, deuincit cor, vires capit, adiumenta quarit, & fomenta aliorum vitiorum de propinquo astantium, vt cum ad hanc prouocet insatiabilitatem, quatenus si semel vacuetur, vnus oblectationis vltim, alium expetat. Et vt tenacitas huius vitij agnoscat, præter ea, quæ ex Tertullianus notauimus, quatenus similem idololatriæ reddit, vel ipsum esse idololatriam, Diuorum cultum referendo in amantem, aut luxus causa idola colendo, vt Salomoni contigit; prius tamen in deserto, à scemina Madianitis captis iuuenibus, Ismaelitibus, genua procumbentibus earū Diis, vt Veneri vacarent, tanquam hoc pretio luxum ementibus, addendum est, quod dicitur lib. de Pudicitia, cap. 12. *Sufficit, & hic seruatum esse mæchia, & fornicationi locum honoris sui inter idololatriam, & homicidium.* Non solum hoc considerandum venit; sed in primo Concilio Apostolorum, inter vitia, quæ prohibentur suscipientibus fidem, haber locum fornicatio, cum solum recensentur idololatria, & suffocati cum sanguine vsus: *Ve abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione.* Cur ergo, cum alia innumera sint vitia, hæc solum prohibentur Gentibus ad fidem venientibus? Respondeat Tertullianus d. c. 12. *Non, quod alia permittant, sed quod hæc sola preponant.* Quasi dicat: Ista sunt in vltu se conuertentium, ista maiorem ingerunt vim assuetis luxuriæ: hæc in pretio sunt, nec ab eis dinelli haud difficile est. Nam, sicut Egyptij solum in terra Nilum pro Deo habebant, huic honores exhibebant, huius deprecabantur fauores: ita carnales pro Deo habent his frui delectationibus: adeo vt roget Clemens ad gentes: *Resat nunc tuum, adhibere iudicium, si velis etiam**

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Clemens



etiam adorare meretrices, quas non quicumque carnaliter vinemus adorant; sed illi, qui solum astro turpitudinis feruntur in venerem.

S. VIII.

Peccata diuersa ex hoc vitio nascuntur.

Statis, superque probatum manet, quam violentum sit hoc vitium pudicæ naturæ, quæque via huic inundanti animi fores latissimè aperiantur, quibus etiam auxiliaribus copiis claudantur, quam atrox vitium, quam homini infestum sit, quam malè, & difficulter ab animo pellatur, si semel eum gustare cœperit; non tam alicuius amatæ desiderio, quam solum luxum experiendi sine personarum delectu. Nunc veniamus ad peccata, quæ huic aduersantur præcepto. Dicimus primò, vitari adulteria, vt quiuis fidem datam seruet compari, ne quis inimicus eam deatbet, & matrimonij fines transgredi audeat: qua via inter coniugatos extinguitur, filiorum procreatio tollitur, cum sæpè contingat, alienos ignorantia intercedente alere, & rerum familiarum hæredes instituire aduersus ius humanum, & rei veritatem. Hæc Philo, exponens Decalogi præcepta, notauit circa hoc sextum mandatum, & abominatur adulterium horum malorum causam. Primò contemplatur fictum feminarum erga maritos amorem: Adeo se malis artibus celat, & obumbrat, ne deprehendatur, plerumque præferens affectum contrarium, & mirificis prestigij opinionem amoris sibi concilians. Secundò alienorum filiorum educationem, & indebitarum hereditatum raptum: At ille, tanquam cæcus, nihil sciens de fraude domestica, vt propriam sobolera indulgenter habeat natos ex infersissimis sibi hominibus. Concludit tandem: Tales calamitates cum proueniunt à concubitu illegitimo, non mirum, si adulterium res probrosa, & iniusta Deo, primum locum inter peccata obtinet. Hinc homicidia in vindictam iniuriæ, infelices feminarum deprehensuram in hoc facinore mortes. Tertul. supra David meminit: David Vra cadem (supple, deiecit,) cum causa eius mœchia, confessione purgavit. Et Prouerb. 6. hoc malum venturum prædicit: Opprobrium illius non debetur: quia zelus, & furor viri non parcat in die vindictæ, neque acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Quam pulchrè ad arcendum luxuriosos ab hoc peccato, Paulus ad Hebr. 13. vocat honorabile connubium in omnibus, & eorum immaculatum: ne quis audeat rem honore dignâ, indignè tractare, & maculas iniicere in candidissimâ torum coniugatorum. Nec solum existimo, hæc dixisse ad adulterium damnandum, & vitandum, sed etiam ad instruendum ipsos vxoratos, vt eo dignè vtantur. Nec existiment cum propriis focis omnia licere, vt optimè D. Thom. 2. 2. q. 153. art. 2. licet enim delectationem experiri, licet rationis vsu tunc temporis priuari: verum ea conditione, vt rationis opus tunc exerceant: Non enim est virtuti contrarium, si rationis actus aliquando intermittatur aliquo, quod secundum rationem sit. Inquit ad 2. vt cum quis somno se dat, quo ratione priuatur, verum dormit per rationis imperium, vt necessitati

Philo.

Tertul.

Prouerb. 6.

Hebr. 13.

D. Thom.

corporis subueniat: ita vxoris actibus vacantes, & oblectationem capientes, licet tunc priuentur, vt delectationis, vsu rationis, non peccabunt: si tamen cum ratione talem aggreantur actum, vt si fiat debito modo, & ordine, secundum quod est conueniens ad finem matrimonij, non ad luxum experiendum, & licentiùs operandum. Et hoc art. 3. vocat Sanctus Doctor luxuriam, & esse peccatum affirmat: Hoc autem pertinet ad rationem luxuria, vt ordinem, & modum rationis excedat circa venera. Adulterium commune est viris, & feminis, licet vsu receptum sit, vt scdum opus credatur, femina adulterare esse, non ita virum, cum tamen D. Thom. Opusc. 4. agens de hoc præcepto, plus viros oneret, quam feminas. Ratio debiti coniugalis, & fidei vna est: præterea vir fortior: denique magister femina: & quemadmodum peccata magistrorum grauiora sunt, quam popularium; ita, &c. Solum differunt in ratione honoris. Plus honestatis in femina exigitur, quam in viro, iuxta communem sentiendi formam: vnde honor viri non periclitatur pro adulterio facto; femina tamen plurimum: quæ, cum res viri sit, & in honore offendat, granditer crescit culpæ magnitudo. Alia etiam adest discriminis ratio. Femina adultera turbat domum, & alienos filios mentita proprios facit, & hæredes. Quidam sentiunt, teneri hoc furtum fateri, etiam cum honoris detrimento, ne tam graue inde sequatur damnus, filios extraneos hæredes constituendo. D. Thom. dict. Opusculo 4. teneri censet eos Religionem donare; si tamen possit commodè facere, & omni violentia exclusa: sine voluntate enim Religionem profiteri nõ oportet, nec fert coactionem. Similiter prohibet præceptum diuinum vagos concubitus, quos cum solutis fornicationem vocamus. Hos esse peccatum mortale, manifestum in fide est, Deut. 23. 1. Thef. 4. Hebr. 13. Quod si quis dicat nemini inferri iniuriã, negandũ est. Fit Deo, cuius nos membra sumus, à quo alienamur, vt membra meretricis efficiamur. 1. Cor. 6. Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? absit. Sed hæc tunc peccata censentur, cum voluntariè fiunt: vbi intercedit coactio, virtus elucet, & augetur. Non tamen credo, istam inueniri in his feminis exculantibus culpam suam hoc fuce coactionis, mentientibus plane, cum nulla vi opprimi possint: est enim in eis aliqua displicentia illius turpitudinis; vel, quia non feruntur voluptariè, potius quam voluntariè, vel quia non amant, aut nolent sine lucro rem scdam committere; tamen blanditiis, & virorum suafelis, ac instantia cedunt honori, & se sinunt corumpi, quasi iam fatigatæ, & lassatæ, & sentientes fluxus initia: hæ enim ex illis sunt, de quibus Prouerb. 6. Propter cordis inopiam perdet animam suam: turpitudinem, & ignominiam congregat sibi. Exponens hoc D. Thom. Opusc. 4. dicit: Propter cordis inopiam, quod est, quando caro dominatur spiritui, non quidem est vitium hæc inopia, non potentium aduersario resistere, (hoc enim vim pati esset,) sed animi, & spiritus, qui quidem à carnis blanditiis absunt, & ad consentiendum adducitur. Audiant Terrullianum in hoc negotio

Idem.

Idem.

Deut. 23. 1. Thef. 4. Hebr. 13.

1. Cor. 6.

Prouerb. 6.

Idem.

negotio iudicium ferentem de pudicitia, c. 22. Nemo volens, negare compellitur: nemo nolens fornicatur: nulla ad libidinem vis est. Poterit enim femina patiens vim, conculcari, contractari: at ad fornicationem consummandam, opus est libertate, sine qua minimè perficietur. Nec excusatio valet femina infirmitatis, honoris iacturæ, si clamorosas voces ederet, ne opprimeretur: hæc enim omnia technæ libidinis sunt, & vmbatilia folia ad tegenda lasciuia. Addit Tertul. Nulla tam fortis caro, quam qua spiritum allidit. Vbi non constituit carnis fortitudinem in eo, quod corporaliter possit superare oppressorem; sed quod spiritu allidat motus venereos, & vim, quam sustinet, ne animus ad mortem trahatur. Adducit ad hoc confirmandum D. Th. q. 151. art. 1. ad 2. Augustini testimonium: Proposito animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari meruit, nec ipsi corpori aufert sanctitatem violentia libidinis aliena, quam seruat perseverantia continentia sua. Vnde huic castitati adiungitur animi fortitudo, qua potius qualibet mala tolerare, quam malo consentire decreuit. Hæc illa est, quæ conculcat, & contemnit carnalem oblectationem, nec voluntariè, nec coactè ad eam amandã adduci potest. Habemus 4. Reg. 9. proiectam Iezabelem ex muri fenestra in stratum solum, & equorum vnguibus conculcatam, ac malè tractatam fuisse, periisq; eius pulchritudinem. Drogo Hostiensis de Dom. Pass. de victoria huius vitij sic interpretatur: Velut equus fortis, & velox meretricem proiectam vngula sua confodiat, & conculcet, vt præterea. Pulcherrima de turpitudine sic depottatur victoria: quæ enim femina virili ornata pectore, sic conculcatur, & despiceret luxuriam, & animo suo non assentiret lasciuienti iuueni, & coacta vi opprimeretur, nec posset corporis viribus resistere; cum tamen periculum consentiendi non timeret, non cogerem clamare; sed sufficeret in silentio sic vincere. Verum, si timeret vim mutandam in voluntatem, & consensuram fornicationi, teneretur sub mortali clamare, & prode violatore honoris honestatis; cum tamen spes esset sic posse ab eius elabi manibus, & liberari. Ex dictis constat, damnari, non solum actus venereos feminarum cum viris, vel solutis, vel liberis; sed etiam desideria, quæ in voluntario consistunt consensu, quauis opere non compleantur, nec tententur, imò de corde exeunt, fornicationes, adulteria, quasi ibi formentur, & essentiam vitij assument, vt habetur Matth. 5. Videre ad concupiscendum prohibetur Matth. 15. & Dan. 13. Cum enim hoc vitium ad veneream capefendam delectationem tendat, quæuis actio exterior, quæ ad hoc ordinatur, venerea, ac turpis, scda, immunda, impudica dicitur, siue manibus, aut oculis, signisque, & alio membrorum vsu fiant, sub generali ratione continentur, & prohibentur Ephes. 4. & 5. Coloss. 3. monens nos abstinere ab omni immunditia, turpiloquio, & leuitatis ad accendendam luxuriam motu. Deuteron. 25. damnatur femina, quæ tetigerit viri verenda, etiam ad defendendum virum à fortiori se oppressum, & in penam manus præcinditur: vt videant, quantum offendant puritatem, & ho-

Tertul.

Idem.

D. Thom. Augustin. de ciuit. c. 18.

4. Reg. 9. Drogo.

Matth. 5. Dan. 13.

Ephes. 4. & 5. Coloss. 3.

Deut. 25.

nestatem, qui se mutuo contractant ad irritandam, & capefendam veneream oblectationem carnis. Exterminamus ab hoc tractatu extraneas concupiscentias, quibus naturam à suis extrahunt moribus, & vsibus, de quibus Iudas in Canonica, Petrus 2. cap. 2. Paulus Rom. 1. quæ vt optimè Tertul. monstra sunt, de quibus natura non meminit: sic habet de Pudicitia: Reliquas autem libidinum furias impias in corpora, & in sexus ultra iura natura, non modò limine; verum omni Ecclesia reſto submouemus: quia non sunt delicta, sed monstra. Inter quæ recensentur peccatorum assuetissimum (carnis, videlicet, propriæ prouocationes, quouisque semen emittant) vitium, sequentium postea prætor, ab aliis carnem iniuriantibus seminatam, quod semel in Scripturis, & scitum, & punitum inuenies Genes. 38. ne memoria eius maneret, nec exemplum tam perniciosissimi ausus. Nec Philo creditur, hoc malum sine socio compleri, cum dicat dict. lib. Decalogi: Perciuius enim hoc astro non potest solum explere cupiditatem; sed opus est omnino, vt duo sint. Cum ergo hoc genus libidinis à solo exerceatur, eiusmodi peccandi forma incognita erat antiquis; modò vulgaris, & communis præcipue in non valentes socium suæ libidinis quarere. Verum tamen arbitror, sine socio nec hoc malum inueniri: nemo talem oblectationem sciret, nisi à magistro eius experientia docto disceret: natura enim ferè in omnibus extraneas libidines ignorat: vnde addenda sunt verba Philonis aientis: Opus est omnino, vt duo sint, alter quasi magister nequitia, alter discipulus rei curpissima. Eiusmodi enim vitia non solum graue peccatum sunt; sed grauem merentur vltionem, & depopulanda omnino sunt: quæ enim peffis possent absumere iuuentutem celerius, quam ista semel cognita: non enim indigent semel docti, & instructi, socio, non alterius voluntate vti, se semper secum gestant, vbi cum accensus fuerit libidinofus motus, poterit, quæ restant, exequi. Penitentia dura castigandi sunt horum malorum aggressores, vt coërceantur timore penæ, qui Dei metu haud continentur. Alia monstra, quæ naturam turbant, & brutalitas dicuntur, aut sodomiticum malum, manifestum est, quando detestanda sint horrore. Sed etiam timendum, ne malum semel patratum, occultum maneat, metu penæ: ad confessionem illius prouocandi, & adiunãdi, qui talia fecisse timeantur. Verum hoc præstito remedio, omni via sepiendi sunt, ne vltra fera ista munimen rumpat, & demoliatur vineam florètem iuuentutis. Quauis verò carnis blanditiæ, & ornatus non sint conditione sua peccatum, damnantur, provt carnis vitij seruire solent ex nimio ciborum, & ferculorum copia, vini potatione, lectulorum mollium assuefactione, vnguentorum, & pigmentorum nidore, corporis blanditiæ, ornatus nimierate, follicitudinèque, vt caro, & eius venustas fulgeat, plurima incertina luxuriæ nascuntur, & apparet ista agentibus, & videntibus nimis difficile, carnis compefcere motus, cupiditates frænare: quare sacra Scriptura omnia ista damnat, tanquam veneris irritamenta.

Amos 6. Iacobi 5. Rom. 3. Ezech. 16. 1. Timoth. 5. 1. Pet. 3. 1. Iacobi 5.

Amos 6. Iacobi 5. Rom. 3. Ezech. 16. 1. Timoth. 5. 1. Pet. 3. 1. Iacobi 5. Quare, vt supra diximus, impudicitia ministræ hæc sunt, si necessitate, & ordine careant: quæ enim pro fine habent seruire lasciuie, manifestè vt peccata grauiamanda veniant.

§. I X.

Occasiones è medio tollendæ.

Prouerb. 6. 1. Timoth. 5. Eccl. 9. Iob 31.

Utm ergo debilis sit natura, si semel hoc labore morbo, & quæuis à longè pulsantia appetitum excitent, & deliniant; omnes occasiones peccandi extripandæ sunt, & à sensibus auertendæ, vt agere cum fœminis; & istas cum viris, siue magna necessitate, & delectu; eas tangere, aut tangi ab eis permittere; spectare earum comptam formam, & pulchritudinem, vt præcipitur Prouerb. 6. 1. Timoth. 5. Eccl. 9. Iob 31. vbi omnis cautela adhibetur necessaria ad conseruandum pudorem. Quare, qui cum periculo morali consentiendi, & appetendi vitia, vel accederet, vel loqueretur, vel intueretur eiusmodi, quæ occasiones dicuntur, peccaret grauius; idèd maxima tenenda est cura sensuum, sub disciplina, & necessitatis lege, & rationis gubernatione moderandorum. Quo fit, vt custos castitatis cautela sit. Ad vxorem de castitate colenda plura docet ad hoc spectantia Tertull. Quis enim sicut Dauid leonem ipsum aggredientem, interficere, ac suffocare, ausus dicens: *Ipsi insurgebant in me, & ego tenebam mentum eorum, & suffocabam eos*; non modò fortitudinem in eo facinore demonstrans, sed cautellam: neque enim ipse requirebat eos; sed aggressus ab eis se defendebat, & victoriam assequabatur: vt doceat nos, non occasiones quæret, vbi periclitatur puritas; non nos igni appropinquare; sed cum necessitas vergeat, defensione opus erit, & virili pectore certare aduersus hostem. Quod enim cum leone, & vrsu ab eo factum refert, non vt vanam aucuparet gloriam; sed vt fiduciam futuræ victoriæ, in animo Regis ingeneraret, eique cura prælij crederetur. Optime Chrysost. hom. 46. in Genes. *Cur ista retulit, quæ vanitatem redolent? Coactus fuit vir diuinus hæc narrare, nolens vanam hinc gloriam aucupari, sed, vt illi (Regi, videlicet) animos adderet, & ne spectaret Rex ad vilitatem eius; sed ad fidem, quæ in vtriuscûs latebat.* Ita planè, sicut coactus, sua narrare non detrectat facinora, sine vanæ iactantiæ periculo: ita vrsorum, & leonum occurrit occursum coactus, ne deserat sibi commissum gregem, fidens Deo victoriæ aduersus tam fortes hostes. Eadem inuenies in Lyra dicto loco. Hinc coniciet, periculo se exponere, qui non timens occasiones, eas aggreditur, & periculum planè inuitabile incurrit. Notanda verba 3. Reg. 11. ex Exodo 34. vbi prohibet matrimonia inter filios Israël, & extraneas, & alienigenas fœminas, & contra: ait tamen: *Non ingrediemini ad eas: vertissimè enim auertent corda vestra, vt sequamini Deos earum.* Qui enim ingreditur, seipsu periculo donat, quod lubens, & libens ea requirit, quæ maximè cor deuinciunt, vt vtantur pro arbitrio, quemadmodum eis, tanquam fortioribus placuerit. Ingressus iste, siue approximatō ad ea, quæ alliciunt animum, prouo-

1. Reg. 17.

Ibid.

Chrysost.

Lyran.

3. Reg. 11. Exod. 34. Iudic. 14. 3.

cant concupiscentiam, accendunt carnem, appetitum excitant: eneruare enim est virtutem, & eam profligare, vt vitium regnet, & caro amata prosequatur. Quis enim contemplantur id, quod contigit Ionathæ appropinquanti arbori. Vidit apum examen, mellis fauam elaborantium, & proximitate dulcedinis allectus, summitate virgæ parum mellis ad os applicauit, vt illud gustaret; & statim illuminati sunt oculi eius. Audi verba 1. Reg. 14. *Extenditque summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauam mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius.* Quid enim dulcius carnalibus, quàm voluptas: Prouerb. 5. *Mel distillant labia meretricis.* Qui enim hanc dulcedinem degustare desiderat, ei approximat, visaque ea continere se non valet; sed statim stillam oblectationis caput, & illuminantur oculi, non planè ad videndum; sed, sicut parentibus primis contigit, ad sentiendum, & experiendum delectationem veneream, notandumque eam, & amplectendum, quam antea ignorauerant: partum enim, & à longè gustatum, satis est, vt maiora conserui desideretur, vt proximiùs adhaereat, vt mellis copiam appetat, non guttam, aut stillam, vt prius. Rabanus ad hoc: *Quo factò monentur omnes, qui Deo volunt militare, omnes voluptatum illecebras contemnerent, de quibus mysticè precatur, Ionatham degustasse: & forte deprehensus vix precibus populi liberatus est.* In quo notatur, ad mortem vique trahere hoc vitium, turbare sensus, ignorata monstrare, mulcere appetitum ad ea concupiscentium, audiuius, & ardentius insequendum. Vel dicamus cum eodem Rabano, *illuminatos fuisse oculos ad discernendum, quod vetitum tetigerat, vnde confundebatur.* Sicut parentibus cõtingit, qui ab inuicem cum separati essent, nuda contexterant membra. Vtinam sic illuminarentur oculi carnalium, vt saltem experientia discant, quàm vile sit hoc vitium: si enim proximitas arboris, & aspectus faui satis fuit, vt virga quid illius Ionathas sumpsisset, & gustasset, incurrens mortis periculum; quid non timendum in proximitate voluntaria rei venereæ prouocatis appetitum ad melleum gustum conuertendum in felleum, & morte amariorum: Inter omnes arbores, nulla dulcioris parit fructus, quàm palma: verum nulla plùs eos ab oculis, & manibus prætereuntium retrahit, ne eis oblectatis carpant, & furentur, spoliatamque tanto thesauro arborem relinquunt. Nicænus in Cant. ibi: *Quasi palma exaltata sum in Cades. Adeo enim exaltata est, vt que fructum, tanquam thesaurum, sursum recondat, nec vicinum terra eum ferat.* Cum enim inter oblectamenta ferat palmam libido, nihil plùs carnales appetunt, quàm eius carpere fructus. Vt ergo ad manus horum furum non veniant, abcondenda est pulchritudo, silentio tegenda verba, occultandi oculi, & nutus omnes omni circumspectione prodendi, ne ex proximitate sensuum, amor incalcescat, & appetitus inflammetur, & castitas periclitetur. Hieron. ad Demetriadem, de custodienda virg. ipsam armatam potiùs, quàm ornatam incedere exposcit, cuius ornatu depingens, talia affect, vt in aures sint verba legis, cuius monilia, vnionisque, virtutum coaceruatio, ac splendens multitudo, cuius caput non capillorum turris; sed chrisimatis oleum esse desideret.

1. Reg. 14.

Prouerb. 5.

Gen. 3.

Raban.

Idem.

Eccl. 24.

Cant. 7. 7.

Hieron.

Ambros.

Gen. 3. 9. 12.

Euseb. Pamp.

Ambros.

deret, quibus addit: *Hæc tibi ornamenta, quæ dixi, etiam erunt munimenta maxima, & quæ te ipsam ornare Deo, & contra Diabolum armare possunt, qui per leue interdum quodcumque vitium ad animam ingreditur.* Omnes rimæ claudendæ huic inimico sunt, ne à paruis ad maiora perueniat. Quid cum hoc, agere cum hominibus fœminas, ridere, nutibus alloqui, & oculis intima cordis pandere: *Vox quadam animi est, corporis motus*, inquit Ambros. 1. Offic. c. 18. inde conicitur, quod ibi lateret. Quid etiam cum his, munerata accipere, scripta signa amoris tenere, & concedere alteri ea, vt contempletur in verbis, scripto mandatis, cordis arcana? Si enim amaretur castitas, hæc & alia huic inimica fugerentur, vt exemplo suo docuit iuuenis ille, qui pallio relicto fugit dominam, non quod eam superare non posset, nec timeret vim ei posse inferre; sed, quod in pallij tactu timuit serpente in animam virus incendij, & luxuriæ memoriam. Pamphilus hom. 7. de præparat. cap. 3. *Quasi auerit à rabida fera euaserit, fuga salutem quesivit.* Vnde Ambros. lib. de fuga sæculi, victoriam vitiorum fugæ adscribit, non ea infrequentibus, ac persequentibus.

CAPVT XIV.

De his, quæ in septimo præcepto Decalogi prohibentur.

Exod. 20.

Philo.

Idem.

Dicto cap. 20. Exodi solùm dicitur: *Non furum facies.* Hos prædones, & fures vocat Philo lib. de Decalogo, hostes publicos: voluntas enim ad multa aliena extendit concupiscentiam; sed viribus deficientibus contrahitur, vt ad paucos perueniat, nec habet rationem, nec discrimen agnoscit inter personas; sed data occasione ea inde rapit, vnde habere ad manum, Domini præsentia non prohibet. In hoc præcepto damnatur omnis iniusta rerum ad humanos vsus necessitarius rapina, & retentio: si spiritualis est, simonia dicitur: si corporalis, furtum: si sacra, sacrilega rapina: si pacto iniustum, & mendacis comparetur, luctum iniustum, dolus, vsura nominatur. Quantitas tamen aggrauat peccatum, nec ab his limitibus excluditur potentium vis, qui maiores latrones sub specioso nomine potentia, nominantur. De his Philo: *Videntur sibi potentiores legibus, tyrannideque appetunt, qui magna furta faciunt, latrocinia regendo honestis nominibus principatus, & imperij.* Vnum adhibet remedium Philo sophus iste: *Vt discant statim pueri, manus à furtiuis lucris abstinere, minimis etiam, ne in consuetudinem vertatur hoc vitium, sicut alia solent: & ni malum nascens inibeas, crescit in immensam magnitudinem.* Optime ista dicantur, sed à longè petenda est medela, nempe, à radice, hoc est, cupiditate, quæ cor occupat, & semper plura habere desiderat, nec contenta est possessis; sed ad modum hydropisicæ, ardentius sitim suam explere cupit.

§. I.

Cupiditas origo omnium malorum.

1. Timoth. 6.

Cupiditatem vocat Paulus radicem omnium malorum: appropinquè sanè: nam vul-

lum numerare licet, quod ex hac hydra non nascatur: hæc superbos homines reddit potentia; ignorantes propriæ conditionis, diuitiarum abundantia; nec parentes, vnde esse receperunt, agnoscunt, nec quales natales habeant: adeo diuitiarum iactantia transuertit sensum, & velut vinum ebrios facit, & sine intellectu relinquit. Hæc deliciarum mater, exquisiti laboris causa, non contenta necessariis, & afluētis, raris, & transmarinis deliciis quærit. Hæc emit castitatem, & vendit animam, corpus robustum reddit ad omnia tentandum, animam ægram, ac debilem, ventrem refarcinat, & ad veneream oblectationem parat. Hæc Deum ignorat, & quod maximum omnium malorum, loco illius has adorat, quas amat diuitias: ob id enim à Paulo auari vocantur idololatæ: nolent enim his priuari, & ardenti amore eis agglutinantur, & pro Deo habent. Nonne ob hoc populus ille incrassatus, dilatatus, impinguatus dereliquit Deum Creatorem suum, & recalcitrauit more belluarum, quæ pedum calces aduersus Dominum conuertunt: Causam huius belluinæ rebellionis refert Tertullianus ad diuitias, & abundantiam rerum temporalium. *Mentior*, inquit, *si non Deus exprobrans Israël, obrustans suam causam diuitiis reuulit.* Si enim homines à Deo poscerent, quæ illis necessaria sunt ad salutem, vt Salomon sapientiam ad innumerabilem regendum populum, diuitias ab eodem acciperent, quæ optime sapientiæ associantur, & ad opera pietatis, & iustitiæ ordinantur, vt arguit idem Tertullianus 4. contra Marcionem cap. 20. & 22. Addit tamen: *Sed accidentia vitia diuitiis illa in Evangelio quoque, & diuitibus adscribunt.*

Galat. 5. Ephes. 5. Deut. 32.

Tertull. aduers. Phrynicos, c. 6.

3. Reg. 3.

Tertull.

§. II.

Diuitiarum periculum.

Plura mala refert idem Tertullianus ex diuitiarum abundantia pullulantia, quorum de causa, vel timendi sunt diuites, sub vna contenti, vel abiicienda est cupiditas rerum humanarum, ne tanti mali causa fiat. Verum obicit, Deum diuitias promittere, abundantiam concedere, risum, gaudium, & his similia, quæ diuitias secum afferunt. Probat Isaiæ testimonio: *Ecco qui mihi seruiunt, saturabuntur; vos autem confundemini.* Sed audi ab eodem responsum: *Hæc olim Creator simul posuit: Christus solummodo distinguendo, non mutando renouauit.* Duobus modis id exponam. Primò, Deum velle à nobis hic seminare in lacrymis, & metere in gaudio; non quidem diuitias ad delicias destinando; sed ad benefaciendum egentibus, cum nos paucis contenti esse debeamus, & quæ supersunt eroganda aliis, quod seminare est in lacrymis, non meis, tanquam cum dolore seminantis tactatis, sed in afflictorum bonum, quorum lacrymas solamur, hac seminis, id est, diuitiarum iactatione: inde enim gaudium exortitur, nihil lætius, & dulcius, quàm egentis subleuare necessitatem. Concessum est Prophetae Ieremiæ cap. 1. *Vt dinellas, & destruas, adifices, & plantes.* Quàm durum primum, quàmque suauis, & delectationem pariens secundum? Ita planè diuitibus dicitur (non vt ille; qui secum agebat de horreorum suorum fabrications, vt maiora faceret, Enr. 12. 18.)

Isai. 65.

Psal. 12. 5. 6.

1. Ierem. 1.

Enr. 12. 18.



plūs frumenti continere, & claudere vale-  
rent) vt misericordiae parentibus, prius de-  
struant sua, vt aedificent in pauperibus, & iusti-  
tiae operibus, domum construant. Origenes ibi:  
*Semper enim in Scripturis ea, quae videntur, tristitia  
nominantur; deinde ea, quae hilariora sunt, secundò  
dicuntur.* At diuites, auari, & crudeles solùm  
aedificare, plantaræque desiderant, sua commo-  
da quærentes, domos regiae fabricantes, corpus  
sobustiùs, & pulchriùs, & ornatiùs componen-  
tes, seruos sericis, & bisinis vestibus induentes,  
vineas, & oliueta plantantes, cuius ratio mani-  
festa, est abusus diuitiarum, quod non aspirant  
ad æterna; sed hinc tantùm gloriam quærant;  
alterius tamen æternæ omninò oblitì. Vnde  
optimè Tertullianus: *Christus Dominus distinxit,  
& ordinem constituit in diuitiarum usu.* Et sit se-  
cunda expositio, vt finem concedendè eas te-  
neamus, ne ab eo totis pedibus recedamus. At  
hæc via tantùm visa diuitibus aspera planè.  
*Nemo vitæ per eam incedit.* vel auium est, vel  
ferarum. Audi querelam Ier. 2. aduersus Domi-  
num ab his firmatam: *Non dixerunt: Vbi est Do-  
minus, qui ascendere nos fecit per terram, in qua non  
ambulauit vir, neque homo? Ad desertum alludunt  
planè, per quod ducti à Deo terram lac, & mel  
manantem obtinuerunt: si enim hoc dicerent,  
culpa esset. Cùm ergo Propheta posuerit, non  
dixerunt; signum est duci se fuisse, nec querulas  
voces tædio laboriosi itineris emisisse. At culpa  
in eo elucet, quod hanc viam non sunt aggressi,  
nec per eam incedere valuerunt; sed planam, &  
deliciarum abundantem; nec aliter moueri se  
sinebant, nisi vi miraculorum eis concederen-  
tur insueta, ad delicias parata, nihil ferre valen-  
tes durum: non enim ad futura attendebant; sed  
præsentem oblectationem amabant: vellet  
enim Deus, vt hanc recognoscerent laboriosam  
viam, spe locata in futuris promissis bonis, terra  
obrenta promissa eis. Vt enim ait Glossa in  
Ierem. testimonium: *Non est enim perfectio in via;  
sed in fine, & mansione, quæ Sanctis in calo paratur.*  
At carnales in huius vitæ via desiderant obti-  
nere, possidere, frui perfectis bonis, nullo lædi,  
nulla tangi aduersa fortuna, omnibus abundè  
satiari oblectamentis; quæ non talia sunt, inusi-  
tatam, & ferarum arbitrantur viam, erogare, vi-  
delicet, in egentes diuitias, & priuare se deliciis,  
quas earum interuentu assequi, esset in eorum  
potestate: quare eiusmodi aliam tritam, & com-  
munem viam incidunt, tanquam per prata ad  
Inferna properantes. In cuius veritatis confir-  
mationem affert Tertullianus lib. 4. c. 21. plura  
testimonia, vt Isaiæ 5. *Dilatauit Orcus animam  
suam, & aperuit os suum, & descendit in clypeo,  
& magni, & diuites.* & alia videnda ibi. Hæc via im-  
piorum, non illa aspera, & petrosa. Cur enim  
Dominus Matth. 18. diuitium dolens sortem,  
difficilius ait esse, eos ingredi posse cælum,  
quàm camelum per foramen pertranfire? cum  
hoc non difficile, sed impossibile sit? Ve-  
rùm respondeat Gaudentius in parabola villici:  
*Expeditis querit, ac tenes, omnique continentia ca-  
stigator, & vt ita dixerim, filo gracili similes, qui  
etiam per foramen mystica illius acus facillè transeant  
spirituales effecti.* Quid hoc cum diuitiarum ama-  
toribus? num trita hæc via: omniumne, aut ali-  
quorum saltem? Ad hoc diuitias congregant, &  
refarciant, vt impingentur, deliciatibus abund-  
ent bonis, corpus delicatius nutriant, passio-*

nes carnis foueant, & accendant, aliis mala pa-  
rent, vt sua commoda quærant; potentia su-  
perbiant, iniuste obtineant desiderata; vim in-  
ferant, nulli parcentes, vt suæ voluptati, &  
prauæ voluntati satietatem concedant. Quid  
enim mirum, si exigamus ab his, vel iacere  
per viam auium, & ferarum, oculis iniectis in  
fine, parentibus, pauperibus, & egenorum effectis,  
vel vt iis operimentis, & salutis impedimentis  
se exuant: alioqui minimè ad salutem aditum  
inuenient. Nonne Iacob ad hoc paterna domo  
relictæ, factus est peregrinus, & meruit spem  
concipere æternæ vitæ, monstratæ in scalæ  
summitate, ipsi ostensæ, cùm pauperis more,  
super lapidem caput ad somnium capiendum  
declinasset? Vbi Chrysof. hom. 54. in Genes.  
*Quoniam bene moratam animam habebat, & mascu-  
lum spiritum, & ab omni vanitate liberam admirabi-  
lem visionem illam meruit.* Supplet tamen, som-  
nium cepit super terram, capite petra supposito,  
cùm non esset assuetus duritiei, sed blanditiis:  
*Lenis enim erat, & morabatur in tabernaculis  
cum matre.* At valens spiritus hæc superauit, &  
statim, ac si assuetus fuisset malæ tractationi  
corporis, solum, & lapides pro puluinis, & cer-  
uicali accepit: vt intelligant diuites deliciis  
assueti, non obstat consuetudinem, nec impe-  
dimento esse delicatos nutritos fuisse; sed ca-  
rere masculo spiritu, & non habere bene mora-  
tam animam. Cur David abiecit arma aurea,  
& splendore micantia? Quia non erat illis as-  
suetus? Non solum ob hoc: sed, quia impedi-  
mento erant aggrediendi facinoris desiderio.  
Et idèd arma assumpsit, quæ ipsum expeditum,  
& potentiorum reddebant ad impellendum, &  
fugandum aduersarium. Ita diuites aurea orna-  
menta deponant, si vsu didicerint malè cum eis  
se gerere, non posse vincere, & superare carnis  
turrim, nempe, sensualitatem. Chrysof. de Da-  
uid, hom. 47. in Genes. *Deposuit arma, & accepit  
pera pastorali, & silicibus, contra carnem illam tur-  
rim egressus est.* Nec solum mouit Rebeccam,  
peregrinum filium è domo pellere, odia fratris  
vitare; sed timere, ne filiabus Ethnicorum ma-  
trimonio iungeretur: cernens enim, quàm pe-  
riculosa res esset eis coniungi, & ab earum reli-  
gione dissentire, maluit filium pauperem pere-  
grinari, quàm feruore iuuentutis duci, & talibus  
copulari in religionis contemptum, & apostasi-  
æ periculum. Chrysof. hom. 54. in Genes. red-  
dit rationem, cur à matre, & parente interdi-  
ctum ei fuerit sumere ex illa terra vxorem, &  
*alacriorem eum redderet in peregrinatione.* Cùm  
enim ad vitandum salutis periculum ex pessima  
coniunctione cum facultatibus futurum legitur  
potius peregrinari, quàm in proprio solo de-  
gere; pauperem vitam agere, quàm diuitiis as-  
suere; sufficiat ad alacrem animum reddendum  
tale eis possessis inesse periculum. *Quid enim  
prodest vniuersum mundum lucrari, si tamen detri-  
mentum anima patitur?* Nec semper Deus vult  
ista deserere; sed in animo desinendi ea simus: si  
tamen ad vitandum ingruens periculum neces-  
sarium esse iudicetur: illud enim in causa erit, vt  
eis vtamur magna cù moderatione, & delectu,  
& ordine à ratione præscripto, legem diuinam  
præponamus omnibus humanis commodis,  
hoc vt iustitiæ metas haud transilire audeamus.  
Quanta cum obedientiæ necessitate iniunxit  
Deus Abrahamæ filium sacrificare? Peruenit ad  
effectum

effectum ista, & cùm iam iam consummatio  
operis appropriaret, impeditus est ab ipso iu-  
bente, ne illud expleret. Quæres rationem in  
Chrysof. hom. 47. in Genes. *A voluntate  
coronam reportauit.* Ita plane in hoc sacrificio  
diuitiarum non semper Deus eas relinquere  
cum effectu iubet, sed animum valentem alere  
in nobis, vt ab eorum inordinato amore  
eruamur, & voluntas parata sit his exuuiis  
expoliari, ne animus periclitetur. Quis enim  
scit ex eis lucrum reportare possessis. Quis eis  
benè vti, ne in diaboli laqueum conuertantur?  
Vnus David quinque limpidissimos lapides leg-  
git, & in pera pastorali seruauit ad certamen  
iniendum cum Golia, & ipsum ad mortem  
vsque ferendum. Verùm, vnde istos collegit?  
Num ex aliquo lapidicio? Minimè: sed ex  
torrentis profundo, vbi latebant aquis de-  
super currentibus, eos operientibus: *Elegit  
sibi quinque limpidissimos lapides de torrente.*  
Glossa in hunc locum: *Ibi vacabant, & nihil pro-  
derant, transibat supra flumens.* Quid enim diui-  
tiarum abundantia, nisi fluentibus aquis flu-  
men: De illis dicitur: *Diuitia si affluant, nolite  
cor apponere.* Quis autem ex hoc flumine, vbi  
vacat, & otatur, lateatque, tanquam lapides,  
sub aquis defenso nostra, arma aduersus hostes  
extrahere valet? Vnus David, qui diues cùm  
esset, sciuit pauperem gerere vitam, & ser-  
uare Deo pretiosa, dicens: *De paupertate mea  
congregaui in pensis domus Domini.* Quasi dice-  
ret: Me pauperem feci, ad inopiam, ac ne-  
cessitatem redegi, vt Deo diuitias congrega-  
rem: tales enim, & ei similes, ex affluentia,  
instar fluminis, diuitiarum colligunt arma ad  
decertandum aduersus peccatum, & Diaboli  
incursum. Cateri tamen inter hæc flumina  
pereunt arma comparantes aduersus Deum,  
bellum virtutibus inferendo. Certus ille hac  
via plurimos stratuos fore, si ei tanta licentia  
aduersus homines concederetur, quantum  
aduersus Deum habuit. Hunc aggressus est  
dicendo (ostensa mundi gloria:) *Hæc omnia  
tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Verùm magna  
cum cautela hoc permissem: Deus enim erat  
homo, vt in hac natura certans, doceret nos  
homines, simili responsione armatos, respon-  
dere inimico. Si enim homo valuit ista, tan-  
quam vilia, propter Dei honorem reputare,  
& contemnere; cur homo non valebit eadem  
responsione eius conterere caput? Gaudentius  
hom. de villico, causam huius permissæ tenta-  
tionis inuestigans ait: *Idcirco tentatorem loqui  
permisit, vt suscepto homini artem praliandi,  
atque vincendi in semetipso demonstraret.* Non  
ergo vincere arbitremur, diuitiis facti opulenti;  
sed eas contemnendo, ne in graue cadant  
animæ detrimentum. Nec solum docet haud  
adorandum Diabolum propter diuitiarum co-  
piam oblatam; sed nec homines Principes,  
nec aliquam humanam potentiam, etiam ista  
periculosa sunt. Qui tanto odio persecuti fue-  
rant fratrem suum, vt eum domo pellerent  
paterna, & captiuum efficerent; necessitate  
coacti, dissimulata persona, ad eum adorandum  
descenderunt in Egyptum. Desuit tamen Ben-  
jamin: solus enim fratrem, etiam in incogni-  
tum, non adorauit pro temporali commodo, &  
alimonia corporis: vnde in præmium concef-

sum ei humeris suis templi magnitudinem, &  
diuitias portare. Ob id enim Deuter. 32. dicitur:  
*Amantissimus Domino, & inter humeros eius re-  
quiescit.* Glossa Græca: *Notandum, quod Benjamin  
Ioseph, quemadmodum reliqui fratres, non adorauit,  
ideo in partes tribus Benjamin cessit templum.* Maio-  
res, & ampliores diuitias meretur possidere, qui  
animo regio, genua homini non flectit, pro  
commodo temporalis; sed omnia sua bona Deo  
deputat, & ab eo expectat, aut propter eum alia  
temporalia contemptui habere, & pro nihilo  
ducere decernit. Cùm ergo paucissimi sint, qui  
benè vti diuitiis didicerint, timenda est in his  
secunda fortuna, & diuitium potentia. Quis sicut  
Olibrius, in cuius consulatu panegyricam ora-  
tionem componens Claudianus ait: *Virtutibus  
ille Fortunam domuit, nunquam leuauit alie In-  
tuitum rebus.* Suenere innumeras hominum ditare  
caernas. At frequentissimum est his, & Deo ne-  
gare obedientiam, & hominibus aduersari, si-  
bique damnum lethale inferre. Deus statuit  
omnia suo ordine, se primum, cætera post eum.  
Vnde Zachæum hominem ditissimum & anhelum  
pro acquirendis facultatibus, iussit Domi-  
nus descendere de arbore, & sequi eum. Quod  
ponderans Petrus Chrysologus in hom. de eo,  
& exponens alio testimonio Exod. 32. vbi Do-  
minus concessit Moyli posteriora videre, non  
faciem, quam aspicere desiderabat, inquit: *In  
hoc docuisse, post Deum omnia esse, dorsumque ipsius  
tenere, vt quod post Deum sint omnia, adorator agno-  
scit.* At homo ab hac veritate retrocedens, &  
non sequens Deum, eumque vnueris præpo-  
nens, incidit in illud crimen reprobatum Ier. 15.  
*Retrosum abiisti, & non es recordatus Domini Dei  
tui.* Vt hoc intelligas, recole illud Paulinū: *Quæ  
retro sunt obliuiscens, ad ea, quæ priora sum, extendens  
me ipsum, ad destinatum profequor.* Ecce oppositi  
hic recentur motus, ille retrosum abit, iste  
elongatur, & obliuioni tradit, quæ retro sunt  
posita, ab eisque discedit, vt accedat ad operata,  
& primum locum occupantia ex merito & di-  
gnitate. Quæ ista retrò posita: Haud dubiè quæ  
Deo iure sunt posteriora, primas ei, tanquam  
summo bono, concedendo. Bona quidem tem-  
poralia non sequenda, non Deo præponenda  
sunt; sed ab eis separare nos oportet, vt ad de-  
stinatum bonum supremum omnium approxi-  
memur. Ergo, qui aduersatur vitæ, & amoris, ac  
Pauli desideris, terrena sequitur, in quorum  
amorem tendit, & dorsum dat Deo, præponens  
temporalem cupiditatem Deo, diuitiarum om-  
nium thesauro. Glossa in Ierem. 15. *Cùm, luxuria  
Apostolum posteriora obliuiscens, ad priora se exten-  
dere debuit, & Egyptias carnes desiderauit.* Istis enim  
assuescunt homines, ardentè amare eas cupien-  
tes, & omnem transgredi legem diuinam, vt eis  
potiantur: nec contenti habitis, plura deside-  
rant; semper tamen in iniuriam Conditoris.  
Quod contemplatus fuit Basilus de Selectia  
de primo parente tractans, quem omnibus di-  
tauit Deus bonis; vnam solum referauit, ar-  
borem, videlicet, ne eam gustaret: At ille mi-  
nimè satius tot bonis, illam concupiscens, (vi-  
dens, vel à Deo separandum, vel abstinentium à  
vicio ligno) ingratus Deo maluit potius ca-  
rere eo, quàm tali fructu haud potiri. Ait ille,  
alloquens hominem: *Esso gratias: continue manum  
antefer totius Paradisi Conditorem unico ligno.*

§. III.

Diuitum superbia reos eos fingit.

**N**ec mirum, quod cupiditas ita legem sancitam violet, & Deo relicto conuertatur ad diuitias: ipsa enim fingit sibi Deos; vel ipsi diuites ita credunt, Deos fieri, sicut arbitratus est Adam, vetitum si gustasset. Isai. 2. *Repleta est terra argento, & auro, & repleta est terra idolis.* Credo, idem dictum ex auro produisse idola, quatenus ditescerent homines, in eorum falsa estimatione idola, & semidij reputantur, & honores diuinos eis debere arbitrantur. Hinc potentium (vt supra dicebamus) iactantia, iniuriæ aliis illatæ, adoratio inferiorum, veneratio ex factu, & caterua famulantium, ex ornatu & splendore ortum habuere. Statim addit Propheta: *Et incuruauit se homo, & humilior est vir.* adorantes, videlicet, idolum illud, & honores diuinos ei impertientes. Homo, pro vulgo ponitur; vir, pro primis, & electis ex hominibus. Quid calamitosius est, & deplorandum, vt Interlinearis docuit ibi? *His adde, quia vir, hoc omnem vincit calamitatem.* Quid mirum, quod isti Diui Deum negent, sua iura ei non concedant, & quasi nihil cum eo habentes societatis, & dependentiæ, nollent ab eo requiri, agitari, molestari; similes effecti illis Dæmoniis, qui aiebant: *Quid nobis, & tibi? Cur venisti ante tempus perdere nos? O insolens imprudentia! aded enim isti alienantur à Deo, vt repugnent ab eo vim pati, impediri, & à prauis insultibus arceri; nec dicunt: Quid tibi nobiscum? sed contrà: Quid nobis, & tibi?* Per nos stat hæc rebellio, nihil tecum commercij esse volumus: sine nos liberè operari, nec potentiam coercitas, ne tuis legibus impedias nostram implere, & fatiare cupidinem. At ridens ineptiam istorum Petrus Chrysologus ait Serm. 16. *Hoc dicunt possessori fures, hoc Domino pradones, tenent spolia, prædam gestant, & quid sibi cum eis, qui sua reposcit, interrogant.* Videas, quàm ad interitum ista seruiunt. Aded enim elati diuitis, potentiæ sæculi viri magni, vt ignorent Deum, & ab eo tangi, inquietari molestiis, à somno excitati, aduersis pulsari fortunis, & ægritudinibus, iram exciter, aduersus sic eos affligentem, quasi humanis, & communibus legibus non subdantur, nec ad eos spectent, quæ alij patiuntur homines. Exemplo id notum fiet. Cùm morti vicinus esset Clotarius, Francorum Rex, haud patienter ferens mortis vicinitatem, cùm tamen per quinquaginta, & vnum annos regnum obtinisset, & filios hæredes quatuor reliquisset, de violentia conquirebatur, aïens (vt refert Gregorius Turon. lib. 4. histor. Franc. cap. 21.) *Vbi quid putatis, qualis est ille Rex celestis, qui sic tam magnos Reges interfecit?* Et in hoc tædio postus, spiritum exhalauit. Quæ est ista arrogantia? Nunquid miser, quæ possidetis, alterius sunt Domini, & Dei? Eius fruiimini bonis, & quod istorum rationem à vobis exigat, nouum, & inauditum creditis? Similes vtique, vt dicebamus, Diabolo, cuius superbiam induit sunt, qui ausus est omnia Christo offerre, ac si sua essent: *Hæc omnia tibi dabo,* &c. Si enim ille superbissimus, &

**A** stultissimus sic audet ad Dei præsentiam, & Dominum omnium mentiri, & sua prædicare, quæ ab eo esse, & existere habent: quid mirandum, si dementia homines capti, quia reputent, quæ possident, nec ab alio auferenda, aut minuenda credant: Gaudentius supra: *O effrenis Diaboli mendacis audacia, Deum sentit, & tenet, Dominum nouit vniuersa creatura, cui sua esse mundi regna mentitur, & se largitorem possessionum creabilium pollicetur ei, per quem creata esse vniuersa non ignorat.* Quos aulus non habebit homo superbia, & arrogantia sublimis, & sui obliuiscus, cùm ista tam stulta, tam stultè, ex parte Dæmonis transigantur inter Dæmonem, & Dominum? Quare fatietati rerum, non solum propria, & coniuncta vitia adscribenda sunt; sed etiam ista insueta, & à communi lege exorbitantia: *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Exod. 32. de ludo illo facillimo cedente in Deorum cultum, accipienda sunt verba. Vnde ortum habuit: Ex ventris ingluuie: ad hoc diuitiarum cumulus. Testis sit ille diues, qui plurima bona habere iactabatur, vt comederet, biberet, epularetur, & gloriosus incederet. Hæc omnis diuitum gloriatio. Nec ob aliud diuites nau omnibus diuitis refertæ comparantur. Basil. in 2. c. Isaiæ inquit, hanc profundum petere, preflam onere ingluuie, & ventris refarcinatione. Exponit verba illa Isaiæ ibi: *Dies Domini super omnes naues Tharsis. Ita corpora multa alimonia obesa per voluptatum illecebras in voraginem perditionis demergentur.* Et in quod incidunt malum quasi profundum? In hoc, vt surgant ludere, & Deorum more ludos sacros sibi asciscant. Vnde Ambros. epist. 3. illud Exod. 32. sic exponit: *Sedit populus manducare, & bibere, & fieri sibi Deos alienos poposcit. Ita duo committit maxima crimina, opprobria carnis, & mentis sacrilegia.* Ac si diceret, & carnem vitis maculant, & mentem sacrilegiis, & vanissimis idololatriæ cogitationibus. Ita insipientes diuites aded alienantur, & in peccatorum profundum abeunt: si enim hæc cernerent pericula, diuitias aut relinquerent, aut ad ordinatum vsum reuocarent, ne omni prostrata ratione, sicut vicerunt in Salomone sapientiam; in nobis yncant fidem, & omnem rationem rectè viuendi, è medio tollant. Quare in hoc mandato D. Thomas Opusculo 4. multa timenda aduersus potentes congerit, & adducit Sophon. 3. Isai. 1. & 10. & Augustinum dicentem: *Quid regna nisi latrocinia? Idem de minoribus Tyrannis dicendum est.*

§. I V.

Periculum latet in proximorum amore.

**V**erum plurimi non eo fine ditescunt, nisi vt honesta sibi comparent, & filiis alimenta: quod si iustis armis id fieret, nullo modo dammandum esset; sed laudandum, & commendandum. At cupiditas nullum medium seruare didicit, & ita augetur, vt intra lares suos haud contenta, exundet, vt legitima, quæ teneri, & seruari oportet, minimè ferat. Iob diues erat, filios septem, & tres filias habuit; & tamen à recto tramite iustitiæ non discessit, nec lato pede. Ad docendum, falsas esse diuitum exultationes

**N**es ad deferenda præscripta à Deo, cupiditate, & desiderio ditescendi filios, hoc valet exemplum: quod notauit Basilus in Iob cap. 1. *Libris autem, inquit, Iob abundauit ob eos, qui filios cantantur, speciosamque arripiunt occasionem ad peccandum.*

Cùm igitur hoc præceptum infinitis lædatur, in quibus iniustitia aduersus facultates alienas apparet, primò de potentibus, & Principibus pauca dicam: secundò, de Iudicibus: tertio, de mercatoribus, & portatoribus rerum venalium: quartò, de domesticis, tam dominis, quàm seruis, & ministris, à quibus læditur iustitia: quintò, de furtis communibus, & rapinis. Et primùm omnium statuendum est, hoc vitium magnum periculum salutis secum afferre: alia enim vitia, facta penituntine curantur: istud, præter hoc, exposcit alieni restitutionem, quæ vel nunquam, vel rarò fit: vnde manet iustitia clamosa, exposcens aequalitatem, quæ caret, quandiu res non redditur creditori. Non latuit hoc D. Thomam, qui dicto Opusculo 4. §. 2. ait: *Nullum enim peccatum est ita periculosum: nullum enim peccatum remittitur sine satisfactione, & penitentia, licet de hoc peniteat; non tamen de facili satisfacit, & maxime cum non solum teneatur reddere; quod accepit; sed etiam de damno, quod fecit patrono.* Et ad hoc avertit Habacuc 2. *Va ei, qui multiplicat non sua vsquequò, & aggrauat contra se densum lutum.* Et exponit similitudine illius, qui immersus in lutum, egredi inde non valet: si autem cresceret, difficilius id redderet: quare existimo, plures inter hoc lutum periclitari potius, quàm inter flumina rapida, & maria vndosa nauigantes: maius enim periculum est ista reddere malè habita, quàm ea acquirere magno, & exquisito labore, etiam si opus sit transmarinas diuitias inuestigare.

§. V.

Diuersa aduersus hoc præceptum peccata.

**C**irca primum, Principes viti, lattonum socij solent dici, qui quidem potentia freti, omnia sibi debent, ipsi aliis nihil soluere arbitrantur, possident multa iniuste, nullo titulo, & iure etiam colorato; sed vi, & potentia, minùs valentes opprimentes: multis imperant, quia multis indigent: verùm nec familiaribus suis debita tribuunt stipendia, nec eis, quorum operas conduxerunt, qui cùm non audeant ista læpè petere, nec suo vt iure propter illorum potentiam, & huius defectum in creditoribus; ferè nunquam hoc damnum remedium accipit, & nisi aliunde ex rapto, suo quilibet satisfaciat iuri, ad mortem vique debita ista perueniunt. Illis nulla cura est testamentorum parentum, hæreditatem adeunt, onera minimè persolunt; neque enim spiritualia imposita piorum operum, Misarum, elemosynarum, (quæ soluere tenentur,) curant adimplere, cùm semper quetuli aduersus parentes existant, parum ab eis relinquii dicantur, & non sufficere pro alenda familia. Cùm tamen nihil ad statum, & splendorem spectans ob necessitatem vrgentem prætereant. Vnde prodigalitatibus vitio peccant, non solum quod expendant diuitias

**A**tias in rebus inanibus, & ad fastum, & superbiam, ac elationem (vt nomen comparent magnificentissimorum Principum) conducunt: sed, quod grauius est, ea, quæ ex iustitia tenentur soluere, negent, & ad hoc paupertate laborare affirmant; cùm tamen ad illa plenos diuitis fingant, ne lato vngue à maiorum suorum iactantia recedant. O miram inanem gloriolam! quantum hæc forma gubernandi facultates distat à diuina lege, à iurium præceptis, à Theologorum documentis: quis enim istos ad recti limina adducet, vt ea excolerentur: quæ potentia Iudicum (aded enim exarmata existit, vt sub nullo tribunali esse patiantur) sufficit, vt debita opere expleant? Quid dicendum de molestiis vassallorum, clientulorum, & sub eorum ditione existentium, quos perpetuis onerant tributis, cùm ista imponere magna cum prudentia, & necessitate sit Principum supremorum? Isti interuentu eos adulantium, & ambientium eorum fauorem, sub alio titulo, & colore, vexare, & affligere subiectos non cessant, cogunt ditiores, vt per tabulas publicas eorum fideiussores fiant. Cùm tamen hoc periculosum sit, & plures horum clientulorum, & eius successorum in maxima videamus degere necessitate, quod parentum, & auorum sustineant onera, & fideiussoribus teneantur legibus: quod sciunt, & nullo remedio adhibito honestant Domini Principes eiusmodi debita, nec de satisfactione agunt, sed omnia sibi debere arbitrantur, & magna beneficia contulisse maioribus, quasi ista non caderent super plurima officia, & ea exercere non esset pretio aestimabile, & dignum præmio, sic soluunt vassallorum debita, vsque dum eos ad egentium statum perducant, & alios perdere tentent similibus potentia artibus. Illud enim Ezechielis, vbi nauim opulentissimam, omni mercium genere refertam, ob oculos proponit. Tandem ait: *Remiges tui adduxerunt te in aquis multis.* Quod apprime exponens Chaldaeus ait. *Gubernatores tui ascenderunt super te, & depredati sunt substantiam tuam.* Vbi enim securior videbatur nauis, ibi periclitatur fœdius. Hi, qui remigum munus obeunt, & à petrosis rupibus, & ab Scylla, & Charybdi eam defendunt, & in tuto collocant, vbi altior maris profunditas, ibi ipsi damna, quæ nec piratæ, nec maris insultus facere possent, operantur, quod potentia, & vi opprimum sibi subiectos, & spolient omnibus, quibus ditati fuerant bonis. Ad hoc Saluanus 4. de gubernat. avertit illud Eccles. 13. *Venatio leonis, onager in eremo: sic pascua sunt diuitum pauperes.* Addit: *Quid aliud quorundam, quos taceo, præfectura, quàm præda? Nulla siquidem maior est pauperulorum depopulatio, quàm potestas.* Hac enim via dominantur in populis, hoc gubernatorum munus exercentes, irruunt super subiectos, & eis depradantur bona, legibus, pœnis, pensis, ac tributis, & blanditiis nonnunquam fortius: coactio enim, malorum expostulatio cum humilitate. Nec de horum refartione damnorum curam habent, neque eis imponitur onus satisfaciendi: quare hos credo esse in illo ignorantia statu, in quo culpa etiam locum habet Leuitici 5. 17. *Animam, ait, si peccauerit per ignorantiam, feceritque vnum ex his, quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit*



iniquitatem suam; offeret arietem immaculatum. A Additque: Nesciens fecerit. Quomodo ergo stat ignorare, & peccare, offerereque sacrificium? Helychius ibi responderet, quod eiusmodi ignorantia non nascitur ex defectu cognitionis, neque ex hebetata mente; sed aliunde, nempe, ex superba potentia, ex obliuione legum, quibus adstringuntur, quasi ad hos non spectarent, nec eis obligarentur: Facit autem hanc ignorantiam dilectio mendacij, ex quo quispiam cacatus mente cocatur etiam, & obscuratur scientia, qua cocata nihil inuenitur distare ab ignorantia. Mendacissimi homines potentes viri sunt, & suas ignorare obligationes mentiuntur. Quare ex hoc mendacio, quo furantur omnia, & obscurantur, & à propria dimouentur sede, nulla eos cogit necessitas, nullum ius premit, nullum debitum refarciendum credunt, & omnia, tanquam indigna suo fastu reputant, eisque debent autamant. Vnde locus patebit clamoribus pauperum? Omnia clausa sunt, nec luminis spiraculum intromitti ad eorum aulam potest: quare in misero degunt salutis periculo. Timenda est illa Ioannis de Auila sententia aduersus hos Proceres; quorum, aiebat, furfures valent ad plurimos homines, si inter eos diuiderentur, perdēdos: hoc loquendi modo significantis, reiectura eorum, & quorum nulla eis cura, sufficere ad eos in Dei iudicio abunde damnandum.

Huic iniustitiæ adiungitur, quæ etiam ex potentia nascitur, nempe, eorum, qui iudicium exercent, quos comminatur Deus, vt eorum refranet audaciam: cum enim iustitiæ suæ cuique reddere proprium sit, horum interuentu plurima conduntur iniustitiæ fercula, fauentium Tabellariis, Procuratoribus, iuridicis Viris, ac Curialibus, qui plurima iniquè gerant non rectè ad finem iustitiæ attendentibus, sed ad lucram, & bonum suæ partis: quamuis fulciatur huius prætentio multis mendacijs, prorogant litibus terminos, occultant, negant, mutant scripta, quæ aduersæ parti fauerent, si res procederent iuxta regulas iuris, exposcunt à litigantibus, non sibi debita stipendia, leges positas contemnentes, & solum cupiditati suæ attendentes, omnia ista graua inuoluunt peccata: Erudimini (inquit Dauid) quid iudicatis terram. Et alibi: Sacrificate sacrificium iustitiæ. In primis verbis ostendit, quantum oporteat hos homines discere, & tenere, ac inuolabiliter seruare leges præscriptas, & praxi receptas, & à vitis timoratis in pretio habitas. In secundis gratissimum Deo offerre sacrificium, cum iustitiæ ferendæ attendunt, ad æqualitatem redigentes iniuriæ inæqualitates, nec faciendo, nec consentiendo, vt sui tribunalis ministri quidquam iniuste exequantur, cum sit ipse Index in culpa eorum, quæ ab istis iniquè geruntur. Manifestum est, iniustè iudicatem, & molestias inferentem litigantibus, teneri ad restitutionem: sicut, qui facultates alienas furantur, & legis metas excedentes in pretio stipendiorum, teneri ea, quæ sic accipiunt, restituere: inuito enim domino ad eorum manus veniunt. Nec valet ab ipsis hominibus ista concedi, neque expectare, vt debita solutio exquiratur ab eis: hoc enim faciunt timentes eorum tyrannidem, vt saltem hac via breuitati, consulant,

Helych. lib. 1. in Leuit.

Ioan. de Auila.

Psal. 2. 10. Psal. 4. 6.

& eorum finiantur lites: sciunt enim voraces homines sitire aliorum bona, nec alio modo moueri ad munus debitum exequendum. Quare hoc pretio emunt propriam libertatem, & litiam finem; sed inuiti hæc præstant, & nolunt cogi ad prodigos sumptus: idè restituenda ista sunt, sicut negantes, occultantes, mutant iustitiæ instrumenta: vnde causæ diuersam faciem suscipiunt: tenentur enim ista damna restituere, sicut, quæ ex culpabili ministrotum mora sequuntur.

Leuitici 19. commendatur Iudicibus & eorum ministris eiusmodi æquitas: Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non facies, quod iniquum est, nec iniuste iudicabis: iuste iudica proximo tuo. Et 1. Corinth. 6. Lam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos: quare enim magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. Non damnat iudicia etiam inter fratres; quamuis vellet pati iniuriam potius, quam eam inferre: sed inuehitur aduersus nouellas plantationes iniuste belligerantes, & conuenientes apud iniquos Iudices, qui non tam iustitiam exercent, quam iniustissime causam decernant. Ita à principio huius capituli: Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus fratrem suum iudicari apud iniustos, & non apud Sanctos? An nescitis, quod Sancti mundum iudicabunt? Vnde non solum damnat iniustos Iudices; sed apud eos conuenientes, & litigia proponentes, quasi fauentes eorum iniustitiæ. Quare omnes tam actorum faciem representantes, quam ministrorum, qui eiusmodi Iudicibus inseruiunt, peccant contra iustitiam: sunt enim causa iniustæ læ sententiæ. Nec enim apud infideles, vt notauit Theophylactus, sed apud iniustos, & legum præcepta contemnentes. Rationem reddit: Is enim, qui apud Iudicem disciprat, iustum assequi laborat. Eandem iustitiam commendat Paulus 1. Thess. 4. Ne quis supergrediat, neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus. Ad Deum supremum Iudicem confugit: quia potentia supremorum Iudicum à nullo coerceri valet, nisi ab eo. Prohibere tamen ista ingressum regni, ostendit Dauid Psalm. 14. ro-gans: Quis ascendet in montem Domini. Et respondet: Qui operatur iustitiam. Qui mendacijs non circumuenit fratres, qui falsis iuramentis non obtinet victoriam litium. Quid etiam in temporalibus damnis timendum amplius, quam quæ Ecclesiasticus docet 10. cap. Nihil agas in operibus iniuria. Regnum à gente in-gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & Eccli. 10. diuersos dolos. Vt comprehendat, quæ solent exerceri apud iniquos Iudices, & eorum ministros. Quare timendum est, ne multis eiusmodi comminatio contingat, & iniusta iudicia eorum à Deo seuerè puniantur. Curæ enim est ei ista refarcire, vt expressè dicto testimonio Leuit. 19. habemus, vbi multa congerit spectantia ad iudicia, ait: Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Hæc in iudicijs sæpè reperitur: non enim armis, sed calamo, quot rethnæ inuoluuntur, vt proximus opprimatur. Inde vis nascitur, per quam, manu Iudicis, plurima dilapidantur bona; quia falsum testi-

Leuit. 19.

1. Corinth. 6.

1. Thess. 4.

Theophyl.

Psal. 14.

Leuit. 19.

Helych.

Ubi.

Ibid.

Isaïa 53.

Helych.

Dan. 13.

Platarch.

Leuit. supra.

Helych.

Ambros.

Leuit. 19.

monium probatum iniuste, ad hoc cogit, & tendit. Exponens hæc verba Helychius ibi ait: Quæ enim differentia est apud eum, qui rebus suis caret, siue vi, siue armis, forsitan, aut potentia qualibet, vel per circumventionem iudiciorum, aut fraude, vel quolibet alio simili modo bis careas. Vnde isti fures sunt, qui calumnijs, & falsis testimonijs facultates extrahunt, aliena diripiunt: calumnia enim eò tendit, vt furo veritatis mendacia occultentur, vt iustitia appareat; quod manifestum est furtum. Addit verò Leuit. 19. Ne facias, quod iniustum est: nec iniuste iudicabis. Vbi ministros & Iudices comprehendit: illi enim testium examinatione in infideli scripturæ narratione, in scripturarum occultatione, aut mutatione; Iudex verò in sententiæ interlocutoria, aut diffinitiuæ prolatione, & quia ista solent contingere egenis, & inualidis hominibus addit: Nec consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Causam attende, non litigantium, & contendentium diuersitatem, quod pauper ille contemnitur, quod potens iste honoratur: & iuxta horum diuersam conditionem sententia iniusta proferatur. Vidimus eum, & non habebat speciem, & decorem: nec reputauimus eum, inquit Isaïas. Cur Dominus iniuste, & crudeliter tractatus fuerit, ostendens breuiter Helychius, quid innuat Dominus his verbis docens: ait: Vt per hoc ostendat, personam non debere accipi. Præterea docet, non aspectum litigantium attendendum: nec enim solum Iudici incumbit manus munda gestare; sed etiam oculos, ne sicut illi Danielitici senes, exarserunt in concupiscentiam innocentis Sufannæ, & eam morti tradiderunt iniuste, ne victi viderentur à scemina, nolente eis commiseri impudicè: ita multi iniuste iudicant, si oculos coniciant in faciem pulchram, & non causam disceptantium attendant: vt enim optimè Pericles, cuius meminit Plutarchus in eius Vita, de Iudicum continentia, vt iuste munus suum obeant, loquens ait: O Sophocles, non manus modo, sed & oculos Protoris abstinentes esse decet. Addit præterea: Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, & in mensura, relictis venditionibus in commercijs, de Iudicum legibus, statutis, regulis, & formis iudicandis, quæ exequi debeant, ista accipe: ex iis enim iusta iudicia nascuntur: quod si ea prætereant, & paruipendat, multa iniustissima intercedunt. Rationem reddit Helychius supra: Ne forte bis ipsis, qui quasi termini sunt iustitiæ, ad iniustitiam uiamur.

Est etiam alia violentia maxime execranda in diuitibus, toties in Scriptura minacibus verbis damnata; qui etiam potentia freti, plurima violentissime rapiunt seruentibus, eis negant stipendia laborantibus, & operantibus in his, quæ ad eos attinent, plus laborare faciunt in mercede soluenda, quam in ipsis operibus. Optimè Ambros. 3. Offic. c. 3. Seruorum occultata furti sunt, diuitum verò publica rapina. Nihil apud eos valet ratio iusta; nihil lacrymarum miserorum, mercedem ipsis debitam petentium: quasi indebita essent, & gratuita exposcerent dona; ita acerbis verbis eos à se repellunt, & in dies incuriuntur, ne sudor illorum præmium accipiat. Leuit. 19. præcipitur: Non morabitur opus mercenarij tui apud te usque mane.

Quod autem hoc peccatum graue sit, ostendit Helychius: & rationem reddens, cur visque mane prohibet mercedem operarij manere apud dominum, & debitorem, supponit, hos homines egestate laborare, & post Solis occasum, finito labore, expectare mercedem, vt sibi comparent alimenta. Ergo, si crastino recipiat, quia præterito die, in quo laborem sustinuit, permansit ieiunus, vim percussit, & calumniam passus est.

Si verò hi diuites mercaturam exercent, eorum cupiditatem coercet Dominus, mensuram, pondus, tanquam terminos, quos præterire non liceat, eis constituens, ne iniustam mercium, aut fructuum venditionem exercent.

Leuit. 19. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta, & aqua sint pondera, iustus modus, æquisque sextarius. D. Thom. Opusc. 4. Hoc est etiam contra campsores, qui multas falsitates committunt, & contra venditores pannorum, & aliarum rerum. In his enim prauis mensuris certant aduersus pauperes, qui istis indigent, & ex minutis ab eis ablatis spoliis magnum nascitur, vbi addit Helychius: Quod diuiti possessio agri, & domus est; hoc pauperi mensura vini, & tritici, & panis pondus est, & alia, ex quibus vitam quotidianam ducit. Idem reperit Deut. 25. & vocat veram stateram, verum pondus, verum modium, &c. non solum respiciens ad materialem mensuram rerum venalium; sed ad verba, quibus ea venditur, quæ vera esse oportet. Quid enim prodest, regulam, & mensuram iustam, & æquam esse, si in pretio sit mendacium, & iuramentis tanti stare dicatur; tanti comparatum esse assermetur, cum hoc deficiat à veritate? Audi

Helych. Leuit. 19. Non facietis furtum, neque mentiimini; nec decipiet vnusquisque proximum suum: non periuurabis in nomine meo. Cur hæc miscet peccata, iuramenta cum mendacijs? Ista cum furtis, & calumnijs? Reddat rationem Helychius ibi: Peccata, quam ad se inuicem habeant cognationem, vradit. Attende ad illud Zachar. 5. Ingredietur in domum furis, & periuurij. Non enim duæ domus ista; sed vna, vbi occultantur furta interuentu periuurij: Et rectè, quia furtum operatur plerumque mendacium, inquit Helychius: vt enim emptores decipiant, falsa consarcinant iuramenta, & pretia rerum venalium, mentientes, carius, quam iustum est, vendunt. Sic discedunt citissime: & cum apud omnes opinionem comparent iuste vendentium, quod nullus dolus in mensura, & pondere eorum reperitur; apud Deum iniustissimi reputantur, & damnantur. Hanc vocat Prouerb. 11. & 20. stateram dolosam, sicut in Psalm. 61. 12. Mentes filij hominum in stateris. Statera dolosa abominatio est apud Deum, & pondus æquum voluntas eius. Non enim solum constituit dolum in mensura; sed in fraude, merces plaris, quam valeant, mentientis: hac enim via plurimæ iniuriæ fiunt aduersus iustitiam, & cum onere restituendi: ita mercatores discedunt citissime, & augent mercium cumulum, quod mendacissime res in pretio indebitò constituunt: licet enim contingat merces plaris valere, quam cum emerentur, & cariori pretio vendi iustissime, cum tempus, & occasiones facile mutant harum valorem; tamen frequens mercium expeditio taxanda est, iuxta pretium, quo comparatæ

Ibid.

D. Thom.

Helych.

Ibid.

Idem.

Zach. 5.

Psal. 61. 12.

Prouerb. 11. 20.

parata fuerant, demptis expensis eas asportandi, & cum aliquo moderato lucro, eas vendendo. Hoc iustum est, reliqua omnino damnanda: ad cuiusque arbitrium relinquere mercium valorem, graue nocumentum affert.

In hoc genere vendendi, emendi, commutandi, & mutuo dandi, soluendi debita, cum fideiussione tradendi merces, carius tunc eas impertiendo, quam si soluto largirentur pretio, plurima miscetur peccata, quae ad vsuras, directe, vel virtualiter spectant. Has prohibitas esse iure diuino patet Luc. 6. *Si mutuo dederitis his, a quibus speratis recipere, qua gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus sanerantur, & recipiunt equalia.* Recipiunt, inquit, aliquid ultra sortem; quod iniustum est. Et Psalm. 14. *Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.* Ezech. 18. laudatur vir qui ad vsuram non commodauerit, & amplius non acceperit. *At si vsuram dederit, & amplius acceperit, nunquid viuet. Non viuet, cum vniversa haec detestanda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit.* Quare autem sit peccatum, aliquid ultra sortem recipere, cum accipienti gratum sit, ad subleuandam necessitatem susceptum donum gratificare plus reddendo, quam acceperat; D. Thom. Opusc. 4. rationem reddit, discrimen constituens inter locatas, & commodatas operas, & pecunias. Ex domo, ex equo, ex laboribus oritur lucrum iustum, cum tamen integra eadem res maneat apud possessorem: cur ex pecunia suscepta non licebit mercedem accipere, manente re apud priorem dominum? *Quia aliud est habere domum, & aliud vti domo: vnde potest eiusmodi vsus diuersus a possessione domus aliquod comportare lucrum. At in pecunia non diuersificantur, habere, & vti: sed tunc ea vti, cum habemus: denariis vti, distrahendo, & frumento consumendo; & ideo si vsuram vendis, bis vendis.* Haec ille. Quare nisi ego aliquod damnum recipiam, aut lucrari cessem, si alteri trado pecuniam, aut quod vsu consumendum; possum in contractu hoc damnum exposcere, aut lucrum cessans in conditione refarciendum apponere: non tamen pro simplici mutuo, in quo vtilitas alterius venderetur iniuste. Tunc etiam licet pacisci, vt ista commoda amissa, aut incommoda passa refarciantur, si mutuo pecunia suscepta non soluat tempore praescripto. Deinceps enim vsque ad solutionem poterit peti damnum mergens, aut lucrum cessans; & non soluens tenetur damna inde secutura satisfacere in his commerciis, & contractibus. Quando pretium aliquod assignatur pro spiritali re, simonia dicitur, quae etiam iure diuino damnatur, Actor. 8. cap. & 4. Reg. 5. Grati enim danda sunt, quae gratis a Deo conceduntur; non pecunia, aut aliquo alio modo temporali.

Sunt etiam alia furta, & rapinae ex egenitium oppressione: vi enim vtuntur, aut arte, vt animam esurientem satient: hinc praedones, fures, & homines in syluis, & itineribus, ac montibus alios spoliantes, & vita priuantes, non ob personae odium, sed ob diuitiarum cupiditatem. Minuit tamen Sapiens Prouerb. 6. haec peccata dicens: *Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit: furatur enim, vt esurientem impleat animam.* D. Hieronym. non grandem esse hanc culpam docet, comparatione adulterij, aut ho-

Luc. 6.

Psalm. 14. Ezech. 18.

D. Thom.

Actor. 8. 4. Reg. 5.

Prouerb. 6.

Hieroa.

micidij, de quo postea agit; non tamen a mortali excusatur, nisi adeo necessitas cogat, vt tanquam re communi vtens aliena, ad subueniendam istam, capiat. Tunc si sciens faceret, non peccaret grauiter, si nulla alia via posset damnum refarcire, quod patitur.

Alia furta inueniuntur domestica vxorum, filiorum, familiarium, quae non adeo premunt conscientiam, vt praecedentia; sed ignorantia laborant sic iudicantes. Vxor quandam quotam sibi ad minuta necessaria posset subripere, infcio, & repugnante marito: iniuste enim eam premeret, & necessaria negaret. Similiter filij iuuenes ad eorum subueniendam indigentiam, vt cum similibus agant, possunt, (si a parentibus negentur,) quae necessaria iudicantur personae, & occasioni, & ad licita exercenda, ista capere. Seruis nunquam licet etiam minima auferre, nisi alimenta necessaria, & debita eis negentur, aut onerentur in stipendiis, aliqua eis imponentes, quae non culpa sua perierint: tunc poterunt occulte hanc laesionem reparare. Verum, si iuste cum eis agatur, fures censendi sunt, si aliqua ex domo, & facultatibus, quas praemanibus gestant, subriperint, & ad restitutionem obligati manent: sicut etiam vxor, & filij, si plus insulant, quam iusta ratio moralis exposcit. Et aliis consanguineis, & coniunctis, iniungendum est, ne cognatorum, & affinium bona occulte diripiant. Nulli dubium abstinere oportere a subreptione rei alienae: nullo enim iusto titulo eam rapere possunt, & obnoxij fiunt restitutioni.

§. VI. Arduum restitutionis remedium.

Cum omnia ista iniusta debita petant natura sua ad aequalitatem iustitiae, vt reddantur his, a quibus ablata fuerant, quae potentia id praestare valebit: Quis ab vnguibus, ac dentibus horum leonum praedam extrahere poterit? Rom. 13. inquit Paulus: *Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal: nemini quidquam debeatis, nisi vt inimicem diligatis.* Fundatur enim haec lex in debita proximi charitate: qui enim sibi noller auferri sua, qua fronte audebit alterius propria rapere. Si enim iniucem nos diligimus, ablata iniuste cuique reddemus. Solent diuites ista consumere, opera magna publica construendo, vt domum, palatia, hortos, sepulcra, & his similibus artibus reddere existimant partem eorum, quae raptu acquirerant. Quam ingrata ista Deo sint, satis ostendit Isaias c. 61. *Ego, inquit Dominus, diligens iudicium, & odio habes rapinam in holocaustum.* hoc est, eo fine, & instituto, vt Deo magnifica offerant opera arte elaborata. Cui testimonio addit Eccles. 34. *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimas filium in conspectu patris sui.* Hoc crudele, & iniustum, ingratumque Deo, ita aliena Deo offerre. Quare, sicut inique congerunt ista; ita iniquissime ea expendunt, vt optime docuit Chrysof. hom. 24. in 1. ad Corinth. *Qui querendo opes, restiterunt Deo, expendendo facient idem.* Nec miru, si in his operibus consumant diuitias alienas, qui eo sine saepe eas comparant, vt vanam adipiscantur gloriam,

Rom. 13.

Isai. 61.

Eccles. 34.

Chrysof.

riam, vt publica facinora ex eis praedicent, & in ore, & oculis omnium versari faciant, si regias domos fabricent, si templa construant, si sepulcra magnis sumptibus conficiant. Avaritia enim dicta est a Paulo, *Idolorum seruitus.* Cur hoc? Credo, idola inane quid esse; inde est, quod auari cutores sunt rerum inanum, ad plausum, & gloriolam spectantium. Chrysof. hom. 2. in Ioann. vocat inanem gloriam, radicem, matrem, & fontem auaritia: *Eius matrem, radicem, fontem, hoc est, inanem gloriam, quo nomine recte appellabimus?* Ad hoc enim, & potentia turgent, & fauore Principum elati incedunt: vt enim opprimunt Ammianus lib. 22. Eusebij Eunuchi Constantis Imperatoris mores pingens ait: *Quem ab ima sorte ad vsque iubendam Imperatori, penes elatum.* Elatum, inquit, quali vchit eod tendere eius in Imperatorem potentiam, vt eleuaretur inaniter, ab omnibusque magni fieret. Ita eiusmodi homines, captiui auaritia, & cupiditatis sunt, vt clara opera edant, vnde eis laus, & inanis gloria adueniat.

Ephes. 5. 5.

Iem.

Ammian.

Matth. 8. 28.

Chrysol.

Ammian.

Habac. 2. D. Thom.

Gen. 42.

Cyroll.

Nec vero aliena possidentes, alia via possunt salutem consequi, nisi restituendo ablata, quae adeo obita est, & a Daemonibus custodita, & munita, vt vix aliquis eam transire valeat: acus enim est foramen. Dæmones quidem corpora hominum infestantes, in sepulchrisque degentes per viam illam incedebant, & tentores implentes homines, eis obstacula apponebant, ne inde transirent: *Ita vt nemo possit transire per illam viam.* Num alia erat, per quam peruenire possent ad optatum locum? Minime. Si enim alia esset, eam obstruerent Dæmones. Petr. Chrysol. Serm. 16. *Dæmonum est ista cura, ne ad Dæmones possint reditum inuenire.* Claudis os crumenae, arcam, & thesaurorum male acquiritorum scrinia, ne ad manus dominorum perueniant: nam isti aduersarij omni studio conantur homines auaros, & cupidos bonorum externorum, seruos diuitiarum reddere, & aureis, ac argenteis catenis eos circumligare. Ammianus de Sapore Persarum Rege agens lib. 27. Arfacem inimicum Regem Armenorum captiuum tenente catenis argenteis, & secum ducente addit: *Pauum supplicium astimatur solatium esse.* Ita hi miseri a Dæmonibus captiui tenentur catenis aureis, & argenteis, ac inanibus manuum suarum operibus, vt minus sentiant miserum statum, nec libertatem quaerant, ne vana illa vincula relinquant. Iam supra notauimus cum D. Thom. Opus. 4. illud Habac. 2. *Va ei, qui multiplicat non sua, & aggrauat contra se densum lutum.* Illa aurea catena, hoc densum lutum est, vbi penes merfi intereunt aliena possidentes: duo enim necessaria essent, ad hoc vitandum malum; vnum, & alterum ad reparandum, quae difficultate sua animum praepediunt. Primum, non ingredi, nec finire se ligare hac lutea massa, quae nimis premit, & suauiter detinet. Cyrillus de veritate, lib. vnico, contemplatus est illum Pharaonis ad Iacob, & filios legationem mittentis currus, vt eos asportarent in Aegyptum. Verum hoc dulce carmen incantatorium erat, vt eos captiuos efficeret. Ait ergo: *Itaque, amice, si cum mundana felicitate auidat, labi in peccatum, valde cauendum: siquidem libertatem magni facimus.* Hoc velut e

specula contemplari oporteret, antequam cupiditas allecta rebus sensibilibus, & bonis alienis irretiarit, & debitis oneretur, hoc ligamine pressa, ac inique detenta: ob id enim Gregor. hom. 20. in 2. Ezechielis, docet: *Tenet enim captiuum cor sua cupiditas, & licium suadet malum, quod imperat.* Frequens est, cupiditatem aliquas rationes, & argumentationes fingere, vt his conuicta audeat aliena deprædari, sub necessitatis, aut debiti colore. At, re melius perspecta, furta haec cenuntur clara luce; & tamen reddere ablata non audent. Aliud remedium est istam cupiditatem, quae mentem obscurat, & ad iniqua pacta trahit, a nobis pellere, vt saepe dictum est. Considerauit hoc Theophylactus in illo paralytico, qui a Luca 5. 19. curam eius desiderantibus, immisus est per Marci 2. 4. regulas: necesse enim fuit terram, & lateres tollere, & ligna clauis constricta vi adhibita rumpere, vt locus pareret ad descensum. Sic mens nostra saeculi bonis onerata, a paralyti, qua membrorum vsus impeditur, haud liberabitur, nisi terreas has curas, ac cupiditates a se repellat: *Mens, qua suprema portio nostra est; hac habet multam terram, & luti, negotiorum, inquam, terrenorum: ceterum, vbi hac deponstra, & perfossa in nobis, mentis virtus exonerata fuerit, tunc sanabor.* Serpens inimicus reptat super terram: non enim solum ascendit, aut eleuat caput, non sine causa laqueos tendit hominibus terrenis, vt haec infima ament, quibus eos vinciat, & detineat. Chrysof. hom. in 4. cap. ad Rom. *Quid igitur est ab inferiori loco depugnari? nempe, a rebus, qua infra nos sunt, digladiari.* Sic enim, qua intenderat, assequitur, si terrena ista ita coloret, vt sensibus placeant, eisque demulceantur, ac captiuentur. Remedium ergo est, nos supra ca erigere, & mentem in altum tollere, & vt vilissima ista terrena reputare. Veru, cum ab eis nos teneri videat inimicus, addit Chrysof. supra: *Sic victor enadit, cuius rei ea causa est, quod studium nullu adhibemus, quo ipsi illius plagis aliores nos collocemus.* Emergat ergo ex hoc luto mes humana; ne captiua a Dæmone teneatur iis laqueis, ac retibus. Adeo enim hoc negotium difficile est, vt homines, qui debitis tenentur, non minus iudicent, impossibile istis spoliari bonis, quam si iuberentur viscera effundere. Plutarchus de non foenerando, duos vultures contemplatus est, cadauerem infestantes, & sitim, ac famem ex eius carnibus explentes, quorum cum vnus ferre non posset pondus illius alimoniae, eam euomit, & socio dixit: *Enisceraui inuenior.* At alter ait illi: *Non viscera tua reuicis; sed cadaueris, quod modo laniabamus.* Ita aliena diglutientes, vt sitim expleant, existimant ea reddere, idem valere, ac eniscerari, & partem corporis perdere, cum veru id non ita eueniat; sed potius ex tormentis ad quietem redeant, & exonerent conscientias male habita restituendo.

Gregor.

Theophyl.

Genes. 3.

Chrysof.

Idem.

Plutarch.

Prouerb. 28.

Merito quidem inter alias, quas sustinent poenas, vna est, quod eiusmodi bonis non fruatur, imo & perdant sua, alias iusto titulo possessa, nec perueniant ad haeredes; sed vel ab eis dilapidentur, vel alia via intereant. Ad hoc facit Prouerb. 28. *Qui coarctat diuitias vsuris, & foenore liberali, in pauperes congregat eas.* Non ex eorum intentione; sed ex Dei prouidentia, sicut



Marth. 27. sicut iudae euenit, qui male accepta pecuniam, pauperibus cessit, & peregrinis; cum tamen tale ipse nec cogitaret. Cui consonat Prouerb. 13. Custoditur in isto substantia peccatoris. Quod exposuit Nilo ad Antiochum, his verbis: Ex iniuste habitis occasionem salutis alius suos labores relinquit; & ipse miser rebus suis nihil sibi proficit. Imò saepe Deus è medio tollit diuitem iniustum, vt coaceruata aliena bona, in aliorum cedant bonum. In hoc sensu accipe illud Lucæ, Quæ autem parasti, cuius erunt? Hoc ignorat ipse miser, & Deus scit ea donare egentibus, & necare iniquum possessorem. Chrysostr. m. audi oratione ad Eutropium: An non dixi tibi assidue, fugitiuus esse diuitius? Ecce experientia docuit, quod non solum fugitiua, & ingratis sed homicide etiam sunt. Ac si diceret, occasionem inferunt citæ mortis, vt à prauo possessore transeant in egentium manus: quæ enim ipse noluit reddere, vi ab eo rapiuntur cum vitæ. Nec solum ista mala pariunt; sed etiam propriis nocumentum afferunt: quod notauit D. Thom. dicto Opusc. 4. qui ait: Sunt enim, sicut ignis, paleis aliis admixtus. Iob 15. Ignis deuorauit tabernacula eorum: quia munera libenter accipiunt. Et sibi inferunt damnum, sicut & filiis, quos obligatos relinquunt ad refarciendum damna illata à parentibus; nec tamen ita opere complent. Nazianzen in Exæquatorem ait: Ne miscamus nostras diuitias cum alienis lacrymis, à quibus, tanquam à rubigine, & sinea consumuntur. Ergo mensura constituenda est huic mæri, ne terminos à lege iustitiæ, & charitatis constitutos transilire audeat, & seruari hoc mandatum omnis cupiditatis exterminium.

CAPVT XV.

Circa octauum Decalogi præceptum.

Deut. 5. IN lege iniunctum est Deut. 5. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Hæc lex saepe repetita inuenitur Leuit. 19. Non mentimini, nec decipiet unusquisque proximum suum. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimis eum: non eris criminator, neque susurro in populo. Et Exod. 23. Non suscipies vocem mendacij, nec coniungas manum tuam, vt pro impio dicas falsum testimonium. In dictis testimoniis de Iudicibus agitur, quibus iustam commendatur iudicium: & de testium veritate in iudicio idem habetur Deut. 16. Indices, & ministros constitues, &c. Et cap. 19. testes instruit, & quomodo proferendum sit testimonium, docet. Et cap. 27. agit de eodem iudicio rectè faciend. Licet enim cap. præcedenti, de Iudicibus egerimus, intelligenda sunt iam ibi dicta de iniusto iudicio aduersus facultates: modò, & aduersus honorem iniuste iudicando, & testimonium ferendo contra proximorum famam; quo pacto ista petat, & nulla inuenitur via reparandi hoc damnum, si semel inferatur: idèo tanquam res pretiosa, & supra facultates in pretio habita, & commendatur à Deo, & damnantur, qui in iudicio aduersus honorem proximi certant, & iudicant, falsò tamen Prouerb. 25. dicitur: Lacinum, & gladius, & sagitta acuta, homo, qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Necant

enim honorem, denigrant famam, & obscurum reddunt hominem clarum. Quare D. Thom. Opusc. 4. circa hoc præceptum, aduersari ait tres personas illi, falsò accusantem, falsò testificantem, aut veritatem occultando, aut mendax testimonium proferendo, aut iniquè iudicantem. Hi quidem omnes, & singuli grauiter peccant propter grauissimum inde illatum innocenti damnum: vnde Deuter. 19. inuehitur Dominus aduersus falsum testimonium ferentes, & in iudicio seniorum, si deprehensus fuerit ita testimonium tulisse, ait: Reddent ei, sicut & fratri suo facere cogitauit: & auferes malum de medio tui. Honorem planè Deus defendit, & si opus fuerit, miraculis innocentis famam manifestare consuevit, vt Sufannæ contigit, cuius testes, ac simul Iudices pœna talionis puniuit: vult enim indemnem seruari honorem & candorem innocentiae. Quare Deut. supra: Vt audientes ceteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere, non misereberis eius.

§. I.

Quid detractio, & quàm graue malum.

PRæter iudicium, solent homines loquaces aduersus famam certamen inire multis modis, detrahèdo primò honorem, quasi indebitè possessum. Iacob. 4. Nolite detrahere alterutrum, fratres mei: qui detrahitis fratri, aut qui iudicatis fratrem suum, detrahitis legi, aut iudicatis legem. Quasi vellet idem esse famam rapere, & vi opprimere, ac si legem dānes, quæ iustissima est, & iniquam dicas: talem opus est famam proximi cedere, & eam nulla via lædere, ac denigrare. Interlinealis affirmat, apposuisse similitudinem legis lætæ, & famæ denigratæ, vt graue tale esse peccatum agnoscerent detractores. Ne putaret leue peccatum detrahere legi, esse puniendos, sicut transgressores. Velut exponit Lyra: Opponit se legi: quia facit licitum, quod lex, tanquam illicitum, damnat, & prohibet. Vt peccati huius grauitas innotescat amplius, Rom. 1. Detractores Deo odibiles, adiungit: Quia nihil est ita obarum hominibus, sicut fama. Addit Sanctus Doctor supra, & probat Eccles. 7. Melius est nomen bonum, quàm uaguenta pretiosa. Et Prouerb. 22. Melius est nomen bonum, quàm diuitia multa. Vnde si famam non restituant, saluari non possunt.

His adiungit audientes libenter hos detractores, & non impediendos, cum possint; sed potius ex famæ alterius iactura, voluptatem capientes. Eccles. 28. Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Qui enim seprus est spinis, dolorem sentit, tristitem exhibet vultum: potius ad id, quod paritur, aduertit, quàm ad alterius inepta, & stulta verba: sic enim oportet ab audiendis eiusmodi fabellis declinare, si non absentiam procurando, saltem vultum tristitem exhibendo, quasi plùs doleat de iactura famæ proximi, quàm lætetur de his, quæ aduersus eum comminiscuntur. Prouerb. 25. ad hoc:

Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.

\*\*\*

§. II.

§. II.

Alia damna linguæ recensentur.

ALij sunt susurriones, aut susurratores, qui quæ audiunt, aliis referunt. Et quemadmodum in ciuitatibus sunt portitores mercium, & alimoniarum: ita homines pessimi, quæ alibi accipiunt, diffundunt, & narrant, quod cum eis ignotum sit, grauiter peccant: apud hos enim famam detrahunt absentium, sicut presentium, qui iniquè loquuntur. Eccles. 28. Susurro, & bilinguis maledictus. Sunt etiam blanditores, seu adulatores, qui magnum inferunt damnum, aliam faciè rebus, & personis facientes, vt eis complacent: vnde euenit, vt laudetur peccator in malefactis, vt ea iterum faciat. Pl. 10. & Isaiæ 3. Populus meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Hoc est oleum peccatoris, quod impinguat caput. Pl. 140. hoc est, facit crescere mala, & iudicia errantia confirmat. August. Pl. 86. affert illud Iacobi 4. Miseri estote, & lugete, & plorate, risus vester in luctum conuertetur, & gaudium in merorem, humiliamini in conspectu Domini. Et ait: Qui vobis dicunt, felices estis, sed uocant vos, sicut & de epistola B. Iacobi, Miseri estote, &c. Videris, quæ auditis? Quædo vobis hæc dicentur in regione securitatis? Vtique regio ista scandalorum est, tentationum. Adulatores enim graue nocumentum afferunt, & etiam aduersantur famæ, cum eam concedunt ei, qui meritis caret; & peccant, sicut qui confert dignitatè indigno. Murmuratores alij, famæ censores dicuntur, & addit D. Thom. sup. Hos aduersus Prelos insurgere, eorum facta notantes. 1. Cor. 10. Dānatur hoc vitium: & Sap. 1. Custodite vos à murmuratione, quæ nihil prodest. Quam pulchrè nihil prodesse addit: R e i iam factæ est murmuratio, & hæc ratione nihil prodest. Item, res nò notatur corā eis, qui eā corrigere possint, nec ad aures operatis malū peruenit. Hoc remunerator nollit, & abscondet furtiue machinas suas: si enim prodesset, nò esset vitique murmuratio; sed admonitio, correctio, cōsiliū, reprehensio, quæ omnia iuste fieri possunt.

Hoc præceptum etiā aduersatur mendaciis, quæ sola graue esse possunt peccatū, & leue: graue enim, cum fidei veritatibus cōtradicit. Quatuor mendacium affert secum mala. Primò Diaboli filios efficit: Qui in veritate nō stetit. Secundo, dissoluit hominum societate: quæ enim conuictio, aut cōmercium esse potest inter proximos, si è medio auferatur veritas. Tertio, famā tollit: mendax enim eam talem cōparat, vt nunquam credatur verum affirmare, semper enim præsumitur esse malus. Quarto, animam perdit, vt Sapiens ait c. 1. Os, quod mentitur, occidit animā. Hoc tamen tunc euenit, cum, vti dicebamus, mendacium aduersus fidem certat, aut aduersus mores publicè prædicando mendacia. 2. Pet. 2. In vobis erunt magistri mendaces, qui introducēt sectas perditionis. Et Paul. Act. 20. & 1. Tim. 6. similitè mortale est mēdaciū in proximi graue nocumentū.

Item, qui in Confessione mentitur ob Sacramenti reuerentiam, vel tacendo, quæ fecerit; vel quæ nunquam commiserat, sibi arrogando, erit nonnunquam veniale, si non teneatur cōfiteri, quæ negat, vel falsus fuerit; leue enim nocumentum inde sequitur, & Sacramenti honoris, & veritati Confessionis, vt feratur sententia iustæ: cetera mendacia venialia sunt: timenda tamen, si assuescant homines mētiri, vt inquit D. Thom. Opusc. 4. ne propter consuetudinem ducat ad

A mortale, nò quidem vt mentiendi cōsuetudo id conferat mēdaciis; sed quòd assuetus illis, etiam assuescit iuramentis, & mentiri in rebus grauibus haud difficile est. Vt autè ista accuratius explicemus, primò statuendum est, in verbis, aut signis, vim verborum habentibus, consistere iniuriā, quæ quis de honestate: & sicut per furtum, & rapinam quis amittit bona; ita per eiusmodi verba, aut signa perdit honorem. Triplicem iniuriam in hoc diuisit D. Thom. 2. 2. q. 72. art. 1. & 2. contumeliam, conuictum, & impropetium, quæ saepe confunduntur, & pro eodè habentur: contumelia enim est iniuria illata aduersus honore alicuius, publicè ipsam exprobrādo, aut coram, quod grauius est. In quantum ipse, qui loquitur, iniuste contra reuerentiam audientis agit. inquit art. 1. ad 1. Cum aduersus honorem alicuius culpa obicitur, contumelia est. Si verò imputetur generaliter culpa, & pœna, (quæ etiam vitium dici solet,) cōuictum nominatur. Cum autè repræsentatur minoratio, aut defectus (vt esse pauperè, vilem, communè, & vulgarem hominè,) ab impropetante ab illa miseria extractum, impropetium nominatur, vt Eccles. 20. Exigua dabit, & multa impropetabit. Impropetium expectant cor meū, & miseria: & sustinui. Cum ei opponeretur exiguitas, miseria, necessitas, quàm passus fuisset, & liberatus ex ea ab impropetate, eiusmodi verba iniuriola, si lædant multum honore, & hominem dehonestent, peccatum mortale cēsentur, vt inquit S. Doctor art. 2. in corpore. Ad veniale accedunt, si quæ paruæ astimationis sunt, impropetentur, vt habet ad primum, & tertium, aut persona, aduersus quam ista iactantur, honorabilis non est; sed cōmunis, & vulgaris, quæ apud audientes parum, aut nihil perdit. Etiam excusantur à peccato, si ab habentè potestatè verba contumeliosa proferantur eo fine, vt verecundia, & rubore suffundatur, & corrigatur, vt ab errore cesset. Verum, vt Tullius docet lib. de Officiis: Omnis animaduersio, & castigatio contumelia vacare debet. Ita Dominus Discipulos stultos vocauit, & increpauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis; & nescire quid pererent, respondit: & Paulus Galatas insensatos dixit. Raro (inquit August. Serm. in monte, lib. 2. c. 30.) & in magna necessitate oburgationes sunt adhibendæ, in quibus non nobis; sed vt Domino seruiatur, instemus.

§. III.

Respondendumne sit iniuriam facientibus.

NEC solum dānare oportet, quæ prauis hontiliter machinantur, lingua contumeliā inferentes; sed etiam eos, qui talia patiuntur, armare aduersus eiusmodi linguæ ictus, quemadmodum inquit D. Thom. art. 3. Patientia necessaria est ad mala sustinendum. Ita ad sufferendum verba: Ego autem, tanquam surdus, non audiebam; & sicut mutus, non aperiens os suum. Pl. 37. Verum est, D. Thom. ibi docere, opus esse iis honore vulneratibus, respondere, & satisfacere; modeste tamen, & nò vsque ad excitandam, aut promouendam iram. Primò, propter iniuriā inferentem, & ne audacior fiat, alij damnum patiantur, aut scandalizentur, aut doctrinæ eius vis, acumine suo priuetur, si mala serpat opinio. Quorum vita in exemplo imitationis est posita, debet, si possunt detrahentium sibi verba cōpescere, ne eorum predicationem non audiant, qui au-

Y

dire

*dirē poterant, & ita in prauis moribus remanentes, benē viuere contemnant.* Inquit Greg. hom. 9. in Ezech. Rixa tamen vitanda sunt, si ex vera respōsione timeatur. Sed quis ad ista sufficiet, nisi magna sit virtute prae datus: Difficilius quidem est moderatē, ac cordatē loqui, quā omninō tacere. *Ego autem obmutui.* In silentio enim decoquitur, & consumitur ira; in verbis tamen acuitur, ac accenditur. Idē Ambros. 1. Offic. c. 5. remedium huic malo adhibens ait: *Si respondeas, superiores se factū arbitratur, quia parem inuenit: si enim tacetas, dicitur: Ille conuiciatus est tui: contempisti. Iusti est autem dissimulare, nihil loqui, tenere fructū bonae conscientiae, plus committere bonorum iudicio, quā criminantis insolentiae; contentum esse grauitate morum suorum.* Et cū in vſu sit ad respondendum aliquem mouere, hunc tentatorem vocat, aut tentatoris vices gerentem. *Tentator cū exagitat, plerumque adhibet hominem nequam spiritus, qui hac illi dicat. Sed tu in petra fixum vestigium tene.* Hoc ipsum prosequitur ibi c. 48. causam reddens, cur infirmi respondeant eis iniuriā, & improprium facientibus. *Si crimen obiciat, nō sum tantus, ut sum contentus conscientia mea, etiam si me eius obiectū alienum nouerim; sed cupio abluere ingenui honoris notam, tanquam infirmus.* Verū, ad statum proficuentium accedens, hoc sufferre, & tacere, conuicio & improprio deuorato, etiam si doleat vulnus, oportet. Iosephus ab Amasia iniquē accusatus, testem delictū inducens pallium, ob fugiendum crimen, in manibus eius relictum, aduersus coloratam opinionem, quibus armis certare aggressus est: Silentio, & patientia causam Deo referens, & committens. Basil. de Seleucia orat. 8. *Linguam silere docuit, oculis immortalibus vltionem concedēs.* At deueniens ad perfectorum statum non solum tacendum docet, sed reddendum pro malo illato benedictiones. 1. Cor. 4. *Maledicimus, & benedicimus.* Matth. 5. *Orate pro calumniantibus vos.* Hæc secura medicina adhibenda est iniuriis, & impropriis. Cū autem personæ publicum munus exercent, quorum opinio talibus iniuriis denigraretur, & verteretur in damnum aliorum, (in quo casu procedit doctrina D. Thomæ,) querendum esset aliquod remedium ad hoc euertendum damnum; tale enim esset, si autoritate & grauitate pollens homo, publicē responderet pro offenso: quod liberum, esset à vindicta, & passionum fornitem è medio tolleret, & populo satisfaceret, tantò certius, quantò silentium iniuriarū, plus ad credendum eius innocentiam induceret. Hoc autem curare, malum necessarium est: nam, vt docuit Naz. epist. 43. ad Nicænum: *Neque enim quis sibi tantum vinit, sed & proximo: nec sibi ipsi fidem facere satis est, nisi alijs quoque fides fiat.* Hoc autem conuenientius succedit, cū alij faciunt satis scandalū patientibus, quā cū ipse iniuria affectus responderet. Quis enim etiam culpa dignus non negat ei obiectā iniuriam? Cū ergo hoc commune sit etiā iis, qui culpa haud vacāt, parua satisfactio est pro se respōsū præbere, valēs tamē, si alij de eius honore restituendo solliciti sint.

§. I V.

*Quod discrimen inter detractionem, & contumeliam.*

DE detractione supra meminimus, quibus addenda aliqua restant ad maius huius

vitij remedium. S. Thom. q. 73. art. 1. discrimen S. Thom. assignat inter contumeliam, & detractionem, sicut inter furtum, & rapinam; illud occulte, hæc publicē sunt. Ita contumelia publicē fit, nec veretur, qui sic loquitur, personam eius, quem iniuria dehonestat, quare aduersatur ipſus honori: at detraçtio occulte fit, & non honorem, sed famam minuit, aut tollit. Exposuit hoc Sapiens Eccles. 10. *Si mordeat serpens in silentio, nihil maius habet, qui occulte detrahbat.* Optime planē ad inferendum damnum, & venenum diffundendum, parum, aut nihil interest, quod id fiat publicē, aut in occulto: ita similiter ad præiudicium inferendum in fama, sufficiet, quod occulte, etiam si id ignoret iniuria affectus, hoc malum fiat: nam fama non est ex iis rebus, quæ pendent ex nostra scientia, sed ex aliorum iudicio, quod audita alterius culpa, aut poena, mutatur. Quare, vt ad 2. docet S. Doctor, contumelia & detraçtio in eo differunt, quod illa coram iactatur, & licet solus audiat, contumelia ei fit. At detraçtio fugit personam, aduersus quam loquitur: & quantum publicē dicatur, detraçtio est; cū tamē detraçtus id ignoret; & tunc fama magis dehonestatur, quā si in secreto, talia à detrahente referretur. Quatuor autē modis detrahit quis famā proximi, vt optimē D. Th. d. art. 1. ad 3. vt appareat manifeste, non solum falsum fari, qui mendaciter detrahit; sed qui vera narrat. Primò, detraçtor est, qui mēdacia accumulatur. Secundò, quando peccatum crescit, & plus fingitur, quā veritas exposcit. Tertio, cū occultum reuelatur peccatum, quod tegi oporteret. Quarto, si damnetur intētio operantis, cū opus non valeat adulterare. Ad has notēdi artes accedit indirecta quædam detraçtio, cū vel bonū negatur, vel minuitur, vel malitiosē reticetur; quod proprium inuidētium est. Grauitas huius peccati, cū genere suo mortale sit, iudicanda est ex famæ denigratione: quæ enim locutio, aut parum, aut nihil famam lædit, vel, quia, contra quem tendit, non fama dignus, vel quod illo dicto in communi æstimatione hominum, non eam perdat; vel quod iam ex alijs similibus casibus, ab audientibus noua, eam amiserat; peccatum mortale non est censenda talis detraçtio: si etiam iocosē loquatur, & ex animi leuitate, scilicet, aliqua referēdo ad alium bonum finem necessaria; quauis inde aliquantulum fama detrahat, non erit culpa grauis, vt docet S. Doctor art. 3. d. q. 73. Quod si dignus, vt affirmat ad 1. iam supra diximus corrigentes sibi subditos, quauis aliqua verba proferant famam minuētēs, aut non peccare, aut leuiter. Cæteri verò, qui famā præiudicium inferunt, peccāt lethaliter, licet grauius delinquat homicida, & adulter, qui aduersatur vitæ hominum, & deordinat generationis initia, quā detraçtor; & plus peccet contumeliosus, quā detraçtor; quod ille audaciùs insurgit in personam, iste in famam, vt docet S. Doctor art. 3. Dixi esse peccatum, quod famā denigret detraçtor: quod ita accipe, vt ista debita illi sit, nec cedat eam possidere in damnum publicum, si quis sit famosus Medicus, aut literatus, aut alia arte famam sibi arripuerit; iniuste tamen, cū indodus sit, & rudis, damnumque alijs afferat, absque culpa potest detrahi, & verum manifestare,

Ambros.

Idem.

Genes. 39.

Basil.

1. Cor. 4. & Math. 5.

Nazianz.

Dan. 14.

August.

Ioseph.

D. Thom.

Rom. 1.

Hieron.

Bernard.

Eccles. 10.

stare, ne his technis decipiat. Clarius hoc est in heretico, aut prauam doctrinam seminante, quos præcindere oportet, tanquam membra, quæ contagio alia inficiant. Magnus ille Bel Dan. 14. in veneratione Babyloniarum erat; falsò tamen eam adeptus, deturbatus à Daniele, occulta Sacerdotum, malitiosè composita ostendente, sed & Draconem pro Deo habitum interfecit: quod exponens Augustinus à Glossa morali ibi adductus, de his, qui falsam sibi comparant opinionem mendacis, & apparentibus significationibus ait: *Leo manifeste irascitur, draco occulte insidiatur: fraus, & malitia designatur: & ideo draconem colunt illi, qui per fraudem, & malitiam veritatem subvertere querunt.* Eiusmodi sunt detraçtores, adulatoris, aduocati cupidis, & Iudices iniqui, & consimiles: isti enim ab iniuste habita opinione deturbandi sunt, ne alios lædant. De quodam idolo, cuius cultores Sacerdotes honestatem sceminarum vendebant, refert Iosephus 18. Antiquit. c. 7. quod cū Paulinæ contigisset, cuius pudorem corrupti amantius, sub nomine idoli cum ea commercium habere exoptans, res perueniens ad Tiberium, Sacerdotes vniuersos cum Ida, quæ causa totius fabella extiterat, adegit in cruces; templum autem ipsum funditus euertit; statuamque Isis in Tyberim fluuium iactari præcepit. Perdat malè habitum honorem, qui suis artibus opinionem adeptus, ad decipiendum destinat. Ita eiusmodi exauthorare oportet, ne fama malè patra, alijs noceat.

§. V.

*Audientes detraçtores quā grauitate peccent.*

NON solum detraçtores peccant, cū famæ aliorum bellum inferant; sed etiam eos audientes, prouocantes, applaudentes ea audita, quæ narrat: vt enim docet D. Thom. d. q. 73. art. 4. tales peccant, sicut, qui tale damnum lingua sua facit. Rom. 1. *Digni sunt morte, non solum qui peccata faciunt, sed etiam qui facientibus peccata consentiunt.* Quid enim aliud est, cōsentire, quā prouocare, libenter audire, aridere dictis, & dicenda adhuc gratè auctultare? Idē Hieron. ad Nepotianum: *Cane, inquit, ne linguam, aut aures habeas prurientes, aut alios detrahas, aut alios audias detrahentes.* Pruritas enim vim infert, partem illam virgendi, quæ laesa est. Ita multi prurientes aures habentes optant audiendi auiditate; vt noua, & in proximorum damnum nunciata, ad eos deferantur. Hoc vitandum malum, ne similes fiant in detractione honoris, his, qui talia denunciant. Imò, vt sentit Bernardus, plus peccant, quā primi inuentores, quod in eis placeant, noua curiosè exquirunt, & afferunt, vt pruritus audiendi sedent. Sic 2. lib. de consideratione. ad fin. ait: *Detrahere, aut detrahentem audire; quid horum damabilius sit, non facile dixerim.* Ob id D. Thom. addit d. art. 4. *quandoque hoc magis peccare.* Quare auertenda sunt à detraçtoribus aures, & sepienda. Eccles. c. 28. *Sepe aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire.*

Vt quemadmodum pruritus, manu indiget auertente humore: ita spinæ, quæ dolorem afferunt, aurem remouent, ne eis pungatur, ac laeseretur. Hac vsus est comparatione Paulinus

epist. 1. ad Seuerum: *Ab auribus nostris spinarum sepe munitis, & aera frigida, vel imporumum vacuè culicis murmur excluditur.* Quod si annuamus dicentium licentia, verè in eorum incidimus peccatum, vt optimè Hieron. ad Celantiam docuit: *Nec obreclatoribus auctoritatem de consensu tribuas, ne eorum vitium nuntias amnuendo.* Hinc patet, quare in audientibus sit grauius peccatum, quā in narrantibus: quod si non gratas eis præberemus aures, interiret detraçtio, & velut fomentis nutrirur, & crescit, si eis arideamus. Difficillimum sanè est, nō misceri, nec infici, sic peccantibus assentiendo, cū curiosæ aures ad omnia noua accipienda aperiantur. Questus est Isaias 6. cap. se pollutum inueniri, quod in medio populi polluta labia habentis existeret, à quibus coinquinari haud difficile esset. Rationem reddit Gregor. 3. Dialog. c. 15. *Valde enim difficile est, vt lingua secularium mentem non inquinet, quam tangit.* Sic enim lingua linguam inficit, & illa aures demulcet, & prurientes delectat. Rationem reddit: *Ad quam velut in consuetudine reduti, venimus inuiti; sicque fit, vt ab otiosi ad noxia, à leuioribus ad grauiora verba veniamus.* Ita paulatim audientes vana, curiosæ, leuia, ad audienda nociua parati sunt, & apertis foribus ea suscipiunt. Qui autem tristem vultum exhibet, aut fugit, vitat hoc malum. Non semper possumus aliorum ora continere: si tamen timore, & metu humano non audeat verba interferere, vt defectus alterius non publicentur, leuiter peccabit. Sed aliquando timor humanus ad peccatum graue spectat, vt docuit idem S. Doctor 2. 2. q. 19. art. 1. *Quia timor humanus quandoque potest esse peccatum mortale,* inquit d. art. 4. Quod eueniet, si tenebatur ex officio arguere sic dehonestantem, & denigrantem famam proximi, si sit Dominus, si Superior, & Prælati, si Iudex, si publicus Minister verbi diuini, vt videre est in Epiphano, qui audiens Eudoxiam detrahentem Chrysofotomo, homini ei exoso, magna fortitudine aduersus eam insurgens, cū alijs non esset Chrysofotomi amicus, inquit: *Si est tibi ratio, in Imperatrix, cur hæresim ei impingas? Adstet, & causam suam audiat. Sin autem hæc verba profert causa contumelia, tibi minime assentiatur Epiphanius.* Erat enim Episcopus, & Magister: ad eum spectabat mores prauos corrigere, & infestam foeminam continere, ne aduersus famam Chrysofotomi loqueretur. Serua sapientis consilium, Prouerb. 4. *Remove à te os prauum, & detrahentia labia sint Prouerb. 4. procul à te.*

§. VI.

*De derisione, ac subfannatione.*

INTER alia linguæ peccata numerat D. Thom. D. Thom. 1. q. 75. art. 1. & 2. derisionem, ac subfannationem, quæ tendunt ad erubescendum, & confundendum eum, aduersus quem eiusmodi iaciuntur sagittæ: detraçtio enim famam lædit; derisio verò erubescentiam operatur: si verbis fiat, sic dicitur; si autem naso, aut alio signo ad hominem confundendum, & ad erubescentiam prouocandum, subfannatio. Peccatum quidem est grane: nam Prouerb. 3. *Ipse deridet illuſores.* Cū enim his verbis, & signis aduersus virtutem insurgitur, & nominibus iocosis virtus ipsa damnatur, quatenus audientibus sit ridicula, &

Hieron.

Isaias 6.

Gregor.

D. Thom.

In Hist. Eccl.

Prouerb. 3.



Idem. Isai. 31.

Proverb. 3.

Iob 12.

D. Thom.

4. Reg. 2.

Iustia.

Procop.

Gregor.

Saluanus de vero iudicio.

timent ob eiusmodi derisionem eam amplecti, & tenentes confunduntur, & praepediuntur, aut vt eam deserant, aut hominum oculos fugiant; graue nocumentum inferunt sic loquentes. Vnde D. Thom. dicto art. 2. ait: *Gravissimum est irridere Deum, & ea, quae Dei sunt.* Isai. 31. *Cui exprobrasti? & quem blasphemasti? & super quem exaltasti vocem tuam? Ad Sanctum Israel?* Vnde factas caeremonias irridere, Cōcionatores verbi, Ministros Ecclesiae, iustos virtute, laude dignos, parentes, & autoritate, ac maximè honore dignos; graue peccatum est, si intendatur hos ad ruborem excitare in his, quae merentur laudem, & honorem, & reuerentiam. De parentibus Prouerb. 3. *Oculum, qui subannat patrem, & despiciit partum matris suae, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum sily aquila.* De iustis Iob 12. *Deridetur iusti simplicitas.* Quae quidem derisio valde nociua est. *Quia per hoc homines à bene agendo impediuntur,* inquit D. Thom. dicto loco, art. 2. Ad ludum tamen haec derisio reducit, & ad iocum, & risum excitandum: quo pacto, vel, quia persona habet ad eutrapeliam hanc aliquid salis; vel, quod deterioris conditionis est, & non ruborem excitat; vel, quod pro nihilo ducantur verba, signa, quibus ludas ille exprimitur; leuia ista reputanda. At extat illud exemplum 4. Reg. 2. memoratu dignum, vbi pueros illudentes Prophetam interfectos à feris esse conspicuum est. Quod licet arte excusationem mererentur; quia tamen persona digna omni honore, & reuerentia male tractabatur, poena culpam irrisionis soluerunt. Iustinus q. 80. ad Orthodoxos, idem hoc factum ait, quod patientia non sufficeret ad eos corrigendum; tum, quod horum voces à parentibus didicerant, quos in filiis Deus plexus est. Procopius verò in hunc locum inter alia habet: *Adules etiam insituit, quando neque tenera aetate pepercit: ceterum Deus iniuriam Sanctis illatam vlcisci declarauit.* Et affert exempla Abelis, Abrahæ, Dauidis ab eorum contemptoribus irrisus. Quare expedit summoperè linguam frænare hominum huius temporis, quibus contemptui sunt virtutis amatores, & omnibus modis eos à virtute auellere curant: si virtutem cum aliquibus paruis defectibus miscent, ista extollunt, & indignum esse praedicant, tales Sacramenta frequentare, Ecclesias inuisere, diuinis interessè operibus; eis nomina indigna imponunt, quos insensatos, & simplices, captos esse mente, irrisione maxima indicunt: vt enim odiosa fiat paucorum via, & vel isti eam deserant, vel alij ab ea recedant, ista autumant, & publicè manifestant. Quod notans Gregor. à D. Thom. dicto art. 2. adductus ait: *Qui in aliorum actibus bona exoriri respiciunt, mox ea manu pestifera exprobrationis euellunt: miseri, qui sic persequuntur virtutem.* Et irrisionibus eam detrectant, & velut ludum faciunt talium conuersationem, leuia notando, & verbis exaggerando, mimisque, ac ridiculis signis vilipendendo huius viae homines. Nullum aliud signum Saluanus notauit certae Africae destructionis, & fidei euersionis, quam Religiosos irridere, eos contemnere, & signis, ac vobis, eorum vitam, habitum, gestusque damnare: ille enim irrisor, qui Beatum Ludouicum Francorum Regem imitatus est, collum versùs vnā partem per contemptum

conuertens, ita permansit Dei iustitia vindicāte iusti subannationem. Quare tam viri, quam foeminae, quae ab his impropria sustinent, non eorum verbis attendant, nec ob id à virtute recedant, licet hypocritae dicantur, insensati vocentur, stulti reputentur, & heberatas gerere mentes, aduersarij affirmēt; lapidem mordeant, qui eorum infringat dentes: non enim possunt veram animi virtutem ledere, non eis quidquam detrudere. Quare Seneca lib. de vita beata, ac si hos conspexisset ludos ait: *Gemite, & in-felicem linguam bonorum exercere conuicio: inflate, commoneite: citius multo frangetis dentes, quam imprimeris.* Ille Dauid sic illulus à Michol, & contemptui habitus, quod in Dei, & Arcæ eius honorem se humiliauerit, contumelias citò à se abiecit, & eadem, & viliora facturum affirmauit, vt Dei honori coronam cederet, vt gratum exhiberet ei suarum vitium seruitium: illa enim superba mulier despectui habita à Deo fuit; Rex tamen honoratus, etiam ab hominibus. Naz. orat. 1. Apolog. vt eneruet horum infamantium vires, qui sunt, aduertit: *In quorum linguis virtus versatur, & ad theatrum ducitur, tanquam rea, damnaturque, & pro nihilo ducitur, sunt quidem vulgus pestifimus, homines perditii.* Vt enim inquit D. Thom. q. 73. art. 2. ad 2. non mirum, quod detractio in toto genere hominum inueniatur, cum stultorum sit infinitus numerus, & pauci sint, qui ambulent per viam salutis. Quibus addit Naz. supra: *Non mirum, si apud multitudinem, quae vix aliquid probant boni, (supple, detrahimur,) ac spectaculum nouum facti sumus, non Angelis, nec hominibus, sed omnibus propemodum improbis, & omni tempore, ac loco, in foris, in conuiuiis, in voluptatibus, in iustibus: cum autem etiam ad scenam vsque prodimus, (quod penè lacrymans dico,) & cum impudicissimis ridemur.* In laudem vertit ille quondam aliter sapiens, Henricus VII. quod Lutherus, homo prauus, & iniquis moribus imbutus, male loqueretur de Ecclesiae Ministris: talem enim hominem facem omnium prauorum, potius laudem, quam maculam afferre affirmabat: lingua, qua irridebat, & improperebat viris immortalis honore dignis, eos honore afficiebat. Quare, si eiusmodi irrisiones nascantur à virtis praeditis autoritate, aduersus iustos, grauissimum inferunt damnum, & totam Religiosorum Familiam possunt denigrare, ac proinde peccatum mortale est, talem spargere famam. In vulgi autem opinione, (vt ostendant venenum, quo delibuti sunt, & ore prodant odium aduersus virtutem cōceptum,) nullum gratis spectaculum offerri eis poterit, quam aduersus famam iustorum decertare, & eam percutere, vulnerare, ac dehonestare, vt ait Naz. supra: *Nec vllum tam incundum spectaculum est, quam cum Christianus canillis incessitur.* Oportet tamen à vero aberrare eiusmodi honoris, & famae inscutores, & conscientiam liberam esse ab eorum calumniis, & impropertiis: inde enim pax, omne odium & iram extinguens. Vnde gloriatio in tribulationibus exoritur, vt optimè inquit Hieronymus ad Furiam: *Speaculum mentis est, facies, & taciti oculi cordis facientur arcana. Falsus rumor citò opprimitur, & vita posterior indicat de priore.* Fieri quidem non potest, vt absque morsu hominum, vita huius curriculum quis periret, nisi, malorumque solacium est, bonos carpere, dum peccantium multitudine

Senec.

2. Reg. 6.

Nazianz.

D. Thom.

Nazianz.

Nazianz.

Hieronym.

epist. 10.

Idem.

Idem.

Idem ep. 10. ad Fur.

Nazianz.

Hierona.

putant culpam inuini peccatorum. Iacturam tamen virtutis dolebant Patres prisci, cum huiusmodi malum ab hominibus autoritate pollentibus prodiret: hi enim graue inferebant damnum, & nota inurebant viros illustres. Quod dolenter expressit de se loquens idem Hieronymus ad Pammachium: *Sirusticani homines, & ignari detraherem mihi, tribuerem veniam imperitiis, nec accusationem reprehenderem, vbi non voluntatem in culpa cererem, sed ignorantiam: nunc verò cum differi homines, & liberalibus studiis eruditi magis velint ledere, quam intelligere, breuiter à me responsum habeant, corrigere eos debere peccata, non reprehendere.* Ostendit etiam in his viris, querulas voces potius nasci ex propriis peccatis, quam ex desiderio alios arguendi, & emendandi. Omnis bene ordinata reprehensio, siue occulte, siue publicè fiat, ad hoc tendit, vt è medio peccatum tollat. Ideò Hieronym. ep. 10. ad Furiam ait: *Si verum fama dixit, cesset vitium, cessabit & rumor.* At isti inspectores, & proditores alienorum defectuum, potius teneant inscutores suorum criminum destruere, quam vitii medicinam apponere; & ne ipsi primi horum criminum authores censeantur, quae fingunt, & machinantur, aliis tribuunt, & maximo sui cordis dolore, ac faciei rubore talia audiuisse, & doluisse de eiusmodi hominibus similia dici, & diffundi, & vt eiusmodi nuncij missi à peruerso eorum animo breuiter expediantur, ista referunt omnibus notis sibi, praecipue foeminis, cum praecipites sint, & lingua faciles, ac retinere nouiter audita nesciant, statim aliis renunciat audita, & eos certiores faciunt de veritate, cum acceperint à virtis omni exceptione maioribus, à Dæmonum potius ministris ad maculas spargendas, & notis inurendo viros Religiosos, virtutum amatores, castas foeminas, Praelatos omni laude dignos. Quod notanter docuit Hieron. & similibus artibus vt prauissimos homines nobis innotuit: *Quod ab ipsis egressum est, id ab aliis audisse se simulant iidem auctores, & exaggeratores: exiit fama de mendacio, quae cum ad matronas peruenerit, & earum linguis fuerit ventilata, Prouincias penetrat.* Sic enim larcinis istis oncrata ad notarum domos accedunt, & cum manuum labore possent, ac deberent tempus consumere, lingua vtuntur, & ista in medio statuunt, vt noua afferentes, gratias recipiant, & ludum aduersus virtutem componant. Nec, vt dixi, ista in ore horum versantur, vt malis remedia adhibeantur: sed vt virtus exauthoretur, & fama obscureretur, excusenturque peccata propria. Naz. orat. 1. Apologet. *Alij aliorum peccata obseruamus, non vt lugeamus; sed vt exprobre-mus: neque vt medicinam afferamus; sed vt nouum vulnus infligamus, atque à proximorum vulneribus excusationem vitii nostris petamus.* Possimus tamen eiusmodi respondere hominibus: Demus ita esse, vt iactatur, & publicè praedicatur. Quid enim boni affert, peccatum alterius ita exaggerare, cum non ob hoc ipsi propria deleant, & doleant; nec enim peccatum vnus remedium est peccatis propriis. Quare optimè Hieronym. epist. 48. ad Sabinianum ait: *Quid neglecto vulnere proprio, alios niteris infamare? Esto. Ego flagitiosus sum, vt vulgò iactas, (saltem mecum age poenitentiam. Si enim tibi displicet, quae in alio notasti, cur hac macula non te ipsum indemmum efficias? Carpi-*

aliorum defectus, plenus cum sis grauioribus. Verum, si tua deplorares peccata, nulla de aliorum cura sollicitaret animum tuum.

S. VII.

Sufurationis vitium notatur.

Est & aliud linguae vitium decertantis aduersus famam, & amicitiam, quod sufurratio dicitur. Differt ab aliis, quod pugnat aduersus charitatem, & seminat inimicitias, quae audierat, aut finxerat aliis referendo, vt animos discordes reddat: ob id enim grauissimum censetur peccatum. Vbi Rom. 1. *Sufurriones, detractores,* Glossa habet: *Sufurriones, id est, inter amicos discordiam seminantes.* Prouerb. 26. *Sufurrone subtrahito, iurgia conquecunt.* Et Ecclesiast. 28. *Vir peccator conurbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam.* Et Prouerb. 17. *Semper iurgia querit malus: Angelus autem crudelis mittetur contra eum, id est, malus nuncius, qui referat ea, quae ad iurgia, & inimicitias prouocandas conducunt.* Et c. 18. *Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia pronocat.* Optimè hos stultitiae notat, quod nesciant discernere proferenda verba, nec agnoscere, quam graue inferant nocumentum, si ea afferant, quae acceperunt; & audientis animum turbent, & accendant. Nec differt bilinguis à sufurrone: imò auget malum, quatenus ille, quasi gemina vtens lingua, hunc commouet aduersus alterum, & quae ab eo acceperat, defert alteri, vt etiam cum ad iram, & odium prouocet. Quare Ecclesiast. 28. *Sufurro, & bilinguis maledictus: multos os turbauit pacem habentes.* Et Ecclesiast. 5. *Denotatio pessima super bilinguem: sufurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia.* Quare censuram huius vitij apponeus D. Thom. q. 74. art. 2. supra contumeliam, detractorem, & alia vitia famam denigrantia, constituit sufurrionum damnum, quod auferat maius omnium bonum, cum fama, amicitiam, videlicet, quae innititur bonae opinioni, quam de alio amicus hauserat; & cum aliter appareat se habere, ex his, quae ad ipsum attulerat insurro, & fama perit, & amicitia dissoluitur; cum enim amicitia praeremineat super alia bona externa, vt docet Philosoph. 8. Ethic. c. 1. & Ecclesiast. 6. *Amico fidei nulla est comparatio, idè sufurratio est maius peccatum, quam detractio, & etiam quam contumelia,* ait D. Thom. supra. Quare Prouerb. 6. ait: *Sex sunt, quae odit Dominus, & septimum detestatur anima eius.* Quid autem hoc septimum sit, exprimit, eum, qui seminat inter fratres discordias. Quare prudentia docet, talibus hominibus nihil fidendum, quod possint aliis deferre. Aug. epist. 5. ad Hieronym. ita fatetur de inimico ex amico facto: *Quarati sibi potius, quod fingat aspectus: non inueniat, quod prodatur iratus.* Ideò etiam aliquibus tanquam amicis, occulta cordis prodenda sunt; non tamen ea, quae aliis nociua fuerint, ne ista criminentur, & ad eos mittantur, ait item: *Aliena peccata sibi commissa non prodant: quae prodi timeant, ipsi nulla committant.* Cum enim falsum quid à maledico fingitur, aut omnino non creditur, aut certe integra salute sola fama vexatur. Pauci enim sunt, qualis mater ipsius, vt ipse confessus est Augustinus, quae multa cum audisset aduersus alias foeminas

Roman. 1. Glossa.

Prouerb. 26.

Ecclesiast. 28.

Prouerb. 17.

Prouerb. 18.

Ecclesiast. 28.

Aristot. 1. Ecclesiast. 6.

Prouerb. 6.

August.

Idem 9. Confess. 9.

nas ab iratis, & iniuris indignatione iactata, ait ipse: *Nihil tamen alteri de altera diceret, nisi quod ad eas conciliandas valeret. Malum quidem, ait, erit ex amicis hac via inimicas efficere. Verum laetum erit, & multo maius (quod mater praestabat) ex inimicitibus salibus ad pristinam concordiam reuertisse.* Illud enim bilingues, & sutores praestant; hoc secundum cordati, & inimicitiarum fibras rumpentes: ubi autem hoc vitium cauendum est, nisi inter domesticos? ad maiores enim, serui, famulae, deferunt mendaciter, quae fingunt, vt gratum se praestare eis obsequium arbitrentur, & eiusmodi technis eas aduantes aduersas aliis reddunt, vt sic loquentes, se gratas exhibeant. Hoc damnatum experta est eadem Monica, quae ancillarum furris ad focrum falsa; aduersus eam deferentium, multa passa fuit: vt illa patiens tacebat, & obsequiis mendaces illas fuisse probabat: focus autem his signis conuicta, vltro filio suo (marito Monicae) mendaces linguas famularum prodebat, quibus inter se, & nurrum pax domestica turbabatur, expeteretque vindictam: at ille eas flagris caedere iubebat, & focus placere sibi ista monstrauit, addens: *Promisit illa talia de se praemia sperare debere quaeunque de sua muris sibi, quo placeret, mali aliquid loqueretur, nullaque iam audiente memorabili inter se benevolentia suauitate vixerunt.* Sic enim rixae componendae sunt, & domesticae discordiae ortae ex prauis bilinguium ingenijs, vt ita gratiae reddantur his, quibus aduersae partis narrant defectus. *Audiuo, ait Paulus 1. Cor. 11. 18. inter vos scissuras, & ex parte credo.* Attende, quam pederentim Apostolus, quae audisset, naret: nec enim audeat non credere, mendaces iudicans talia ad eum deferentes, & potius sutores eos denunciatis, quam verorum nuncios, nec credere dicit, ne damnate videatur pacem fratrum, si forte integra esset, & nulla scissura diuisa. Quo fine ista sic scribit? Chrysostom. ibi hom. 27. sic ait: *Ne dicerent, quid si mentimur, qui calumniatur, neque dixit se credere, ne faceret impudentiores, neque rursus non credere, ne videretur temere increpare; sed ex parte credere eos reddens dubios, & anxios, & eos vocans ad reddendum correctionis.* Hoc nos instruit modo, ne faciles simus in credendo, quae asseruntur ab alijs; forte enim intendunt sutores amicitias rumpere; sed omnia audientes, quae iusta sunt, credamus, & prudenter examinemus, an calumnia, talis locutio sit, & rumpere tentet nodos amicitiarum, an verum contineat, vt remedium adhibeamus.

S. VIII.

De murmurationis vitio, & quorum sit.

Inter tot linguarum mala accedit murmuratio; quae quidem multis in locis damnata est. 1. Cor. 10. *Neque murmurabitis.* Philip. 2. *Omnia facite sine murmuratione, & hesitatione.* quae solet, vt d. Opusc. 4. docet D. Thom. vigere inter Religiosos, murmurantes, & notantes Praelatorum, & maiorum facta, & mandata, praecipue cum tales non omnino censentur digni imperio; sed in multis inferioribus ipsis eos vincere, vt notauit August. epist. 142. ad Demetriadem;

August.

*Quod tunc vixque nasci solet, cum aut iniqua sunt, quae inueniuntur, aut iubentis minus digna persona est.* Ad Regis imperium nemo murmurat. Prater ea nascitur ex inuidia, & superbia; nollemus enim aliorum facinora clarere, ac valere, ne nostra obscurarentur, vt idem August. notauit ad Fratres in Eremo, Serm. 26. hortans eos, vt ista deponant vitia, ait: *Nam murmurare, detrabere, vel despicere, hypocritarum conditio est, & ignorantium. Murmurare denique, & detrabere hypocrita non sicutiatur, de omnibus maledicens, vt ipse solus a cunctis predicet beatus; omnia iudicat, vt nemo sit, qui eum audeat iudicare; omnia despiciit, vt ipse solus sit, qui ab omnibus aspiciatur.*

Non dubium, murmurationem esse eorum, quae nota sunt obloquentibus: si enim ignota essent, non murmuratio; sed detractio diceretur: verum, quia notantur prauo fine, vt persona vilipendatur, & parum curentur eius mandata, graue esse potest peccatum. Quod non obscure significauit factum illud Num. 12, vbi murmuratio Mariae, & Aaron aduersus Moysen, lepra punita fuit, & septem dierum poenitentia omnibus nota: id enim lepram significasse noauit dicto Serm. 26. August. quod apparet, cum culpa eius publicatur. Designatur etiam hoc peccatum non leue censendum; sed graue ex poena infligta. Addit August. *O quam grande periculum est, non solum dicere falsa, sed & vera praedicare, piosum, & dubium est. Verum tamen haec quae his fratribus imputatur culpa, non murmuratio dicitur, sed detractio: Quare igitur non timuisti detrabere seruo meo Moysi? Detractio tamen, praecipue aduersus Ducem, & Dei vices gerentem grauis culpa est: vt enim notauit ibi Orig. *Nubes quoque recessit, quae erat super tabernaculum.* Causam exponit: *Vt ostendatur: quia, si est in aliquo gratia sancti Spiritus, & obrectat, & detrabit, recedit ab eo post obrectationem, & lepra repletur anima eius.**

In hac enim proprietate, loquendo de murmuratione, praecipue caput, cum inuicem loquentibus nota sunt, quae iactantur, peccatum graue esse non potest, nisi ignota etiam profertantur, vt si damnetur intentio operis, & ad fines humanos, & prauos, quae alias ex virtute procedere credendum est, facta reuocentur, quod alteri ignotum fuerit. Tunc iam transit ex murmuratione in detractioem, & ob id id d. cap. Num. 12. haec culpa ex poena imposita, & Dei indignatione, & obiurgatione grauis censenda est: forte enim Maria, tanquam foemina linguarum facilis, aliqua fratri ignota reuelauit, quae graue constituerunt eius culpa. Licet enim Theod. q. 23. in Numer. plures cogere rationes, quare sola Maria lepra infecta fuerit; non tamen Aaron, cum murmuratio communis fuerit. Credo illam excessisse; foemina enim, praecipue cum ignorantia laborent, lingua volubili, & velut ancipiti gladio acuta, solent etiam secreta, & in intentione, ac mente clausa, aperire, & ad sua accommodare ingenia. Quare inquit August. d. cap. 26. *Attendite, Fratres, vt non murmuratores, vel loquaces simus; sed veraces: quia in superfluo eloquio peccatum deesse non poterit, nec omnino veritas adesse.*

Grauitas etiam huius vitij apparet, si murmuratio, vt dicebamus, Praelatos inficiat: licet enim defectus habeant, ab inferioribus haud notandi sunt. Gregor. in Registro 12. indict. 7. *multis*

Gregor. multus

1. Cor. 10. Philip. 2. D. Thom.

August.

Nam. 12.

August.

Origen.

Theodore.

August.

Gregor. multus

multis hoc probat, & exemplo Mariae confirmat: addit tamen: *Facta suorum Episcoporum, vel Praepositorum, oris gladio non sunt ferienda, etiam cum recte reprehendantur: quia a praedecessoribus accepimus, vt omnes pastores suos non facile reprehendant, nec eos criminari, vel accusare presumant: quia cum in Praepositos delinquimus, eius ordinationi, qui nobis eos praetulit, obuiamus. Vnde Moyses, cum contra se, & Aaron conueri populum cognouisset, ait: Nos enim qui sumus: Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Deum.* Exod. 16. exponens Ambros. illud 1. Cor. 10. *Neque murmurabitis.* habet haec, quae explicat, quid sit murmuratio: *Murmurare est falso ad inuicem de Praepositis, & Recltoribus queri, quantum ad mentem loci pertinet. Addit: Hac enim via accepta murmuratio, graue esse potest peccatum: cedit enim in Deum, qui hos elegisse censendum est.* Idem Ambros. lib. 10. epist. 82. cum referat punitionem ambientium primatum aduersus Aaron, indignum ipsum iudicantium tanto honore ait: *Sacerdotio fungi indigni uellent, & propterea dissiderent, quod immurmurarent, improbant in Sacerdotis sui electione iudicium Dei.* Quare, vt supra dicebamus, haec murmuratio Deum tangit, cum tangentes suos ipsum feriant, ac vulnerent. Addit tamen Ambros. in dict. cap. 10. *Illam definitionem respondere testimonio allato; ideo grauem censendam, verum solere murmur fieri ex iusta causa.* Salmem cum vera referuntur, & inter ea scientes, nec intentionem iudicantes, nec occulta, & honorem, aut famam detraherentia referentes, non peccant grauer.

Haud dubie murmurationem saepe permitti a Deo, vt sic multa vitentur mala, quae infenso pede currebant. Argumentum sume a cap. *Ones Pastorem.* 6. q. 1. vbi Pius Papa ex hac praua radice, aliqua enasci bona docet, nempe, ne elati a virtute decidant, arbitantes bonam apud homines opinionem possidere. Ita contra multi ob murmur notorum, & vicinorum, peccandi occasiones deponunt, & ab incepto resiliunt, ne fama nota cum culpa denigretur, si serpat verbum, & ad plurimum notitiam perueniat. Verum, vt inquit D. Thom. art. 4. q. 73. ad 3. hoc bonum non ex intentione nascitur murmurantium; sed ex Dei ordinatione, qui ex quolibet malo elicit bonum. Quot enim homines, ac foeminae, si possent latenter peccare, Deum haud timerent, iudicem suorum facinorum, & semel concepta opinione, & cepta murmuratione, deficiunt ab incepto itinere, ne defectus suos, scientes, prodant, & publice manifestent; qui quidem saepe eo fine ista obmurmurant, & larrantes pandunt, vt notauit Nazianz. oratione 2. de pace: eo enim sine audiunt summa oblectatione aliorum defectus, & non raro ab ipsis male operantibus: *Vt oblata occasione aduersus eum, qui concredidit, euomat, atque effundat.* Ideo domestici testes solent arma attripere aduersus intra lares, & tecta in occulto peccantes, & eorum linguam, quam acuit vindicta, aut ira, Deus assumit ad impedienda cepta mala. Hieron. epist. 47. quandam alloquens virginem ait: *Nec miretis, si ancilla, & seruuli de vobis ista confingant, cum mater quoque id ipsum queratur, & frater; separentur domus vestrae, ne maledici homines sub vno tectulo vos manentes lectulum quoque criminentur habere commune. Sic*

Exod. 16. Ambros.

Idem.

D. Thom.

Nazianz.

Hieron.

Psal. 82. 17.

enim implet Deus faciem ignominia ob murmurationem, notorum, vt quarant veram salutis viam, & peccandi occasiones euellant.

CAPVT XVI.

Circa nonum, & decimum praeceptum.

Ad eum purum esse cor nostrum Deus in desiderio habet, vt non modò maculari operibus prohibeat; sed etiam desiderijs, quae concupiscentia, & cupiditates vocantur: illarum rerum externarum, istarum venerearum oblectationum. Ista prohibentur his duobus mandatis. Deut. 5. *Non concupisces uxorem proximi tui, non domum, non agrum, non ancillam, non bonum, non asinum, & vniuersa, qua illius sunt.* Non peccat desiderans ista, quauis aliqua concupiscentia feratur in ea, nisi quatenus dominis talium bonorum damnum infert, desiderio concepto, ea rapiendi, aut alia iniqua via tenendi. Ita praepcepta ista damnum vitant proximorum, sua concupiscendo, ne inde ad opus inlequendum deueniant. Iacobi 1. *Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus, deinde concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum;* non quòd ipsa peccatum non sit, sed ad partum, hoc est, opus, quod implet, & perficit rationem peccati, hominem adducit.

Habes plura testimonia aduersus cupiditatem venereorum Eccles. 25. *Nere spicias in mulieris speciem: & non concupisces mulierem in specie.* Id est, si abstineas ab aspectu, etiam longe eris a concupiscentia. Matth. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiscendam, iam moechatus est eam in corde suo.* Ex visu enim ad desideria fouenda armatur appetitus, & in mentis conclauum malè operatur. Rom. 13. non solum ait, *Non adulterabis;* sed, *non concupisces.* 1. Theff. 4. 1. *Thess. 4. Hac est voluntas Dei, &c. vt abstineatis vos a fornicatione, vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione, & honore, non in passione desiderij.* Vbi desiderium solum posuit, & passionem nominauit, quo sanctitas animae interiit, nesciens eam sanctam possidere, si passione obrueret rationem, feratur quis desiderio in vetera. Iob 31. *Faedus cum oculis meis pepigi, ne cogitarem Iob 31. quidem de virgine.* Et recensens, quae perderet, si ista admitteret desideria, addit: *Quam enim parrem haberet in me Deus, si deceptum est cor meum super muliere?*

Arceatur etià animus a cupiditate rerum externarum. Isaia 1. *Principes, & Iudices damnans, Omnes, ait, diligunt mihiera. & cap. 5. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis.* Eccles. 18. *Eccles. 18. Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere. Si prestes anima tua concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.* Psal. 9. *In sidariur, vt rapiat pauperem.* & 61. *Rupinas nolite concupiscere.* Actorum 20. *Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiat.*

Fundatur autem haec lex in legislatoris delictimine. Homines solum valent prohibere externa opera, aut verba, quòd solum ista norint, & aijs nocere possint: Deus autem huius legis Author, rimatur corda, scrutans corda, & renes Deus. 1. Reg. 16.  *homo videt ea, quae parent: 1. Reg. 16.*

Deut. 5.

Iacob. 1.

Eccles. 25.

Matth. 5.

Rom. 13.

1. Theff. 4.

Iob 31.

Isaia 1.

Eccles. 18.

Psal. 9.

Actor. 20.

1. Reg. 16.



Deus autem intuetur cor. Quare non solum externa, & sensibus nota prohibet mala; sed occulta refecat cordis.

Concupiscentia, aut cupiditas, vti diximus, tunc est mortale, cum tendit in proximi graue nocuum: veniale tamen erit, si paruum sequi pratenderet. Verum, quanuis res in communi concupiscenti possunt, abstinendum est ab hoc pessimo desiderio, quod probat D. Thom. Opuſc. 4. pluribus rationibus. 1. Timoth. 6. Qui volum diuites fieri, incidunt in temptationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa, & nocua, que mergunt hominem in interitum, & perditionem. Concupiscentia nescit terminum, nullo satiatur bono, implet animum, & a diuinis auocat, aufert pacem, & animi tranquillitatem, bona sibi desiderat inutiliter. Eccl. 14. Viro cupido, & tenaci sine ratione est substantia. Aduersaria est iustitia, & charitatis, & radix efficitur omnium malorum: quare refecanda est a corde, ne ex ea tot pullulent mala.

§. I.

Cogitationum cura adhibenda ad concupiscentiam sedandam.

AT de concupiscentia rei venereæ multa dicenda forent, si circa sextum mandatum non essent tractata. Inimicus domesticus est, intra lares nostros habitans, carnem excitans, ac accendens: si enim sentitur, nullum, aut leue peccatum est: si vero dominetur, aut regnet, imperetque membris, desideria promat; graue peccatum est: quanuis nulla arte insequatur præda: satis enim est, voluntarie vel le malum, vt vulnus animæ infligatur. Cauendus est adeo molestus hostis, oculos ab aspectu concupiscentis boni auertendo, consuetudinem cum eodem fugiendo; oratione, & ieiuniis, ac temperantia corpus, & spiritum armando: si enim hostis certat, & caro ipsius partes sequitur, necesse est, ne duo fortiores euadant, huic vires infringere, eneruare eam, & refrænare, deliciis dura apponendo, & faturitati famem velut pharmacum adiungendo. Hæc ex D. Thom. d. Opuſculo 4. accipe.

Hæc præcepta non facile seruantur; sed sapissimè difficilior, quam ea, quæ opera petunt, aut ab eis arcent, & non raro ignoratur culpa, quæ in cogitationibus, & desideriis stat: nam initia peccatum non sunt: at, si voluntas absorbeat a delectabili bono, haud difficile est, consensum præstare. Optimè Richardus in Psal. 25. exponens illa verba: Non sedi in concilio vanitatis. de cogitationibus accipit hoc concilium fieri; quæ molestè animam aculeis torquent, prius vt consulant; at citò mutantur, determinantes, quæ vellent fieri. Concilium vanitatis est, quod vana, & inutilia proponunt, vt anima à vigore virtutis deficiat sub necessitatis colore. Quotiescunque enim video, huiusmodi conuenire consiliarios, non sedeo, non quiesco; sed mentem excutio, nunc ad operationem, nunc ad orationem confugio: citissimè enim huiusmodi vana signa declinanda sunt. Cum enim cupiditatem radicem vocet Apostolus 1. Timoth. 6. adhibenda est falx ad radicem, vt omnino pereat amara hæc malorum origo. Isidorus lib. 2. sen-

tent. cap. 41. Si ergo succiditur radix criminum, non pullulant caetera soboles peccatorum. Quare non contentus Richardus supra, non sedere cum concilio vanitatis, amplius desiderat, vt hos molestos fugiat consiliarios: Bonum non sedere: etiam bonum nihilominus non introire; sed potius declinare consortia iniquitatis. Hoc adhibendum remedium est, vt omnino intereat: inimicus enim expectat, quomodo eiusmodi cupiditates pellantur, aut hospitentur: si enim videt nos cum his vulpeculis, aut catulis ludere, statim accurrit, & molestos ingerit flammularum ardores, vt ipsas fortiores reddat cogitationes. Et vigilans in malum nostrum, qui torpet in bonum suum: cum enim huius nulla prematur cura, totus est in temptationibus accendendis, & fouendis. Optimè Richardus in cap. 1. Canticorum, exponens: Inuenerunt me vigilantes, qui circumeunt ciuitatem. de vigilia Daemonum ad nocendum, & impediendum initia nostra, accipit: Sic contendit pro homine, & ille pro se non vigilat, sed torpescit. Desiderare cepit Eua vetitum cibum; necem fratris, Cain; luxuriam, Salomon; Achab, prædium Naboth: quis ista compleuit desideria? Isidorus supra: His ergo inspirationibus Diabolus corda hominum occultis deprauat cupiditatibus: nam, qui desiderio cupiditatis exesunt, flau diabolica inspirationis vruntur.

Quare initia hæc, claudenda sunt, viarum, quibus inimicus iniecit semen suum, ardorem, videlicet, & vim quandam sensilem, quæ appetitus desideria, & cupidinis inflammet: inde fit, deuenire ad opera: ex illa enim acrimonia intus percepta, quasi cogitur, & ad consensum, & ad exequendum desiderata mens egeat virtutum. Sæpè iniqui mala, quæ concupiscunt, assentiuntur: Quatenus de affectu mali desiderij, fortius puniantur, inquit Isidorus: id est, fortius cruciuntur, & torqueantur. Querit Hieronymus de virginitate ad Demetriadem, cur Apostolus gladio comparat spiritus arma, & accipiti, id est, vtraque parte acuto? Responsum tale præbet, necessarium esse, spiritum vigilem habere, vt statim, ac sentiat prauam insurgere concupiscentiam, fibras eius refecet, & impediatur, ne vltra progredi valeat. Est autem tenuissimum, atque perfectum, vt assuescat animus sollicita semper, per vigilique custodia discernere cogitationes suas, vt vel bonas cogitationes alat, vel frustim extinguat malas. Statim, inquit, ne vires sumat, ne caput extollat, ne crescat. Neque enim expectandum est (addit Hieronymus supra) augmentum eius rei, que timeri debet à paruo, & que tanto facilius vincitur, quanto citius repugnat. Pulchrè ait, à paruo timenda eiusmodi ignita iacula: nam quedam scintilla inter stupam versans ignem citissimè concipit, totum exurit linum, & ei propinqua consumit: adeo enim procliuus natura est ad ista fouenda, adeo materia parata, vt ignis subcreſcat, & vires comburendi accipiat. Præcipuè hæc regula seruanda, cum iam homo expertus est his initiis ad maiora deuenisse, & captiuum factum hoc femine iactato viriorum: terram enim feracem huius pessimi seminis portat, quæ citò fructus suos explicet. Captiuam feminam, & lepra percussam, radere capillos iustum est in Leuitico: quod exponens Beda in Lucam 21. de eiusmodi cogitationibus, quæ lepra infecerant animam, & captiuam reddiderant

D. Thom. 1. Timoth. 6.

Eccl. 14.

D. Thom.

Richard. Psal. 25.

1. Timoth. 6.

Isidor.

Richard. Cant. 5.

Genes. 3.

Genes. 4.

3. Reg. 21.

3. Reg. 11.

Idem.

Hieron.

Idem.

Dent. 21. 12.

Beda.

1. Timoth. 6. Luca 8.

Theophyl.

Psal. 102. Prosper.

Idem. Exod. 10. 22.

Ambros.

D. Thom.

rant liberam, sic habet: Stultorum prauorumque, quasi Dei aspectibus indigna radice operum, cogitatio paritendo debet excidi. Ipsæ enim molestæ cogitationes, quanuis ad maiora non peruenirent, impedimento sunt diuinis virtutibus imbuedis, & veritatibus obediendis: vt enim Paulus ait de cupidis, vt supra retigimus 1. Timoth. 6. Incident in temptationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa, & nocua. Ideo in via seminat Diabolus, vt citò rapiat bona cogitata à corde, & sua semina ad profectum perducatur: qui enim instat via, diuersa fouet desideria, fauere non potest, seminantis semen bonum, desiderio: quare Theoph. in cap. 4. Marci ait: Via est mens malarum cogitationum motu vicia, ne verbi semen in ea germinare sufficiat. Quo pacto vestigia sua relinquit, menti impræta inimicis, & prauis cogitationibus eam exagitat, ac molestat.

§. II.

Quibus armis certet concupiscentia.

VPliciter decertat aduersus spiritum eiusmodi cupiditas, aut concupiscentia, (vt supra diximus.) Vno modo blanda, & carnis amica, amabili reddendo, vt flammam amoris incendat, & animum exstinct: idè cor nostrum, terra comparatur, esca Daemonum, & ipse reptat super eam, vt eiusmodi stimulet incendia. Psal. 102. Memento, Domine, quia puluis sumus. Prosper de promissionibus, & prædict. c. 3. terram, pro puluere posuit, rationem reddens: Terrenis enim cupiditatibus inbiantes, anima terra similes comparantur. Ideo electus cibus huius serpentis est eiusmodi delectationes excitare, & carnem amare, ac reuelare aduersus spiritum, his incendiis fortem effiendoci. Duo enim assert hæc cupiditas mala, notanda. Primum, quòd obscurat rationem: quare antiqui Cupidinem, oculis vitæ clausis pingebant, vt hanc significarent cæcitatem. Secundum, omnia operata, & quasi muris obstantibus clausa, nuda proponit: sic enim tenaciter ea contemplantur, & amat: nulla enim vestis, nullum tegumentum, nulla clausura ei obtitare poterit, quin omnia penetret, & nuda, ac propinqua sibi obiciat. Primum docuit Prosper supra, cap. 36. nonam plagam immisam Aegyptiis densarum tenebrarum huic cupiditati carnis accommodans: Nihil enim in mæcho remanet luminis, quòd non totum occupent ferale tenebra. At secundum notauit Ambros. Serm. 10. status primæui honestatem contemplans, quando nulla nuditas indecentiam pariebat, sed omnia vestita apparebāt cogitationi, talia negligent, quæ denudet turpitudine: Erat apud honestas mentes, nuditas ipsa vestita: sicut enim turpis cogitatio, concupiscens, vestibus non arceatur: ita apud Sanctos honesta simplicitas ad concupiscendum nuditate non arabitur. Nec parcat claustris, nec honestis, ac modestis virginibus, nec absentibus, nec impossibilibus; sed omnia decolorat, ac deturpat, omnibus oblectatur, & fruatur, si effranis feratur per campos pulchrarum feminarum. Quare contrianda, & arcenda est, vt ex D. Thoma Opuſc. 4. dicebamus, primò oculis clausis, ne his apertis exaccetur mens: adeo enim virus istud potens est, & efficax, vt ab

oculis animum feriat. Basil. de Seleuc. orat. 6. Num. 25. de filiis Israël à feminis Madianitis captis, ait: Cùmque armis vincerent, oculis labebantur: hostibus cum superiores essent, formarum iaculis vulnerabantur. Claudenda sunt lumina ista, ne cupiditas in prospectam pulchritudinem inardescat. Aliud adhibet remedium D. Thomas supra huic malo, nempe, fugam occasionem, ne propinquitas damnum afferat, & irritet appetitum, cupidum delectabilem. Optimè Ambrosius 1. Offic. c. 17. Iosephum laudans, & castitatem eius prædicans addit: Castus ita, vt ne sermonem audire vellet, nisi pudicum, verendum, usque ad fugam. Id probans exemplo satis noto illius, qui Aegyptiæ manibus elapsus est, ne ab eius inficeretur contactu. Quod enim Eua illa cū viro fecit, hoc sensus nostri cum spiritu operatur: illa appetit veritum, gustauit mortem, & comparem ad eam traxit, eandem escam ei præbens, aduersus quam clamat Basilius de Seleucia orat. 3. Quid agis mulier? Iussa es virum fouere, & ad insidias peruenisti? Formata es in vita societatem, & mortis conciliatrix inuenta es? Ita planè sensus nostri veritum degultant, & menti suggerunt, vt de eo comedat, in eoque oblectetur per cupidinem, & mortem experiatur peccati: qui enim focij, & subiecti sunt, sunt prædones, & furum focij, vt anima deprædentur bona: cæcum enim ducem, & exploratorem sequens, non sicut Augustinus de se loquens, incertus de errore; sed certi præcipationis sequimur ductum sensuum, & sensulium proximitatem, si eis rebus amiciemur, quæ mortem contagio suo afferunt. Ille ait 8. Confess. cap. 8. sui appetitus sequens desideria: Non quidem certus in ea, sed quasi proponens ea

Auguſt. ceris, quæ non pie gerebam; sed inimicè oppugnabam. Periculosiùs nos sequimur sensuum propoſita bona, & inimicè oppugnamus virtutem, & animi tranquillitatem. Quare frenandi sunt eiusmodi satellites, ne ministrent voluptatis fomenta. Cur Dominus Matth. 5. Si videris (dixit) uxorem proximi tui, &c. nisi vt prospectum nostrum arceret à contemplatione alieni decoris, & foris vinceretur, quòd semel conceptum, fortè vinceret, & vinceret animum? Saluian. lib. 3. de gubernat. sic hunc exponit locum: Extinguere eas penitus foris voluit (cupiditates, scilicet,) ne intus orirentur, & verbaliter crescentibus fibris, conualescerent fortasse in animo, si germinassent in visis. Paucissimi enim sunt, qui valeant semel concepta reprimere, ac proxima repellere. Quis sicut ille Abraham, qui mille obſitus difficultatibus, inter hostes se dedit, & in medio periculorum, ne Deo iubenti resisteret? Rationem reddit Ambros. 1. Offic. c. 24. Vicit enim appetitum ratio, & obedientem sibi præstavit.

Nec minus molestat animu rerum sensibiliu cupiditas, (iste secundus cuneus concupiscentiæ est,) quæ superbiæ vitæ seruit, & sæpè magis, quam carnis; quòd fraudes suas coloret, indigentia; familiæ alendæ debito; quòd multa possidere non sit culpa; quòd concupiscentiæ fræna laxare, alienum sit à vitio, si non malis medijs, & omni amota industria quarantur. Nec arretit iste anhelus animus, curis onerari, & vexari, & imponere humeri: incomportabile pondus, ad suffocandum spiritum, ne diuina

D. Thom.

Genes. 29.

Genes. 3.

Basil. Seleuc.

Auguſt.

Saluian.

Gen. 22.

Ambros.

**Luc. 8.** diuina tractet, sitiat, at desideret. Diuitias dominus spinis comparauit suffocantibus uerbi semen. Parentibus in maledictionem venit, terram eis has germinare, & tribulos. Quod exponens Glossa, de curis, & anxietatibus prementibus animum, ut istis saturaretur cupiditas, ait: *Qua, nisi extirpata proiciantur, suffocant uerbum Dei, ne in homine faciat fructum.* Nec solum diuitiarum spinæ sunt; sed earum cupiditas: ista enim vexat, fatigat, affligit spiritum. Cur Moyse cum Deo in solitudine agenti, iubetur deponere calceamenta: non enim indecens erat hæc gestare in pedibus: Theodoretus q. 7. in Exod. rationem reddit, calceamenta ista sollicitudines, & curas significare terrenorum, quæ ad diuinam impedimento sunt: *Ut sollicitudines saculi abiciantur, huic mortali uita adherentes.* Nec immeritò Dominus, ob stare puellæ resurrectioni turbæ, & tibicinorum concursum docuit, omnes excludens à cubili. Beda in 5. Marci, ita Domino docente abiiciendæ sunt turbæ cogitationum, desideriorum, rerum terrenarum; ne animus succumbat, & mortuis similis reddatur: *Quia si non prius à secretioribus cordis expellatur secularium multitudo curarum, anima, quæ intrinsecus iacet mortua, non resurgit.*

**Theodoret.** Necitem attendent eiusmodi concupitores bonorum terrenorum, sitim inextinguibilem passuros, si huic cupiditati fores aperiant, & anhelii fiant externarum diuitiarum. Quis unquam satiari hanc potuit cupidinem? cum enim cor Deo solum ad plenum contentum sit, omnia præter ipsum inania cum sint, ipsum vacuum relinquunt, & minimè implere possunt; quare sine termino extenditur cupiditas: quod apprimè docuit Isidorus lib. 2. sentent. cap. 41. *Nunquam satiari nouit cupiditas: semper enim auarus eget, quantoque magis acquirit, tanto amplius querit; non solum desideria augendi cruciatur, sed etiã amittendi metu afficitur.* Nec aliter de hoc negotio iudiciũ fert Richard, qui in Psal. 27. de his cupiditatibus insatiabilibus sic fatuit: *Adsum subito cogitationes prauas, assurgit affectiones peruersa: consilium accrescere censius, querere reditus, docent extendere prædia, erigere palatia, monent tributa Regum ambire, munuscula pauperum non despicere, copulare agrum ad agrum, coniungere domum ad domum, monent dilatare sinitias, magnificare phylacteria, &c.* Eiusmodi planitiem, & montana currit velociter effrænis cupiditas. Hos increpat, tanquam insaturabiles, Isai. 5. *Ve, qui coniungitis domum ad domum, & agrum ad agrum copulatis usque ad terminum loci.* Quod si longior esset, ad eum perueniret cupiditas, quam exaggerat idem Isidorus supra: *Plerique potentes tanta cupiditatis rabie inflammantur, ut de consiliis suis pauperes excludant, nec habitare permittant.* Cum enim horum sit sine fine cupiditas, etiam pœna dilaturatur, & extenditur, ut idem docet Propheta: *Propterea dilatauit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino.* Qui enim nullum cupiditati suæ concessit, etiam ad pœnam sine termino Infernus dilatat viscera sua, ut doceat, non solum in Inferno ista pati, sed in præsentis sæculo, Inferni similitudinem secum gestare, ob rabiem cupiditatis, & insatiabilem eius magnitudinem. Hoc expressit Iosephus 15. de Antiquitate, cap. 11. de Costobaro Idumæo, homine ditiffi-

**A** mo agens, & eius insatiabili cupiditate legem omnem iustitiæ contemneret: *Quibus paradisi nunquam non intentus, ne à turpibus quidem lucris abstinebat; nimirum, nihil mediocriter uoluit in animo.* Quod autem horum Infernus sit ipsa cupiditas, exemplo docet Florus lib. 3. cap. 11. de Crasso, cupidissimo homine, qui ad Parthorum manus deueniens, cum eos opprimere uellet, ut eorum frueretur diuitiis, ab eis ira plexus est: aurum potabile in os eius, & ventrem immittunt, quo miser satiatus interit: *Ut cuius animus arserat cupiditate; eius etiam mortuum, & exanguis corpus, auro ureretur.* Sed Ambrosium audi, hunc diuitum, & cupidorum Infernum probantem 1. Offic. c. 12. *Ipsa, quæ uidetur, etiam dum uiuunt, impiorum requies, in Inferno est: uiuentes enim in Inferno descendunt. Vides conuiuium peccatoris: Interroga conscientiam eius: nomen grauius fetet omnibus sepulchris? Introspice ulcera, & vibices animæ eius, cordisque iniquitatem. Ecce qui sic dilatant sitim diuitiarum in infinitum, eorum Infernus dilatat os suum, ut eos cruciet, & affligat.*

§. III.

Cupiditatis libertas ut frano contineatur.

**N**ec minuit, sed auget huius feralis appetitus malum, quod eiusmodi diuitiarum cupiditas, eas extrahit à proprio fine, & ita eas sibi uolunt, ut nulli profint: cupiditas enim animum constringit, & omnia defutura machinatur, ut miserum reddat cupidine allectum; & nec sibi, nec aliis sufficiat abundantia. Quare, ut inquit supra D. Thomas, extrahunt diuitias à propria ratione, & sine, nempe, ut abundantia vnus suppeticas ferat indigenti. Richardus supra cupidos carpens: *Ad pradandum porrectas, (manus, scilicet,) ad dandũ aliquid contractas, omnia accipere, nulla erogare, hospitalitatem non amare, elemosynas defraudare.* Hoc monet, ac docet auaritia solum attendens cupiditatis leges seruare, quæ aduersantur charitati, & potius de miseris aliorum lucrum reportant. Gregorius de barbarorum incurfione, auarorum, ac prædonum notat, & deflet cupiditatem: eo enim tempore inimicorum incurfui ciuitas spoliata manserat; isti uerò cupidi non cogitabant de subleuandis, sed de augendis miseris vicinorum: *In tempore autem incurfionis, in tanto luctu, tantisque fletibus, ausos esse aliquos, tempus, quod omnibus exitium affererat, existimare sibi esse lucri tempus, est hominum impiorum, & Deo inuisorum.* Achan quidem hostium bona rapuit, & confessionem populo peperit, Iosue 7. ar isti: *Qui uerò non sunt, ea, quæ sunt fratrum, lucro pernicioso lucrifaciunt.* Non enim alia eos tenet cura, nisi propria exquirere commoda, ut suæ satisfaciunt cupiditati: ut enim refert Iosephus 1. de bello, cap. 9. cum Iulius ab interfecto cecidisset, infurrexerunt cupidi homines, non bonum, & honestum reipublicæ querentes; sed suæ satisfacere concupiscentiæ. *Propria spe quisque ducebatur ad id, quod existimabat esse commodius.* Ita isti solum propriam utilitatem suscipiunt, & ab ea feruntur in præceptis: aded impia

impia hæc fera est, ut reportet lucrum, uirtutum uicio commutet, & inuidiæ rabiem temperet, desiderio bona augendi. Contigit hoc fratribus Ioseph, cuius intentatam necem commutarunt pretio uenditionis: quod exponens Basilius de Seleucia orat. 6. sic habet: *Amor pecunie, necis excussa cogitatione, Iosephum, eodem cum illis satum editum, a morte in apertam seruitutem uendicauit: ita solet inuidia cum inuis humaniter agere.* Ut enim sibi acquirat aliquid insatiata cupiditas, aliis parcat uitiis; & cum uidetur misericordiam exercere, crudelius necat, seruum faciens fratrem, & lucrum de eius lacrymis reportans. Nec dubium, pauperes liberaliores esse, quam cupiditate insatiabiles amatores diuitiarum: quauis scrinia plena, & horrea abundantia redundantia possideant. Contemplatus est hoc Ambrosius 3. Offic. c. 14. in illo 4. Reg. 6. quando leprosi egressi de ciuitate, & fame intereuntes, ad Syrorum castra peruenerunt; noluerunt inuentam prædam, reticendo, sibi seruari; sed omnibus communem facere: *Cum soli possent prædæ incubare; elegerunt tamen, Regi nunciare, fugisse Syros: quia id honestius arbitrabatur, quam represso indicio fouere fraudis rapinam.* Si enim auari homines essent, nec sibi sufficere tot inuenta bona crederent: at egeni, liberi à cupiditate, ea concedunt. Quod confirmat Iacobi factis: cum enim aded egeret, ut sibi arte compararet ferula, ut propriæ necessitati confu-leret, adueniente famelico fratre, ea ei largitus est, ne auaritia præpeditus, cibum magis indigenti negaret. 1. Offic. cap. 24. *Delectabatur utique alimento secundum naturam; sed secundum pietatem cessit petito.*

Franda ergo rerum pretiosarum cupiditas, quæ ad fastum seruit, & ut quis caput erigat supra alios, abundantique bonorum factus, eos contemnat, huic superbiæ uicio seruientes intumescunt, & diuitias aggerant. Notauit Philo libro, quod omnis prob. liber: *Vanitas fastum colens; pro Numine, profunda maris penetrat.* Non contenta rebus communibus, & quæ ad manum habentur; sed transmarina, aut quæ omnibus ignota sunt: at in pœnam tam exquisiti laboris ex concupiscentia ortum habentis, ista, quæ à communibus exorbitant, pereunt, & facilius, quam alia, corumpuntur: qui enim in deserto à lege communi aliorum hominum, sua cupiditate ducti, auctiora alimenta congregare ausi sunt, statim ea uerbis scatentia inueniebant, & frustra laborasse, præmiumque suum recepisse cupiditatem cernebant. Quod eleganter probauit Prosper de promissionibus, & prædictionibus, cap. 39. de cupiditate loquens, quam arcere cupit Paulus 1. Timoth. 6. *Contenti enim sumus uictu, & tegumento: nam, qui uolunt diuites fieri, &c. Volunt, inquit, non qui sunt: satis enim est ad ista experiendum mala, uoluntatem, & desiderium cupiditati associare. Addit Prosper: *Hæc est puuedo, & hi uermes eorum, qui peruenit mundo, cupiunt suas angere diuitias, nec sunt diurno pane contenti.* Nota, non sunt diurno pane contenti: id est, communi alimonia: sed insueta, & exquisita ambiunt, & congregare cupiunt, ut factum insimulent, & luxuriantes incedant, ab aliisque disseminentur; cum tamen, quæ sic am-*

bitiosi congregant, sint citò peritura. Quod notauit Ambrosius 1. Offic. c. 12. probans, aded Ambrosius infelices esse diuites, ut suorum bonorum hæredem non habeant. Cui consonat uox illa Luca cap. 12. 20. è celo missa: *Quæ autem parasti, cuius erum? Quasi ab intestato decedens, nullum relinquens necessarium hæredem. Se ipse luges, & sine hærede futurũ iudicatur, cum imitatores sui, successores suos esse noluit. Nulla enim hæreditas peccatoris.* Quare isti non congregare intendunt; sed potius exinanire usque ad fundamenta, & citò consumere, quæ alter magna auaritia, & labore immenso, aggerauerat. Valeat ergo ista molesta sollicitudo, & contenti paucis, frænemus desideria, & cupidinem nostram: sic enim quieti degemus, & moriemur, Deo subdentes nostra, sicut & nos, ut ipsum assequamur in præmium. Ita ergo de charitate loquens Paulus 1. Corinth. 13. ait: 1. Corinth. 13. *Non inflatur.* Respondeat Gregorius 10. Moral. Gregor. cap. 8. *Quia, cum premium interna retributionis anxia desiderat, de bonis se exterioribus non exaltat. Contra uerò uacui sunt Dei bonis, qui inflantur, & superbo fastu incedere cupiunt. Quibus annectit Paulus: *Non est ambiciosa. Quia quò ardentius in te ad sua satagis, foris nullatenus aliena concupiscit. Non querit, quæ sua sunt. Quia cuncta, quæ hic transitorie possidet, uelut aliena negligit, cum nihil sibi esse proprium, nisi quod secum permaneat, agnoscit.* Sic frænandæ cupiditates, & concupiscentiæ, ut animus ad altiora, & futura bona assuescat, & auidè quærat, quibus contentus, & hic uiuat, paucis bonis possessis, & oblectationibus carnis abiectis, & aeterna requirens, ac sperans, in eis felicitatem ueram reponat.*

CAPVT XVII.

Circa quinque præcepta Ecclesiæ.

**E**st alia præcepta, præter recensita Decalogi, omnibus Orthodoxis est notum: siquidem Deus fidelibus iniunxit Ecclesiæ obedientiam. Matth. 18. *Dic Ecclesiæ.* interpretantur Chrysof. hom. 61. in Matth. Basil. in Basil. Constit. moral. c. 30. Theophyl. Euthym. in Theophyl. 18. Matth. Ecclesiæ nomine Præpositos & Rectores. Ecclesia enim, uelut corpus quoddam est, suo capite, à quo gubernetur, ornatum. Ita Paulus omnium fidelium cæterum uocat corpus, quod capite suo gaudet, & ab eo regitur, ducitur, continetur, ac punitur, ut recta incedat uia. Rom. 12. *Sicut in uno corpore Rom. 12. multa membra habemus; ita multi unum corpus sumus in Christo; singuli autem aliter membra.* Christus ergo caput, & uices eius gerentes idem munus obtinent. 1. Corinth. 12. idem repetit. 1. Pet. 5. Principem Pastorum uocat, huius Ecclesiæ gubernatorem, & præsidem. Ioannis 21. Matth. 16. ibi pascere oues, & agnos, Petrum iuber: hic autem esse petram, & habere clauas regni cælestis ad apertendam, & claudendum, affirmat Dominus. Hæc igitur Ecclesia, prout in Præsulibus, de quibus Bernardus 2. de consideratione ad Eugenium ait: *Bernard. Tu Princeps Episcoporum: tu hæres apostolorum: tu primatu Abel gubernatu Noë, Patriarchatu Abraham, ordine Melchisedec, dignitate Aaron, authoritate*

**Luc. 8.**  
**Genes. 3.**  
**Glossa.**  
**Theodoret.**  
**Beda.**  
**Isidor.**  
**Richard.**  
**Isai. 5.**  
**Isidor.**  
**Ioseph.**

**Florus.**  
**Ambros.**  
**Ambros.**  
**Idem.**  
**Richard.**  
**Gregor.**  
**Iosue 7.**  
**Ioseph.**

**Luc. 11. 20.**  
**Idem.**  
**1. Cor. 13.**  
**Idem.**  
**1. Cor. 12.**  
**1. Pet. 5.**  
**Ioan. 21.**  
**Matth. 16.**  
**Bernard.**



ritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, &c. Quanta fulgeant potestate declarat, & ob hanc duces & gubernatores ceteros fidelium sunt, eos instruentes, non solum doctrina scripta, sed etiam traditionibus Apostolorum, & priscorum Patrum, & tandem imbuentes preceptis, quae ecclesiastica vocamus, seu Ecclesia.

§. I.

De primo precepto Ecclesiae.

Quinque recensentur praecipua Ecclesiae praepcepta. Primum statutos Ecclesiae dies festos celebrare. Habetur in Conc. Lugdun. p. 4. cap. 14. & in 2. Matifconensi cap. 1. Moguntino can. 36. & 37. Secundum, sacrum Missae Officium diebus festis reuenter audire. Concil. Agath. can. 41. & 21. Concil. Triburic. can. 35. I. Aurelianense can. 28. Tertium, ieiunia certis temporibus, diebusque indicta seruare, canone Apost. 68. Concil. Grangren. can. 19. Ignat. in epist. ad Philip. Concil. Mogunt. sub Carolo Magno can. 34. & 35. Salegustadiense can. 1. & 2. Bernard. in vigilia Sancti Andreae, Tertull. lib. 2. ad uxorem. Quartum, peccata Sacerdoti proprio, annis singulis confiteri. Et quintum, factosandam Eucharistiam, ad minimum, semel in anno, idque circa Festum Paschae sumere. Concil. Lateran. mag. sub Innocentio III. can. 21. Tridentinum sess. 14. can. 8. & 13. sess. can. 9.

Haec igitur sunt in praepcepto, non quod sine illo fieri prohibentur, vt desides homines machinantur; sed saltem iniunguntur omnibus fidelibus, & vt vna appareat Ecclesia, in vnitare actionum sacrarum, certis diebus, certo tempore, constitutarum, vt impleatur illud Pauli 1. Cor. 14. Omnia honeste, & secundum ordinem sicut in vobis.

Vt ergo aliqua circa haec quinque praepcepta notari digna digeramur, singula contemplemur, quorum primum est, dies festos colere: quod accedit ad illud tertij Decalogi praepceptum, de quo supra actum a nobis, satis, superque, vt a laboribus seruilibus, certos, & statutos dies liberemus. Differt tamen in hoc, quod ibi Exod. 20. pro populo Hebraeo certa Festa seruanda, otio sancto sacrata, recensentur, quae ad nouam non spectant Ecclesiam; sed solum quae a primo capite, nempe, Summo Christi Vicario, manant, & quae a singularum regionum Praelatis declarata sunt, esse obseruanda sub praepcepto. Quare non satis est consuetudine esse festum diem introductum, nisi ea talis sit, vt valeat, sicut praepceptum, obligare sub peccato mortali: nec enim omnis consuetudo tanto cum rigore cogit ad obseruationem Festorum. Nec item satis est, voto esse firmatum diem obseruandam, si alij denuo loca illa occupent, qui tale non emisissent votum: est enim obligatio illorum qui voto se abstinerunt; non tamen eorum, qui cum illis corpus reipublicae non composuerunt. Si tamen accederet Praelati praepceptum, & confirmatio promissi Festi, satis esset ad omnes ibi commorantes obligandum ad sui obseruationem.

Primo, abstinendum est a Iudaeorum Festis, ne cum iis in figuris conueniamus. Ita praep-

Conc. Lugd. Marisc. Mogunt. Conc. Agath. Triburic. Aurelian. Conc. Gangr. Ignat. Conc. Mog. Salegust. Bernard. Tertull.

Conc. Later. Trident.

1. Cor. 14.

Exod. 20.

ptum est a Paulo ad Coloss. 2. Ant. Xeomenia, Coloss. 2. n. 6. aut Sabbathorum, quae sunt umbra futurorum; corpus autem Christi. Rom. 14. Gal. 3. Col. 2. eadem prohibentur: quid enim opus est figuras tenere, si corpus habemus? Concilium Laodicense c. 29. anathemate ferit ista seruantes.

Secundo, Festa Christianorum aliis diebus, sanctiora censentur, & sacratiora, & pars quaedam diuini cultus: ideo Patres ea discriminant a reliquis diebus. Ambrosius Serm. 62. Dominica nobis venerabilis est, atque solennis. Augustinus Augult. praefat. in Epist. Ioannis: Quia nunc interposita est Solemnitas sanctorum dierum. Et lib. 26. contra Faustum, cap. 21. Populus Christianus memoriam Martyrum religiosa solemnitate concelebrat. Leo Serm. 12. de Quadrag. Pascha vocat Festum Festorum, & celebritatem celebritatum. Sed, quomodo ista obseruanda sint cum religioso cultu, exponens Aug. lib. contra Adamantum, cap. 16. illud ad Rom. 14. Alium indicat diem inter diem, alius omnem diem. ait: Haec dies, vt eos arguat, qui ad solum otium attendunt, non ad spiritum in Festis residentem, vt diuina celebrentur, & honorentur Sacramenta; sed quia intelligimus, quod festa pertineant, non tempora obseruamus; sed quae illis significamur temporibus. Vnde multi more Hebraeorum, summam Festorum in eo ponunt, vt tunc vacent ab operibus seruilibus; qui tamen rite ea celebrant, apponunt diuinis interesti mysteriis, ea contemplari, Deo laudes reddere, & gratias referre.

Iustissima esse praepcepta, & obseruanda, quis negare audeat, nisi Haereticorum fax, omnia, velut immunda animalia, maculis inspergentium: & ideo obligat hoc praepceptum in conscientia, & sub graui censura, semoto omni contemptu, & scandalo. Quare etiam occulte transgredientes illud, peccarent, nisi ad id necessitas cogeret, de consilio Doctorum: cum enim iure diuino mandatum sit, aliquos dies seruare, quis hos determinare valebit, nisi Ecclesia? Hieron. in ad Rom. 14. Ne inordinata congregatio populi fidem minueret in Christo, propterea dies aliqui in Christo constituiti sunt, vt in vnum omnes pariter veniremus.

De obseruatione Dominicae diei, Paschatis, Pentecostes, Natiuitatis, & Apostolorum Petri, & Pauli, multa habes apud Cardinalem Bellarminum tom. 2. lib. 3. de cultu Sanctorum, a c. 11. & 16. Priscorum Patrum fuit illa venerari Festa, Clementis I, vt Petri, & Pauli, & Martyrum Clem. I.

Sed notandum, aliud esse institutum Festum, aliud obseruandum sub praepcepto; latius illud, hoc strictius: multa enim habemus Festa, quae non seruantur sub mortali: quia, vt vno in loco sub praepcepto sunt, in aliis minime: & etiam tempora mutantur obseruationis, pro vt Praelatis succedentibus placet: qui enim indicit Festum, potest ipse, & successor, delere mandatum. Si tamen stent, & durent, ab omnibus colenda sunt, saltem spectantibus ad illius Praelati ouile, & de longè venientibus, pro vt ibi degunt. De quo plura Theologi, an, videlicet, de nouo adueniantes, & locum non tenentes pro mansione, eo die teneantur audire Sacrum, & orari.

§. II.

§. II.

De secundo praepcepto.

Secundum Ecclesiae praepceptum est, in his festiuis diebus Sacro interesse: de quo egimus in tertio Decalogi praepcepto. Conc. Agath. c. 47. Missas die Dominico secularibus totas audire specialiter ordine praecipimus: ita vt ante benedictione Sacerdotis egredi populus non praesumat: quod si fecerint, ab Episcopo publice confundantur. Alia notauimus supra testimonia. Cum inquit totas audire Missas oportere, sic accipere: Primum, vnicam solum praecipere, & priuatam, & in priuato loco recitatam. Secundum, moraliter reputandum esse vnicam, & integram: nam, si pars deficit, vel a principio, vel a fine, quae parua reputaretur, Missa tota censenda est. Tertium, quauis haec integretur ex duabus, a diuersis Sacerdotibus celebratis; cum tamen vniam componant, quasi ab vno audiretur; & temporis solum intercedens inter vtranque partem, non sit tanta, vt moraliter continuata dici nequeat, etiam erit tota, & integra Missa, praecipue si nulla alia celebratur, propter angustias temporis, aut Sacerdotum penuria. Addendum est, totas audiri, si semel in eadem Ecclesia plures celebrantur intentione ad omnes extensa, cum ad sit in loco habili, & moraliter sit praesens, & attentio feratur in Deum; omnes illas suas facere potest, ac si successu temporis dicerentur, & eis assisteret. Finis autem est, tum, vt homines affluant diuina contemplari mysteria; tum, vt Missae fructus carpant; primum, vt Deo gratias omnium Sacrificium libent; denique, vt orationi, cum conueniant in Deum ad eam exercendum dicatam, vacent: ex ipsa enim Missae auditione ad longiorem deuenitur orationem; vt ad audiendum sacrum verbum inde etiam occasione arripiant: si enim in Ecclesiis ad Sacrum audiendum non conuenirent, haud facile esset ad reliqua, quae non sunt sub praepcepto, homines conducere.

Nec satis est Missae interesse; sed addendum fuit, deuote, vt actum religionis exerceant: res enim, locus, populi conuentus, id exposcent, vt aliis sint exemplo, Deo gratiam exhibeant feruitorem, debitumque honorem, vt etiam locus sacer, diuinis destinatus, sua non priuetur sanctitate. Dominum tuum decet sanctum. Si hoc commendatur secularibus, diuinis assistentibus, quid censendum erit de ipsis Sacerdotibus, qui tam proxime ad Deum accedunt, & illius populi Sacrifici sunt, & Ministri, vt eum reconcilient Deo, interuentuque eorum plurima accipiant dona: opus enim esset, eos pudere, coram tantis populo quidquam agere, quod indecens appareat, rem peragentes sacram. Magi illi a Deo percussi interuentu Moysis, sceleribus scatentes, fugiebant Regis, & aliorum conspectum Exod. 9. Nec poterant malefici stare coram Moysse, propter vlcera, quae in illis erant, & in omni terra Aegypti. Rationem reddit Theodoretus q. 12. in Exod. Pudebat enim eos vlcibus affligi, & sibi ipsis non posse succurrere. Vtinam sic Sacerdotes uerecundia continerentur, cum similes defectus recognoscunt, fugientes hominum conspectum, & latebras quarentes, ne plagis pleni viderentur, potius ad contemptum, quam ad intuen-

Conc. Agath.

Roman. 14.

Idem.

Hieronym.

Bellarmin.

Clem. I.

Psal. 92.

Exod. 9. 11.

Exod. 9.

Theodoret.

tium laudem. Supra dicebamus Num. 12. percussam lepra Mariam, non Aaronem, cum ambo, socij, & compares essent in culpa. Causam reddit idem Theodoretus q. 23. in Num. Leprosus secundum legem, immundus erat; Aaron autem radix erat Sacerdotum, & origo: propterea patrem ei poenam non infligit. Nolens Deus notare Sacerdotem, ne immunditia eius, oculis omnium pateret. Haec sollicitudo esse deberet apud omnes, praecipue cum munus obeit ad eum diuinum, vt eis visis omnes ad eorum formam componerentur, & maxima cum deuotione adstant diuinis.

His enim praecipue diebus interesse Sacro oportet, ad implendum praepceptum. Nec enim alio fine in Ecclesia noua (vt dicebamus) instituta sunt festa, nisi vt quemadmodum sacrificiis nullum alium ipse Dominus reportat fructum, nisi bonum nostrum: ita huius festiui diei nullum exquirat, nisi quod hoc fruamur mysterio, & memores sumus Dominicae passionis. Quando solebant offerri Sacrificia, quae offerentibus onus, & pensum erant, cum sua Deo donarent, videri posset aliquibus, talibus egere muneribus, & ideo exposcere animalium, & altitium paraturam: sed, si quaeramus, cur ista essent in desiderio, Basil. de Seleu. orat. 4. de Abelis, & Cain sacrificiis agens ait: Non quod cupiditati gratificetur: nullius siquidem Deus egeris est; sed vt offerentium mentis instruat. Et primo pro Sacerdotibus haec responsio valeat: non enim vult Deus, eos sacrificios esse, vt cupiditati locum cedant, non vt pensum oneris reportent, vt lacris hinc nient; sed vt deuotioni se uiuant, & mens eorum in diuinis, & quomodo agere cum Deo oporteat, instruantur, & ad alios deueniendo.

Si enim cum oneri erant offerentibus Sacrificia, in eis non lucrum proprium Deus desiderabat, qui nullius egeret bonis, quid de illo sacrificio dicendum, & sentiendum est, quod totum in Dei cedit expensas, ipse oblatio, ipse offerens? Liberavit enim omni suspitione auaritia sua sacrificia, & ostendit, quam totus sit in bono nostro procurando, cum solum velit deuotionem actuere, & instruere homines in rebus diuinis, ne vacui appareant in conspectu Domini; sed tanto referti bono, liberè petant, quae exoptant. At nos omni vacui deuotione, cum aditamus altari, imitatur Caini animum, Sacrificium offeretis, de quo idem Basil. Carens anima, sanctum offert Deo. Tales enim coram Deo apparemus, mortua Sacrificia libantes, cum careant deuotionis, & spiritus vita, & anima; attendentes etiam tunc ad humana; & minime diuina, quae iacent ibi, contempentes. Nec forte quid significet sacrum illud opus, intelligentes: consuetudo enim mortuo modo audiendi Sacrum, adeo inolenit in omnes, vt apertis signis, quam alieni sint a diuinis, prodant. Ideo, credo, antiquitus erat in vsu Missae aduentibus communionem impertiri, vt illa ad hanc sacram actionem disponderet animum. Quare modò communicaturis hoc accidit, quod magna cum animi attentione, Sacris interfunt. Audi hoc in illo Lucae 11. qui ab amico media nocte quidē, tres panes petiuit, & addit (quali necessitate exponens & causam) Venit ad me amicus de via. Quod exponens Aug. lib. 2. qq. euang. c. 21. viam significare ait, consuetudine male viuendi, & conuersandi; venire autē de via esse, talē deponere velle

Num. 12.

Idem.

Basil. Seleuc.

Genes. 4.

Idem.

Luc. 11.

August.

Z. consuetu

consuetudinem, indigeréque ad hoc maximo inuamine, ab amico præstando, etiamsi intempèstiuè ab eo requiratur. Est autem panum concessio: nulla enim alia re facilius praua consuetudo, quæ multo tempore fuit in vfu, vinci poterit, quàm sacri Panis sumptione, & Sacramenti huius participatione. Ait ergo: *Conuerso autem homine ad Deum, etiam ille appetitus à consuetudine renouatur.* Qui enim prauam audiendi indeuotè Sacrum consuetudinem vincere cupit, hoc vtatur remedio: Missa sacre Mensæ participationem præeat, & ita illa parabit animum ad deuotam susceptionem huius ferculi, & vnum opus Altari manus præbebit, vt deuotè, & religiosè fiant. Sic ergo implebitur præceptum Sacrum audiendi, & fructus excerpent ex vtraque sacra actione.

S. III.

De tertio præcepto.

**I**N tertio præcepto ieiunia certis diebus designantur; Quadragesima, videlicet, in Vigiliis quorundam Festorum, & in quatuor anni Temporibus, & aliis, vel ex voto, aut consuetudine, præcepti vim inducente, vfu receptis. Quæ non omnibus indicta sunt, sed habentibus vigesimum primum annum, vsque ad sexagesimum, nisi agra valetudo id explere impediât, aut ingens corporis labor, aut alimenti defectus, quæ omnia à ieiunio excusant. Nec lex ecclesiastica omni præcipit rigore. Hoc D. Th. q. 147. art. 4. in corpore, & responsionibus dub. Concil. Tolet. V. III. Hieron. de custod. virg. ad Eust. de pueris, & senibus Bellarm. c. 10. ad impotentiam hoc refert, c. 9. Sed locum præbet interpretandi Legislatoris mentem, data aliter operandi occasione, iuxta Doctorum placitum, quod non erit in lege dispensare, sed exponere, in quibus non obliget casibus. Hoc sic exposuit D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 3. ad 2. in casu, in quo, etiamsi Legislator adesset, non decerneret esse seruandum: hoc enim est eius mentem interpretari. Quare iustissimè instituta sunt lege ecclesiastica ieiunia. Quod ieiunium sit in præcepto diuino, probat præter D. Thomam ibi, art. 3. Bellarminus lib. 2. c. 6. & Aug. qui ait epist. 36. *Ego in euangelicis, & apostolicis Litteris, totoque Instrumèto, quod appellatur nonum, video, præceptum esse ieiunium, Ioel. 2. Matth. 6. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto Domini, & Apostolorum non inuenio definitum.* Hoc ad Ecclesiam spectat. Et Leo Sermon. 4. de ieiunio, id confirmat, ieiunia antiqua inter moralia præcepta recensens. Ita, quod in eisdem libris Testamèti veteris, de ieiuniorum sanctificatione præceptum est, nulla interpretatione vacuatur. Licet enim lege naturali, & diuina, optima magistra edocti sumus; tamen illa tempus, & modum reliquit Ecclesiæ Prælati, vt ea decernerent, & lege præciperent, quæ tali tempore, & modo sunt seruanda, vt docet sanctus Doctor d. art. 3. in corpore. Ratio etiam id probat: nam lex pro communitate indicitur, secundum quod ferè omnes possunt eam seruare: at cum nonnulli inter plures, laborent impedimento, opus est laxare legem, & eos non ligare, ne loco vtilis mandati damnum inferatur, & saluti, & spiri-

tui. Quare, cum necessitas manifesta est, non censetur satis, sub illa teneri lege. Si dubia, & ad Prælatum non est facilis aditus, potest ipse iudicare, an teneatur, vel non lege ieiunij; certus tamen manere debet, non teneri, aut contra, ne dubius operans, peccet aduersus præceptum. Qui autem in dubia necessitate accedere potest ad Prælatum, aut virum doctum, sequi poterit eius sententiam. Ita docet D. Thom. Idem. dicta q. 147. art. 4. Sciendum tamen est, habentes Cruciatæ Bullam, de licentia Medici, & Confessoris, etiamsi dubia necessitas sit, posse liberari à lege ieiunij; hoc enim remedio tollitur omnis hæsitatio, & defectum necessitatis supplet legislator supremus. De hoc præcepto, & eius obligatione Bellarminus cap. 7.

Ad finem huius præcepti deueniendo, tria bona affert secum ieiunium. Primum, concupiscentias carnis minuit, aut coërcet: nam, vt Hieron. ait: *Sine Cerere, & Baccho friget Venus.* 1. contra Iouin. in fine. Secundò, mentem ad cælestia facilem reddit: deest enim pondus corporeorum humorum, ex cibo, & potu nascentium, quos adimit ieiunium, vt mens facile ad diuina eleuetur. Tertio, ieiunium quod pœnale est, & corpus affligit, ac humiliat: quamobrem ad pœnitentiam, & satisfactionem pro commissis deseruit. Niniuitæ ad hæc confugerunt arma, timentes propter scèlera, Dei indignationem. Quæ omnia Aug. expressit tom. 10. in Sermon. de tempore. Idcirco, vt notauit supra D. Thom. art. 5. ad 3. non sunt ieiunia sub præcepto, nisi in diebus tristitiæ, & afflictionibus deditis: nec sub lege tenemur ieiunare in diebus intercurrentibus inter Resurrectionem, & Pentecosten, quod tempus lætitiæ sit, & ieiunium libertatis, & spiritus, non oneris, & pœnæ. Nec similiter diebus Dominicis licet ex consuetudine ieiunare, quæ pro lege habenda est, vt docet August. epist. 86. & fortè incident, talibus diebus ieiunantes, in Manichæorum errorem, vt notauit D. Thomas: quantum ieiunium secundum se sit semper laudabile, vt docuit Hieronym. cap. *Vinam. d. 76. Vinam enim omni tempore ieiunare possemus.* Hi enim dies lætissimi sunt: & idè ieiunia pœnalia, & ad terendum corpus composita, non sunt ex præcepto indicenda.

Primum in ieiuniis præcipuè attendendum est, ex corporea abstinentia id, ad quod destinatur, curare, & exercere: si enim ad moderandam carnem, & continentiam eam sunt, opus erit ita, indignationi, superbiam, & his similibus medicari malis, & frænare has passiones: quod continentia claudit, quasi dux milites, super quos potestatem, ex munere accipit. Quare D. Thomas supra, art. 2. ad 1. non solum metaphoricè ieiunium abstinere à vitiiis dicit; sed propriè, est abstinentia ab omnibus illecebris: *Quia per qualibet vitii adiuncta, definit esse actus virtutis.* Quare art. 1. ad 1. affert Gregorij testimonium damnantis talia ieiunia, secundum illud Isai. 58. in Pastoral. par. 3. cap. 20. ait: *In cassum ergo per abstinentiam, corpus atteritur, si inordinatis motibus dimissa mens vitiiis dissipatur.* Idem Aug. in Sermon. 130. de temp. tom. 10.

Sed his addendum est, in quo hoc corporale ieiunium consistat. D. Thomas art. 1. ad 3. naturale

ræ ieiunij, & ecclesiasticum ponit: illud vocat ieiunium ieiunij; secundum ieiunij ieiunantis, & hoc virtutis actum dicit, quod moderatur appetitum, taliter, & tali tempore comedendi: quantum enim ad id, quod assumendum est, Ecclesia, ne homines deficerent, aliquid sumendum concedit, & sine aliquo termino vnicam comestionem præscribit: cum enim diuersæ sint hominum vires, non in mensura quid sumendum in ea comestione consistit, sed lex temperantia, & necessitatis tenenda est: quare alij plus, alij minus, absque temeritate ieiunij possunt assumere. In potu tamen nihil prohibetur: quare præter id tempus, quo fercula eduntur, seruata etiam temperantia lege, potest quis potu semel, & sapè corpus abluere; non enim per se ad alendum illud, sed ad iuuandum digestionem, & corporis temperandum nimum calorem, ordinatur. Quare, quantum ea, quæ per modum potus aliquo modo seruiunt nutritioni, sumantur; hoc per accidens est, & rationem ieiunij non soluit.

Quod autem, iuxta consuetudinem, vnicæ comestioni additur, ad refectonem potius, quàm ad alimentum, adè tenue esse oportet, vt non destruat ieiunij laborem; pro quo consulendi sunt sapientes, ne nimis hæc lex laxetur, & licentia parum timoratorum; quasi secunda cœna fiat aduersus legem ieiunij.

Quoad tempus comedendi D. Thom. art. 7. consuetum non ieiunantibus assignat, circa horam sextam; ieiunantibus verò, tum vt aliquam capiant afflictionem; tum ne deficiat natura propter alimenti defectum, circa horam nonam: & huic rationi addatur, eo tempore Dominicam euenisse passionem, cui conformari ieiunantes iustum est. Verùm hæc temporis taxatio non est in vfu in occidentalibus regionibus: fortè enim decursu temporum, hominum vires defecerant, & ferè non poterant moram adè longam, cibum sumendi; nec video inter dies ieiunij, & alios ab hoc onere liberos aliquod discrimen in popularibus; sed sexta ferè hora, tam his, quàm aliis diebus alimenta sumunt. In Religionibus tamen aliquantulum pro diebus ieiunij, hora refectonis differunt, vt aliqua maior eluceat abstinentia; nec tamen pro lege habet nonam expectare horam, ad fercula sumendum: cum autem consuetudine sic ab omnibus obseruetur, pro lege habenda est: at Superiores id scientes, nec prohibentes, approbare talem legem videntur. Et ratio potest sumi ex his, quæ D. Thomas docet art. 7. ad 3. vbi ait, modicum augmentum, vel modicum defectum, non multum nocere; & propter infirmitatem, vel ætatem, aut aliud impedimentum, posse horam esum capiendi, accelerari. Cum autem defectus virium sit omnibus communis, in statu dispensationis tota reperitur Ecclesia, quantum ad tempus sumendi vnicam comestionem, quod hora nona fuerit pro vna comestione ieiunantibus deputata, probat multis testimoniis Bellarminus 3. tom. controuersiarum, lib. 2. de bonis operibus, c. 2. & nuperam approbat consuetudinem sexta hora comedendi, licet melius sit nona seruare.

Quæ autem alimenta liceat ieiunantibus sumere, satis dictum est, solum carnes auium, & animalium in terra nascentium, & horum

ferminarum fructus, vt lac pecudum, oia auium, & quæ ex eis componuntur, vt caseus, & alia coagulata, ex lacte confecta, præcipuè in Quadragesima, quando, tum ad exemplum Christi sequendum, tum ad eius Passionem animum disponendum, ieiunium strictius, & seuerius seruandum est. In aliis tamen anni ieiuniis, vt inquit D. Thom. art. 8. consuetudo sequenda est. Hæc lex omnium tutior. Verum est quidem, ab aliquibus nullam talem inductam esse credi, sed præter Quadragesimam, licere lacticia prandere, & solum à carnibus abstinendum.

Ratio tamen huius interdicti alimenti, est, quod plurimum naturæ humanæ congruat esus carni, & maior pars in alimentum cedat: qua de causa corpus vires assumit, & fortius ad venerea redditur. Cum ergo mens Ecclesiæ sit, hominum infringere vires, & vt animus ad mortificationem alacrior reddatur, illa fercula prohibet, quæ corpori plus conueniunt. Opponi tamen possit, Apostolum in vino luxuriam posuisse, quod plurimum inardescere faciat corpus, accendatque sanguinem, vnde seminis sequitur libido: cur ergo ieiunantibus vinum non interdicitur, cum hoc communius omnibus sit, quàm carni fercula, & vsque ad satietatem, inò ad vomitum illo vtantur? Respondet D. Thom. verum esse, vinum amicum esse luxuriæ, & carnem eo effluere: verùm id amplius cibis præstat: illud enim ignis naturam imitans, citò flammam, quas excitat, extinguit: at alimentum, plurimum substantiæ, corpori conueniens communicat, & permanet, ac durat, vt abundantius semen nutriat: quod quidem importunius & diutius ad luxum prouocat.

Quare eiusmodi fercula merito ieiunantibus prohibentur, non quod mala sint; sed quod mali occasio, quæ abolenda est, ne ingruentes tentationes carnis molestant. Vnde Aug. 10. Conf. c. 3. 1. ait: *Non ego immunditiam obsonij timeo; sed immunditiam cupiditatis.* Cum manifestum sit, hanc excitari delicatioribus cibis, vt docet Hieronymus 2. aduersus Iouin. & alij Patres, ex quibus, & ratione naturali D. Thomas supra probauit, hæc obsonia damnare afferre castitati: vel dicamus, Deum, velut immunda reputare, & damnare, quæ eiusmodi mala efficiunt: ne enim homo peccet, ne concupiscentia inardescat, ne caro aduersus spiritum intumescat, mala vocat, & immunda, quæ tales parunt effectus. Existimo suinas carnes prohibuisse, & immundas dixisse populo Iudeorum, quod aptissima essent ad luxuriam prouocandam, cum aliàs viderent, homines illos propentes esse ad hoc vitium: exterminauit ab eis alimenta, & potus, quæ associata concupiscentia, eam possent molestare, & accendere libidinem: & idè ista immunda vocasse. Consonat id, quod Basilus de Seleucia orat. 6. notauit, cur Deus creaturas quasdam à se conditas, immundas dixit, cum nihil ab eo prodierit improbandum, nihil immundum: venim, vt ait Apostolus c. 1. ad Titum, n. 15. *Omnia munda mundis.* quatenus illæ creaturæ, occasione afferre poterant, immundorum operum, ab hoc effectu immunda pronunciantur, & prohibentur à Deo, & tanquam impura reprobantur, ne eiusmodi mala ex eis nascantur. *Fert ergo Deus creaturam inuisam, nomine tenuis, vt humani morbum sanet, & impediât idololatriam.*

D. Thom.

Conc. Tol.  
Hieron.  
Bellarm.

D. Thom.

Bellarm.  
August.

Leo Mag.

D. Thom.

D. Thom.  
art. 6.

Idem.

Idem.

Bellarm.

Bellarmin.

Hieron.

Iona 2.

August.

D. Thom.

Idem.

Hieron.

D. Thom.

Isaie 58.

August.

D. Thom.

Ephes. 5. 18.

Idem.

August.

Hieron.

D. Thom.

Tit. 1. 15.

Basil. Sei.



triam, que usque ad animalia progreditur, & immundorum nomen elationem fert in creaturis, ut purum ab impietate custodiat hominum profectum. Similiter dicendum, ferre Deum immunda dici obsonia, carniū terrestrium, & homines ab eis, tanquam ab eis reprobis, arcere, ut vitentur tentationes, & fomenta sensualitatis legem ieiunij custodiendo. Tatiani quidem Hæretici ista damnabant, & mala prædicabant, non ab effectu, & metu peccati, ex lasciuia irritata prouenientis; sed, ut inquit de eis Epiphanius, de huius discipulis loquens, *animata abominantes interdiciunt, non continentia gratia, nec honesta vita; sed ob timorem, & imaginationem.* Dicto enim sine continentia, abstinent ab his ieiunantes, ut docuit Hieronymus lib. 1. & 2. aduersus Iouin.

Hunc morem tenuisse antiquos testatur Dan. 10. abstinens, cum ieiunaret à carnibus, & vino. De Ioanne id testatur Matth. 3. De Matthæo Naz. orat. de amore pauperum: Clemens 2. pæd. 1. de Iacobo: de præcis Patribus Hieron. de vitis illustr. Palladius in hystoria, Theodoretus etiam ibidem.

Ieiunium ab Ecclesiæ indictum, tale esse debet, ut omnem depellat tristitiam. Hoc Matthæi 6. iniungitur ieiunantibus, vngere caput, faciem lauare, ne tristitia tabescat spiritus. Fortè ob hoc Dominus interrogatus Matth. 9. *Quare Discipuli tui non ieiunant, sicut nos, & Discipuli Ioannis?* ait, *amicos sponsi, cum adest sponsus, non flere.* Quasi dicat, non quidem haud ieiunare, sed non tristitia, & mœstitia affici, quæ solent lacrymas producere. Sic cum Aug. 2. de consensu Euang. c. 17. docet D. Thom. q. 147. art. 4. ad 5. *Aliud autem est, quod pertinet ad gaudium mentis in spiritualia suspensa: & tale ieiunium conuenit perfectis.* Quales considerabat Dominus Discipulos: vnde vbi Matth. 9. ait, non possunt ieiunare; Lucæ 5. & Marc. 2. dicitur, flere, ut Actorum 2. *Sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis.* de Ecclesia primitiua: & Actor. 14. Paulus de Deo loquens: *Implet cibo, & spiritu corda nostra.* Quare Bellarminus lib. 2. cap. 8. ex Patribus Chrysof. Hieron. Beda, & Aug. quos affert, protobat, Christum suos instruere, ieiunia amare; sed nouo spiritu, amoris, videlicet, & non timoris, & tristitiæ ieiunium. Videtur id dixisse Tertullianum lib. de penitentia, cap. 30. *Extra lætitiā oportet diuersari in asperitudine facci, & horrore cineris, & oris, de ieiunio vanitate.* Alludit ad vinctā, & ornatam faciem, quæ præfert lætitiæ signa.

Inter hæc ieiunia, fastigium tenet quadragesimale. Hoc in prisco est præcepto, & ab omnibus commendatur Patribus: quare indictio ieiunij à lege, ab hoc tempore initium fecit. Verba obscura Tertulliani explicanda veniunt, qui de indictione ieiunij agens, ait aduersus Psychicos, cap. 1. *Cerrè in Euangelio illos dies determinatos ieiunij putant, in quibus ablati sunt sponsum: & hoc esse iam solos legitimos ieiuniorum Christianorum, abolitis legalibus, & profanis vetustatibus.* Quid enim significet verbum illud, in quibus ablati sunt sponsum, non conueniunt omnes. Quidam de Christi absentia per ascensionem: at cum Bellarmino supra, cap. 9. de recordatione Passionis, per quam ablati sunt à nobis, accipienda censet dicta verba: in Quadragesima enim huius fit commemoratio: *Dicitur enim (ait) Catholici apud*

*Tertullianum, Apostolos non imposuisse iugum ieiunandi, nisi eo tempore, quo ablati sunt sponsum, ipsam Quadragesimam, qua ad Passionem Domini commemorandam celebratur.* In hoc quidem tempore, pendimus Deo totius anni decimas, ut notauit D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 5. *Nos autem per triginta sex dies affligimur, qui sumus ieiunabiles in sex septimanis Quadragesima, quasi anni nostri decimas Deo damus.*

Nec mirum, tunc ieiunium solenniū coli, & longiori tempore in eo consumpto celebrari: omnes enim rationes ieiunandi, quas supra ex D. Thoma retulimus, ad hoc sacrum tempus præcipuè spectant. Prima enim ratio est, per hoc animam ad cælestia leuari, ablato carnis pondere, pennas velut assumi, ut cælestia contemplerur. Optime id docuit Tertull. 2. contra Marc. c. 14. *Vt facilius homo ad ieiunium Deo formaretur paucis, & non gloriosis escais affuefactus, & nihil de lauioribus esuriturus.* Sic enim facile homo cum Deo agit, cum corpus impedimento non est, nec cura, & sollicitudo animum premit. Elegantius id confirmat lib. aduersus Psychic. cap. 6. *Tanta enim est circumscripti cibi prærogatiua, ut Deum præferat homini contubernalem, parera reuera pari.* Hinc D. Thom. ex ieiunio Danielis, paratam probat, ad diuina intelligendum mysteria: sicut Chrysof. in Genes. ex festo Iacobi corpore, & duro lecto, & ceruicali, haud miratur, diuina vidisse insonnia: qui enim quadragesimali tempore vacare diuinis mysteriis passus intendit, opus est ieiuniis armari, corpus atterere, delicias relinquere, tenuem cibum capere: sic enim cum Deo contubernium habebit, & intrare poterit sub velamine, ad occulta, & inuisa viscera Saluatoris.

Ieiunium etiam, optimus pharmacus est ad curandam libidinem, ad reprimendum carnis luxum, ad continentium appetitum: quomodo enim (ut Bernardus dolet) videntes Dominum nostrum dura pati, & caput ferre spinis referunt, nos, qui membra eius sumus, corpus delicatè nutritum, conspectui eius præsentabimus? Ergo carnis maceranda est ingluuius ad libidinem prouocans, quod Tertullianus dixit lib. 2. & cap. contra Mar. probauit his verbis: *Agnosce simul, & comitibus gula, libidini, scilicet, atque luxuria, prospectum, qua ferè ventris castigatione frigeant.* De quodam equo marino refert Solinus Solia c. 45. ex Nilo exeunte, qui cum vèrem plenum sentiat, quatit aculeos acutos, quibus laceffitur, & vulneratur, ut humor ille superfluus, & noxius, corpus graue, & onerosum reddens, exundet: *Per quas tandem obuersatur, quoad stirpium acuta, pedes vulnerent, & profusio sanguinis lenetur sagina.* Ita ieiuniis medela apponenda est, ad corpus moderandum, & componendum, quovsque intumescens passiones sedentur: *Quomodo enim (inquit Tertull. lib. de ieiunio, c. 1.) protegam castitatem, & sobrietatem sine vexatione aduersariorum? Quinam isti sint, semel nominabo: exteriores, & interiores homini Psychicorum.* Nec immeritò hoc præstat ieiunij quadragesimale, quod longum tractum temporis consumit: non enim curantur, & sedantur passiones libidinis, si vno, vel altero die, ieiuniis vacemus, & postea ad assuetos cibos redeamus: opus enim per longum tempus carnè mederi, atterere, & affligere, ut castitatis virtus, vires capiat, & in tempore reliquo

reliquo valeat vincere, insurgentes aduersus eam hostes: nam paucis assueti postea non multum corpus ferculis delicatis grauiabit. Id docuit Ambros. Serm. 25. qui ait de quadragesimali ieiunio loquens: *Hic est enim perfectus numerus ad vincendum, ut ostenderet nobis turres Diaboli, nos posse esse victores, cum per quadraginta dies, victores ieiunando desideriorum carnalium fuissetis.* Tertio, ieiunium penitentia fore aperit, & qui vincere esum ciborum desiderabiliorum assuecit, ad penitentiam peccatorum construit munitissimam turrim: cum enim Tertull. lib. de penit. c. 10. ieiunia commendauerit, statim addit: *Num ergo in coccino, & Tyrio pro delictis supplicare nos condonet? Cedo acum crinibus distinguendis, & puluerem dentibus elimandis. si quid sciti nitoris, si quid coacti ruboris in labia, aut genas urgeat: cumque quis interrogari, cur anima largiariis? Deliqui, dicit, in Deum, & periclitor in aeternum perire: itaque nunc pendeo, & maceror, & excrucior, ut Deum reconciliem mihi, quem delinquendo laesi.* Sic ieiunium animum ad maiora disponit. Nec immeritò idem Tertull. aduersus Psychic. vocat ieiunium formam præsidij: *Habes formam præsidij, etiam spiritualibus bellis necessariam.* Et supra: *Ha erunt vires ieiunantium Deo. Qui enim desiderat penitentiam ianuatim aperire, ut tempore ad penitentiam destinatum, Deo faciat satis, si ieiuniis iter aggrediatur. Hoc quidem præsidio reliqua sequuntur: nam, si semel carnem malè tractare incipias per abstinentiam obsoniorum, facile alia penalia amplecti non recusabis; sed ea amabis, ut facile est ex quodam præsidio fugittas, & alia arma iacere in hostes, eosque profligare. Ratio manifesta est. Inter alia temperantia, & continentia opera, ciborum moderatio primum locum obtinuit: qui ergo sic continens esse coepit, hanc virtutem ad alia extendit, ut docuit Basilus in quaestionibus fuse disp. q. 16. *Non tamen circa solam ciborum voluptatem continentia exercitatio rectè perficitur: sed extendit se etiam ad omnem impediens abstinentiam.* Inde enim amat vestes ab omni ornatu immunes, lectum durum, sensuum moderationem, continentiam desideriorum, oculorum, & linguæ custodiam; cum etiam eiusmodi penitentia, non solum ad abolendam offensam, & satisfaciendum pro peccatis destinetur; sed etiam ad compatiendum Domino, qui pro nobis peccatoribus tot dura, & incommoda, & opprobria sustinuit, & patienter sustulit, opus est, & oportet armari ieiuniis: qui enim cum illo haud possunt in Cruce pendere, saltem in cibi expectatione, & subtractione, velut in quadam pendente cruce, ut optime Bernardus Serm. in vigilia Sancti Andrea Apostoli, ieiunium prædicans ait: *Dignum est enim, ut si cum eo pendere non possumus, cum eo vel ieiunemus; inueniamurque vel in aliquo, communicantes passioni illius.* Ille de Sancto Apostolo Andrea loquitur, nos de Christo, cuius passio recolitur in hoc præcipuè tempore ieiuniis quadragesimalibus destinato.*

**S. IV.**

*De eleemosyna, filia ieiunij, & parto fructu.*

**A**nquam ad reliqua procedamus præcepta, agemus de filia ieiunij, quod in-

ter alia ad hoc ordinatur, ut id, quod subtrahimus corpori per abstinentiam, donemus pauperibus, qui mendicant obsonia, & nisi ex stipe non habent, vnde alimoniam capiant. Hæc doctrina Sanctorum Patrum communis: ex hoc mari amaro, hæc dulcissima exeunt flumina, quæ dulcia sunt, quatenus cedunt opera misericordiae, in egentium subleuamen, quo sedantur eorum dolores, & absterguntur lacrymæ, quas parit necessitas, & indigentia. Quare Ambros. lib. de Elia, ait: *Non redoleret surus mensa ieiunantium.* Quasi diceret, quæ eis superflua sunt, non feruant; sed erogant, & indigentibus suppetias ferunt. Aliam acutissimam rationem coniungendi ieiunium eleemosynæ, accipe ex Gaudentio de natali Domini. Ieiunet diues non alluetus abstinentia: cum enim experiat in se inedia tritium horarum ferre non posse, egentium memoratur, & condolet eorum necessitatibus, ac eis remedium adhibet: *Qui tribus horis, præter solitum, ieiunus esse non potest, poterit profecto intelligere, quid patiat ille, qui per inopiam ieiunus inuenit, quem ieiunare sua crudelitas facit: qui largis dapibus saginatus, neque exiguo cibo famem tolerare cogitat indigentis.*

Eleemosyna, natura sua, filia charitatis est: ea enim prodit. Ita 1. Ioannis 3. *Qui habuerit substantiam huius mundi, & fratrem suum viderit necessitatem patientem, & clausit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo.* Ideò D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 1. inter fructus charitatis eleemosynam recenfer. Verum est, eam opus misericordiae vocare: nam in Græco eleemosyna à misericordia dicitur. Sed eandem misericordiam ad charitatem spectare docet supra, q. 30. art. 2. ad 3. At cum virtutes, & eliciantur ab vna, & imperentur ab aliis, seu ad proprios fines ordinentur; eleemosyna quasi seruit multis, quæ recensere haud facile est. Aliqua notat D. Thom. d. art. 1. ad 1. vbi ait, formaliter actum virtutis procedere ab habitu illius virtutis: vnde formalis eleemosynæ actus ab habitu nascitur charitatis, quatenus propter Deum delectabiliter, & promptè, & omni eo modo, quo debet operari, sine charitate nõ est: & hoc quidè in bonum proximi ordinare, à charitate est, ut testimonio Ioannis comprobatur. Et ad 2. ait, hanc eandem virtutem imperari, seu dirigi diuersis: qui enim pro peccatis satisfacere desiderans eleemosynas elargitur, si ad placandum Deum, & ei hostias exhibendo fiat eleemosyna, actus religionis est, & ad liberalitatem spectat, ut ad quartum ait; quatenus liberat animum à retentione auara diuitiarum, & opponitur superfluo diuitiarum amori, quo diuites necessitatibus aliorum non subueniunt. Id confirmat Ambros. 2. Officior. cap. 15. & 16. in 1. loco recensens omnia eleemosynæ corporalis officia, quæ à liberalitate prodire existimat: *Summa etiam liberalitas, captiuos redimere, eripere ex hostium manibus, subtrahere neci homines, & maxime feminas turpitudini, reddere parentibus liberos, &c. & alia numerat opera charitatis in viduas, & virgines.* Verum non excludit ab hæc liberalitatis virtute eos, qui tenem censum elargiuntur, cum habeant affectu multa; opere tamen parè subueniant indigentibus. *Sunt etiam plerique, etiam viri boni, qui tenues sunt censu, comenti quidem exiguo ad sui usum; sed*

Epiph.  
Dan. 10.  
Matth. 3.  
Nazian. 2.  
Clemens.  
Hieronym.  
Pallad.  
Theodoret.  
Matth. 6.  
Matth. 9.  
August.  
D. Thom.  
Matth. 9.  
Luc. 5.  
Marc. 2.  
Actor. 14.  
Bellarm.  
Tertull.  
Idem.  
Bellarm.

D. Thom.  
D. Thom.  
Tertull.  
Tertull.  
Idem.  
D. Thom.  
Chrysof.  
Bernard.  
Tertull.  
Bernard.  
Tertull.

Ambros.  
Ambros.  
Gaudent.  
1. Ioan. 3.  
D. Thom.  
Idem.  
Idem.  
Ambros.

non idonei ad subsidium levanda paupertatis aliena. Ita tamen, vel tenui stipe iuvant egentes, vel manibus, vel consilio, quod laude dignum est: licet enim mensuram cap. 16. huic liberalitati constituat, calcaria potius applicat tepidis, ac illiberalibus, & auaris, quam fræna iniicit prodigè dantibus: & ait: Calcar propterea adhibendum est: quia melius operatur pecunia in pauperis cibo, quam in diuitiis sacco. Cave, ne intra loculos tuos includas salutem inopum, & tanquam in tumulis sepelias vitam pauperum. Tertull. verò lib. de patientia, cap. 7. ad hanc virtutem eleemosynam trahit, qua fratri seruiat. Probat ex eo, quod qui parati sunt rapinam bonorum patienter ferre, parati erunt eleemosynas elargiri; qui autem impatienter tulerit eiusmodi mala, quomodo eleemosynis subueniet egentibus? Si damno impatientes erimus, non de nostro amissum dolentes, assines cupiditatis deprehendemur. Alienam querimus, cum alienam amissum ægè sustinemus. Vocat aliena quæ nos nostra reputamus. Rationem reddens: Quod nostrum videtur, alienum est: nihil enim nostrum, quoniam omnia Deo, cuius ipsi quoque nos. Hinc pergit ad probandum, quam parca dabit aliis, qui impatienter fert violentam deprædationem: Iamque minutum sibi aliquid, aut furto, aut vi, aut etiam ignavia non constanter sustinere constituit, nescio an facile, vel ex animo ipse rei sua manum inferre possit, in causa eleemosynæ: quis enim ab alio secari omnino non sustinens, ipse ferrum in corpore suo ducit? Patientia in detrimentis exercitatio est largiendi, & communicandi. In hoc sensu accipe verba Domini Lucæ 6. 12. Qui in alieno non fuistis fideles, vestrum quis credet vobis. Alienum dico, quod patitur, & ex alterius pendet praua voluntate, vt cum quis furto amittit bona sua: qui enim ista nõ sustinet, quis credet ei sua, vt ex eis eleemosynas largiatur. Verum ad eleemosynæ perfectionem redeundo, quæ opus est elicatum charitatis, facile satisfieri potest quibusdam locis factæ Pagina: quæ plurimum huic virtuti tribuentia, occasione errandi hæreticis præbêt. Sit 1. Lucæ 11. Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Si dicamus eleemosynam non esse absque charitate, optimè infertur, hanc habenti, omnia feliciter euenire, & mundam habere conscientiam, aliæque opera ab hac radice, & forma etiam mundiciam præbere. Verum de sola sine fide, aut charitate eleemosyna si agamus, falsum est, mundiciam præbere. Certum quidem ex mente Theophylacti, Euthymij, Ambrosij, Maximi, Sermon. de eleemosyna, arguere Dominum cum Pharisæis tenacissimis hominibus, & auaris agentem, à difficiliore ad facilius, ac si Medicus ægro dicat: Si abstineas à potu, aut cibo, sanus euades. non in illo solum remedio, salus consistit, sed est præcipuum tunc temporis impedimentum: ita hominibus tenacibus dici potuit: Date eleemosynam, ac tunc omnia prosperè euenient, & facile mundiciam mentis acquiretis. Argumentum ad hoc facit Tertull. ex patientia in sustinendis violentis rapinis, inferri liberalitatem in conferendis stipibus. Matth. 5. est aliud testimonium: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. & Iacobi 2. Inducimur sine misericordia bis, qui non faciunt misericordiam. Facile satisfaciunt D. Thomas q. 30. huic dubio, cum misericordiam nasci ex chari-

Tertull.

Luc. 6. 12.

Luc. 11.

Theophyl. Euthym. Ambros. Maxim.

Matth. 5.

Iacobi 2.

D. Thom.

tate affirmet: si tamen sine illa inueniatur, non inquit, solum misericordes hac virtute consecuturos misericordiam; sed ad alias disponuntur, Deum sibi his operibus propitiū reddentes: sicut si dimiseritis hominibus peccata eorum, Pater dimittet vobis, id est, disponet vos ad reliqua, quibus veniam cõsequi haud difficile sit. Præterea illud Tobia 4. Eleemosyna ab omni peccato liberat, & non patitur animam ire in tenebris: facilem habet solutionem prædicto modo. Hinc à Patribus lauacrum spirituale Baptismo nuncupatur, vt apud Cyprianum Serm. de eleemosynam: imò Ambros. Serm. 31. maius esse affirmat, quòd illud semel detur, hoc sæpè renouetur. Lauacrum semel datum, semel veniam pollicetur: eleemosynam autem quoties feceris, toties veniam promereris. Dicendum quidem loqui de fructibus penitentia, quæ secundum dicitur lauacrum, vel de eleemosyna, filia charitatis. Quare sentiendam est, nudè consideratam, licet multum iuuet ad salutem, in ea non stare, si alia desint, vt Paulus docuit aptissimè 1. Cor. 13. Duo genera eleemosynarum distingui solent, corporalia, & spiritualia, de quibus D. Thomas d. loco, art. 2. & Bellarminus 3. tom. lib. 3. de operibus bonis, cap. 2. hæc vocantur operamiseri cordia corporalia, & spiritualia, de quibus etiam breuiter D. Ambrosius supra, d. cap. 15. laudans diuersa misericordiarum opera, in subueniendis indigentibus; addit ad spiritualia spectantia, quæ illis prioribus antefert, qualia sunt vitia præbere consilia: Quamò utilius Regem Pharaonem Iosephus consilio prouidentia inuit, quam si contulisset pecuniam: Et ita de reliquis, quæ consistunt in deprecatione, doctrina, consilio, consolatione, correctione, offensa remissione, patientia, aut supplicatione fragilitatis fraternæ, secundum illud Rom. 15. Debemus nos fratrum infirmitates aliorum sustinere. Corporalia verò opera ex indigentibus diuersis manifesta sunt. Elurit quis, indiget potu, hospitio, veste, curatione, si sit infirmus, aut in carcere detentus, captiuitate afflictus, aut si exanime corpus egeat sepultura: ita charitas infirmitates, & defectus proximorum suppetit, & suppeditat remedia. In hoc casu Iob caeco oculos præbebat, pedes lassos, egeatibus necessaria: alia plures veniunt intelligenda, quæ his confines sunt, quarum plures recenset Ambr. 2. offic. & Bellarm. supra, & D. Thom. art. 3. ad 2. Comparatio autem horum operum, si secundum se fiat, excedunt opera spiritualia corporalibus: fauent enim nobiliori parti, & actus spirituales potiores sunt, quam qui per sensus exercentur: at, si casum specialem contempleris, cum quis penè mortuus est, & in extrema iacet miseria periculo, melius ei stipem conferre, quam docere, arguere, consilium præbere. Ita D. Thom. supra, art. 3. Licet enim corporalis eleemosyna habeat corporalem effectum, nempe, subuenire necessitati indigentis: fructus spirituales parit, quibus ditescit anima: primò ex parte causæ, quæ est charitas, & misericordia, Eccl. 29. Perde pecuniam propter fratrem: pone thesaurum in præceptis Altissimi, & proderis tibi magis quam aurum. Etiam fructificat, iuxta illud: Benedictio Domini in mercedem iusti fructificat. Præter exemplum, & ædificationem inde orram. Qui eleemosynam suscipit, orat pro dante. Quare hos thesauros vocat

Tob. 4.

Cyprian.

1. Cor. 13.

D. Thom.

Ambros.

Gen. 41.

Rom. 15.

Tob. 4. 15.

Ambros.

D. Thom.

Eccl. 29.

Eccl. 11. 24.

Lucæ 12. 33. vocat Dominus: Facite vobis sacculos, qui non veterascent, thesauros non deficietes in via. Orant enim pauperes pro subuenientibus eis, vt haberent idem Sapiens: Conclude eleemosynam in sinus pauperis, & hæc pro te orabit. Quare Pater, inter quos D. Thomas dicta q. 31. art. 3. ista docens, exaggerant, & multis commendant eleemosynam, ad hos ex ea carpentes fructus. Dicam cum Ambros. cap. 16. Offic. 2. quod de Ioseph ille: Quam prælarè autem collegit futura? Ita eleemosynarij ad ista attendunt, & conferendo colligunt vberes ex eleemosyna fructus. Cum enim de compassionem victorum (quam laudat Apostolus) ageret ad Hebræos 10. addit: Nolite amittere confidentiam vestram, ex eleemosynis partam: quæ maior quam hereditatem futuram hac stipe accipiendam? Matth. 25. Percipite regnum. Quare: Esurienti enim, &c. Nec vacat mysterio, quod 3. Reg. 7. habetur, ostia tabernaculi ex oliuo elaborata; Inferni tamen ferrea sunt: vt enim Paulus ad Hebr. 6. habet, per olium misericordia designatur: quasi vellet, misericordes cali apertas habere; ferrea viscera gestant in egenos, ferreas Inferni portas sibi aperire. Tobia 4. Fiducia magna erit coram summo Deo, eleemosyna, omnibus facientibus eam. Cyprianus Serm. de ea, vocat eleemosynam, securitatis nostræ salutem præsidium: & Rom. 15. 2. Offic. Scio plerisque Sacerdotes, quò plus contulerunt, plus abundasse: quoniam quicumque bonum operarium videt, ipsi confert. Ita passim videmus temporalibus abundare misericordes, & fructus spirituales augere apud Deum. Id optimè Basilus de Seleucia probauit in illo factò viduæ Sareptanæ. Hæc, quæ parum olei, & farina pro diuitiis habebat, fontem per eleemosynam semper scaturientem obtinuit. Et ait orat. 11. Tunc pluuiam promittit, nubes votis accommodat, & hydrum vertit in alimentum fontem. Ad illud respiciens Propheta: Nec le ybis olei minuetur vsque ad hanc diem, in qua Dominus datus est pluuiam sempiternam. Nicænus in Hexam. hoc probat optimo exemplo. Terra humectata vapores calidos, Solis ardore emittit, sicatur: verum hi in aëris regione nubes conficiunt, & iterum à Sole adiuti, in pluuiam versi, eandem terram madefaciunt. Ita probat euenire diuitibus stipem egentibus conferentibus; qui licet videantur pauperes fieri, Dei prouidentia citò ditescunt, eadem bona, & maiora è celo suscipientes. Hoc autem terra commixtum, vapor consurgit, qui rediit in nubem pluuiam, & imbrem parit, vnde vapores iterum concipit terra, qui in nubes coagmentati defluunt. Nec contenta est eleemosyna his terrenis bonis: vile enim præmium esset, ista accipere. Duplo, aut quadruplo maiora, caelestia meretur, eisque animus ditescit. Ambros. 1. Hexam. c. 28. de eleemosynis Laurentij agens, qui aurum pauperibus erogauit, & thesauros Ecclesie, in vasis figuli, recondidit, iuxta illud Apostoli 2. Cor. 4. Habemus thesaurum istum in vasis figulibus. ait: Laurentius, qui aurum Ecclesia maluit erogare pauperibus, quam persecutori

Lucæ 12. 33. Eccl. 29. 15. D. Thom. Ambros. Hebr. 10. Matth. 25. 3. Reg. 7. Hebr. 6. Tob. 4. Cyprian. Proverb. 19. Ambros. 3. Reg. 12. Basil. Ambros. 1. Cor. 4.

A reseruare, pro singulari sua interpretatione sacras martyrij accepit coronam. Quis ditior, quam qui martyrio coronatus, securus calos conscendit? Est enim misericordia præcursor gratiarum, vt notauit Prosper cap. 28. de prædicto exemplo Prosper. Elia, qui passus est à vidua: Vt misericordia primum occupet locum, quam præire ante faciem Dei, Scriptura testatur: sic anima misericors feneratorum Deum: sic dum dat in necessitate, sibi consulit ad salutem. Ecce discrimen: dat temporalia, accipit spiritualia: dat terram, accipit cælum. Apprimè ille Timotheus, seu Saluianus 1. lib. ad Ecclesiam, exponens Matth. 6. illud: Nolite thesaurizare super terram: thesaurizare vobis thesauros in calis, &c. Cur illis hos apponit thesauros? Rationem reddit, Dominum discrimen constituisse inter auaros, & misericordes: illi sua seruant, & emancipant, vt vermibus scateant, & rugine deflorentur, & demoliantur; isti verò minime; sed elargiendo pauperibus, caelestes condiunt thesauros, diuitias parant æternas: Vt quia cupiditati, atque auaritia, terræ, atque Turrare, misericordia autem, ac largitati, caelestia, ac sempiterna debentur: idcirco diuersitas terreni, & caelestis thesauri posita est. Inde est, quòd Dominus eleemosynæ vim exprimere volens, patua exaggerat, & magni facit. Quid leuius, quam minutum viduæ, potus aquæ frigida, & his similia? Verum ista concessa egentibus, magna sunt in mercede. Quod exprimens idem Timotheus lib. 3. supra Matth. 10. de potu aquæ frigida, & his similibus loquens: Tantum honoris cultui suo tribuit, vt aliquid esset illic per fidem, quod hic omnino nihil esset per utilitatem. Amanda ergo eleemosyna, qua tot ingentia bona adipiscimur. Superest tamen explicare, an hæc virtus sub præcepto sit, & quod istud; cum enim opus misericordiarum dicitur, & concedantur egentibus indebita, videntur opus superogationis esse, & non obligare tanquam lex iuste indita hominibus. Quòd sit in præcepto, patet ex Matth. 25. vbi damnantur immisericordes: quod minime eis contingeret, si non tenerentur ex præcepto. Quare de fide certum est, mandato de eleemosyna ligari homines. Ratio est, quòd præceptum sit charitatis proximi. Qualis erit (inquit Ioannes) charitas habentium substantiam huius mundi, si necessitatem patienti non subueniant? Diligendum enim non lingua, & voce; sed opere, & veritate, docet idem Ioannes 1. c. 3. Verum præcepta virtutum tunc sunt, cum ad opus obligat virtus, quatenus de necessitate illius sit operari hoc enim non semper contingit, sed cum necessitas indigentis constat facienti eleemosynam, & nulla alia via, nisi succurratur, ab ea eximi potest: tunc necessarium est, vt qui eleemosynam facturus sit, habeat, vnde erogat, ex superfluis, scilicet, sibi, & alendæ familia: personæ enim necessitas hæc comprehendit; & idèd Dominus ait Lucæ 10. Quod superest, date eleemosynam. Si enim sibi, & suis necessaria sunt, quæ habet, non tenetur eleemosynam elargiri. Vnde concludit D. Thomas supra, art. 4. Dare eleemosynam de superfluo, est in præcepto, & dare ei, qui est in extrema necessitate: alius in consilio est. Verum dicta verba laborant in sensu, & dubium est, an accipiendi sint copulariè,

Saluian.

Matth. 6.

3. Reg. 27.

Idem.

Matth. 25.

1. Ioan. 3. 17.

Lucæ 10.

D. Thom.



an diuinitate, tanquam duo comprehendenda: primum, si sit preceptum dare, etiam non patienti extremam necessitatem, si suppetunt bona, & inutiliter iacent: secundum, si dare extremam indigenti, etiam si non superflua sint bona, sed necessaria, sit in precepto.

Idem. Senec.

Ad hoc satisfaciendum cum D. Thom. art. 5. eiusdem q. 3. 2. distinguemus, sicut Seneca: Aliud est sine quo vivere non possumus: aliud sine quo vivere non debemus; quasi indecens sit ratione status. Ea enim, sine quibus vivere non possumus, ita ut persona & familia comprehendatur, non tenentur elargiri, etiam extremam patientibus, nisi talis esset publica persona, ut eius vitæ conseruatio præferenda esset propria vitæ, ut Elia contigit, tenuem domum ingressum, qui primum sibi, deinde matri, & filio subuenire petiit, quatenus Propheta vitæ, in extrema necessitate constituti, pluris valeret, quam viduæ, & filij. At, cum secundum decentiam quis habet necessariam, non superflua, à tali statu cadere non tenetur pro dandis elemosynis: poterit tamen id facere, supererogationis opere. At si etiam necessitas patientis extrema esset, quantum ab statu deturbandus esset, teneretur illi succurrere. Verum etiam tunc non inquit Sanctus Thomas, quod teneretur ex precepto, sed laudabiliter præmitteret aliis id, quod ad decentiam sui status pertinere videretur, ut maiori necessitati subueniret. Idem sentit, si necessitas Reipublicæ esset. Quare ex hac doctrina non videtur colligi ex precepto teneri à proprio cadere statu ad subueniendum extremam indigenti.

3. Reg. 17.

D. Thom.

In primis statuendum est, quæ superflua secundum statum (quæ dicuntur superfluentes diuitiæ, ultra id, quod cuiusvis status exposcit) sint: sed inter hæc necessaria computantur, quæ secundum statum pauld post necessaria moraliter futura sint: ut qui filias habet nuptui tradendas; mercium negotiatores, qui reconditas pecunias habent; expectant tamen his alias comparare, vt negotiatio non deficiat; quæ etiam sine aliqua morali specie necessitatis, in futurum possidentur; superflua censi debent. Item, non ab hac significatione excluduntur, quæ ad delicias parantur, & minimæ ad statum necessaria sunt, vt exquisitas vestes conficere, plures domi in arceis custoditas tenere, hortos componere, regias domos fabricare, pretiosas geminas aggregare, hæc omnia non necessaria sunt ad statum; sed cum moderatione; & potius vanitati, & cupidini seruiunt, quam decentiæ. Certum enim est teneri ex iis sub peccato, elemosynas concedere, in graui, aut extrema necessitate degentibus. Hæc certa esse, ex dicendis amplius patebit. Bellarm. lib. 3. supra cap. 7. cum Doctorum comitatu ita docet.

Bellarmin.

Statuendum secundum, si mores populares attendendi essent, nihil ita obliuioni datum, quam superflua liberè donare egentibus, & communes necessitates patientibus, quibus pauperes premuntur, & minutim necessaria ex stipe acquirunt. Si autem necessitati Christi Domini doctrinam, & ordinem, ac dispositionem rerum (diuina illam taxante prouidentia) consideremus, ex consensu sapientum, ac timoratorum; tenentur omnes ex superfluis elemosynas elargire, ac conferre communiter indigentibus: quantum in eis nulla appareat extrema,

aut grauis necessitas. D. Thom. 2. 2. q. 118. ad secundum. Basilij sententiam exponens, qui ait in Ser. ad diuites, & avaros: *Est panis famelici, quem sic tenes; nudus tunica, quam conseruas; indigentis argentum, quod possides.* Quibus addit D. Thom. dicto loco, loqui Basilium in illo casu, in quo aliquis tenetur ex debito legati, bona sua pauperibus erogare, vel propter periculum necessitatis, vel propter superfluitatem habituum. Quid clarius, cum distinguat inter necessitate oppressos, & ex parte largientium præceptum inducit, & debitum, ea sola ratione, quod superflua possideant, quæ non tam sua censenda sunt, quam aliena; non quod veri Domini dicendi non sint; sed quod eis non sint concessa, nisi vt aliis succurrant. Quomodo enim staret diuina prouidentia, si tot bona vni concessa, alteri etiam necessaria negauerit, nisi præfinito & constituto ordine, vt ex illo fonte riuuli in pauperum domos deriuarentur? Quæ ratio coëgit D. Thomam, vt etiam auctas esse dicat decimas, in lege noua, vt pauperum subuentio fieret, quatenus nulla eis contigit rerum portio, nisi quæ destinata est ex eis, quæ superflua sunt, & idè decimæ augentur: *Per hoc, quod Dominus non solum decimam partem, sed omnia superflua pauperibus iubet exhiberi iuxta illud Luca 10. Quod superest, date elemosynam. Ipsa etiam decima qua ministris Ecclesia dantur, per eas debent in usus pauperum dispensari.* Hæc D. Thom. 2. 2. q. 87. artic. 1. ad 4. Rationem ergo à priori habet q. 66. art. 7. Iure naturali, & diuino, quatenus ex Dei prouidentia sic institutum est, res inferiores ad hoc sunt ordinatæ, quod ex eis subueniantur hominum necessitatibus: & idè quantum iure humano vni cõtingat plus, quam aliis, non tollit hæc inæqualitas debitum naturale, & diuinum: ergo illud, quod huic habenti plus superest, annexum habet pensum, ex eo succurrendi necessitate patientibus: *Et idè res, quas aliqui superabundantes habent, ex naturali iure debentur pauperis sustentationi.* Et probat Ambros. autoritate, Sermon. 31. & habetur cap. Sicur. 47. *Esuriendum panis est, quem tu deines: nudorum indumentum est, quod turecludis, &c.* Vnde colligit, egenum non habentem, vnde alimenta capiat, posse ea furari: quod non erit futurum; sed suæ necessitati subuenire ex his, quæ alii ei debebantur, ad hunc finem. Et in 4. sentent. c. 15. q. 2. art. 1. quæstionum. 4. affirmat, esse hanc communem Theologorum sententiam. Sequitur totis pedibus Bellarminus d. lib. 3. cap. 7. & multis probat testimoniis, ex Euangelio, vbi videmus epulonem damnatum, quod pauperi non succurrisset, & ipse superflua habens, cum tamen ille non extremam pateretur necessitatem, sed communem mendicantium, & ex stipe viuientium. Alter etiam, qui plena horrea habebat pro multis annis, similiter damnatur, quod illa superflua reseruaret sibi, non tamen pauperibus erogaret. Luca 3. *Qui habet duas tunicas, det non habenti.* Et concludit: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Rogantibus turbis, quid agendum ad hoc vitandum malum, ait: *Qui habet, &c.* Nec dixit, det extrema indigenti; sed, non habenti, quod plusquam ipsi necessarium esset, haberet. Quæ omnia Patres interpretantur de precepto ex debito, cuius contemptus damnationem pariat. Basil. in id, *Destruam horrea mea,* concludit: *Quo pacto*

Basil.

D. Thom.

Idem.

Ambros.

Bellarmin.

Luc. 11. 28.

Luc. 3.

Idem.

pacta

Chrysof.

Hieron. August. Leo. Gregor. Bernard.

Ambros.

Iob 1.

Orig.

1. Timoth. 6.

D. Thom.

Genes. 1.

Basil.

pacta tot pauperibus iniuriâ facis, quot dare valeres. Probans ad hoc destinari diuitias, vt non sit otiosa abundantia, & superfluitas; sed erogetur necessitate patientibus. Chrysof. hom. 14. ad popul. Antioch. *Nunquid enim tua possides? Res pauperum tibi sunt creditæ, siue ex laboribus in suis, siue ex hereditate paterna; quid tantum quam ista: quid non tam tuum, quam quæ data sunt tibi, vt distribuantur.* Videndi sunt ad hoc Hieronymus epist. ad Hedib. Aug. Ps. 147. ibi, *Conseruauit seras portarum suarum.* Leo Serm. 5. de collectis, Gregor. 3. past. admon. 21. Bern. epist. 49. ad Henricum. Hæc lex strictius obligat Deo dicatos, & Ecclesiasticos, qui liberi degunt ab oneribus sæcularium, & ratione status parè secum agere debent, ne delicias ad Ecclesiam confugisse operibus probent, & vt ex D. Thoma vidimus q. 87. decimarum portio ad hoc eis conceditur, & timendum est, damnandos fore, si superflua alatur, & in vanis consumant facultates, vel superflua retinentes, non in pauperum vicium concedant. Hic enim facit Ambros. doctrina epist. 72. ad Verell. de pauperibus loquentis: *Neque enim illis quidquam deerat, quibus fide locuples abundabat.* Consolantur quidem egentes, si fide armentur, & diuinis abundant bonis. Verum etiam pro consolatione affert, fide certos esse, Deum non defuturum eis, cum prouidentia sua destinauerit, ad eorum remedium abundantiam, plura habentium, quam indigeant, quorum corda charitas pulsât, vt pauperibus fores aperiantur, & necessitatibus eorum subueniantur. Iob cum plurima numerentur diuitiæ, nulla auri, & argenti fit mentio: cur hoc? Orig. Homil. 1. *Tales erant Iob diuitia, quas seminabat in pauperibus; & de cuius beneficiis in conspectu Dei attestabantur Angeli.* Verè enim diues in Deum, & nolebat superflua possidere, & in sciminis seruare, sed pauperibus concedebat, ad hoc eas sibi datas recognoscens: hoc enim probat D. Thomas 2. 2. q. 131. art. 1. vbi hanc sententiam tanquam certam statuit: *Illud in quo homo excellit, datur homini à Deo, vt ex eo aliis proficiat.* Ita planè quæ dantur homini, vt excellat, & superet alios, concessum credit, vt ex eo aliis proficiat: quemadmodum cælum non suas retinet pluuias, & lumina, sed ea terræ emandat, eisque & fouet, & rigat, & fecundat miseram & egentem tellurem, qualem eâ contemplatus est Gen. 1. *Terra autem erat inanis, & vacua,* iniusta, necessitatem patiens, & paupertate vilis: Foueat eam cæsi abundantia, vt diuites doceat pauperum iuare indigentiam. Philosophia docet, superiora debent in inferiora diffundi: ergo qui aliis superiores sunt, debent ex lege, & obligatione, non retinere, quæ superflua sunt, sed ea diffundere indigentibus: semper enim ratio prouidentie diuinæ (quam ex D. Thoma probauimus) viget in his casibus. Quare Basilij dicto loco ait: *Cur tu abundas: ille vero mendicat, nisi vt tu bonæ dispensationis merito consequaris; ille vero patientia brauiis decoreris? An iniustus est Deus, inæqualiter res nobis distribuens?* Apprimè notauit (in illis mysticis animantibus Ezechiel. 1.) Interlin. rectas pennas habuisse: *Et penna eorum recta,* quibus abundabant, cum quoduis eorum, & ad tegendum, & ad suum exequendum munus, pennas gesta-

rent: *Et pennas per quatuor partes habebant; iuu- Etzech. 17. Etaz, erant penna eorum alterius ad alterum.* Et iterum: *Et penna eorum extente desuper, duæ penna singulorum iungebantur, & duæ regebant corpora eorum.* Quare Hebræa lectio habet, vbi ait: *Alterius ad alterum. Mulieris ad sororem, vir duabus velabat corpus suum, & vir velabatur similiter.* Vnde ortus Hebræorum error, existimantium marem & feminam hos Cherub fuisse, quod fallum est: verum affectu, amorem representare feminam, ad virum, & è contra se mutuo fouentiu, & iuuantium, vt ostendat charitatis officia ea esse, ex abundantia aliis fauere, idè alii isti abundabant, vt possint eas extendere, ad munus obeundum, & eis propria regere corpora, propter decentiam, & alios iuuare: vnde, vt dicebam, Interlin. colligit, Interlin.; officia charitatis impendenda egentibus. Rectæ dicebantur eiusmodi pennæ: quare? Sic habet: *Vt bonum, quod alter habet, impendat alteri: alter non sunt rellatum pennarum.* Dic ergo, qui ex abundantia non suppetenti laud fauet, rectus non est: & cum dictum sit Cant. 1. *Recti diligunt te.* charitate destituti inueniuntur, qui ista deserunt officia.

Cantic. 1.

D. Thom.

Ambros.

3. Reg. 19.

D. Thom.

Bellarmin.

Luc. 11.

2. Corin. 8.

Ambros.

Si

Si enim ad virtutem attendamus, haud dubie exercetur, cum quis sibi necessaria aliis concedat, sine periculo tamen extremo, in quo arlet constitutus iacet. In illa vidua Lucae 21. patet: in Sareptana femina pauente Eliam, ex sibi etiam necessariis, 3. Reg. 17. His, qui hæc negant, respondeat Chryl. orat. de ieiun. & elemosyna, dicens: *Duos obolos non habes? bona mentis, & affectus opes requirit Deus, ut Matih. 10. aquam frigidam, ne propter liquorum sumptum mercede priveris.* Qui enim ista parua habet, optime faciet, si largiatur ea pauperi. Quod probat exemplum egeni, qui ex propriis carnibus, lingentes alebat canes. Chrysol. ibidem: *Et Lazarus, qui alia non habebat, de carnibus suis canibus humanis exitit. Quare egeni, egenorum subuentores esse possunt, parua sunt, quæ dominant, etiam parua sunt, quibus egeni iuuantur.* Ad hoc Ambros. dicto cap. 30. adducit illud Pauli 2. Cor. 8. *Qui multum non abundauit, & qui modicum non minorauit, vel non minuit, de paupere dante, & accipiente stipem, qui exiguum habet, non minuit, quia non noxium est, quod pauperem pascat.* Imò inter consilia prudentia, vt bene distribuatur bona, vnum est, non omnia vni, sed pauca multis concedere, vt plurimum remedio fiant elemosynæ. Hoc docuit Ambros. 1. Offic. c. 16. qui ait, pietati modum esse imponendum: *Modus id est, vt quod bene facis, id quotidie facere possis, ne subtrahas necessitati, quod inuolueris effusioni.* Quod probat exemplo Ioseph, qui cum abundaret tritico, parce expendebat, vt omnibus sufficeret. Idem confirmat 1. Offic. 30. *Deus non vult simul effundi opes, sed dispensari.* Quod probat D. Thom. dicta q. 32. art. 10. prudenter taxans elemosynas, ait: *Sed melius, eas pluribus indigentibus elargiri. Si distribuero, inquit Paulus 1. Cor. 13. Vbi Glossa, non vni, sed multis detur, vt omnibus prosit.* Hoc idem Bellarm. c. 13. Ratio est, quod pauper, & tenuis indiget paruo subleuamine, non sericas vestes, non palatia, non fercula pretiosa, & diuersa; sed panem, & vestem communem; quare huius necessitas paucis contenta est, & aliis similiter necessaria suppeditari queunt. At si honesta virgo locanda esset matrimonio, aut inter virgines, vt velum sumeret, maioribus indigeret expensis. Ambros. supra cap. 15. *Sunt etiam, qui virgines orbatas parentibus, tuenda pudicitia gratia, comubio locant, nec solum studio; sed etiam sumptu adiuant.* Similiter redimens captiuos, æs alienum egeni hominis soluens, si debitis soluendo non sit, hæc, & his similia, maiorem censum desiderant, & præferenda sunt minutis elargitionibus. Item, ad pauperum censum ista non spectant; sed suæ tenuitati accommodata.

Inter necessaria tantum habentes, de quibus ad elemosynam non tenentur, sunt hi, qui filios habent, & periculosa in eis ambitio, & auaritia: quantum enim Paulus 1. Timoth. 6. docuerit: *Radix omnium malorum est cupiditas, aliam non minus periculosam malorum radicem, isti domi (hoc est, in cordibus suis, nempe pietatem) seminarunt, vt optime Timoth. docuit 1. lib. de Ecclesia: Non tam cupiditas reprehendenda, quæ ex pietate parente nascitur, quam ipsa pietas, ex qua talis filia procreatur.* Multa enim congerere filiis tentans; & nunquam possessa siti eorum satisfaciunt, ob id negligunt egen-

tium necessitatibus subuenire, nec sciunt, pauperes omnium esse filios, ipsorumque alere oportere, sicut domi natos. Ouis lactat agnum suum, mater auis sua in nido congregat ova, & pullos: at charitas, cuius expanduntur viscera, pro pullis, & agnellis egenos recognoscit. Ambros. 3. Offic. cap. 3. *Homini autem soli tributum est, vt omnes tanquam suos pascat.* Agnoscat diues, qui filios habet, etiam inter hos censendos esse pauperes, & eos non excludat à mensa, non à vestium largitione, ne alienus à charitate reputetur apud Deum, & à regno excludatur. Prosequatur Ambrosij ibidem doctrinam. Corpus humanum te doceat, in homine nobiliora, & proximiora membra, inferiora etiam, & viliora: num omnia cor: omnia oculus? Absit: ergo qui corporis curam gerit, non ad vnum, aut alterum se conuertit, & alia destituta prouidentia relinquit. Filij tibi sunt, & familia: verum inter alia membra, etiam viliora, recensere oportet egenos. Vide, quam graue est, vt detrahamus aliquid ei, cui nos compati oporteat; & cui debemus confortium ministerij, ei fraudis, & noxiæ simus? Et infra: *Debetur istud ipso nature iure.* Dolosi homines dicendi, qui sub necessitatis pulchro nomine, crudelitatem, & cupiditatem abscondunt. *Sicut nouacula acuta fecisti dolium. Psal. 51. Psal. 51.*

Quare hoc? Dicit Ambros. 3. Offic. cap. 11. *Instruendum huiusmodi tamen ad hominis adhibetur ornatum, & plerumque vlcera, si quis pretendat gratiam, & dolium necessest.* Filij ad ornatum sunt. Verum vulnere inflicto dolose, horum de causa pauperi negas alimenta, & dolose nouacula ista vlcera, & feris charitatem, & aduersum te ipsum conuertitur eiusmodi filiorum amor, & neglectus egentium. Duo testimonia diuersa videntur docere, & in eundem recidunt sensum. *Honora Deum de tua substantia.* Prouerb. 3. Eccles. 4. *Redde debitum tuum.* Magnum quidem, quod cum omnia Dei sint, pollumus iis eisdem bonis, ipsum honorare. Sed notanda doctrina. Qui sua largitur egentibus, lubenti animo Deum honorat: qui autem dare negat, audiat debitum esse, & soluendum. Ita Timoth. supra: *Si deuotus es, da quasi tuum: si indetotus, redde quasi non tuum. Bene itaque posuit, & dans voluntatem, & reddendi necessitatem.* Contemnendæ sunt istæ frigida rationes, quibus ab elemosynis parentes excusantur, ne excludendo Dei filios, paruulos, minimos, Deus horum filios ad talem statum perducatur. Ille illustrissimus Alexius, cum vellent incognitus in paterna domo hospitio suscipi, ne aliis molestus esset, parentem alloquens, sic ait: *Da mihi, domine, hospitium, & alimoniam tenuem: sic Deus tuorum, si egeant, curam suscipiat.* Vt ergo cæpta concludamus, licet crederem, ex necessariis ad statum, præcepto teneri, extremè egentibus subuenire, cum videam tot viros doctos, ad pietatem ista reuocare: non audeo ab eis discedere: commendare autem curabo, vt eius eiusmodi necessitarum subuentores sint, & plurimum Deo fidant, qui hac via augere solet concessa egenis potius, quam minuere censum, vt supra notauimus. Laxè quidem hanc de elemosyna legem interpretatur Diana, qui lib. 1. Miscell. resolut. 32. negat de superfluis elemosynam communibus pauperibus ex præcepto erogandam, nisi accedat grauis, aut extrema necessi-

tas; & lib. 2. resol. 28. qui haud sequendus est, ne recens Author pisco Patres vincere videatur.

Docendum etiam, de quibus elemosynæ fieri debeant. Sunt iniuste parua bona, iniuste data, & accepta, iuste habitas; sed turpiter. Primum nunquam elemosynis satisfaciunt, si reddendo sint; sed tenentur accepta reddere domino. Quod si non sit, aut quod ignoretur, aut quod ex multis, aut ignotis acceptis componatur debitum, certum est, iuxta Confessarij, aut docti hominis consilium reddenda esse. Oprimè Ambros. 1. Offic. cap. 30. habet: *Fundamentum igitur habeat liberalitas tua: hoc primum queritur, vt cum fide conferas, fraudem non facias oblati.* Non solum ea minuendo; sed etiam aliena non conferendo. Quæ enim iniuste concessa, & suscepta sunt: quia peccauerunt dans, & recipiens, vt simoniaci, Iudex iniustus, & alij. D. Thom. d. q. 32. art. 7. censet, non reddenda in penam danti; sed restituenda egentibus: quare ista non tam elemosyna est, quam solutio, vt docet Greg. epistol. 110. 7. lib. epist. *Neque enim elemosyna reputanda est, si pauperibus dispenseretur, quod ex illicitis rebus accipitur.* Censet tamen Bellarm. supra, c. 9. restituenda hæc esse Ecclesie, aduersus quam simonia tæta fuerat. Nec hoc accipere de rebus furto susceptis à fure; iste inique elargitur; & alter iniuste accipit: verum non ista in elemosynas consumenda sunt; sed restituenda vero domino. In duobus casibus, cum nullus verus esset, nisi dans simoniace, in penam impositum est, ea amittere, quæ malè dispensauerat: at fur non hac pena puniendus est, sed verus dominus agnoscendus, à quo prius furto sublata fuerant bona: de rebus tamen malè habitis, verum absque penso restitutionis, dedecent publicè oblationes, quas Ecclesia non acceptat, ne fauere videatur meretricandi vitæ, histriionum scenis; si enim peniterent de peccatis, & vana prodigerent, exemplo essent: & sicut Maria dona, ad pedes Domini lacrymas fundentis, acceptarentur. Verum priuata elemosyna, vt redimant peccata sua, & à vitiis retrahantur, pia sunt, & acceptanda. Hæc Thom. art. 7. Bellarminus cap. 9.

Qui tamen elemosynam facere debeant, restat tractandum. Et certum est, omnes, tam diuites, quam pauperes, tam parentes, quam filios, seruos, & ancillas ad eam erogandam teneri. Verum, qui non habent dominium, & vsum rerum, minuta possunt prodigere: si filii familias, si vxor viri comparatione; serui, ex stipendiis; famula ex labore partus; pauperes ex eadem rebus, quæ elemosynis comparant: solent enim plus congregare, quam necessarium sit consumere: ex alieno nullus: ex paternis bonis magnos sumptus facere non possunt, qui sub potestate maiorum sunt: inferiora enim, vt inquit D. Thom. art. 8. secundum superiora regulanda sunt. Aduertendum tamen, in extrema necessitate, si non potest quis recurrere ad verum rerum dominum, posse subuenire pauperi, de paternis bonis; & qui aliena possidet, potest ea dispensare in pauperes taliter egentes: tunc enim melius, quam si ad domini manus venirent, consumuntur: cum tamen alius non sit, qui tali indigenti subueniat, aut dominus verus id recuset, aut timeat recusaturnum, si sciret. Religiosis verò ob extremam paupertatem, &

obedientiam, qua liber vsum rerum eis interdictur, non interest elemosynis succurrere egentibus; nisi iuxta facultatem Prælatorum eis formaliter, aut interpretatiuè concessam, semel prodegerunt bona: vt enim habetur lib. de ecclesiasticis dogmatibus, cap. 71. sub Augustini nomine: *Bonum est elemosynam facere: sed August. melius per intentionem sequendi Dominum, in simul omnia donare.* Vt exemplo supra Prophetæ Elisei diximus: & D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 3, ad 6. D. Thom. holocaustis comparat paupertatem Religionum; sacrificiis verò elemosynas, quæ communiter conferuntur.

Quibus autem ordine seruato eroganda sint bona; nulli dubio propinquioribus, pariter egentibus, prius elargiendam esse misericordiam, vt docet Ambros. 1. Offic. c. 30. *Est enim probanda liberalitas, vt proximos sanguinis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere.* Hoc tamen sæculi amatores ita reputant certum, vt nullo grano salis eiusmodi condiant fercula; & ita in amore carnalem, spirituales charitatis opes conuertunt; cum enim elemosyna huius sit filia, leges matris sequitur, & reuertitur: & sicut nobis proximiores amare prius tenemur, ita credimus, & eis subuenire debere prius, quam aliis: cum enim alia strictior sit cognatio spiritus, quæ proximos sibi iustos facit, & spiritualia impendentes, & publicè in aliorum bonum laborantes; hos prætulit charitas illis: & si necessitate urgeantur, sunt præferendi carnis propinquis, vt docet D. Thom. d. q. 32. art. 9. *Nam multò sanctiori, magis indigentiam patienti, & magis vili ad commune bonum, est magis elemosyna danda, quam persona propinquiori, præcipue si non sit nimis conuicta.* Nec necessitas sit ex notis, grauius prementibus. Ambros. 1. Officior. cap. 30. *Nam, si omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius.*

Aliud est, si neganda sit alicui. Certum nulli, etiam peccatori, & ad necessitatem venienti; quia, sicut prodigus sua viuendo luxuriosè consumpsit; pauper enim est, & Christum præsentat: eget nunc, & caro nostra reputatur: non tamen in quantum peccatori fauendus, hoc est, vt in peccato persistat: nam, vt Ambros. ait 1. Officior. cap. 30. *Officere istud est, non prodesse alteri.* Sibi ipsi, proqu distributor est bonorum, & quasi alia reputatur persona, aliquid potest referuare, si vera necessitate prematur, alioqui furtum erit. Vnde superpremu indigentia gradum, inter alienos homines obtinent, qui spiritualibus seruiunt laboribus, & qui statum in commune bonum componunt. Honestis, & occultis pauperibus prius conferenda stipis, quam mendicantibus, qui sibi tenue alimentum comparant ex mendicitate. Quare Ambros. 2. lib. Officior. cap. 15. laudat eos, qui pauperes occultos requirunt, vt eis bona impendant: ait enim: *Videndus est ille, qui te non videt: requirendus ille, qui erubescit videri: ille etiam clausus in carcere occurrat tibi; ille affertus agritudine, mentem suam perferit, qui aures non potest.* Quare pauperes, qui veremedia abscondunt egestatem suam, à misericordie diuitibus requirendi sunt, & aliis præferendi.

3. Reg. 17.  
Chrysol.

Ambros.

Idem.

Genes. 41.  
Idem.

D. Thom.

Bellarm.

Ambros.

Timoth.

Ambros.

Idem.

Idem.

Prouerb. 3.  
Eccles. 4.

Timoth.

Diana.

Ambros.

D. Thom.

Gregor.

Luca 7.

D. Thom.  
Bellarm.

D. Thom.

Ambros.

D. Thom.

Ambros.

Luca 15;

Ambros.



Idem. præferendi: Ambrosius supra: *Perfecta autem est liberalitas, ubi silentio quis regit opus suum.*  
 Nec peccatores infimum locum teneant: licet enim Eccles. 12. habeatur: *Da bona, & ne receperis peccatorem: prohibe panes illi dare.* Certum est, Dominum docentem exemplo suo, misericordiam plueri super bonos, & malos; Solem mittere super iustos, & iniustos, vt Matth. 5. *Benefacite his, qui oderunt vos.* Prouer. 25. *Si esurierit inimicus, ciba illum.* ex conditione tamen sua inter omnes egentes infimum locum tenent, nisi aliqua interfit ratio, vel vincendi eius malevolentiam, vel exëpli causa, vt constet inimicitias deposuisse; vel denique si peccator sit in statu prauæ conuersationis propter indigentiam; tunc grande opus esset, & gratissimum Deo, elemosynis, è cenno illo, hominem, aut feminam in profundo maiorum iacentes, extrahere, manu subuentionis: simul enim cum corporali elemosyna, spiritalis exerceretur. Illud autem Eccles. Bellarm. cap. 12. ad 1. de peccatoribus accipit non egentibus, quibus fauor damnatum affert, vt histriionibus contigit, qui à Principibus hominibus in magno habentur pretio, & largissima eis bona ob vanitatem, & leuitatem animi, impertiunt. Ambrosius supra: *Affectus tuus nomen imponit operibus.* Quauis peccatores non habeant aterna tabernacula, in quibus nos recipiant, vt dicitur Luca 16. habet ea Deus, intuitu cuius, homini, ipsum representanti, elemosynæ conferuntur. Nec nimis examinandum est, quales sint pauperes; sed clausis oculis, Deum in eis intueri: sic enim faciles erimus, & amore tenebimur pauperi, nullumque asperis verbis contristabimus; sed audito pulsu, aut voce egentis, alacres ad serinia venimus, vt eis succurramus. Quauis enim pauper Lazarus iustus esset, vt ex morte patet; tamen, qua pauperis agebat personam, & diuitem requirebat, solum mendicitas commendatur; vt tanti mali, quale diues expertus est, causam eius crudelitatis adscribamus. Gerson in hanc historiam ait: *In tantam eruperat superbiam, vt manum egeno, & pauperi Lazaro non porrigeret.* Idem mitis, humilis, egens ante oculos eius obicitur, vt in eo misericordiam Dei agnosceret, ne postea si crudeliter tractetur, terribilem, & exosum sentiat. Ita Petrus Chrysol. Serm. 122. *Modo tibi iustus occurrit, non pauper; sed Abraham, vices Dei Iudicis gerens: quia tunc ut pius tibi esset, diu Lazarum passus est cruciari.* Et forrè sicut ille ob hanc impietatem damnatus fuit; iste ob patientiam iustus factus est, & dignus manibus Angelorum deserti in Abraham sinum. Vnde Serm. 121. ponderat idem Chrysol. *Non tam Lazarum quam ipsam pietatis conflatorium eius proiecit ad ianuam. Conflatorium dixi, quia ferrea viscera.* Quæ enim fusilia dicuntur, conflatorio liquefiunt, quauis dura metalla sint; ita pauperis aspectus potens est liquefacere ferrea diuitum viscera.  
 De modo autem dandi occultè, hilariter, citò, quantum necessitas exigit, aut facultas dantis concedit, tractant Doctores, & has conditiones elemosynæ attribuunt; comprobâtque Bellarm. cap. 13. sacre Scripturæ testimoniis. Videndus Ambros. 1. Offic. c. 30. à quo accipe: *Vnum tenendum pro oculis, omne elemosy-*

*na bonum, ex dantis pendere iudicio.* O grande bonum hominibus concessum, ipsi huius cause Iudices sunt constituti, ipsi censores operum, ipsi causa, aut perdidit oleum, cum ipso, aut magna lucrandi. Ait ergo: *Affectus tuus nomen imponit operi tuo: quomodo à te proficiscitur, sic estimatur.* Vides, quam morale iudicem habeat? Matth. 6. 3. Cur, rogo, dictum à Domino: *Nesciat sinistra tua, quod facit dextera tua.* nisi vt non amittas, sinistros fines operi apponendo, mercedem tibi promissam, si debitis circumstantiis conflatur. *Ne dum hic mercedem queris iactantia, illic remunerationis fructum non accipias.* inquit Ambros. supra. Omet igitur quiuis quoduis opus suum debitis circumstantiis, vt præmium ex eo capiat, tam in præfenti, quam in futura vita.

S. V.

De quarto præcepto.

Quartum præceptum Ecclesiæ Confessionem sacramentalem indicit, semel in anno saltem. Hæc lex lata fuit præfatis temporibus, cum ad sacramenta, sequentia Confessionem, accedendum foret, vt, scilicet, ad sacram Communionem, vt dicemus infra, in quinto præcepto. Nec solum hoc: sed quantum Lateranense Concilium sub Innocentio III. vbi incipit, *Omnis vtriusque sexus.* etiam hoc præcipiat, antiquitus idem impositum fuerat hominibus onus; vt probat Bellarm. 2. tom. lib. 3. de penitentia, cap. 13. vbi censet, innouatum hoc decretum ab Innocentio, non nouiter institutum, nec solum quoad necessitatem confitendi Sacerdoti, quod pluribus testimoniis probat præcedentibus capitibus, esse in vsu apud præfatos Patres, & Concilia; sed quoad tempus confitendi semel in anno saltem, vt ex Gregorio Nicæno, & Chrystostomo demonstrat: ille in epistola canonica ad Episcopum Mitylenensem, cap. 1. vbi ait: *Quia in magna* Nicæ. *hanc hebdomadam peruenimus, Dei gratia nunc maxime, & ieiunij cursus intendendus, & magis continuanda sunt preces, faciendæque diligens, & pura Confessio peccatorum.* Tempus signat, nempe, maiorem hebdomadam, proximam Paschati; & formam præstat, vt, scilicet, confiteantur peccata, purè, ac magna cum diligentia, in exquisita ratione peccatorum inquirenda, & in vera, & ex animi, & præcordiorum dolore peccatorum Confessione. Chrystostomi verò testimonium haud vidi nec in Bellarm. cap. 9. vbi Bellarm. huius testimonia adducit. Suarez verò quarto Suar. tomo 3. p. disput. 36. sect. 1. ait, ex obligatione olim ter in anno confiteri fideles in dicto à Fabiano Papa cap. et si non frequentius, de consecr. d. 2. & ex Concilio Turon. cap. 50. affirmat etiam teneri semel in anno confiteri, non solum ob suscipiendum Sacramentum Eucharistiæ; sed nudè ob necessitatem confessionis: ingruente enim tepiditate fidelium, & obligatione vtendi hoc Sacramento in d. Concil. Lateran. iniunctum est hoc semel, saltem in anno fieri, vbi habetur: *Omnes fideles confiteantur.* Renouauit hoc idem Trid. sess. 14. c. 5. & can. 8. nulla Communionis mentione facta, *saltem semel*, inquit, inuens velle frequentius id fieri; sed cum omnibus præceptum imponat, ne frequentia,

frequentia, si præciperetur, in peius abeat, propter hominum fragilitatem, in diuinis exercitiis mysteriis, solum indicit semel ad hoc teneri.  
 Pro conditione ponit, quod sint habiles propter ætatem ad vsum tanti Sacramenti; cum, scilicet, peruenerint ad discretionis annos: quod moraliter iudicandum est. Secundò, vt sint fideles baptizati: nam Baptismus ianua dicitur Sacramentorum. Tertio, satis esse peccatum etiam internum esse in homine, vt hoc vtatur remedio, ad illud delendum, licet enim Ecclesia actus internos per se non præcipiat; iubet tamen id, quod exterius sit in remedium maculæ, quæ tali medicina egeat. Tale est peccatum mortale intus hærens anima.  
 Qui autem solo veniali, aut solis præpeditus reperiretur, non teneretur hoc præcepto, quod solum pro mortalibus est impositum. Oppositum docet D. Th. qui in 4. d. 17. q. 3. art. 1. quæstion. 3. sentit, c. *Omnes*, hoc præcipere, primò, vt quilibet se peccatorem recognosceret: secundò, vt cum maiori reuerentia ad Eucharistiam accederat: tertio, vt Receptoribus subditi innotescat. Verum, vt Trid. supra docet, est diuini præcepti confitendi onus, appendix, quatenus quod ibi nullo clauditur termino, præfigitur in isto: sed illud præceptum pro mortalibus est: ergo & istud. Sed hoc contingere potest, et si in aliquo detur in toto anni decursu non deliquisse grauius, saltem ad suscipiendam Eucharistiam, teneretur adire Parochum, & manifestare, qualiter inueniatur, ne scandalum pariat talis Communio, absque præuia Confessione. Vnde D. Th. quæstion. 3. ad 3. hanc sequitur sententiam. Ad dendum, *semel in anno*, accipiendum esse, si intra annum quis Confessionem faciat, nullo tempore signato: qui enim die Circuncisionis confiteretur, ex vi huius præcepti non teneretur ad Confessionem accedere vique ad alium Circuncisionis diem. Verum, quod homines, qui solo hoc præcepto arctantur, ad hoc religiosum opus executioni mandatum potius vt tedium suum, quam deuotionem demonstrent, velint vnà duo adimplere præcepta, & communicandi habeat tempus designatum, proximum Paschati; idem in vsu est, tunc confiteri, cum aliter tenerentur, iterum hoc præstare, si communicandus foret, cum id fieri nequeat, nisi præuia Confessione, si peccati mortalis vulnus animam infecerit. Et hoc vocat D. Th. supr. quæst. 4. confiteri per accidens, ratione Sacramenti suscipiendi, & in hunc finem Confessionem annuam institutam esse censet: quod non credo. Vocat autem, per se teneri, sicut ad Baptismum necessitate urgente, quod sint media salutis: sed hoc præcepti diuini est, non ecclesiastici, quod tale detur confessionis ibi, & quæstion. supra probat.  
 Credo tamen, ad præceptum hoc sufficere Confessionem quocunque anni tempore statueret, cum tamen sequenti anno, vel antea confiteatur, vel cum annus completur: in Paschate verò confiteri tenebuntur, non ex vi huius annuæ Confessionis; sed quod Sacramentum tunc suscipere non potest, nisi prius à mortali confiteatur: quod si vellet hanc secundam Confessionem pro sequenti anno iniunctam numerare, vique ad aliud Pascharis Festum, confiteri non tenebitur. Nec obstat, quod Suarez in oppositum affert, & quod præceptum exposcat intra

annum mortalia confitenda esse: hoc enim intelligitur, non de iam factis, & confessis, alias quoties in illo anno quis mortaliter delinqueret, ad Confessionem teneretur: nec item quod obicit, si quis de venialibus Confessionem inierit, & postea mortaliter deliquerit, teneri tunc ex præcepto ad horum Confessionem, cum præceptum poscat illius anni mortalia confiteri. Hoc quidem videtur probare ad huius pens solutionem necessarium esse, mortaliter peccare: dicendum tamen, vel Confessionem venialium non factam fuisse ex vi præcepti, cuius de causa, vt supra diximus, nemo confiteri teneatur: ergo tunc incipit obligatio, vbi mortali culpa homo inuenitur infectus. Vel dic secundò, non teneri tunc ad mortalia. Confessionem, quovisque annus ille conficiatur: idem enim dicendum est, si quis nunc exomologesi purgatus, statim in mortalem labatur culpam, vique ad anni finem, ad Confessionem, haud cogendus est ex præcepto. Suarez sect. 5. art. 5.  
 Quod si quis Confessionis annuæ præceptum non seruet, tenebitur statim quamprimum possit, seruare hoc iniunctum mandatum, & peccare, si id non præstet. Ratio est manifesta: quia ex intentione Ecclesiæ terminus præfixus, saltem intra annum confitendi, est, ne homines hoc remedio careant, quo, velut fræno, à peccando retrahantur: cum ergo post annum elapsum, hæc ratio plus premat transgressorem, semper solutionem huius debiti exposcit. Quæ ratio minimè vrget in præcepto ieiunij, audiendi Sacrum, Horas recitandi: hæc enim habent fixum diem, in quo iniuncta ex lege facienda sint: quo elapso, cessat finis legis: hic autem potius amplius vrget: quod enim plus labitur tempus, eò amplius homines à remedio non peccandi elongantur. Ita Suarez sect. 4.  
 Si quis tamen initio sequentis anni confiteatur, vt seruet præceptum iniunctum, intra eundem annum teneretur pro sequenti anno confiteri: potest tamen id differre vique ad finem, non quidem à die, in qua confessus est; sed in qua confiteri teneretur, si annum integrum vellet, vt deberet, obseruare.  
 Si tamen semel confessus, aliqua mortalia præterita occurrunt memoriæ, cum indirectè remissa sint, vique ad alterius anni Confessionem, non teneretur Confessori manifestare, nisi Sacramentum Eucharistiæ sumendum fuerit.  
 Quod si sciat quis in fine anni impedimento præpeditum, ne confiteatur, teneretur, talem vitare obicem, præueniendo Confessionem, quia sicut ad Sacrum audiendum, totum mane decurrendum signatū est; & qui scit, hora decima, & vndecima, aut duodecima non posse Sacro interesse, teneretur Missam antea audire: sic tempus decurrens totius anni est terminus præfixus Confessionibus fidelium; & sciens in fine impediendum, præuenire teneretur, & confiteri anno mediante, aut post nouem menses, aut decem menses: semper enim Ecclesiæ intentio manifesta indicit, fideles à Sacramento Penitentia nolte distrahere, & diuellere, ne peccata in dies augeantur, & remedium difficilius reddatur.  
 Notandum, recitantes hoc præceptum quartum Ecclesiæ, addere in Catechismis, semel in anno Confessionem adeundam, vel antea, si periculum adit mortis, vel timer futurum. Hoc

quidem non est ex vi præcepti ecclesiastici iniunctum, sed diuinam remedium hoc est medium necessarium salutis, & tabula naufragorum, vt ad portum perueniant, instat etiam obligatio delendi peccata per Confessionem. Ergo ex vi præcepti diuini iubentis Confessionem, vt remedio sit agris ad salutem obtinendam, alias ista periclitaretur, dempta è medio Confessione. Quod si tale periculum præueniatur, & eo instante confitendi opportunitas non sit, ex vi eiusdem diuini præcepti, tenentur præuenire confessionem; nec facile est determinare, quando hoc diuinum præceptum in praxi seruandum sit, nisi in prædicto imminenti periculo, salutem æternam adipiscendi.

Ex vi eiusdem iuris diuini, in mortis articulo tenentur confiteri, qui peccata mortalia commiserat, nec certus sit esse per contritionem remissa, etiam si per se non valeat auriculariter prodere peccata; sed interpretis interuentu: nam salutis æternæ securitas plus ponderis habet, quam aliæ difficultates, ad honorem spectantes, præcipue cum satis sit aliqua enunciare peccata, ob interpretis causam; & tunc formaliter erit integra confessio; non enim ad amplius obligat diuinum præceptum, cum posituum sit, nec presumendum cum tanto onere premere velle hominum ceruices.

Plus tamen vrget tam diuinum, quam ecclesiasticum præceptum, si mutus, aut surdus sit penitens; valeat tamen scribere peccata, & legenda concedere Confessori, & annuere signis, talibus onerata gerere conscientiam. In hoc nullum adest morale periculum, sed potius faciliorem reddit confessionem: qui enim vellet chartam rapere, & aliis ostendere, posset etiam aure accepta, peccata prodere. Suarez supra fest. 6. docet etiam in praxi tutissimè seruari oportere dicta.

Nec hoc præceptum seruatur, si Confessio haud ritè fiat: nam prædicta ecclesiastica lex solum indicit tempus, diuina iubet ritè confiteri, quod in animi medelam, & peccatorum absolutionem tendit. Quare, cum hoc solum fiat, si ritè quis confiteatur, praua, & diminuta Confessio minime ab onere huius præcepti homines liberat. Quare qui confitetur, & non absoluitur, tenetur alteri confiteri. Verum est, prædictum caput, Omnes, concedere de consilio Confessoris posse differri Confessionem, sicut & Communionem. Sed cum idem consulit, tempus accessisse implendi præceptum, perficienda est Confessio cum absolutione.

Suarez.

Pater Franciscus Suarez sect. 7. qui Confessionem informem admisit, in vnico euentu, scilicet, quod quis diminitè confessus fuerit, & ex obliuione naturali, attritio omnia confessa peccata non comprehenderit; tunc arbitratur, illa remitti, circa quæ attritio habita fuerat; non tamen alia, circa quæ informis manet Confessio, & si addatur attritio plena, formata euadet. Hanc affirmat sufficere ad annuæ Confessionis præceptum implendum; nec in illo anno, si recorderetur, teneri ad aliam Confessionem, non quidem ea ratione fultras, quod adhibens contritionem, aut attritionem plenam, assequetur in integrum salutem; sed quod integra Confessio non fuerit, & peccata diminitè confessa, ad

ali-m spectant Confessionem, non in illo anno faciendam, sed in sequenti: præceptum verò diuinum, quod non determinat tempus, potest (si non instet periculum mortis,) sequenti anno adimpleri; non tamè existimat Suarez, diminitam attritionem, (quatenus nõ se extendit ad omnia peccata, eò quod non sit de aliquibus oblitis inculpabiliter; sed solum de confessis etiam inculpabiliter,) remittere ista: alia verò nõ confessa, minime: hoc enim repugnat in moralibus: omnia enim, aut nullum abolentur dolore cum Confessione coniuncta; sed si hoc obex non adesset, posse ex se illam attritionem ea delere: quare Confessio informis dicitur, & non consequitur per eam effectus gratiæ: sine obligatione iterum confitendi, posito dolore extenuato, qui cadat super omnia, rã præterita, quàm dicta, sortiri effectum suum. Ita latius d. 20. sect. 5. Idem.

Sed obiicies: Sicut non est obex ad verã penitentiam defectus integritatis materialis; ita non erit obex defectus integræ, & extensivæ attritionis cadentis super omnia peccata, etiam præterita. Negat consequentiã, quod de essentia Penitentia non sit Confessio externa; sit tamen dolor animi. Quare, si in isto, in re quidem defectus reperitur, ex se meretur assequi gratiam, ex accidenti eam non obtinet, quouique obex auferatur.

Ego crederem, nullam talem informem dari Confessionem, vt lib. 3. probaui: neque ob id conscientias exagitari, & vrgeri ad Confessiones iterandas: satis enim est, hunc ignorare defectum, vt facta nouorum peccatorum, suis conditionibus ornata penitentia, deleat, tam pristina, quam noua peccata, & iustitiam adipiscatur penitens.

Addendum est, pœnas Canonis esse priuationem sepultura; & exclusionem ab Ecclesia, quæ lata sententia obligant; synodales esse excommunicationem; iniunctas non seruantibus hoc præceptum; & tenere, ac ligare eos, qui culpa sua, tam exteriori, quam interiori, male continentur: ab eis tamen eximi, qui ignorans sine fructu Confessionem præstat. Pueri tamen, licet peccent, cum ad ætatem, quæ iudicium rationis prober, perueniant, si non annuata Confessionem faciant, has non incurrant pœnas: mitius enim cum eis, quam cum grandioribus se Ecclesia gerit. In cap. 2. n. 2. de delictis puerorum, dicitur: *In pueris valiqui solet inultum, quod in aliis progressioris ætatis humanæ leges ducunt seuerius puniendum.*

Quamvis dicta sint certa ex rigore præcepti, nolentis homines ad frequentiores confessiones cogere, hortandi sunt, ne molestè ferant hoc iugum diutius sustinere, vt lenius fiat, & haud premantur tam graui onere peccatorum. Ergo, ne ex prolongata Confessione nascatur tædium potius, tot peccata colligendi, & etiam tot peccandi deponere consuetudines, & occasiones, vnde nascitur in multitis, vel Confessionem contemnere, vel taliter id præstare, quod iubetur, vt potius in laqueum condemnationis cedat, quam in animæ lustrationem; non sunt procrastinanda Confessiones; sed pluries faciendæ, quam præceptum exposcit. Vnde Hugo de S. Victore, cap. 8. 2. de Sacram. p. 14. *Et si necessitas non est, quæ præuendatur, contemptus non excusatur.* Si enim etiam non vrgente necessitate, ne præsumatur

sumatur contemptus Sacramenti, ad Confessionem accedere oportet, quid sentiendum, si Sacramenti præfens adsit necessitas ad eum, qui agrotat, & eget, medendum? Quis enim agrotus non statim ad Medicum confugit, cum videat morbo vexari? Non igitur differendum hoc remedium, ad morbos depellendos, à Christo institutum: cur enim Zachæus festinanter iustus est descendere, vt Dominum domi suæ suscipere, nisi quod cognita fuit à Domino eius indignitas, & pollutam, ac maculatam conscientiam deferre, à quo malo festino gradu eum liberare cupiebat? Nos quidem Deum tenemur præuenire, non ipse tenetur nos expectare morosos: obliuioni enim adscribitur, quod ille prodigus occasiõe ad penitentiam accedens in se reuersus est, qui extra se ita impeditus erat, vt desiderio peccandi solum peccasse tenebat memoria; & totus erat in querenda satiandi appetitum occasione: ideò occurrit pater à longè viso, quod multo tempore eum expectaret: optime enim Psalmista: *Præueniamus inquit faciem eius in Confessione.* Quomodo id fiat, docuit Petrus Chrysol. Sermon. 46. *Præueniendus est, non velocitate pedum; sed prouido Confessionis obsequio: ideò, in Confessione, addidit: Cui tempus est venia, cum penitentia locus est, prodamus, quæ fecimus, pietati, ne seueritati cogamus exoluere, quæ tacemus. Dicamus indulgentia tempore, delicta nostra, ne si taceamus, ad excipiendam sententiam desleamus.* Nos quidem præcepto tenemur diuino, si instet necessitas, quam talem esse iudicemus: at illa necessitas vera, quæ Deo nota est, nunquam seuerius deprehendetur, quam cum peccatum vexat conscientiam, & diuina gratia excitat sic iacentem: cum enim Dominus præueniens Zachæum ipsum accersit, & ab eo minime inuitatus, ipse inuit eum, vt domi recipiat; censendum est instare necessitatem Dei, vt misericorditer nos saluet, non nostram, quod lateat tunc opportunum esse tempus consequendi salutem: quid enim illi dixit? *Festina: quia hodie in domo tua oportet me manere.* Non dixit, te oportet; sed me. Nec hoc ideò, quod illi non oporteret tunc temporis suscipere Dominum; sed hoc latebat cura, cui oportebat: cognitum tamen ab eo, cui misericorditer ipsum saluare efficaciter incumbere: ideò ait: *Oportet me, vt quod intendo, assequar; vt gratia mea vim suam exerat: nam, vt inquit Petrus Chrysol. Sermon. 54. Cuius Dominus non intrauerit domum, ille ad diuinam non perueniet mansionem. Quare gaudens suscepit? Quia reus Iudicem, suffragio humanitatis inclinatur.* inquit ibi Chrysol. non tam suo, quam Domini, qui quidem, humanitate sua, inclinauit propensione amoris, in procurandam rei, ac debitoris tor criminum salutem. Malum quidem grande timere opus est eum, qui has non intelligit diuinas monitiones: ipse enim occasionem ignorat Deo notam, & ideò tunc clamat, ne postea pudeat penitentiam distulisse. Furatus est Achan; & Deus offensus; populus victus; turbatus Israël; fors missa, vt fur manifestus fieret: omnia ista calcaria Domini erant, & stimuli, vt peccator ad penitentiam veniret: at, vt ait Rupertus in Iosue d. cap. 8. *Aut turbatus est Israël, quam ille reatum agnosceret; & ante fors veridica,*

Luc. 19.

Luc. 15.

Psalm. 94. 2.

Chrysol.

Luc. 19.

Idem.

Iosue 8.

Rupert.

ca, Deo auctore, prodidit personam, quam ipse culpam. Vnde, obsecro? Attendas, Iosue quidem deprehensum furem accersit, & ad penitentiam, & confessionem hortatur, cum multò antè signa diuinæ indignationis præcederent, & ipsum monerent ad confessionem delicti, vt in hac representatione cognoscas, aliud esse munus Ecclesiæ in Iosue figuratæ, aliud Dei: ille suo tempore confessionem exquirat; iste verò tunc clamat, & prouocat, cum profuturam peccatori cognoscit; nec securius quidem quis confiteretur, vt certus sit de consequenda gratia, quam cum Deus incutit metum, spem concedit, misericorditer vocat, ac inspirat. Præclara sententia August. hoc significauit lib. 4. contra Cresconium, cap. 31. de quodam Maximo Hæret. Vbi ait: *Iacent membra abscessa, quæ pestifera puredo corrupta, vt plus habeat in abscessione solaminis, quam in remissione, medicaminis.* Morosis enim confessionibus hoc tribuendum est: producto enim tempore iacent miseri in putredinibus suis, & cum venerit tempus, præcepto ecclesiastico appositum solamen recipiunt in proditione scelerum; non tamen semper medelam, non culparum remissionem: tales enim ferè semper imparati accedunt, & onere peccatorum grauati, nolunt ea digerere, vt vel debito modo confiteantur, & dolorem examinent, vel obligationes, quibus tenentur, agnoscant; vel remedium debitum applicent. Plura dicerem, nisi de hoc latè lib. 3. actum fuerit.

Solum enim pro his, qui hoc excusantur præcepto annuæ Confessionis, dicentibus, non teneri ad plura, quam lege sint constituta, præuè intelligentibus, tum mentem, tum pietatem Ecclesiæ; mentem quidem, cum dicat, *saltem*, quasi definiens terminum, ultra quem progredi non liceat; semper tamen insinuans, velle antea, & antea ad confessionem mortalium accedere. Sit exemplum lex taxans pretium venalium rerum, quod intendit, ne ultra illud auari progrediantur; vellet tamen semper, ne tanti venderent: vnde, cum frumenti copia aduenit, non fert lex, ad taxatum pro caritàtia pretium deuenire. Ita planè lex terminum, quasi extremum definiens, ad Confessiones, est quidem pro his, qui auari sunt, & cum Deo nimis angustè se habent, ne longius protrahant penitendi spatium: at si abundant peccata, vellet quidem, vt ea deponeret peccator, & statim ad medelam culparum accederet. Assimilantur isti Sophat Nahamatiti Iob 20. qui ait: *Doctrinam, Iob 20. qua me arguis, audiam, & spiritus intelligentia mea respondebit pro me.* Sunt enim, qui audiunt verba legis, non vt verum sensum teneant; sed vt responsum præstent suæ negligentia aptatum. Vt enim inquit Nicetas: *Qui dicentis verba discernunt, doctrinam eius, non ad adiutorium; sed ad occasionem certaminum sumunt, vt audita potius iudicent, quam sequantur.* Præuè enim intelligentes legem ad ea accommodant, quæ suam negligentiam defendant, non quæ ipse Legislator intendit, scilicet, ne quis grauetur peccatis, & multum à Confessionis remedio abcedat. Etiam in hoc præcepto elucet pietas Ecclesiæ; cum enim legem ferat, omni

August.

Aug. 20.

Nicetas.



vtriusque sexus, & ætatis homini, in quibus tot mores, & ingenia continentur, ne aliqui ex pluribus, remedio abutantur, & in peius eant, legem ab omnibus sustinendam imponit, ne grauet ex pluribus aliquem, ne nimis ad rigorem vergere videatur. Quod exemplo probat. Auricularem indixit Confessionem pro omnibus: cum enim Deus sciat omnia, & homini plus interfit Deum offendisse, quam homines, cur non iniungit Confessionem publicam, quæ quantò maiorem ingerit verecundiam, tantò plus ad satisfaciendum Deo valeret, cui illa omnia nuda sunt peccata? Si enim coram Sanctis, & Angelis manifesta futura sunt, quis prohibet coram paucis ea dicere? Respondet Leo epist. 80. ad vniuersos Episcopos per Campaniam: *Tamen, quia non omnium huiusmodi sunt peccata, vt ea, quæ per penitentiam possunt, non timeant publicare, remoueatur talis consuetudo, ne multi à penitentia remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuent, inimicis suis sua facta referari, quibus possunt legum constitutione percelli.* Ita planè lex pro omnibus constitendis indicta est spatio vnus anni, quòd non omnium sit hoc breuius vti remedio, & possint in peiora prolabi, si ad frequentiores Confessiones ardeantur. Hoc tamen liberum relinquitur cæteris, cum Deo fidat Ecclesia, cuius interest plurimos vocare, & allicere, ad citius confitendum, ne periculo, locum veræ penitentiae haud inueniendi, inuoluantur.

§. VI.

De quinto præcepto sumendi Eucharistiam.

Bar. 3. tom. in 3. p. disp. 66. sect. 3.

**E**dem lege, Cap. *Omnis vtriusque sexus.* sanctum est, homines teneri ad suscipiendum Eucharistiae Sacramentum, semel in anno, tali tempore, nempe, in Paschate Resurrectionis, vel prope illud: tunc quidem, vt modò dicebamus, etiam per accidens, (vt ex D. Thoma probauimus,) qui semel confessus fuerat, teneretur iterum confiteri, si aliquo præpediatur peccato mortali; vel si isto careat, ne scandalo sit cernentibus, ad Altare accedere nulla præuia Confessione. Quòd hoc præceptum sit antiquius, quam iniunctum à lege, ab Innocentio III. & Concilio sub eo Lateranensi, certum est; & probat Bellarminus d. lib. 3. c. 13. cum de eo meminerint Cyprianus Serm. de lapsis, qui adducit exempla quorundam, polluta anima ad Sacramentum accedentium; qui tamen publicè ab eodem plexi fuerant; addit statim: *Quam multi quotidie penitentiam non agentes, nec delicti sui conscientiam confitentes, immundis spiritibus adimplentur.* Et iterum, de aliis minus peccantibus addit: *Hoc ipsum apud Sacerdotes Dei dolenter, & simpliciter confitentes, exomologesim conscientie faciunt, animi sui pondus exponunt, saluarem medelam, paruis licet, & modicis vulneribus, exquirunt, scientes scriptum esse: Deus non iridetur.* Et cum infra moneat omnes ad Confessionem accedere, ait: *Confiteantur singuli, quæso vos, Fratres, delictum suum, dum adhuc, qui deliquit, in saculo est.* Quibus adiunge, quæ præcesserant, aduersus homines, qui temeritate

Bellarmin.

Cyprian.

Idem.

ducti, sine Confessione ad Sacramenta accederent, superbi homines, temerarij, nolentes erectam ceruicem inflectere ad penitentiam. *Iacens, stantibus & integris, vulneratus minatur, & quod non statim Domini corpus inquinatis manibus accipiat, aut ore polluto, Domini sanguinem bibat, sacerdotibus sacrilegus irascitur.* Hinc incipit ad Confessionem prouocare, & exemplis comprobare eorum, qui mala conscientia inquinati Corpus, & Sanguinem Domini tractauerunt. Clarius, tom. epistol. 91. ad Theodorum Episcopum: *Mediator enim Dei, & hominum, homo Idem. Christus Iesus, hanc Præpositis Ecclesia tradidit potestatem, vt & confitentibus satisfactionem penitentiae darent, & eadem, salubri satisfactione purgatos, ad Communionem Sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.* Idem docet D. Thom. d. distinct. 17. q. 3. art. 1. quæstiunc. 4. Quòd autem hoc præcepto, ad Communionem annuam, Paschatis tempore, teneamur, certum est, & confirmatum Concilij Trid. præcepto sess. 13. can. 9. vt eò modo satisfaciatur Christiani institutioni Christi, & præcepto. Quòd sit etiam Communionis diuinum, haud dubiè affirmandum: *Nisi manducaueritis Carnem Filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quare Suarez d. 70. sect. 1. ad finem, censet, licet pueri non teneantur ad huius Sacramenti participationem, ex præcepto Ecclesie, si habiles sint ad confitendum, in articulo mortis teneri, sacram Communionem percipere, vt hoc diuinum impleant præceptum. Ratio Concilij est. Iure diuino tenentur fideles communicare, non solum in articulo mortis, sed aliquoties, vt docet Suarez 3. tom. disp. 69. sect. 3. In prisca Ecclesia tanta deuotio circa hoc Sacramentum vigeat, vt vel quotidie communicarent, vel saltem diebus Dominicis, vt patet ex iis, quæ affert Baronius 1. tom. suorum Annalium, & Suarez supra, dict. sect. 3. & etiam disp. 70. ex Clemente Romano, Dionys. Areopag. & Anaclero Pap. Frigescente autem fidelium deuotione, ter in anno fieri ex præcepto solebat Communionis: at in deterius decurrente tempore, præceptum annuæ Communionis indictum fuit, vt ita seruaretur præfixum tempus, & ultra illud Communionis haud prorogaretur.

D. Thom.

Conc. Trid.

1. tom. 6. 5. 4.

Suarez.

Quas obliget personas, licet sub eodè tenore verborum, hoc, & Confessionis præceptum indicetur, nihilominus, quòd maiorem notitiam, & reuerentiam istud exposcit, non omnes, qui tenentur præcepto confitendi, statim censendi sunt habiles ad communicandum; sed ultra requiritur notitia mysterij, reuerenter accedere, & ista percipere; nec ætas mensuram præbet, sed discretio examinata per Confessorem. Communiter post instructionem conuenientem, scilicet hæc obligatio in attingetibus ad decimum quartum ætatis annum residere: nec in re dubia inclinandum est in fauorem puerorum; sed, in Sacramenti reuerentiam, & notitiam, ad magni faciendum tantum Sacramentum, & mentis munditiam conseruandam, aut procurandam. Obligat energumenos, & amentes, si actu non timeatur magna irreuerentia, & habitu præcesserunt signa gratiæ, & deuotionis. D. Th. 4. d. 9. q. 1. ar. 5. quæstiunc. vltima, decem, vel vndecim signat annos ad hoc præstandum: sed addit: *Si in eis signa discretionis appareant, & deuotionis.* Hæc

D. Thom.

Hæc

Hæc quoad ecclesiasticum præceptum: de diuino iam diximus ex mente Suarez, quid seruandum sit.

Tempus est Pascha, quòd maiori tunc fideles deuotione parati inueniantur, & celebretur huius, & dominicæ Passionis institutio: Pascha verò non strictè, & metaphysicè accipiendum est; sed circum circa, tam antè, quam post: & etiam lege sancitum est Mediolani, per integram Quadragesimam posse hoc præceptum, semel communicando seruari. Fertur hoc concessum Hispaniæ à Clemente VII. Non extat: sed certum est, in multis locis vigere consuetudinem, ob defectum confitentium, & popularium multitudinem, communicandi per totum quadragesimale tempus: & ita seruandum est, vbi talis vigeret consuetudo. Semel præceptum dictum exposcit communicare, non amplius, nec frequentioris Communionis extat aliud præceptum.

Primum, hæc Communio in propria parochia fieri debet, & de manu Pastoris proprii: intendit enim Ecclesia, tum ædificationis curam agere, tum quòd Pastor proprias recognoscat oues, easque hoc spirituali alimento pascat, & indignos repellat, nisi prius parati inueniantur: de licentia tamen eius, alibi, & ab alio poterit fieri hæc sacra actio.

Idem de Communionem, ac de Confessione censendum est, quantum ad non differendum illam, vsque ad alium annuè: quis verò iniquè transgressus fuerit tale mandatum, tenetur, quamprimum possit, communicare. Ratio est, quòd intentio Ecclesie sit, non solum tempus determinare ad hanc Communionem; sed ne nimis ab vsu huius panis elongentur, quatenus eius sumptio, necessaria est ad mores prauos componendum, & firmitatem, ac vigorem aduersus vitia sentiendum. Hoc docuit D. Thom. 4. d. 17. q. 3. art. 1. quæstiunc. 4. id est, vltima. Hoc ipsa docet: *Suscipiens reuerenter ad minus in Pascha, inquit cap. Omnes innuens, tempus illud semper instare, ne nimis à Sacramento distrahantur.* Etiam probatur ex eo, quòd excommunicatione feriantur non communicantes, vt respiciantur: ergo, vt etiam post transactum tempus communicent. Dilatio tamen, quæ fit de consilio Confessarij, & nascitur ex indigentia penitentis, non imputatur ad culpam: vult enim Ecclesia hoc seruari præceptum, ita vt dignè quis accedat ad sacram Mensam.

Suarez supra sect. 2.

D. Thom.

Hic tamen non valet, quod de Confessione diximus, nempe, si præuideat impedimentum futurum tempore paschali, teneri antè ad Communionem accedere, sicut de Confessione probauimus: hoc enim Sacramentum determinat annum, non certum tempus: Communio verò paschale tempus. Et sicut facta Communio ante illud, non sufficit ad præceptum: ita nec postea facta tollit, quin seruetur, si dilatio non fuit culpabilis, sed ingruente necessitate euenit.

Suarez.

Dubium mihi est, an accedens in peccato hoc impleat præceptum. Suarez sect. 3. affirmat: quod probat exemplo ieiunij, Missæ, Sacramentorum reliquorum, præcipue characterem impimentium, eò quòd, vt ex D. Thoma 2. 2. q. 100. art. 9. tex præcipiens actum, præcipit substantiam, non modum, nisi modus sit substantialis actui, secundum se, vel provt sub legem cadit,

quæ ratio fauet parti neganti hanc doctrinam: nam lex communicandi, non solum Communionem indicit, sed modum, tum, quòd iniungat non accedendum, nisi præuia Confessione; tum, quòd ait, *suscipiens reuerenter ad minus in Pascha, Eucharistia Sacramentum.* Quis enim audebit dicere, reuerenter sumere existens in mortalitate? Ergo nec præceptum seruat, & tenetur ad aliam Communionem, quæ reuerenter fiat, & purgata à peccatis maneat conscientia.

De pœnis eadem dicenda, quæ de non confitentibus semel in anno quoad excommunicationem synodalem.

Hæc quidem procedunt iuxta præcepti rigorem: verum miserè est, fideles ad talè deuenisse statum, vt saltem in anno accedere cogantur, cum alias Ecclesia prædicet, & prædicare iubet, suæ intentionis, ac desiderij esse, frequenter, imò quotidie communicare fideles. O quantum distat vnus ab altero: hoc ex necessitate præcognita, & experimento cõperta indigentia huius alimenti, ad tenendam diuinam gratiam; illud ex frigore fidelium, & tædio diuinorum. Quis audeat dicere, Ecclesiam his fauere hominibus? cum, vt D. Thom. docet d. 17. q. 3. art. 1. quæstiunc. 4. *Ecclesia non indulget dilationem, sed prohibet diligentiam in maiori dilatione.* O tempus! o dies! similes his, quorum meminit Scriptura

D. Thom.

2. Paral. 30. vbi ait: *Sacerdotes verò suscipiebant es-*

*fundendi sanguinem de manibus Leuitarum, eò quòd multa turba sanctificata non esset.* Verè enim, si merita populi solum attendenda essent, sanguis ille perdendus esset, cum paucis proficiat, & turba populi icinua maneat, tanquam immunda animalia. Imò vltèrius procedens facit Textus ait: *Magna etiam pars populi de Ephraim, & Manasse, Iuda, & Issachar, & Zabulon, quæ sanctificata non fuerat, comedit Phasæ, non iuxta quod scriptum est.* Ita videmus in his, qui hoc adstricti præcepto accedunt ad Phasæ, Paschæ instate tempore: hi enim imparati accedunt, sine vlla deuotione, ac reuerentia; & verè datur hic panis indignus, aut notam dantibus indignitatis: hi enim, qui ad hoc solenne Phasæ vocabantur, antequàm accederet ad oblatorum sumptionem, comminuebant idola, altare destruebant. Ita ibi: *Surgentes destruxerunt altaria, quæ erant in Ierusalè, atque vniuersa, in quibus idolis adolebatur incensum.* Et statim: *Immolauerunt Phasæ.* Rationem reddit Lyra: *Posuit Lyra idololatricæ destructio, quæ impediabat diuinum cultum: quia primò remouenda sunt impedimenta.* Qui enim taliter ad verum Sacramentum accedunt, fortitudine armati vt destruant, & è medio tollant idololatricæ occasiones, pristinorū peccatorum fibras, vt dignè ad illam accedant mensam, & Phasæ, hoc est, transitum ad Dominū celebrent. Dicat Cyprianus, qualiter huius sæculi homines, inueniantur post Communionem, vt inde coniciamus, quales accedant ad Deum. Ille lib. de lapsis, sic ait: *A Diaboli aris reuerentes, ad sanctum Domini fordosis & infectis nitore manibus accedunt, & stantibus etiam nunc scelus suum, & contagia funesta redolentibus, Domini corpus inuadunt.* Facile remedium inueniunt: omnia parata arbitrantur, Sacramenta ad manū habet; verum ipsi omninò imparati accedunt, assueti peccatis, & omni: cuncta priuati: addit enim idem Cyprianus: *Non concedit pacem facultas ista, sed tollit: nec communicatione tribuit; sed impedit ad saluam.*

2. Paral. 30.

Ibid.

Lyra.

Cyprian.

Idem.

Cernimus ex sequentibus post Communionem, qualis ad illam fuerit preparatio. Statim ad theatra currunt, ad conuiuia, ludos, & alia, quæ secum afferunt periculum recidendi. Quales milites armavit hoc Sacramentum? Ad mensam omnes fidem præstant; sed in bello, deficiente virtute, dorsa vertunt hostibus, & ad assueta redeunt. Quam pulchrè Sidon. lib. 3. ep. 3. ad Ecditium: *Non dat tot pugna socios, quot mensa conuiuas.* Ita planè, ex omnibus ad sacram Communionem accedentibus, pauci stant, permanent fideles: & mixtum erit, in tanta Sacramenti obliuione, & absentia, si pauci in Dei concepta amicitia perseuerent. Quasi Sacramentum ipsum loquens nobis, possumus illa verba eiusdem Sidonij lib. 1. epist. 7. de Aruando Præfecto Galliarum, in ore eius ponere: *Quod in amicitia steti, mihi debui.* Et addit, hominem alloquens parum firmum; sed potius facile mobilem: *Non eum aliquando cecidisse; sed tandem stertisse, plus miror.* Verè enim ita vsu didicimus, qui longè stant ab hac mensa, speciali Dei prouidentia, stare in gratia: & hoc tribuendum fauori ipsius Domini, cum mirandum sit, non cadere tales homines millies; sed stare aliquando, & ad vomitum haud redire: sed, si legem communem spectemus, frequens est omnes prosterni, qui hoc non frequentant Sacramentum. Ipsi enim proprium manus est, velut nutritrix, debiles pueros fouere, alere, vires præbere. Sed qualiter istis accidit? Si à mamilla matris non abscedant. Clemens 1. pædag. c. 6. hoc vritur exemplo, verbum lac dicens, quo alimur, & viuimus Deo: *Nobis infansibus ipse Christus est alimentum, qui verbum calorum exugimus.* Rationem huius loquendi modi explicat: *Per lac autem est nutrimentum, quod deducit in calos ciues calorum, & cum Angelis choreas ducturos enutrient: est enim pignus gloria.* Ac si diceret, hoc alimento perducit, vsque ad apprehendendam cæli possessionem. Verùm istud bonum nascitur ex ipsa Sacramenti frequenti susceptione, vt quod

Sidon.

Idem.

Clem. Alex.

Math. 28.

Psalm. 126.

Hilar.

*tuus assistit; cum denique ipse ille, post passionem æterna in nos custodia sua vigilas pollicetur dicens: Ecce ego vobiscum sum, &c.* Exempla enim, quæ affert, apertè ostendunt, quòd parti laboris fructus sint, iuuante eos diuina præsentia, & continua ipsius amicitia. Ergo, quod in figura contingebat illis, nobis concessum est, in illa nobiscum diuinæ virtutis assistentia per hoc Sacramentum: tunc enim domus fulcitur, tunc durat, ac permanet, aduersus inimicorum ausus, & impulsus, cum frequenter ipsum in cibum sumimus, & alimento isto virtus coalescit, & roboratur. Haud immeritò Isai. 46. clamat: *Redite, prauaricatores, ad cor; & in herete illi, qui fecit vos.* Notanda verba, *in herete*, quasi aliter stare non possemus, nisi ei adhæreamus, ab eo fulciamur, & sustentemur. Quæ alia maior, ac strictior coniunctio, quàm huius Sacramenti? Hanc ergo exposcit, pro hac clamat, & peccatoribus dicit, vt quisque ex hoc nomine recognoscat proprium periculum: ne, videlicet, iterum in hoc cæno prolatur, ne ad peccata redeat, & iterum ab hoc malo vincatur, & Deum amittat. Aug. lib. 4. Confess. cap. 12. sic exponit hunc locum: *Stare cum eo, & stabitis; requiescite in eo, & quieti eritis.* Quis enim stat, quis quiescit, nisi qui sæpè ad eum accedit, nec tædio affectus, talis alimenti obliuiosus sit? Oportet ergo, ne tot videamus iacentes, & infelicitè intereuntes, hoc pasci alimento, ad hanc mensam pluries accedere. Nec silentio prætereundum id, quod Isaias supra ait: *Redite ad cor.* inde enim nasci debet hoc bonum: Communio enim præcepto iniuncta, non tam ex corde nascitur, quàm ex præcepti necessitate: potius enim fit, ne feriamur Ecclesiæ gladio, aut ne scandalo aliorum locum demus, quàm ex deuotione, indigentia, desiderio cum Deo agendi, ipsum domesticum tenendi, eo fruendi, ac delicias eius degustandi, quæ solent mouere ad multiplicem Communionem eos, qui frequentes in hoc sunt: vnde isti coacti accedentes, nec deuotionem sentiunt, nec quasi capti Dei amore ad redamandum obligantur. Horum enim externa reuerentia (quæ penè in aliquo relucet,) potius ex corpore, quàm ex animo nascitur: sicut illa, quæ apparet, cum ad templa pro audiendo Sacro accurrunt: omnia enim, velut bruta, operantur, corpore tantum, non animo, ac boni appreciatione: meritò enim de his dicere possumus illud Sidonij lib. 1. ep. 2. de Theodorico agentis, qui frequentare templa Christianorum solebat, diuina audiebat Officia, Ministros reuerentia honorabat, de quo sic ait: *Quanquam (sit sermo secretus) possis animaduertere, quòd seruet istam, pro consuetudine potius, quàm pro ratione, reuerentiam.* Ita dicendum, & credendum est de his, qui additè præcepto, ad ista diuina accurrunt mysteria: nam, vt dicebamus, extrà facti, qualis sit eorum animus, declarant operibus, & gestibus, vt Cyprianus notauit lib. de lapsis, ad id, quod arguimus confirmandum: *Alia, ait, in balneis constituta: hoc enim crimini, & malis eius deerat, vt ad balneas statim pergeret, qui lanacri vitalis gratiam promississet, illic ab immundo Spiritu immunda erepta cecidit, laniabit dentibus linguam, quæ fuerat passa impiè.* Ita isti ad theatra, ad ludos, ad obscœna conuen-

Isai. 46.

August.

Sidon.

Cyprian.

conuenticula, discurrunt. Cur ista ita fiunt? vnde carere fructus haud possunt: nisi quòd coacti, & necessitate pressi, ad hæc animam conuertunt, seu vertunt, cum eorum haud vera dicenda sit conuersio: manet enim animus in his stabilis, & irretitus, quæ antè per circuitum anni, aut vitæ amauerant, à quibus violenter diuelluntur, & potius id exterius, quàm ex corde faciunt: si enim ad cor redirent, & inde hæc prodiret Sacramenti susceptio, haud dubiè ita afficerentur, cum inde tantum bonum nasciturum crederent, indeque à malis experientia cognitis, liberandos, futurum iudicarent. Vt enim ait Philosophus 8. Phys. comment. 15. *Voluntas non retardat opus facere volitum, nisi propter aliquam causam rationabilem.* Quam adducere possent isti desertores castro- rum Dei, & huius alimenti obliuiosi, nisi propensum habere animum ad mundiales delicias, ad negotia, toto corde conuersos esse, nec alia curare magni pretij esse, vt ad ea procuranda diligentes sint, & voluntate inclinentur? Horum dolet sermo Chrysost. in Matth. 22. *O miserrimus mundus, & miseri, qui eum sequuntur: semper enim mundalia opera homines excluderunt à vita.* Cum enim Dominus inuitatos quæreretur ad mensam, quam fastidierant temporales temporalibus dediti, ait ministris inuitantibus: *Ite ad vias, ad sepes; & quos inueneritis, vocate.* Lucæ 14. Ambros. lib. 1. *Cur ad hunc locum mittit homines, vt inuitatorum numerus crescat? Responsum tale habet: Quia hi apti sunt in regno calorum, qui nullis presentium cupiditatibus occupati, ad futura festinant.* Ideò viam cum sepibus coniungit, vt homines hos expeditos ad iter agendum ostendat, ciuitates deserendo, negotia relinquendo, mundi delicias fugiendo: at, qui his præpediuntur laqueis, & vinculis astringuntur, hæc mensa priuantur; & cum accedunt, quasi capillis comprehensi, trahuntur inuiti. Quare eiusmodi non tenentur amore, ac reuerentia huius Sacramenti, nec eo attemperati, fructus producant virtutum: amantes enim extrema, semper inuites iacent: terra enim, si nimis frigida sit, si calida, si aquis redundans, si sicca, quos feret fructus: Nullos: sed sterilis, & omnimodo vacua apparebit. Ita enim extrema amantes, sicci, propter indeuotionem; calidi, propter sollicitudinem rerum mundialium; frigidi, quòd recedant ab hoc igne; humectati, quòd abundant delicias; qua via possunt diuina opera parere? virtutum exercere officia? Apprimè Clemens 1. pædag. 6. ait: *Facile enim producit bona temperatura: quæ autem sunt extrema, propensa sunt ad filiorum sterilitatem.* Quis magis extremorum amans, quàm qui semel in anno ad hanc mensam accedit? & tunc inuitus, & præcepto raptus? Quomodo iste poterit filios generare bonorum operum, & eleemosynas elargiri, pauperes fouere, frequentare templa, oratione armari; Xenodochia inuifere, & his similibus ornare, ac decorare animam suam? Opus ergo bona temperatura, & inter humana, diuina miscere, Sacramenta sæpè suscipere, vt tali fauore, & remedio armatus securus inter hostes procedat, inter tentationes inuictus, & ad opera pietatis, & charitatis acclinis, quibus patriam optatam consequi valeat.

Arist.

Chrysost.

Luc. 14. Ambros.

Clemens.

Quantis præcipuè instandum est in frequenti vsu huius Sacramenti, memoria excitata est in maiori eiusdem vsu, per spirituales Communionem, quæ vtilissima, dignè eam frequentantibus efficitur. Oportet tamen exponere, quid sit spiritualiter communicare: est enim quædam imitatio mente concepta, & voluntate auidè desiderata, Communionis sacramentalis, non vt sistat animus in quadam susceptione Corporis Christi: sed transitum faciat ad vnionem, & communicationem spirituales, qua Deus intimè animæ copulatur, & ipsi anima; ita vt in illo manere, & ipsum in ea credat: quapropter, qui in peccato mortali existeret, non posset absque noua culpa hoc vti commercio: est enim imitatio sacramentalis susceptionis, & sicut istud gratiam in suscipiente exigit; ita & illud spirituale, cum sit huius quædam expressa imago in anima, & affectu, ad illam concepta, exigit dispositionem, & etiam gratiarum actionem: est enim maximum bonum, ac proinde dignum gratitudinis nostræ pretio comparandum.

## CAPVT XVIII.

## De alio Ecclesiæ præcepto, decimis, scilicet, soluendis.

Conueniunt omnes, quinque esse præcepta Ecclesiæ: verùm non in iis recensendis, vt vidimus, quinque hætenus explicata sunt, cum desit præceptum de soluendis decimis, quod omittit Canisius in suo Catechismo, sic diuidens quinque præcepta, vt primum sit, Festa sanctificare; secundum, Missas audire his diebus; tertium, ieiunia Quadragesima, & Vigiliarum seruare; quartum, & quintum, confiteri semel in anno, & Eucharistiam percipere in Paschate: verùm alij, primum, & secundum præceptum compaginant, & vnum conficiunt, vt iubeatur in diebus festiuis Sacro interesse, quatenus Festa colere, ad tertium præceptum diuinum spectare arbitrentur, & quintum addunt, decimarum soluendarum Ecclesiæ Ministris.

Certum enim est, de iure naturali deberi nam ratio naturalis id docet, vt arguit Paulus: *Quis militat pro bono aliorum suis expensis? Quis laborat nullo expectato sui impensi laboris premio? Similiter dicendum est de Ecclesiæ Ministris ab aliis vacantibus officiis, & ministris, vt bono animarum præsto sint.*

Etiam dicendum est, de iure diuino soluendas esse, Leuit. vltimo, Deut. 18. Malachiæ 3, & alibi, quod D. Thom. probans 2.2. q. 87. ait, quòd destinata erat diuinis Tribus Leuitica, cui non contigerat inter alias pars terræ diuisæ; sed solum decimarum solutio. Iniunctum erat ceteris fratribus, vt æqua pars eis contingeret, vt sine sollicitudine diuinis solum darent operam, pro populi bono. Quare hoc præceptum non recensetur inter moralia, aut cæremonialia; sed inter iudicialia, quæ ad æquitatem; & ius suum, cuique reddendum, spectabant. Vnde colligit D. Thom. non obligans idem.



Exod. 22.

noui Testamēti professores; sed posse à sup-  
remis. Præsidibus iniungi eandem decimarum  
obligationem, aliqua iusta orta causa: sicut  
præceptum iudiciale erat furantem vnâ ouem,  
quadruplum reddere, Exod. 22. vt à furtis ho-  
mines retraheret: quod iuste possit à Regi-  
bus suis subiectis iniungi, si faciles, & prop-  
ensi essent ad hoc damnū inferendum, vel  
alia iusta causa.

Matthæi 22.

Tertio, addendum est, iure ecclesiastico te-  
neri ad decimas fructus colligentes, vel iuxta  
consuetudinem alia possidentes, ex quibus mo-  
ris est soluere: quoniam semper viget ratio na-  
turalis, & moralis legis scriptæ, alendi Eccle-  
siæ Ministros, qui iis intenti sunt, vt Altari  
seruiant, de quo viuere debeant. Et sicut Prin-  
cipibus, & militibus tributa & stipendia de-  
bentur, ac proinde reddenda sunt Cæsari, quæ  
sunt Cæsaris; ita his militibus, spiritualia cu-  
rantibus, decimæ conferendæ sunt, quod Deo  
conceditur in eis, vt alia pars impleatur, nem-  
pe, Reddite, quæ sunt Dei, Deo. 1. Corinth. 9. Si nos  
vobis spiritualia seminamus, magnum est, si nos  
carnalia vestra metamus? Ad hoc illud Augu-  
st. in Psal. 146. Qui parat terræ pluuiam, & producit  
in montibus fenum, de doctrina spirituali accipit,  
quæ est pluuiæ terræ mandata: & item de ali-  
mento præstando Ministris: hoc enim velut  
fœnum est, iis operariis concessum. Accipe, C  
inquit, pluuiam, & da fœnum: etenim ista omnia,  
quæ Ecclesia ad necessitates seruientium Deo damus  
à diuitibus, quid sunt nisi fœnum?

1. Corin. 9.

Psal. 146.  
Auguſt.

Et vt ostendat, non gratuito ista donari, af-  
fert: Dignus est enim operarius mercede sua. Ne  
putarent, ait, aliquid de suo donare. & Hieronym.  
in Malachi. 3. ad necessarium debitum refert,  
harum solutionem; ita vt furtum sit decima-  
rum subtrahctio, quod qui non fecerit, Deum  
fraudare, & supplantare conuincitur. Nec inme-  
rito credendum est, plures parti damnū sua-  
rum facultatum, & irreparabiliter eas perdere,  
quod eiusmodi debita renunt recognoscere,  
& soluere. Audi Augustin. lib. 5. homil. hom.  
48. probans, maiores abundasse bonis, quod  
decimas soluerent: Modò autem, quia decessit  
deuotio Dei, accessit indictio fisci: nolimus partiri  
cum Deo decimas, modò autem totum tollitur.

Matth. 10.  
idem.

Auguſt.

Iura ecclesiastica, quæ hanc imponunt obli-  
gationem, plura sunt, quæ refert Bellarminus  
tom. 1. lib. 1. de Clericis, cap. 25. Concil. Au-  
relian. I. cap. 17. Matifconense II. c. 5. Mo-  
guntin. c. 38. Arelat. IV. c. 9. Cabilon. II. c. 19.  
Triburienſe c. 13. Lateran. sub Innocentio III.  
cap. 53. 54. 56. Concil. Vienn. cap. Cupientes.  
de pœnis, in Clementinis: vbi excommunican-  
tur, qui aliter prædicant, vel aliquid dicunt,  
vnde retrahant homines à decimarum solutio-  
ne. Conc. Trid. sess. 25. c. 13. docet, solutionem  
decimarum, debitam esse Deo, & eas subtra-  
hentes iubet feriri excommunicationis gladio,  
aut impediētes, ne dentur, nec debere absol-  
ui, donec reddant. De quo plura 16. q. 1. & 7. &  
titulo de decimis. Quare concludit D. Thom. d.  
articul. 1. iure etiam ecclesiastico deberi eius-  
modi penum.

Bellarmin.  
Conc. Aurel.  
Matifcon.  
Mogunt.  
Arelat.  
Cabilon.  
Tribur.  
Lateran.  
Vienn.

Trident.

D. Thom.

Item docet ad primum, decimarum debitum  
esse iure naturali, & diuino morali, confirma-  
tum à Domino Matth. 10. Dignus est operarius,  
& taxationem tamen cotæ soluendæ, esse iure

Matth. 10.

ecclesiastico introductam: quod, vt docet ibi  
in corpore, aliter decernere posset plus, vel mi-  
nus soluendum, statuendo, prout temporibus  
congruentius fore iudicauerit.  
Sed rogabis, ex Augustino in d. Psal. 146. col-  
ligi videtur, plus in decimas tribuendum esse  
modò ministris, quàm in antiqua lege statu-  
tum erat: ait enim: Decimas vis, decimas exime,  
quanquam parum sit: dictum est enim, quia Phari-  
sæi decimas dabant, & quid Dominus? Nisi abun-  
dauerit iustitia vestra, &c. Ergo, si iustitia abun-  
dantior debet esse in Christianis, plus etiam  
soluere pro decimis tenentur, quàm Iudæi?  
Respondet D. Thom. ad 4. supra, modò non  
sunt decimæ, quæ pro Sacrificiis referuntur,  
sed quæ pro sustentatione Ministrorum, quibus  
antiquitus plus pendebatur, quàm modò, quod  
pars decimarum cedebat in pauperum alimen-  
tum; modò verò plus abundat iustitia Chri-  
stiana, quæ non solum decimam partem his  
egentibus tribuit, sed omnia superflua iubet  
Dominus pauperibus erogare.

Cum enim Ecclesia decimas determinet ad  
tantam soluendum, ipsa etiam poterit ab hac  
obligatione liberare, aut populum, aut provin-  
ciam, quæ iure ecclesiastico tenerentur hoc  
debito: sicut enim Paulus, quæ ipsi deberentur  
stipendia pro prædicatione, nolebat accipere  
à fidelibus, suis manibus alimenta necessaria  
comparans; nec illi peccabant non necessaria  
reddendo, nec ipse non exigendo: ita iustus de  
causis posset Ecclesia cessare à decimarum  
exactione, vt hodie in nouiter conuersis pro-  
uinciis, eas non imponit, & in Iaponia, & Chi-  
na, aliisque regnis, eò quod ex iustitia sibi de-  
bita remittere valeat.

Etiam si vigeat consuetudo, non soluendi  
hoc pensum, vim legis habet; sed duo consi-  
deranda, quod abrogari potest iusta lege, &  
tunc tenerentur ad decimas soluendas sub  
peccato: nam Ecclesiæ ius fundatum in diui-  
no, & naturali, quod est supra omnem consue-  
tudinem, & quemadmodum potest taxare ca-  
rius decimas, & minus exigere, quanuis alia  
esset soluendi consuetudo; ita poterit non sol-  
uendi in totum, (etiam sine peccato,) consue-  
tudinem inductam relaxare, & annullare.  
Aliud enim requiritur, vt talis consuetudo  
vigeat, vt parati sint ea vtentes, si decimæ exi-  
gantur ab eis, eas soluere; aliàs peccarent gra-  
uiter, non tam actū non soluendo, quàm praua  
voluntate non obtemperandi in futurum, ius-  
tissimo præcepto maiorum. Hæc D. Thom. d. D. Thom.  
art. 1.

Nec excusantur ab hac lege pauperes; cum  
tamen ea comparent bona, ex quibus alij de-  
cimas soleant reddere, quod lex iustitiæ com-  
mutatiuæ est, nec excusat egenum respectu di-  
uitum, sicut soluere furto ablatum quibus te-  
netur, cum tamen soluendo non sit impotens.  
Hinc patet, quantum rerum decimæ debean-  
tur. Primum statuendum est cum D. Thom. d. Thom.  
art. 2. iuxta Apostolum, qui debitum fundat in  
opere impenso spirituali, 1. Corinth. 9. cui  
respondet, carnalia concedenda esse Ministris,  
omnia, quæ hoc nomine explicantur, compre-  
hendi sub penso decimarum, & vt inquit cap.  
Decima. 16. q. 1. De militia, de negotio, & artificio  
reddo decimas. Vbi non solum has exigit, ex  
laboribus

ad 20.

D. Thom.

D. Thom.

1. Corinth. 9.

D. Thom.

laboribus partis, in cultura agrorum, sed de  
negotiis mercatorum, de stipendiis militum,  
de artificio operibus. Ratio est: quia omnes  
iuuantur in spiritualibus: ergo omnes ex his,  
quæ habent cotam, & partem etiam tenuem,  
tenentur soluere pro impenso labore in bo-  
num suum; aliàs plurimi, qui fructus non me-  
tunt, immunes essent à decimarum solutione,  
etiam si ditissimi essent ex mercatura, militia,  
artificiis.

D. Thom.

Matth. 22.

Stat tamen cum hoc, quanuis tale sit debi-  
tum, consuetudinem pro lege tenendam, &  
secundum eam soluendas esse decimas, docet  
D. Thom. d. art. 2. ad 1. Et ideo in noua lege tenen-  
tur homines ad decimas, secundum consuetudinem  
patriæ, & indigentiam Ministrorum. Quare, vt do-  
cet ad 3. minuta quædam alicubi non soluun-  
tur, alicubi consueuerunt decimari, & standum  
est tali consuetudini. Nec eiusmodi debitum  
conferendum est tributum, aut merces: sed supra  
tributa omnia, & mercedem operariis debi-  
tam. Quare, qui ad hæc tria tenetur pro omni-  
bus ex integris fructibus, debitor est decima-  
rum, & inde reliqua reddet, quia hoc debitum  
induit rationem pensu Deo soluendi, cuius pri-  
ma omnium obligatio censenda est. Quanuis  
enim Dominus dixerit: Reddite, quæ sunt Cæsaris,  
Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. non existimandum  
est hunc sequendum, in soluendo ordinem, sed  
potius reddenda Deo in Ministris, quæ deci-  
marum pars eis contingit, vt docet D. Thomas  
suprà, ad 4.

Certum est, hoc dandum esse de propriis, &  
iuste habitis: at cum Ecclesia, quæ Ministrorum  
ius defendit, decemiam, & honestatem in om-  
nibus seruet, nec exactoris importuni partes  
sequitur, nec ea admittit, quæ licet iuste possi-  
deantur, turpem quæstum præferant. Quare,  
quæ ex histronatu, & mœchiæ prauo vsu me-  
retices, & histrones comparant, decimas non  
exigit, nec admittit: indecens enim esset talia  
admittere, & quasi horum fauere peccatis. Ita  
D. Thomas in responsione ad 2.

Quibus autem debeantur, & quibus dari  
possint de facto, dicendum est. Experientia do-  
cet, laicis tributa eiusmodi reddi: item Clericis  
spiritualia non seminantibus: Religiosis, qui  
diuinis occupantur, nec seruiunt fidelibus in  
ministerio Sacramentorum, & doctrinæ; cum  
tamen aliàs eiusmodi debitum institutum sit  
iure naturali, diuino, & ecclesiastico pro Mini-  
stris spiritualia præbentibus, pro quibus me-  
tunt iuste temporalia, & ita in prisca Iudæo-  
rum Ecclesia, solis Leuitis ministrantibus in  
templo, & Synagogis, hoc reddebatur pensum.

Dicendum tamen, verum esse, ius obti-  
nendi decimas solum esse horum, qui curam  
gerunt animarum: res tamen ipsa, quæ deci-  
ma dicitur, cum temporalis sit, iuste Ecclesiæ  
authoritate his concedi potuit, qui temporalibus  
militant, aut aliquo magno præmio ob  
Ecclesiæ seruitia digni sunt, aut Religiosis, vt  
Deo vacent, & inter eos laicis, quatenus pau-  
peres sunt, & de elemosynis viuunt: his  
enim, & aliis de causis, sæpè eiusmodi res deci-  
males conferuntur his, quæ iure non debentur;  
sed gratis, tanquam præmium, aut sub elemo-  
synæ nomine, quod Ecclesia ita eiusmodi dis-  
tribuit bona: at eidem licet ista commutare,

disponere, & reddere Ministris, si egeant, vel  
alia via necessaria eis conferre nequeat. D. Th. D. Thom.  
hoc docet art. 3.

Vbi etiam disputat ad 2. quomodo eiusmodi  
decimæ distribuendæ sint, cum videamus, per-  
sonam hic degere, & alibi soluere: ita rura, &  
pecora, vno in domicilio esse, & alibi reddere  
fructus. Primò ait, consuetudinem seruandam.  
Secundò, deberi decimas reales illi Ecclesiæ;  
vbi rura sint, & pecora pascuntur, & partus  
edunt: personales verò solui posse illi Eccle-  
siæ, cuius Sacramentorum administratio inter-  
est, quanuis alibi persona, & sub alia Ecclesia  
degeat. Hæc ad secundum.

Tandem dicendum est, an ipsi Clerici, qui-  
bus decimæ soluuntur, ad decimarum tenean-  
tur aliis solutionem. Respondet D. Thom. ad 4.  
vel loqui de Clericis, vel de Religiosis: illi, &  
exactores sunt decimarum, & debitores; pri-  
mum, quia ministri; secundum, quia ex patrimo-  
nio, aut emptione, aut ex legato, aliave via, pos-  
sident temporalia: si tamen prædia ecclesiastica  
possiderent, immunes essent à decimis: sequen-  
tur enim eorum Clericorum libertatem.

Religiosi verò, qui ex elemosynis viuunt,  
& seruiunt fidelibus in spiritualibus, decima-  
rum debitores non sunt: verum alij, qui Deo  
solum vacant, & proximis nihil impendunt,  
debitores decimarum sunt, nisi priuilegio Pon-  
tificum immunes fiant. Huic doctrinæ aduer-  
satur Suarez aduersus Regem Angliæ scribens,  
qui docet, omnia Clericorum bona, ecclesiasti-  
ca fieri, & immunia à decimarum solutione.  
Alibi in hac quæstione, vt artic. 1. & 3. ad 1. &  
in 4. ad 4. repetit Sanctus Doctor, decimas duo  
habere, & sustentare Sacerdotum indigentiam,  
quoniam de Altari viuunt, cui seruiunt; & pau-  
peribus ex eadem cota providere: nullum enim  
certum patrimonium habent, nisi ea; quæ ex  
decimis eis attributa sint. Quare Ecclesiastici  
propriis ad hos fouendos egenos tenentur,  
quàm alij, cum eis concessa sint, tanquam fi-  
dentiis agentibus, quæ pauperibus distribuen-  
da sunt: videant, ne illis vsurpent ea, quorum  
apud eos administratio est, ne si pauperum  
obliuiosi fiant, lingua eorum det pœnas in In-  
ferno. Cur illè diues has sustinuit in lingua, &  
potius hæc signatur, quàm aliud corporis me-  
brum: Pectus Chrysol. Serm. 66. hanc rationem  
reddit: Lingua plus ardet, quæ misericordia, vt fie-  
ret, subere neglexit: quæ mala dixit pauperi, miseri-  
cordiam contra dixit. Quid timendum ampliùs,  
quàm hæc negare pauperibus, & lingua iniqua  
eos repellere, & aliis commendare fouendis:  
nec mirum, si exigantur tributa hæc ab his, qui  
ea, tanquam Dei vices gerentes, suscipiunt à fi-  
delibus. Ennodius de Epiphanijs legatione, Theodorici  
Regem alloquens, ait, cum eius  
victorias, & beneficia ei collata recenseret: Hic  
ergo donis celestibus, vicissitudinem impensa circa ho-  
mines pietate restitue, mystica oblationes, holocausta  
sunt, supplicantium lacrymas non aspernis. Hoc to-  
tum Sacerdotibus dandum est, vt lacrymas pau-  
perum haud spernant, & de oblati sibi, eis par-  
tum tribuant, vt Deo grati sint, qui tot eis bona  
impertiit, & debitum ipsis creditum nõ negent:  
vt etiam inquit Hilarius can. 12. in Matth. Opus  
salutis nostræ non in sacrificio, sed in misericordia est.  
Dicamus ergo iis, qui totum sibi deberi arbi-  
trantur,

Suarez adu.  
Regem Ang.  
lib. 4. c. 23.  
& 24.

D. Thom.

Luce 16.

Chrysol.

Ennod.

Hilari.

trantur, propter Sacrificium Missæ, non in eo esse totum salutis opus; sed etiam in misericordia erga pauperes exercenda, ne & sua negent, qui aliena iniquè retinent. Quomodo enim sua conferent, si ipsis credita, vt aliis erogent, dare recusat? Si enim patroni pauperum, & curatores, cum eis crudeliter agunt, quid de aliis, hanc curam non habentibus, expectandum est? Id audiant, quod ille supra memoratus Epiphanius, Legatus missus ad Regem Burgundionũ, captiuos retinens, quos ipse auerat, & quorum curam gerebat: Ligurios, quos nunc detines, tu nuristi, dolose mihi virtus tua beneficium prastitit, si quos ab extraneis tutatus es, custos inuasit. Quis tutor constitutus pauperum, nisi homines ex Clero, quibus fidenda fuit, larga bonorum oblatorum in pauperes cura? Quid, si isti crudeliores erga eos sint? & negant, quæ debentur alimenta? Merito damnatur cupiditas Anastasij iniqui Imperatoris, de quo Suidas in eius Vita refert, solere spolia Innocentium capere, & nomine misericordie, eleemosynæ, & pietatis, eadem largiebatur: Quorum ipse rem familiarem aufererat, is paulo post pietatis nomine distribuerebat. Hoc si dignum reprehensione, iniquius agunt Sacerdotes, acceptantes in decimis, pauperibus largienda, & ea propria bona facientes, nec misericorditer impendunt.

Alia via possumus Ecclesiæ Ministros monere, vt curas sæculares deponant, & suis propriis attendant ministeriis, cum ob id tutè alienos labores possideant, & debitores sint reddendi spiritualia, quæ homines petunt à terrenis curis immunes. Roboam exemplo id monstrare oportebit, qui quidem stultitia sua decem amisit Tribus, sub Ieroboam imperio constitutas, qui cum comparato exercitu veller eos cogere, vt ei iterum obtemperarent, & tributa penderent, iussit eum Dominus ab intentato bello cessare, 2. Paralip. 10. & arma deponere, & in domũ redire, duarumque Tribuum curam gerere: qui tunc quasi oblitus regni perdit, cepit vrbes suæ ditionis ædificare, muris, ac turribus circumcingere, ac decorare, & licet rebellium vox illa fuit cap. 10. Reuertere in tabernacula tua, Israël: tu autem pasces domum tuam Dauid, quasi à Deo dicta, cum ipse firmauerit facta, accipienda sunt. Ac si diceret: Non valebis, tot Tribus regere: paucis contentus esto: pasce, quæ tua sunt, quorum Princeps constitutus à Deo, aliis, quæ excedunt facultatem tuam, relinque. Quare laude dignus est, qui ædificare decreuit, & curam suarum gerere magno studio; ait Textus: *Habitauit Roboam in Hierusalem, & ædificauit ciuitates munitas in Iuda.* Non solum, vt docuit Ambrosius de mansionibus loquens, vt se defenderet aduersus Ieroboam, sed quasi exoneratus cura tot Tribuum, vellet subditorum maiorem habere. Clericis hæc dicamus, qua de causa Dei ministerio additis, ad vsum necessaria præbentur, nisi ne distrahatur animus, & implicentur negotiis sæcularibus? Audiant D. Thom. d. q. 3. art. 2. ad 1. qui testimonium ibi Pauli 2. ad Timoth. 2. adducit, & ait: *Ministris etiam nona legis, arctius interdicitur, ne se ingerant negotiis lucrativis: & ideo in nona lege tenentur homines ad decimas, &c.* Si hoc sine separantur ab aliis ne-

Epiphani.

Suidas.

3. Reg. 12.

2. Paral. 10.

Ambros.

D. Thom.

2. Timoth. 2.

gotiis, vnde lucra comparare possent, restat, vt ad sua munia attendant, aliis negotiorum demandetur cura, eis animarum, & suarum salutis, vt exemplo sint subditis, & omnibus: *Tu autem pasce domum tuam Dauid.* Et tu, Sacerdos, ad imposita munia attende: nec enim valeres ad vtrunque. Vt enim ait Gelasius Papa ad Honorium scribens: *Continuis occupationibus implicati vix respirare valeamus.* Si enim vix ad propria conuersi onera, ea ferre possunt, quid, si addantur extranea? credendum erit ad omnia vires habere? Idem Pontifex ibidem adducit testimonium Domini cum Petro loquentis: *Conuersus confirma fratres tuos.* Attendere verba: non inquit solum, conuersus ad Dominum, sed conuersus: quasi aliena relinquens, & sibi iniuncta prospiciens: si enim Petrus alienis non se implicasset negotiis, haud negaret Dominum, nec fratres infirmos suo prauo exemplo fecisset. Conuersus ergo ad Pastoris munus, ad ouium curam, confirma fratres. *Quibus confirmare iussum est fratres? Totius dominici ouilis curam, sine cessatione tractantibus.* At, qui aliis negotiis attendunt, vix sua propria curare valent. Illud Ephrem de Antichristo, §. 2. accipe de his occupatis: *Ne facultas sit hominis, se signandi signo Christi.* Solet enim ita significari hominum molestiarum occupationum onera in comportabilia sufferentium, molesta occupatio, cum dicunt: Ne locus quidem mihi conceditur respirandi. Ita multi diuitiarum anxij, & nimis habedi cupidi, alienis se tradunt negotiis, mercium portitores superantes, vt nec tempus recitandi Officium eis iniunctum habeant: quare grauissima subeunt pericula, & propria saluti omnino aduersantur, Christo Pastore. Hormisdæ Pap. epist. ad Archimam Syriæ, huic comparat Sacerdotes, qui paucit oues, & exemplo illis fuit, addens: *Qui turulam suam deserunt, ipsi se periculis, quibus leniantur, exponunt.* Qui desertores suæ impense curæ dici possunt, nisi hi, qui aliis distracti, ac diuisi, oues haud pascunt; idque confirmat, hos vocans mundanos, id est, mundalium amatores, & ait: *Qui mundani sunt, Ecclesiam tenere non possunt: quid eis magis conuenit dicere, quam docere?* Istis scientia deest, illis tempus; quid enim scire valet, si tempus non suppetat ad docendum, & instruendum subditos? Hoc malum secum habet cupiditas, & extendendi terminos dominandi, auaritia: audiant illud 2. Par. 16. de Asa loquens, cuius mater Sacerdotissæ munus obibat: *Sed & Maacham, matrem Asæ Regis, ex angusto deposuit imperio.* Cur hoc sceptrum angustum vocat? Hieron. *Ex angusto deposuit imperio, hoc est, de Sacerdotio* (vt habetur 3. Reg. 15.) *amouit eam, ne esset Princeps in sacris Priapi.* Vnde colliges, Sacerdotum munus angustum dici, quod non se debeat extendere ad negotia, ad comparandas diuitias, ad opes congregandas, quæ distrahunt animum, cumque à diuinis, & proximorum auocant curis. Fertur (vt refert Philo 3. de vita Moyfis) amygdalum primum esse inter ceteras arbores, quod flores proferat, diuturniore in fructibus, & foliis seruandis. Hoc Sacerdotibus concedit, vt primi sint in virore, inter reliquos populares, plus aliis in virtute, etiam inter pericula, ac persecutiones duraturi: ea conditione apposita

2. Paral. 10.

Gelas.

Luca 22.

Ephrem.

Hormisdæ.

2. Paral. 16.

Hieron.

3. Reg. 15.

Philo.

ibi: *Primi, & ultimi duraturi, sublata inuidiosa cupiditate fonte malorum omnium.* Apprimè sanè: si enim huic locum dederint, virorem amittunt, peiores secularibus fiunt, & plura ambiunt, quam si filios haberent ex matrimonio susceptos, quibus ea relinquunt: quàm citò prisci Patres se expediebant ab iis, quæ præ manibus habebant, cum iam Dei ministerio mancipati videbantur, huic solo intenti operi. A Sidonio facundissimo viro quidam Poëmata expofcebat, cui ille iam Deo consecratus ait lib. 9. ep. 12. *Primum ab exordio religiosa professionis, huic principaliter exercitio renunciam: quia, nimirum, facilitati possit accommodari, si nec occupasset lenitas verbum, quem respicere ceperat grauitas actionum.* Videant Sacerdotes, an illis hæc cõgruant verba, cum non solum diuinis additi sunt, & grauibus actionibus, sed etiam cura eis incumbat animarum. Vtinam amor corda eorum igne suo accenderet, dolerent planè tot infirmos videre, inter pericula facile corruentes: & quemadmodum solet nutrix infantem manibus, & vigili cura secum portare, nec ad punctum solum relinquere, ne cadens læsionem patiatur: ita illi toti essent in hac tot infantium vigili cura, nec momento à conspectu suo separarent. Hoc exemplo discant misericordiam in proximos, quorum matres, & nutrices sunt, quod refert Victor de persecutione Vandalorum, mulier Christiana, paruulum nepotem mirti à Tyranno in exilium cernens, ipsum secuta est. Quare? *Cum hoc seruo vestro paruulo, ad exilium pergo, ne inueniat eum solum inimicus, & a via veritatis reuocet ad mortem.* Si tales parentes, matres, pedagogos nutrices, Christiani haberent, tantæque vigili cura circumspicerentur, magna fugerent pericula, & inter aduersa starent, in medio Babylonici ignis haud perirent. Verùm iis omnibus destitutis, quid timendum est euenire, nisi quod frequenter cernimus, defectu curam animarum agentium. Nec tacendum est, vitium omnibus quasi innatum, pessima Deo offerre, pro decimarum solutione, aut negare, aut furari, eò quod Deo oblata sint in Sacerdotum alimoniam. Ignorant haud dubiè isti querulas Dei voces aduersus talia more Caini operantes, ac machinantes, qui primitias Deo offerent, obtulit de fructibus, hoc est, inquit Ambros. 1. de Cain, c. 10. *Primitias sibi prius vindicare; Deo autem sequentia deferre.* Hunc imitantur decimarum raptores, & Deo exosi homines: quia ignorant, inquam, Dei voces, Malachia 1. vbi statuit, Deo munda dicanda, quod nomen eius magnum sit inter gentes; statim addit 2. *Et vos pollulistis illud,* (id est, nomen,) *in eo, quod dicitis: Mensa Domini contaminata est; id est, vilis ac despecta, nec digna, vt in ea munda, ac pulchra munera superponantur. Et quod superponitur, contemptibile est cum igne, qui illud deuorat, id est, dicitis, parum interest villa offerre, cum igne deuoranda sint: abiciens ista, & nolens Deus acceptare, addit: *Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & vocum faciens inmolat debile Domino.* Licet in præfenti loquatur Propheta de communibus sacrificiis, ista ad decimas pertinent, vt docet D. Thom. d. q. 37. art. 1. & ex iis Sacerdotes, tanquam ex decimatione abiebant: Deo enim ista vilia dabantur, quod*

Sidonio.

Victor.

Ambros.

Malach. 1. & 2.

D. Thom.

ignis ea esset deuoraturus. Similiter isti contemptores diuini mandati, inter multa, viliora legunt, vt Ministris concedant, quod ea sint deuoraturi, sicut ignis: ea enim, quæ non cedunt in domesticos vsus, credunt proici, tanquam vile, & inutile in ignem, ac perdi: *Factus sum tanquam vas perditum.* Et ideo hos dolosos vocat, Psalm. 38. quod dolus sit negare meliora, & scæda, ac vilia pro debiti solutione reddere. Glossa ibidem Gloffa. his verbis ostendit, *habere eos, quæ optima sunt; & offerre, quæ mala sunt.* Notandum tamen, ibidem, hos homines dolosos, dicere labore parta, offerre Deo: *Et inuulstis de rapinis claudum, & languidum.* Non credendum, hoc dicere propriè de his, qui ex furto offerunt Deo; sed de illis, qui iniqua offerendo, fares sunt, aduersus Deum, cum negent illi debita pecora, & fructus integros, & perfectos: quod quidem in Dei cedit contemptum. Quare Hieronymus, vbi positum obsecrum verbum, & insufflatis illud, (quod exponit Lyra, *vt minima, & quæ insufflatione moueri possunt, significet;*) Deo istud verbum refert, ex Hebr. *Et ex insufflatis me, hæc dicendo, non sacrificio, sed mihi, cui sacrificastis, fecistis iniuriam.* Quare furtum illud, sacrilegium est, & Deo iniuriosum; inde & Lyra in cap. 5. Num. exponens, quæ Deus iuberet, ad Sacerdotes spectare, ibi: *Quæ offerunt filij Israël ad Sacerdotem pertinent, ex Hebr. legit: Quæ vir sanctificauit, eum erant.* est, Sacerdotis, ait: *hebr. si aliquid erat detentum, debebat ei restitui.* In quo omnes conueniunt Theologi cum Sancto Thoma: satis enim ostendunt hi homines, plures se facere facultates, quam religionem, cum Deo nolint reddere debita ex religione, & Sacerdotibus ex iustitia, ne sua minuant bona. Rogat Augustinus, cur iustè decernens Roboam regnum ab eo iniquè subtractum recuperare, Deus hoc impediuit: Et licet plures rationes adduci possent, vna ipsius sufficiat, 18. de ciuitate, cap. 21. *Non religionis, sed regni fuerat facta diuisio. Ac si vellet non curandam esse temporalium bonorum iacturam, cum tamen religio integra maneat, siue ad has, siue ad illas manus deuenerit regnum: sic enim temporalia parui facienda sunt, ne detrimento sint religioni; contra ista, iacturam huius virtutis non timent, cum diuitias minuire nolunt, decimas religiosè haud soluendo, & in horum maiorem damnationem imitatores sunt Ieroboam, qui, cum in Regem assumptus esset, ne temporalia perderet, idololatriam induxit. Vnde probat Gregorius morem Dæmonis esse, iis bonis furari à nobis dona cælestia, & regni spem adipiscendi. Glossa moralis Ieroboam explicat, *diuisio populi: vt inde conicias, hunc, Diabolum imitari, qui ad cumulandum diuitias homines exagitat, vt diuidat eos à Deo, ab eius amicitia, à charitate.* Gregorius homil. 29. sic habet: *Nec curat antiquus hostis faciens hoc, vt terrena tollat; sed, vt charitatem in nobis feriat.* Ita pauperes facit, vt Iob; diuites, vt Ieroboam; illum ad patientiam, & fiduciam diripiendum; istum ad religionis naufragium faciendum. Ita isti amatores fructuum, & fares patrimonij Ecclesiæ, à Deo auelluntur, ac scinduntur, ne bona temporalia minuant. His conuenit Chryostom. sententiar. homil. 13. in Matth. *Vult nos, ait, in hoc seculo diuiri, ne videat diuites in futuro.* Tentat hoc pacto, & suadendo alienorum*

Glossa.

Hieron.

Lyran.

Num. 5.

Idem.

August.

Gregor.

Glossa.

Gregor.

Chryost.



alienorum retentionem, fictis, ac fallacibus rationibus, regno priuare nos caelesti, vt paruo pretio vendamus, quae sublimiora, & pretiora sunt. Existimant eiusmodi homines his artibus ditari, & labores suos dare otiosis, tollerereque domesticis, dicentes, sicut ille barbarus & infans Nabal i. Reg. 25. petenti Dauid quasi pensum sui muneris, eod quod huius pastores, & greges defendebat: Tollam ego panem seruis meis, & dabo homini fugiituo, qui Regi suo odiosus & inuisus per hac deserta fugiituis vagatur? Quis est Dauid, & quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui, qui fugiunt Dominos suos. Tollam ego panes meos, & aquas meas, & dabo viris, quos nescio, unde sint? Ita isti ineptissimi homines existimant sua concedere Sacerdotibus, otiose uiuentibus, & labores alienos deuorantibus, (vt Hareticorum schola submurmurat & oblatrat,) & quae istis dantur, tolli arbitrantur seruis, & familiae, laborisque, ac sudores suos consumere, non attendentes ab iis custodi, defendi, diuina mysteria ministrari; licet in verbis nunciorum solum dicatur, Dauidem nullum intulisse malum pecoribus, nec pastoribus: Nunquam eis molesti fuimus, neque aliquando defuit eis quidquam de grege, omni tempore, quo fuerunt nobiscum in Carmelo. Tamen hoc ita accipiendum est, vt tam milites, & socij, quam ipse Dauid defensores horum extiterint, ne ab aliquo malum aliquod eis inferretur: quod aptissime docet Scriptura, commendans modestiam nunciorum, cum pastores ipsi maiora ab his accepisse beneficia referant Abigaili, quam nuncijs Nabal annunciauerant: ait enim Textus: Pro muro erant nobis, tam nocte, quam die, omnibus diebus, quibus pauimus apud eos greges, vt eos a latronibus, & violentiam inferre uolentibus, defenderent: quod Theodoretus exposuit q. 54. in lib. Reg. Nam cum pastoribus uersans in solitudine, non solum prohibuit suos aliquid auferre ex iis, quae ad ipsum pertinebant; sed etiam repulit damna, quae aliunde ei afferebantur. Hoc pastores testantur Abigail, quod confirmat Iosephus 6. Antiquit. c. 13. Opes Nabalis Dauid illas custodire suos praeceperat. Nec Hieron. in quaestionibus super lib. Reg. ab hoc dissentit afferens illud Dauid: Ibi uere frustra seruaui omnia, quae huius erant. Seruaui plane, non solum damnum non inferens, sed defendens ab impetentibus eum. Haec dixi, vt huic similes uideant, quam iniuste sua negent, cui debent reddere, ob in eorum bonum impensum custodiae munus: ab his enim hominibus tutantur, consolantur, & in suis necessitatibus impendentibus, solamen, & manum validam inueniunt, cur detrectant dare ex fructibus, & ouium spolijs, quae ex diuino praecepto eis contingunt, praecipue cum ista Dauidi donentur, id est, Christo, qui pro suis eos alloquitur, & nuncios mittit opportunè: Quando illi? Cum tonderentur greges. Audim, quod tonderent pastores greges suos, qui erant nobiscum in deserto. Ita Ecclesia eiusmodi debita exigit, cum fructus metuntur, cum oues tondentur, cum redundant uinotorcularia, cum Deus plena manu auget sudores laborantium, vt debitum sentientes, causam etiam recognoscant soluendi esse, quod a Deo tot bona susceperint: quid enim parcius potest exigi, quam pauperum stips decima, aut uigesi-

ma, aut trigesima, tot fructuum, parta pro alimonia Ministrorum: Considerans Theodoretus supra, uibanum, ac humilem petendi modum nunciorum, quos ad Nabal miserat Dauid, ait: Postulatio erat moderata, & significans egestatem rerum necessariorum, quid differunt haec uerba, a uerbis, quibus uiuunt mendici: sed uir ferus, non solum non dedit, sed irrisit. Vnde conici potest, quam modesta, & moderata sit Ecclesiae exactio, & ferorum hominum, ingratorumque, ea negare, quae ab his pauperibus Ministris Dei, eis exiguntur: inurbanè enim talia negant, & non uident poenam intentatam a Dauid aduersus eorum caput stare: Haec faciat mihi Deus, & haec addat, si reliquero de omnibus, quae ad ipsum pertinent, usque mane mingentem ad parietem. Iam supra ex Aug. diximus, Deum sic punire decimas negantium domos, & facultates. Verè enim aliena retinentes, & sacra Deo auferentes, hac merentur poena damnari, & parua cupientes referuare, magna amittere. Nec nomen Nabal incongruè his poterit attribui: Aquila enim, quem refert Theodoretus ait: Nabal est nomen, Theodoret. & cum eo est effluxio. Cuius: Rationis, ait ibi Theodoretus: Ob id enim stultus, & insipiens dicitur: ego crederem etiam stare cum hoc, significare effusionem diuitiarum, quae pereunt in poenam ablatae Sacerdotibus alimoniae. Infans homines, qui non solum ipsis similes offendunt, sed Deum omnium bonorum largitorem: quod probauit illa oblatio decimarum facta Melchisedec Sacerdoti Altissimi ab Abraham, quod norans. Ambros. 2. de Abraham, c. 3. ait: Satis est illud admonere solum, quod mens plena prudentiae, iustitiaeque, deuotior sit erga Dei cultum, & decimas terrae gignentia in fructibus, iuxta altiore prudentiam, in eo soluat, nihil sibi abroget, quae se regere non potest, diuino nisi fauore susta sit. Ergo imprudentia, & iniustitia iudicium erit, ista negare Deo, aut defraudare, qui nostra tueatur, & sine cuius fauore facile depradantur, & intercunt. Vnde uolentes hac via congregare diuitias, congregant omnium causam, ac fontem malorum. Considerans Fulgentius lib. 1. Mythologiae, fabulà Harpyiae, ait, priscos mortalium sub his fictionibus contemplatores, Harpyias tres, & uirgines, plumosasque, ac uolantes pingere, quod Graecè Harpyia idem, quod rapina sit: uirgines dicuntur, quod steriles: plumosae, quia abscondunt furto, aut rapina, subлата technis, ac fictis rationibus; uolantes uerò, quod furto, aut rapina habita fugiant: & dispareant, nec ad manus dominorum redeant, nec in potestate furum consistant. Quare Aegyptijs diuitiae, sub nomine mutui ablatae fuerunt ab Hebraeis: Num, vt mercedem laborum reciperent? Minime: isti enim Deum debitorem habebant; sed, quae ab eis malè fuerant parta, Deo redderentur, non filiis Israël, ad quorum manus deueniant; sed Deo omnium authore, ad tabernaculi fabricam dicata. Nicaenus de uita Moysi. Indigni possessores auri, atque argenti erant Aegyptij: decipiuntur ab Hebraeis mutuo petentibus, quae reddiduri non erant, & quae Dei sunt ab indignis auferant ipsi, Deo postea ad constructionem tabernaculi oblaturi. Contigit hoc saepissimè: bona enim, quae furto Deo ablata fuerant, ad ipsius redeunt potestatem, inuitis Dominis, qui nolent eis priuari; sed Deo agente, & ordinante, ab eis

i. Reg. 25.

Theodor.

Ioseph.

Hieron.

Theodor.

Ambros.

Fulgent.

Nicæu.

Prosper.

Isaie 50.

Saluan.

2. Paral. 34.

Comptor.

Hilar.

Habac. 3.

eis auferuntur, & Deo conceduntur, cui debentur, vt credant omnes, artem suam deficere; Dei uerò prouidentiam falli non posse, nec temporum decursu, obliuioni dare, quae iniuste aduersus eum, & Clericorum patrimonium, & cupidis hominibus fuerunt machinata. Inter Aegyptiorum flagella ob malè tractatos filios Israël, & Pharaonis duritiam, septima plaga fuit, grandinis copia, & ignis, omnia contumens, ac deuorans: quod exponens Prosper de prad. c. 36. septimi mandati transgressoribus, poenam istam euenire affirmat; qui quidem aliena domi inferentes, grandinem, ac ignem deuorantem omnia, intulisse credunt. De hoc igne Isai. 50. habetur: Ecce omnes, eius ignem accenditis, & uires praebebis flamma: ingredimini in lucem ignis uestri. Quod exponens Saluanus 4. de gubernat. existimat in hoc igne deuorante, & crescente, & peccatum, & augmentum huius, & poenam illius intelligi, addens: Vnusquisque nostrum ipse se punit. Qui enim cupiditate accensi, hanc flammam, vt crescat, spiritu suo alunt, eadem consumunt sua: & ipsi, qui auctores sunt, congregandi aliena, sua amittunt, executores facti, aduersus proprium caput, diuini Iudicij: more enim eorum, qui scrutari solent suspectas domos, ne quid lateat alienum; uisitat Deus domos depopulantium aliena, vt eis, ad quos pertinent, reddat, & puniatur raptor. Iosias zelo Dei captus, cum sciret multa indigna in templo esse inducta, & occultata, ne omnibus paterent, iussit secreta requirere, ac scrutari, & inuenta est, praeter omnium spem, diuina lex. Comestor in 4. Reg. ait: Scrutari sunt domos, ne quid lateat in illis. Ita Deus scrutatur domos eorum, qui idola abscondunt, aliena retinent, & iustam illis esse inflictam poenam recognoscant. Rogat Hilarius, cur interrogantibus mandata, qualia essent, ipsam legem legendam Dominus, aut repetendam proponit? Et ait id fieri: Vt in ea ipsa, in qua gloriantur, intelligerent, nihil exinde rectè operis se fecisse. Ita Can. 19. in Matth. Ad id facit illud Habacuc: Domine, audiui opera tua, & expani. Cur expani, petit Chrysol. Serm. 68. & ait: Postquam diuini muneris senserat largitatem, custodiui se, ne se hostem, ne inimicum, ne latronem iterum, sicut in Paradiso sustineret, sit uigilantior, sit sollicitior sui custos. Paueant hanc legem, hoc praecipuum intuentes, nec seruantes, & timeant poenas luituros

omnes, qui Dei legem contemptui dederint; ne huius fiant transgressores, Deo sua concedant, Ministris promptè, & larga manu, quae debentur, reddant. Meliora feligant, vt potiora recipiant, ne Caini imitentur dolum, qui non de primis, sed de uilioribus, & deterioribus, soluit Deo debitum sacrificium. Ita de illo Ambros. 1. de Cain, cap. 10. Primitias sibi prius uindicare; Deo autem sequentia deferre lentans. At nos Abelis potius emulatores sumus, meliora Deo in eius ministris elargiamur: sic enim ipsum adulabimur, vt nostra curet. Ille Balthasar, audita sententia mortis ex ore Danielis, ipsum iussit uestimentis decorari. Cur hoc? Rationem reddit Hieron. cap. 5. Danielis: Quia, dum Dei Prophetam honorat, sperat, se ueniam consecutum. Honorent ergo diuites Sacerdotes: induant eos melioribus ornamentis, vt Deum propitium inueniant, vel ad peccata delendum, vel ad cumulatiores dona suscipiendum: nam suorum bonorum debitum proprium facit, sicut contemptum, vt puniatur, proprium reputat. In Matth. Hilarius can. 28. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, &c. Cur (quaritur) haec uerba a Domino dicta? Respondet: Vniuersorum fidelium corporibus, membrisque transfunditur, ut hac humanitatis officia, aut gratiam suam impensa mereantur, aut offensam negata commoueant. Quid sentiendum de his, qui ex debito tenentur, haec reddere adiumenta Ecclesiae Ministris, si exhibita, & impensa uoluntariè, ita vel gratificantur, vel puniuntur? O cupiditas excaecans diuites, existimantes, tunc ditescere, cum pluribus abundant bonis: quare sacculum conscientiae rumpentes, aliena inuadunt, quae eos miseris faciunt. Notandum terram duobus nominibus in Scriptura significari; & arida, & terra dicitur: cum enim aquis innat, & abundat, arida; cum autem fructibus fecundatur, terra nuncupatur. Quod exponens Anastasius lib. 2. Hexam. ait: Terram in profundo ab his, & alijs aquis suffocatum nominat aridam; cum autem aqua ab ea recesserunt, & sunt diuise, & ea fuit exsiccata, non eam amplius nominat aridam; sed terram. Cum aqua redundat, & eam humectat, ac penetrat, arida nominatur: cum siccat, & à Sole exurit, & uentis eam agitantibus, humiditate priuatur, non arida, sed terra dicitur: quia, nimirum, extranea illi erat, illa aquae copia: proprium tamen, sursum ab ea liberum caput leuare, vt fructibus repleatur. Hoc uidere licet in cupidis hominibus: cum enim abundant extraneorum bonis, & delicijs affluunt, ex gemitibus pauperum, aridi, miseri, infortunati, iacent, si caput ex illo caenoso pondere extrahant, & liberentur ab alienis bonis possidendis, suaque cuique tribuant, tunc fructus referunt, diuites uerè sciunt esse, suis congaudent bonis, ex benedictionibus Dei ditiores facti.

Ambros.

Dan. 5.

Hieron.

Matth. 25.

Hilar.

Anastasi.



# APPENDIX

## AD QVARTVM

### LIBRVM,

#### PRO SACERDOTVM

#### INSTITVTIONE.

**I**N nostris excursionibus, licet omnibus vtilis esse in desiderio sit, id præcipuè in Sacerdotibus oportet probare: isti enim & exemplo aliis sunt, & vtilis ad populorum correctionem: quod si proprii boni solliciti sint, alios lucrari tentabunt: & facile illis erit spiritualia populis commendata in suo virore sustentare. Quare inter præcipua nostri laboris munia vnum est, Sacerdotum, quibuscum agimus frequenter, puritatem vitæ desiderare, ac innixè ab eis petere, ne minimam aliis occasionem, malè de eis iudicandi præbeant. Quod vt ad amissum assequantur, necesse erit eos instruere, mouere, præ oculis, quantis teneantur debitis ista exequendi, proponere. Minimè hæc prætereamus: sed indefesso studio id ab eis continuo exposcamus: non enim eis graue esse debet, talia audire documenta; nec nobis inter præcipuas nostri muneris curas his insistere studiis. Vt enim aiebat Laurentius, Episcopus Mediolanensis, in quodam episcopali decreto, Sacerdotes sibi subiectos alloquens: *Grande malum est, dicatam Deo personam, salutaribus monitis non parere.* Nec minus malum non audire. Et ex parte nostra sub hac censura comprehensi iacemus, si non curamus, talia eis præbere documenta. Quod si obstat, *homines hos imbutos doctrina esse, nullòque egere magistro: labia enim Sacerdotis custodiunt scientiam: si enim ipsi hoc seruant depositum, frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, qui omnia prospiciunt, & pericula vident, quæ alas sumendo vitant: cæcis enim, & ignorantibus necessaria est doctrina, non sapientibus, & Christiana præcepta probè scientibus: verum hoc; tamen adhuc locus datur eiusmodi pro Sacerdotibus instructione: qui quidem non superbi sapientes non dedignabuntur talia audire, quæ eos ad id, quod sciunt, perficiendum confirmant:*

Baur. Med.

Malach. 2. 7.

confirmant: ne similes fiant maiori fratri, Luca 15. qui nolebat intrare Luca 15. in minoris confortium, dedignanti, cum illo agere, & communia sumere fercula. Quod August. lib. 2. qq. euang. q. 33. pœnæ adscribit, qua puni- August. tur is, qui detrectat his vt mediis, quæ minoribus propinantur, inter quos recenseri nolunt; & de Iudæis gentium congressum fugientibus loquens, ait: *Indignatur etiam & nunc, & adhuc non vult intrare.* Quasi dicat: Merentur repulsam pati, qui aliorum confortium despiciunt, & his pares esse abnuunt. Si enim Sacerdotes sæcularibus comparentur, maiores fratres sunt; non tamen ob id expedit à communi conuiuio abscedere, nec audire, quæ aliis impertiuntur, ne negetur eis vtilis doctrina, & foras iaceant extra confortium, & Christi societatem. Matthæi 12. habemus, loquente IESV ad turbas, & mira docente, accessisse quendam dicentem, quod mater eius, & fratres stabant foris, quærentes loqui ei: cui respondit: *Quæ est mater mea? &c. & extendens manum in Discipu- Matth. 12.* los dixit: *Ecce mater mea, & fratres mei, &c.* Rogat Chrysostr. Chrysostr. homil. 45. in Matthæum, cur isti ingredi recusant, & audire nolunt, quæ aliis palam dicit? Hoc iactantia tribuit, quasi dedignentur in numero censeri vulgi, & cum aliis commune pabulum sumere. *Vide autem & fratrum eius elationem: cum enim deceret eos ingredi, & audire cum turba, hi extra eum vocant, & coram omnibus hoc faciunt.* Si enim communia documenta etiam Sacerdotibus congruunt, & illa audire cum reliquo populo in vsu est, & tunc magistri fiunt discipuli; & qui alios docent, discunt, quæ sciunt: non abs re erit, quæ ipsis parata ministrantur obsonia, accipere: licet enim eis non egeant, aut saltem eadem necessitate, qua sæculares, hæc abhorreere non decet. Instruens Clemens Clem. Alex. Alexand. 2. pædagog. cap. 2. adolescentes, & modum se gerendi in conuiuio docens, senes ab hac disciplina excludit? Minimè, quauis temperatores sint, & ab excessibus liberiores: *Ratione enim, ac tempore, veluti quibusdam anchoris, in portu fundati, cupiditatum tempestatem, quæ ex ebrietate excitantur, ferunt facilius.* Nihilominus eos instruit, ne à præfixo rationis termino profiliant, his verbis: *Ceterum iis quoque sit potationis eò vsque terminus, dum illabefactatam rationem, & suo officio fungentem memoriam, corpusque vino immotum, & inconcussum conseruent.* Hæc Sacerdotibus dicemus verba: quauis à vulgo plurimum distent, & ratione ducti ad amissum actiones suas compositas præbeant; tamen monendi sunt, ne ab hoc aberrent itinere, ne à rationis tramite deuiant, vt omnibus exemplo sint, formamque viuendi præferant. Nec mirum, si quos Patres agnoscimus, inter filios propter doctrinam numeremus: cum Christus Dominus dicto capite 12. Matth. quos fratres, sororesque dicit, etiam matres appellet. Gregorius homil. 3. in Euangel. fratres vocat credentes omnes; docentes verò alios, matres. *Quasi enim parit Dominum, quem cordi audien- Gregori.* tis infundit, & mater eius efficitur, si per eius vocem amor Domini in proximi mente generatur. Ergo, quauis eiusmodi, quos alloquimur, munere suo matres sint, in numero fratrum censere eos libebit: quatenus & alios instruunt, & humiliter discentes, verba veritatis suscipiunt. Quare extra fratrum sortem, sicut Ioseph prælatus à patre Iacob, propriam



priam hæreditatem constituamus. Genesis 49. *Do tibi (inquit) extra fratres tuos partem unam, quam tuli de manu Amorrhæi in arcu, & gladio.* Ita his, qui meritò prælati sunt cæteris de vulgo, pars designanda erit, quæ eis solis forte contingit: sunt enim (vt ait Petrus) *regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis*: vt præter documenta communia, quæ eis congruunt, tanquam Deo sacratis, suscipiant.

CAPVT I.

*Sacerdotibus expedit immunes à mortali culpa incedere.*

**T**ANquam huius fabricæ fundamentum statuendum est, maximoperè expedire Sacerdotibus, hoc secum statuere, firmiterque stabilire, nunquam concientiam culpa grauiore mortali: licet enim omnibus fidelibus id commune sit, nullis tanto in pretio hæc margarita habenda est, quanto Sacerdotibus, qui Deo ex munere dicati sunt, pars eius effecti, fors electa, quique pro eo omnia posthabent, sæculo renunciant, ipsi adhærentes non solum propter sacros Ordines, quibus initiantur, & anathema fiunt pro Christo; sed ob frequentem accessum ad sacram Mensam. Hoc quidem munus nihil enixius exposcit, nihil charius amat, nihilque pretiosius æstimat. Quomodo in vnum coire possunt, tam frequens ad Christum accessus cum recessu per culpam? Iam in voluntario iacere, iam ad purissimum Sacrificium recursum facere? aut enim omnino abiicienda sunt peccata, aut sacrilega mente, & audaci, ac temerario spiritu accedere pollutis labiis ad mundissimam Hostiam: quod quidem non erit tanto frui bono, quam more ferarum ipsum dilaniare Dominum. Ad hoc semel præstandum valent verba Daudica Psalmo 34. *Effunde frameam, & conclude aduersus eos, qui me persequuntur.* Quo dicendi modo significatur quedam resolutio, & determinatio omnia impedimenta gratiæ abiiciendi, & è medio tollendi: qui enim conclusionem facit, finire vult, quæ prius in vsu erant, & à se pellere omnino ea, quæ animum persequi solebant, & mutatis vicibus ad peccati suaseriam perducere: sic enim aduersans eis, & repulsam faciens, finem inceptis ponit, & rebelles hostes longè propellit. Quæ ista framea tantam repellendi, & secandi vim habens? Optimè Cassiodorus, & Hieronymus, in ea Christum intelligunt. Si enim venit mittere gladium secandi vim retinentem; quare alter Euangelista separationem loco illius habet? quis gladius eiusmodi, nisi ipse Dominus medium occupans inter omnia creata, cum homini adhæret, & cætera post se habens, excludensque à pristina cum homine vnione. Cum ergo Christus Dominus sit perpetuum ali-

Psal. 34.

Cassiodor. Hieron. Math. 10. 34. Luc. 12. 51.

**A**mentum Sacerdotum, eisque quotidie adhæreat, gladij munus obiens, omnia, tanquam aliena, propellit, & à corde abiicit, vt loco illorum ipse succedat, sitque proximus nobis impediens coniunctionem per inordinatum amorem cum his rebus, quæ antea captiuos nos tenebant. Effundat ergo hanc frameam manus Sacerdotis, & concludat, ac finem ponat omnibus sæculi amoribus, vt fiat ex amasio hostis, omnium, quæ prius ardentè amabat, & cordi illi erant. Quibus annectit Psalmista: *Dic anima mea: Salus tua ego sum.* Apprimè sanè: nam salus, & perpetuitatem dicit, & omnia in corpore congruere, ordinemque tenere: si enim ex humoribus aliquis deordinaretur, statim salus periclitaretur. Quis salus nostra? Ipse Dominus frameæ munus obiens, ipse omnia componit, ad ordinem redigit, perpetuitatem donat, statum benè se habendi confirmat, communit potentias, sensus, passiones sedat, & omnia ad perfectum perducit. O salus optanda, & omnium bonorum detrimento comparanda! Ipse dicit, & placido vultu, orèque mella fundens, loquens: *Salus tua ego sum,* inquit; ne hostium timeas cuneos, nec formides incurfus: quia Dominus ipse manu sua suscipiet te, & liberabit ab omnibus persequentibus te. Si arundo in manu Domini versa est in regni æterni sceptrum; cum tamen extra illam volubilitatis formam teneat: quid arbitrandum putas de Sacerdote, ad Christi regnum euecto, & cum eo commercium comparante? qui in manu ipsius degit, ab eo gubernatur, vt in incepto persistat. Hieronymus ibi sic habet: *In calamo gentium infirmitas, atque inanitas manu comprehensa firmatur.*

Quòd autem id exposcat præfens Sacerdotum status, apertissimè probatur ex frequenti vsu huius Sacramenti; tum, quòd eiusmodi firmitatem operatur; tum, quòd indignissimum vacillare in suscepta gratia in tam breui intervallo. Præterierat tempus agendi Sponsam cum Sponso, & cum per noctem in lectulo esset, quietem amans, ab eo vocari se sentit: verum mirata ignorans causam, seipsam totam intus contemplans, nullam agnoscit mutationem: *Laui pedes meos, nec immundos inuenio*: exui me tunica, nec iterum induam eam: quomodo nunc inopinatè me excitat, & quasi querulas voces emittens, vt à me suscipiatur, vocat? Aptissimè planè ista tenetur reuoluere Sacerdos, qui pridie secum Christum habuit in corde, si intempestiuè vocetur, cum noctem inquietè transigit; an mutauerit mentem; an à puritate concepta recesserit; an ad vetera, quibus exurus fuerat, reditum fecerit: indignissima

Matth. 27.

Hieron.

Cam. 5. 2.

indignissima quidem esset tam cita mutatio. Cum ergo hoc frequens, & quotidianum sit; haud dubiè in eodè statu firmiter consistere debet. Hoc significauit illud iniunctum Hebræis, ne post elum agni fermentatum comederent: in quo saltem pars, etiam si parua, corruptionis miscetur. Qua fronte ad Agnum Christum comedendum accedens quotidie, decernere potest, etiam minimum inducens ad corruptibilitatem in pristina vita? Pura instituenda est, & ab omni mixtura corruptionis eliminanda. Nicænus de vita Moyfis sic habet: *Quo pacto docuit, ne vitiorum reliquias, sequenti post vitam misceremus; sed quasi ab alio initio viuere incipiamus, peccati feriem ad fidem usque continuatam disrumpentes.* Quod fidei tribuit, potiori iure huic statui perfectionis adscribendum est, vt peccati feriem ad Sacerdotium vsque continuatam, disrumpamus.

Semper quidem hæc veritas fundatur in ista communicatione assidua, quæ induxit quoddam debitum ex pacto persistendi in Dei amore: solebant enim amicitia firmari mensa communi instituta, in qua ex salis participatione pactum salis dicebatur, quo intercedente duraturam in perpetuum amicitiam designabatur. Ad hæc conducit illud 2. Paralipomen. 13. vbi ad significandum, quantum duraturum sit regnum Israël in domo Dauid, cui ex pacto conditum erat, ait Asa: *Num ignoratis, quòd Dominus Deus Israël dederit regnum Dauid super Israël, in sempiternum ipsi, & filiis eius in pactum salis?* Quibus verbis addit Theodoretus: *Et finem non accipiens.* Vnde eiusmodi perpetuitas? Ex pacto salis, hoc est, mensæ communis, vbi sal apponitur, & eo condiuntur esca, saporèque recipiunt: vt grato significetur animo eiusmodi amicitiam firmatam esse, ait Theodoretus: *Testamentum autem salis æternum appellari, regni firmitatem: quoniam etiam barbari simul vescentes cum hostibus, pacem seruant firmam, ac stabilem, salis recordantes.* Cum ergo Sacerdotes ex munere quotidie ad hanc mensam accedant, & salis participes fiant, quo sapidam reddant virtutem; facilem, ac stratum viam ad vitam decentem: quid mirum, si pacto isto obligati maneant, fidem seruent, & regnum Christi perpetuum efficere; nunquamque discedere ab eius amicitia statuente?

Attendenda sunt præfata verba Daudica: *Dic anima mea: Salus tua ego sum.* Vbi duo ponderanda. *Dic*: vt potentia dicentis exprimat: *Dixit, & facta sunt*: mandauit, & creata sunt. Ita similiter, *dic*, non verbo tenus; sed opere, & veritate, vt exposuit Catena in Psal. *Dic opere, & re, vt significet, quàm facile Deo eiusmodi concedere salutem.* Addendum secundò: *Salus tua ego.* Non inquit: Operor salutem: quemadmodum Medicus ægros sanat industria sua: sed ego ipse sum salus tua: vt ostendat, eiusmodi bonum ex ipsa cum Deo intima coniunctione procedere: ipsemet sua præsentia, in Sacramento hanc operatur sanitatem: quatenus intimè nobiscum vnitur, agglutinatur, ac adhæret. Bernardus de triplici coherencia, hanc vnionem congruere affirmat verbis illis Dauid: *Adhæsit anima mea post te, vel, (vt legit Augustinus) Agglutinata est anima mea.* Quia gliscen est amoris vnio. Est enim

Exod. 12. 30.

Nicæn.

2. Paral. 13.

Theodoret.

Psal. 31. 9.

Catena.

Bernard.

August. Psal. 25. 9.

eiusmodi vnio index perpetuitatis, & inseparabilitatis, animorunquæ stricta coniunctio, vt dicere queant sic vniti: *Quis nos separabit à charitate Christi?* &c. Quare, cum hoc totum summa cum voluntate fiat, nullaque violentia succedat, perpetuitatem operatur: ne lato vngue discedere queat sic amans ab amato, & propter illum omnia despectui habeat. Quid Deo negabit, aut quid non præstabit ille, qui quotidie hanc confirmat agglutinationem? Inter laude digna opera Asæ Regis Iuda, recensetur, quòd matrem amouit à Priapi luco: nec matris honorem attendit, nec ei debira reuerentia ipsum continuit, quin amouerit à sacrilega idolorum deuotione. Quare hoc? Præcesserat: *In omni enim corde suo iurauerunt, & in tota voluntate quasierunt eum, & inuenerunt.* Statim sequitur: *Amouit, &c.* Vt hinc appareat, quanta Deo offerat difficilia, qui magna voluntate, & amoris abundantia ei copulatur, & agglutinatur per ipsius corporis assiduam sumptionem.

Nec existimes violentiam prædicare illa verba: *Effunde frameam, & conclude.* imò potius lenissimum ostendit spiritum, de quo ait Paulus: *Charitas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Hoc idem præstat Christus Dominus nobis concessus: ipse gladius diuidens fortiter, & suauiter effundens se per totum hominem, ipsum afficiens, & secum deuiciens, vt ab eo haud discedat: quod expresse Apostolus ad Ephesios 1. 4. *Elegit nos in ipsa ante mundi constitutionem, vt essemus Sancti, & immaculati in conspectu eius, in charitate.* Quæ omnia Sacerdotis disponit, genus electum, & fors Domini facti, vt Sancti, & Deo dicati sint; immaculati ob vitæ puritatem, in eius conspectu, cum frequenter ipsum prospiciant, cum eo agant, ipsius fruuntur præsentia, ac intima vnione; hoc totum charitatem excitat, vincula affert, quibus duo in vnum amoris complexum ligati maneant. Quod Richardus de gradibus charitatis, tertio gradu concedit: cum enim charitatem addat, apertè monstrat, quanta cum voluntate hæc vnio fiat, nulla intercedente coactione, nulla violentia, quæ parum duraturam amicitiam futuram prædicat: si enim timore ducerentur, non tanta cum securitate permanere crederem in Dei seruitio. Sed vincula ista charitatis sunt. Vnde Psal. 150. ait Dauid: *Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Additque Augustinus: *Ferrea sunt, quia timent: ament, & aurea erunt: unde non vincula prementia, sed aurea monilia decorantia videbuntur.* Cum Sanctus Benedictus quendam Martium videret catena ligatum, ne ultra eius longitudinem progredi valeret, inquit: *Tolle, fili, hanc catenam, aliam assume leuiorem, amore illigare Christo, & à præfatis loco non discedes.* Si es seruus Dei, non te teneat catena ferrea; sed catena Christi. Hac voluntate vincus tenebatur ille Demetrius, de quo Seneca libro de prouidentia, cap. 5. qui aiebat: *Nihil patior inuitus, nec seruo Deo, sed assentior.* ne vox serui aliquam exprimat violentiam. Victimæ Diis dicatæ magna cum violentia ligatæ offerebantur, & mactabantur: vellent enim frui vita;

2. Paral. 16.

Rom. 5. 5.

Ephes. 1. 4.

Richard.

Psal. 150.

August.

Seneca.





Aug. ex 50. ita fatur: *Præfudit lacrymas cordis, & lauit Domini pedes, obsequio Confessionis, capillis suis terfit.* Ille leprosus, qui probandus ad Sacerdotes mittitur, accedens ad Christum pronus adoravit, ut ait Marcus cap. 2. Genu flexo dixit: *Domine, si vis, potes me mundare.* In quo ibi Beda & humilitatem, & inuerecundam delicti manifestationem cognouit, quæ præter dolorem, omnibus confitentibus exposcuntur. Humilitas in genuflexione elucet; manifestatio delicti in eo, quod immundum totum esse fatetur. Ita ait ibi: *In faciem procidit, quod humilitatis est, & pudoris: ut unusquisque de vita sua maculis erubescat; sed confessionem verecundia non repressit: ostendit vulnus, & remedium postulauit.* Ut enim hoc clarius pateat, consideranda est forma cum leproso in præcepto constituta Leuitici 13. vbi primò ei iniungitur, ut ab hominum separaretur consortio, solus degat in campis, aut montibus: deinde ait Textus: *Habebit vestimenta dissuta, caput nudum, & veste coniectum.* Separatio illa (cum veri poenitentis personam repræsentet) significat tempus ad quietem, & vacationem à negotiis, ut secum agat, sua cogitet, conscientiam rimetur, assignandum esse: ut id explicat Ieremias 30. 11. *Castigabo te in iudicio, ut non videaris innoxius.* Id enim præstat verus poenitens: se castigat, & punit, cum contra labe conscientia iudicium constat, sceleribus examinatis, & ad stateram perductis. Nec sibi parit; sed quasi extraneus effectus illam Dauidicam profert sententiam aduersus proprium caput: *Vinit Dominus: vir qui talia fecit, reus est mortis.* Ad hoc alludit illud Dauidicum: *Feci iudicium, & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.* Ego ipse me iudicavi, damnavi, poenam inflixi: quid restat? Ut nemo iure calumnias aduersus me iactare possit. Vnde Hieronymus de hoc iudicio exponens allatum Ieremias testimonium, ait: *Docet eos, nequaquam poena, sed eruditioni traditos, ut indicarentur quasi proprii, non perderentur quasi alieni.*

Nec solum eiusmodi separatio leprosi hoc significat, conferens maximopere ad ritè Confessionem componendam; sed ad exterminandum, & abalienandum animum ab iis, quæ antea perditè amabat, ut valedicat omnibus oblectamentis, & peccandi, ac irritandi animum occasionibus; quod præambulum est Confessionis valituræ, & quæ vitæ monstret mutationem. Hoc prosequitur Ieremias vbi sup. à n. 14. *Omnes amatores tui obliti sunt tui, teque non querent.* Et infra: *Hec est, quæ non habet requirentem.* Talis inueniri desiderat, ut omnino deserta reputeretur potius, quam ipsa deserere curauerit amantes eam prauo amore. Ita arbitrari oportet, ut non solum deserere nos omnia noxia procuremus; sed etiam credamus, nos ea reliquisse, ne alterius propensio, & ardens adhuc vigens amor alliciat, & inuiter nostrum ad ea iterum requirendum: hoc animo initianda est Confessio, ne ad reciduum iterum recursum habeat: cum enim Christus leprosum mundauerit Marci 1. cur ipsum ad Sacerdotes mittit? Quod, ante sanitatem iudicarent de lepra, illis concessum fuerat in lege Leuitica: at post curationem, quid opus Leuiticis ad Sacerdotes mittere hos homines? Rationem reddit Beda supra: *Opus quidem ipse compleuit, probationem*

**A** operis illis dimittens. Verè enim res ardua probatione eget, ne putata repullulent: quæ enim vera salus, nisi illa, quæ probatur vitæ mutatione, omnibusque conspicua fit? Talis in solitudine rerum seipsum contempletur Sacerdos, & cogitet, an ita viuere deinceps decernat, ut opera sua probari possint, non solum à comparibus, ad quorum pedes frequenter accedit; sed ab omnibus, testimonium conscientia mundatæ præferens, vitæ, & occasionum mutatione, ac desertione. Nec hoc difficile his, qui iam experti sunt vitiorum confortia, & gustauerunt, quanta secum amara, & inania afferant peccata. Herodem probauerant Magi, *Matth. 2.* astutiam, superbiam, nocendi penetrarant delideria: qui quidem inuitati ab eo, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam, non curantes fraudulenta, & fictitia verba, quibus insinabat velle puerum recognoscere, venerari, & ei per adorationem subdi. Optimè hoc Chryso-**Chryso.** stomus ad ea, quæ dicimus, adducit homil. 8. in Matth. Sunt, qui nulla experientia vitiorum, eorum lenocinio falluntur, & ad eis fruendum trahuntur; ignorant planè, (sicut ille à muliere lasciuia inuitatus iuuenis, & quæ eis propinentur vina: at agnoscens experientia, quam ficta ista sint, & parum duratura; quamuis lenibus verbis, & aliquid boni præferentibus inuidentur, haud acceptant conuiuium, vinorumque potationem, etiam si in vasis aureis, & gemmis ornatis propinentur: sed per aliam incedunt viam, ut in patriam optatam perueniant: ita ait: *Qui autem relicto Diabolo venit ad Christum, difficile redit ad Diabolum: quia, dum gaudet in bonis, quæ inuenit, & recordatur mala, quæ euasit, difficile redit ad malum.* Satis enim erit ad hoc, experiri, quod frequens est, non nos amari; sed nostra, & propriam cuiusque, vel delectationem, aut utilitatem. Ad hoc facit, quod supra Ieremias cap. 30. ingeminat, ut homines auertat ab amore rerum inani: *Non est, (ait,) qui indicet iudicium tuum ad alligandum: curationem vilis non est tibi.* Vbi Hieronymus: *Te non querunt, facientes contra Apostolum, qui querebat credentes, & non ea, quæ erant credentium.* Videas, quanta vigeat ratio deserendi ea, quæ non amore nostri tenentur; sed sua feruatur libidine, aut cupiditate: & ad hoc laqueos parant, nunquamque satis esse dicunt; sed velut famelica lupæ agnorum carnes auide querunt, & velut sanguifugæ sanguinem insatiabiliter bibunt. Ergo relinquenda re, & animo ista.

Ille ergo leprosus, separatus ab hominum consortio, vestimenta dissuta ferebat, nec omnino ea deponerat, nec carnes operiebant. Ad quid hoc? Isidorus de conscientia vera manifestatione, & cordis latebrarum apertione, id exponit: quemadmodum scissura illa carnis prodit secreta; ita conscientia arcana prodenda sunt, ut ex vero corde poenitentia foras erumpat: *Dissutis tunicis, id est, manifestatis secretis, sedere inuentur.* Quid enim interest, ore promere peccata, si cor vacuum à dolore, ac sensu manet? Similes his, qui nimis de ornatu corporis solliciti sunt, veruntamen animi despiciunt, de quibus Seneca de prouidentia, 6. cap. quasi inducens fortunam loquentem ait: *Auro illos, argento, ebore ornauit, inuis boni nihil est.* Non ficta offerenda poenitentia; sed, ut supra probauimus,

mus, ex corde nasci oportet: nec solum ex corde promenda peccata; sed clarè manifestanda: idè dissuta vestes, & caput apertum leprosi. Accipe hoc: *Non oportet leprosum* (inquit Procopius Leuit. 13.) *occulta habere animi peccata: nec ipsum celare oportet turpitudinem, ne videatur esse sepulcrum dealbatum.* Idè apertè capite incedebat: qui enim ex vero dolore ad os procedit, sicut manu omnes expandit capillos, omnia pandit vlcera. Quare Isidorus de capite sine operimento loquens ait: *Ut nuditas eorum à cunctis videatur.* Idè leprosus ille Marci 1. cum humilitate immunditiam, & oculis Christi obicit, & ore fatetur, dicens: Immundus sum: sed potes me mundare. Hoc quidem non solum ad ritè conscientiam Confessionem præstandum est; sed ad omnem in futuro explendam dubitationem, anxietatem, conscientia metum: qui enim deliberato animo omnia intendit fateri, securus incedit, & quæ certò scit tacuisse ob defectum memoria ad exomologesim adducit: alia verò, tanquam sine fundamento veri dubij, à mente exterminat, ne pacem conscientia turbent.

Verùm aliam inuenit Procopius considerationem, ut iuberetur caput sine tegumento nudum ferre leprosus: quod congruit verè poenitentibus, nempe, ad afflictionem carnis armari, credant hoc signum esse veræ conuersionis, & plurimum conducere ad vitandum reciduum: ait enim ille: *Caput habet nudum, ut ledatur à frigore nocturno, & ab aestu diurno.* Sentiat mala corporis, qui tot conficit vulneribus spiritum: affligat carnem, qui irritamentis, & oblectationibus eam deliniuit: doleant membra, seruisse iniquitati ad iniquitatem. Credo, idè esse in visu, ut poenitens genuflectat, & aperiat caput; non solum ob tanti Sacramenti reuerentiam, & accedentis humilitatem; sed ut incommodis assuescat, & poenitentia ament pedillemque afflictionem carnis, præcipue cum peccata ad Confessionem adducta libidinem monstrant: hæc enim vincenda, & castiganda est corporis afflictionibus, ut docuit Hieronymus in Pauli Vita, vbi ait: *Libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit.* Hoc explicauit Chryso-**Chryso.** stomus hom. 51. in Ioannè, similitudine grani, quod mori oportet in terra, ut fructum plurimum afferat: non quidem in horreo; sed in terra mortem sustinet: ita nos in hac vita mortificationem, & malam carnis tractationem in corpore sustineamus, non ad aliam reseruemus vitam, ne maiora, & duriora mala pati cogamur. *Qui enim, ait, non vult seipsum mortificare per fidem, & sepelire, mortificabitur in eo, & migrabit priorum peccatorum poenas daturus.* Aduersum proprium corpus insurgat verus poenitens, & mala sibi ipsi inferat, ut dignè Deo satisfaciat.

Tandem leprosus os pallio operiebat, significans de cætero omnia priora cessatura; & sicut Dauid ait: *Silui à bonis.* ita ipsi silere à malis assuescant: ut ostendat vitæ mutationem præcipuum esse fructum poenitentia. Ita Isidorus supra: *Pallio os cooperit, ne ulterius impia loquatur.* Nouam initiari oportet vitam: ad hoc eiusmodi generalis instituitur Confessio, imitantes Magorum exempla, *Matth. 2.* qui quidem Iesu inuento, cui omnia sua tradiderunt, & obsequio ipsius se concesserunt,

per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Apprimè Beda in dictum locum, Herodem Diabolo assimilat, qui nos tenebat subiectos, ac illecebris captiuos habebat: nec credendum ei ampliùs est; sed relinquendus omnino, ut aliam formam sequamur viuendi: *Herodes verò significat Diabolum, ad quem redire post acceptam fidem prohibentur.* Nec timore potentissimi Regis territi ad ipsum redierunt, confisi ab eo liberari, fauore diuini Numinis, cui omnia sua crediderant. Ita planè virili spiritu armati nouelli milites non timeant tyrannidem passionum, suafelam eorum, cum quibus priùs societatem inierant: sed fauore diuino fortes facti, credunt euasuros ab omnibus tentationibus liberos. Quod optimè sic exposuit Theophylactus aiens: *Oraculo accepto imposuerunt Herodi, & non timuerunt, ne forte se infectarentur, sed confisi sunt virtute nau.* Inter difficillima poenitentia, hoc vnum occurrit, ut supra dicebamus, præscas consuetudines, & occasiones recidendi vitare. Solent enim ista acriùs persequi, cum se despici sentiunt: & valet plurimum apud nouellas plantationes humana ratio, ne contemptui habeantur, quæ amore suo talia sustinere haud meruerant: ne præterea alios querant amatores in vindictam desertionis intentare. Securus quidem remedium erit, si tam feruens spiritus esset, ut non contenti suam assequi salutem, eam etiam amicitia coniunctis impertiant, tum exemplo suo, tum ratione sumpta ex vera rerum transactarum præstita eis notitia: tum deinde si consilio iuuentur, & moneantur amici sibi coniuncti, qui eos moneant ab incepto resiliere, & ad virtutem peruocare. Ut enim aiebat Augustinus 4. Confession. cap. 14. *Ex vno amante incenditur alius.* Quod sic accipe in bonum, ut ex vno compare virtutem sequente, alius eandem aggrediatur viam, ne impedimento sit persistendi in incepto. Quod quidem cautè præstandum est, eos imitando, qui periclitantem inter vndas liberare tentant; cautè tamen, ne is, qui penè perit, alium secum rapiat, & in aquis ambo suffocentur: validior enim esse solet pars mundi illecebras sequens, quam recen-**ter conuersus; & potius valent lacrymæ, & querulæ voces, quam rationis sententia ad suadendum vitæ mutationem. Vnde securissimum est fuga ipsa, & exemplo suo illos allucere, & inuitare ad virtutem; non tamen verbis, & cum eis agendo; quod ista sapientes opere monstrarunt: nam fuga sua Herodem docuerunt, eos mentem eius fallacem agnouisse: idè ab eo discessisse, ut ipse hoc exemplo ab intentata Christi pueri nece resiliere, & muraret mentem ipsum insequendi. Euthymius ita habet: *Neque ad Herodem redierunt, ut frustra se insidiari intelligeret, & ab incepto desisteret.* Ita præ oculis habeant, ut omni scandalo, & occasione reddendi ablata securi incedant incepta salutis via, & Confessione ritè facta, vitam instituant statui ipsorum conuenientem.**

CAPVT III.

Negotia secularia eliminanda à Sacerdotibus.

**I**D monere in desiderio est, quod Rex Arrianus Sacerdotibus iniunxit, agnoscens eorum dignitatem, & quantum distare oporteat à secularium conuersatione. De Attalarico Rege Cassiodorus refert, innixè exposcere Sacerdotibus, vt gradum suum non deserant, nec se secularibus immisceant negotiis. De eo Cassiodorus lib. 8. cap. 24. *Interim vos, quos iudicia nostra venerantur, ecclesiasticis vniue institutis: magnum scelus est crimen admittere, quos nec conuersationem decet habere saecularem: professio vestra vita ecclesiastica est: nolite ad mortalium vita humilia, & errores descendere. Mundani coërceantur humano iure, vos sanctis moribus obedite. Quod omnibus fruendum est, cum pars Dominica sortis sint, vt ei seruiant, & humana tractent, humana sibi omnino aliena reputent: qui enim in recto huius regie domus est, non descendat aliquid de inferioribus tollere: hoc enim à proprio statu declinare erit; non tamen suo respondere muneri: vt enim ait Hormisda ad Archimam scribens: *Inter Lenitas, & populum suum diuisit officia: alia est potestas hominum, alia ministeria Sacerdotum.* Illi humana tractent, nos diuina curemus: alioqui idem adiciet: *Qui mundani sunt, Ecclesias tenere non possunt: quia eis magis discere conuenit, quam docere.* Vtique discant, necesse erit, quale ipsorum munus: ad quid lecti fuerint, & à secularibus separati: quid in eis consecratio operetur: quid pensum diuini Officij eis iniunctum: vt enim propriam agnoscant occupationem, & in hoc expendendum tempus, talia eis commissa sunt munia, talia debita soluenda exposcuntur, ne humanis se inferant, & ad talia redeant. Discant, quæ iura commendant, cum habeant totum titulum Decretalium hæc prohibentem negotia, ne Clerici, vel Monachi secularibus negotiis se immisceant; vbi per plura capita talia eis interduntur negotia. Nec necessaria prohibentur, & quæ non redolent negotiationem, & auaritiam. Hoc capite 1. quod incipit: *Multa sunt negotia. iniustum illud; iustum verò negotium vocat, quod legimus sanctos Apostolos negotiatos fuisse.* Id probat exemplum profanum. Linius lib. 1. dec. 3. refert, Magnates indignatos fuisse aduersus Flaminium, quod Tribuno suaderet legem condere, qua prohiberetur Senatoribus, nauem excedentem 300. cados conficere, cum huius magnitudinis sufficeret ad fructus vinearum propriarum portandos: *Quæstus omnis Patribus indecorus visus est.* ne occasio negotiationi daretur: si hoc indecorum Senatoribus, quantum id indecentius erit Sacerdotibus? Hæc ergo negotia verantur. Quare eis ex Christi patrimonio alimonia præstita est? Haud dubiè, vt cupiditatis passione non ferantur in verita: qualia sunt temporalia tractare negotia: id enim ex lege veteri licet intelligere, in qua Sacerdotibus pars designabatur, quæ eis necessaria ad victum, & cætera humana præberet. 2. Paralipom. 31. tempore*

Cassiodor.

Math. 24. 17.

Hormisda.

Decretal.

Linius.

**A** Ezechia. *Præcepit autem populo habitantium Ierusalem, vt darent partes Sacerdotibus, & Lenitis, vt possent vacare legi Domini.* Vbi habemus finem huius præstiti subsidij: nempe, vt cum Deo agerent, & diuina solum tractarent, desertis omnino temporalibus curis. Reddat horum rationem lex generaliter, C. de Episcopis, & Clericis: *Propter hoc eis beneficium indulgemus, vt omnibus aliis derelictis, Dei omnipotentis ministeriis inhereant.* Vides, idèd præstita beneficia, & decimas Clericis adscribi, vt sine sollicitudine viuant, & diuinis vacent, ne se secularibus dedant negotiis. Idèd horum septimana tota ferata est à laboribus: vt quemadmodum diebus festiuis, etiam saeculares vacant à negotiis, præcipue forensibus: ita isti totius hebdomadæ curriculum liberi ab his occupationibus peragant. Quare nulla inferretur eis iniuria, si lex illa Constantini vigeret, qua Decurionibus præcipiebatur, vt si vellent ad Ecclesiam confugere, & Ministri eius fieri, omnes renunciarent saeculi facultates. Quod admittit Ambrosius ad Valentinianum scribens: *Non enim putamus iniuriam, quia dispendium non dolemus, si privilegium querat Sacerdos, vt onus curiale declinet, paria, atque auita, & omnium facultatum possessione cedendum est.* Idem habet cap. *Ex literis.* de vita, & honestate Clericor. Ad eum enim Sacerdotum proprium omnia saeculi renunciare, vt etiam à propriis facultatibus liberari non reputetur iniuria: sed potius proprio muneri congruat. Non deest excusatio Sacerdotibus, vt his haud teneantur legibus.

Sit prima, quod vacant otio, & si occupantur in aliis negotiis extraneis ab eorum statu, non mirum: id enim tentant, vt otium vite omnium malorum originem. Rogarem ab eis, (ne cum amaritudine id proferam 1. Reg. 2. 13. aduersus filios Heli nescientes officium Sacerdotum,) an cogitauerint, quod obeant munus; & quid ab eis exposcat tanquam iustum persoluendum debitum? Credo talia comminiscetes, & excusationes prætexentes hoc omnino ignorare. Sanctus Carolus Borromeus audiuit quendam Suffraganeum Episcopum iactare similia verba, & plurimas horas liberas habere ab episcopali cura: cui scribens monstrat, quæ deceat Episcopum exercere munia: & cum ista multiplicaret per capita documenta addebat: *Et dices plurimas mihi horas dici superesse.* Verè hoc dicere possumus talia sentientibus. Etenim simplex Sacerdos est, vel beneficio adstrictus, curamque animarum gerens. Ille, qui minoribus præpeditur occupationibus, haud liber est à munere suo: quid dicendum restat de eo, qui choro seruit, proximorum curam habet? Quod autem ille occupationem habeat ex officio Sacerdotis, ex eo patet, quod totus debet esse in Sacro ritè celebrando. Ad quod necessaria est præparatio, lectio, diuinarum rerum notitia, studiis horum vacare, & à mundialibus alienari, vt dignè Deo dicatur, & mundissimam offerat Hostiam. Non immeritè Paulus ad Timotheum scribens, ait: *Ministerium tuum imple.* addens: *Sobrius esto.* Non enim nudum ministerium suscipimus; sed implendum, & perficiendum, quod multa ei addendo assequitur: qui enim implere ministerium Sacerdotis vult, opus est, vt diuina tractet assidue, &

2. Paral. 31.

B

C

D

E

Ambros.

1. Reg. 2. 13.

2. Tim. 4. 5.

Exod. 35.

Theodoret.

August. in Plal. 38.

2. Tim. 2. 4.

Exod. 32.

& animam ab omni specie peccati immunem reddat. Artifex, cui rude opus conceditur, vt illud perficiat, multis eget instrumentis, sudore, studio, ac continuo labore. Imò ad hoc gratia specialis confertur, vt sciant implere, ac perficere ministerium suum. Exodi 35. de Beseleel loquens, ait Scriptura, ornasse Deum illum omni sapientia. Et quid artifex, qui fabri lignarij, aut ferrarij munus gerebat, egebat tanta sapientia, ac si Legislatores, aut Summi Sacerdotis munus obiret? Optimè Theodoretus q. 71. in Exod. inde probat gratiam, & sapientiam cuique imperitari, iuxta officij, & muneris indigentiam. Magistro, vt probè doceat, gratia tribuitur; Regi, vt militet; & artificij, vt opus elaboratum magna cum perfectione efficiat. Vnde addit, *Hæc datam esse sapientiam, & gratiam, id est, donum peritæ adificandi: vnaqueque tamen donum Dei est ad usum hominum concessum.* Cum Deo curæ sint omnia, & vniuersiulque agnoscat indigentiam, Sacerdoti sapientiam præbet, iuxta ipsi necessaria ad ritè peragendum munus suum. Ad hoc ipsum auertit à mundi occupationibus, feriat à laboribus corporis, vt solum agat spiritualia munia, vt vacet studiis, vt se parat ad Missam, eâ denotè, & magna cum grauitate recitet, pensum soluat per horas designatas distributum, discat à doctis, & experientia probatis, qua via hoc idem munus perficere valeat: qua si præstet, discet, non tempus superesse, sed deesse. Vnde id Augustini assumet: *Ero humilior ex eo, quod deest, quam elatior ex eo, quod est.* Implet ergo ministerium suum, & torum feriatum diei tempus consumet.

Et vt hoc clarius innotescat, frequētissimum est, homines temporalibus dedito iniquissime diuina obire; celeriter omnia executioni mandant, indignè tractat; præterquam quod in ipso opere potius ad agenda respiciunt, quam attendant ad ea, quæ præ manibus habent. Dicamus his: Si solum temporalia curas, quia vacat tempus ad ea, præter id, quod propria consumunt munia; ista salte dignè tracta cum præparatione, & debito perfice modo. Videant omnes, non te alia tenere, ac vocare, vt ista celerrimè finias. Cum tamen sic debite Deo aditas, & adhuc locus est alia tractandi, aliquam excusationem haberi, vt totum, aut ferè totum tempus in humanis negotiis impendatur. Vnde Paulus 2. Timoth. 2. 4. nullum ab hac lege liberum relinquit, non solum beneficiis seruientes, proximorum curam gerentes; sed etiam simplices Sacerdotes ad hanc vocat sequendam viam, aienis: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, vt Deo placeat, cui se probauit. Nemo,* inquit, vt omnes hoc liget debito: & apprimè hoc munus militiam vocat. Lex iustissima decernit, milites ab omni Reipublice munere immunos esse, nullòque officio occupatos teneri præcipit. Satis enim eis est, hoc vnum præstare, arma exercere, militares ludos probè in usu habere, vt cum se offerat occasio, cum hoste deceret, ordinem præscriptum seruet, excubias solerter, & vigilanter faciat. Qui enim militat Deo, optimo iure ei præscribitur, vt militibus similis sit, & tantum diuina curet. Cum enim Moyles ad vindicandam Dei iniuriam socios adificeret, ait Exodi 32. *Si quis est Domini,*

**A** *imparatur mecum.* quæ verba ponderosè Ambrosius habet epist. 56. ad Romulium: *Si quis paratus est à Domino, veniat ad me.* Illi Domini sunt, qui semper in procinctu ad ei seruendum inueniuntur: nulla præpeditur externa, & mundiali occupatione, velut in statione, & excubiis vacantes reperiuntur. Non ergo eiusmodi alia querere debent, quorum cura eos à diuinis exterminet, & potius mundi Ministros, quam Dei seruos efficiat. Vnde hi vocati milites, solius ordinis Lenitici fuerunt, qui diuina curabant, & ab humanis immunos erant. Ambrosius ita supra ait: *Eliguntur ministeria Leuitarum, quorum portio Deus.* Si enim ab hoc numero, & choro excedunt, non Leuitici ordinis; sed saeculi dicendi merito sunt: nec Dei portio, sed curarum saecularium mancipia.

Præterea Sacerdotum propriissimum est, etiam si simplices sint, ita humana deferere, vt omnium componendarum litium arbitri merito vocentur: licet enim Dominus exemplo suo etiam hoc munus ignorauerit, aienis fratribus volentibus eum litium constituere Censorem: *Quis me constituit Iudicem, ac diuisorem inter vos?* Tertullianus credit, idèd hoc pietatis negasse officium in vindictam iniuriæ illatæ Moyse, cum fratres Hebræi inter se certantes, ipsam abiicerint, & consilia sana respuerint audire, dicentes: *Quis te constituit Iudicem inter nos?* Verum etiam docet intentum diuinis, abiicere, & contemnere humana debere. Vnde doctrina nostra, hæc repulsa fuit Domini, vt inquit Theophylactus ibi: *Domini autem docens nos, quod non oportet ad terrena stæli, repellit vocantem eum ad hereditatis diuisionem.* Vt hinc conicias, quantum à nostro distet munere talia tractare negotia: nec attendendum est, quid peratur, quod pium sit, atque ad sedandum litium, & odiorum initia hoc perficere seruiat; sed à quibus id exigatur, vt attendas bonitatem actionis non solum considerandam esse, sed cui id faciendum præscribitur; nempe, hominibus destinatis, & lectis ad diuina solum exercendum. Optimè Ambrosius 7. in Lucam, sic ait: *Non ergo quid petas, sed à quo postules, inueniendum est: nec maioribus intento animo putes, minoribus obstrependum. Vnde non immeritè refutatur hic frater, qui dispensatorem caelestium, gestiebat corruptibilibus occupare.* Vnde agnosces, ad caelestia destinatos, nec ista pietatis officia amplecti debere; sed virili pectore recusare: licet hoc exemplo omnibus manifestet, quantum à saeculi negotiis Sacerdotes immunos reddantur: tamen quia hoc præstare certantibus proximis, potius vitare sit lites, quam eas tractare, in vsu fuit, vt ex Augustini Vita Possidonius profert, Possidonius Episcopus humana componere negotia. Cuius etiam officij Iustinianus meminit nouel. la 8. vbi Præfectos Episcoporum censuræ subdit, & vt eis pareant, præcipit, cum nullus præsumendi de eis iniusta amare, & lites querere, locus relinquatur. Verum hoc fundatur in eo, quod Sacerdotes ad munus obeandum arbitrorum, & mediatorum componentium distros proximis, in tantum auctoritatem habent, in quantum alienari creduntur ab omni cupiditate, nec aliena querere, sed sua erogare pro certo habetur. Chrystost.

Ambros.

Idem;

Luc. 12. 14. Tertull.

Exod. 2. 14.

Theophyl.

Ambros.

Possidon.

Iustinian.

Sermone.



Chrysof. Sermon de Sanct. Pentecoste, notauit verba A  
 illa Pfalmi 118. n. 127. *Dilexi mandata tua super*  
*aurum, & lapidem preciosum.* quæ adiungit factio  
 Petri Actor. 3. cum claudo sanitarum contulit,  
 dicentis: *Argentum, & aurum non est mihi: quod*  
*autem habeo, hoc tibi do.* Et ait: *Sermo factus est*  
*opus: vides, ut araria fuerint regia illorum ora.*  
 Qui enim ab omni auri amore liber est, rectè  
 arbitri exercet munus, omnia componit; dat,  
 quod habet; quia nullum expetit lucrum; sed  
 sua magna cum liberalitate impertitur. Quare  
 non passione ducitur, sed ratione gubernatur,  
 tradens cuique sua iura. Vnde Ambrosius supra  
 de Leuitis loquens, accitis ad causam Dei de-  
 fendendam ait: *Nesciunt enim suis parcere, qui*  
*nihil suum norunt.* Ad eò liberi ab omni cupiditate  
 incedunt, vt etiam inter suos componentium  
 munus obire possint, etiam si aduersa pars  
 aliena ab eis sit: quia non carnem, & sangui-  
 nem attendunt, sed veritatem rei prospiciunt.  
 Rogat D. Thomas 3. p. q. 89. art. 2. cur dictum à  
 Christo de Apostolis, & Apostolicis viris: *Se-*  
*debitis iudicare duodecim Tribus Israël?* Et talem  
 rationem reddit: *Quia pauperes voluntarij soli*  
*Christo inhaerent: ideo quia nihil in eis est, quod*  
*iudicium à iniustitia deflectat.* Cum enim isti nihil  
 præter Deum habeant in pretio, nulla feruntur  
 cupiditate, nulla præpediuntur humana pas-  
 sione, ne iustam ferant sententiam: vnde  
 optimè negotia componere valent, lites è  
 medio tollere, & ad amicitiam omnes reuocare.  
 Neque hoc erit extra limina progredi; sed  
 potius, quantum humana despiciunt monstrare,  
 contenti sua sorte, & Deo soli vacare.  
 Alia solet afferri excusatio ad negotia hu-  
 mana tractandum: ea est indigentia necessa-  
 riarum rerum ad sustentationem, decentiam  
 personæ, familiæ alimoniam, cognatorum  
 curam: ob id enim videmus viros Apostolicos  
 humana haud abhoruisse. Petrus ad piscationem  
 rediit: Paulus manibus laborabat: erem-  
 iticam sectantes vitam, comparabant sibi  
 necessaria ex his, quæ ipsi conficiebant.  
 Duo ad hæc respondenda veniunt. Sit  
 vnum: quædam esse ministeria, quæ Sacer-  
 dotes non dedecent, sed potius consulenda  
 essent, si & finis ea exercendi eis congruat,  
 & ne terminos prætergrediantur modestiæ,  
 ac moderationis: vt si quis industrius sit, &  
 domi inclusus aliqua conficeret in iuuamen  
 suæ indigentia, non damnandi sunt ab hoc,  
 sed potius laudandi, tum ad vitandam otiosi-  
 tatem, tum ad sibi necessaria proprio labore  
 comparanda, ne aliis molesti sint, aut ven-  
 ditores sint sacrarum actionum. Ob id non  
 vituperamus, quæ Paulus cum suis, manibus  
 propriis operabatur. Imò potius laude dignif-  
 simus, eò quòd ad liberius munus suum per-  
 agendum, suo sudore vesceretur: cuius rati-  
 onem reddens Chrysofostomus hom. 2. in ad  
 Roman. probans humilia munia Apostolorum  
 non offendisse Magistratus: *Idè, iure optimo:*  
*non enim artes, ac studia; sed consilia dogmata*  
*despicabiles reddere solent præceptores. Reliquimus*  
*omnia,* (ait Petrus:) cum tamen arte, & manu  
 quæreret sibi necessaria: hoc enim potius hu-  
 militatem redolèt, quam auaritiam ostendit:  
 præcipue cum non sufficienter; ita vt te-  
 neatur quibus suum seruitium conducens, ad  
 omnia

118.  
127.  
Act. 3.  
Ambros.  
Math. 19.  
28.  
D. Thom.  
1. Cor. 9. 13.  
& 2. 10. 18.  
Hebr. 13. 10.  
1. Cor. 9. 13.  
& 2. 10. 18.  
Hebr. 13. 10.

At secundum addo, indignissimum esse in-  
 dustria propria, & labore corporali alimoniam  
 quærere, necessitate ad id coactos: cum  
 dedecet Sacerdotis munus obire, nec habere  
 necessaria, non proprio labore quaesita; sed  
 ab Ecclesia ob propria munia exercenda col-  
 lara. Idè Trident. sess. 23. cap. 16. & 17. de  
 reformat. neminem Sacris adscribi præcipit,  
 nisi ministeriis Ecclesiæ sit vtilis: à qua etiam  
 necessaria ad decenter vitam transigendum  
 suscipiant. Si enim tales essent Sacerdotes,  
 nullam prætererent excusationem aliena tra-  
 ctandi negotia, aut comparandi indignis mo-  
 dis sibi necessaria. Vel, quod miserabilius est,  
 Sacra peragunt, potius vt inde alimoniam  
 capiant, quam vt Deo dignum exhibeant ser-  
 uitiium: nec sinit cupiditas cum indigentia  
 coniuncta; sed vltra progrediens vnam Mis-  
 sam plurimis elemosynis vendunt, onerantes  
 proprias conscientias, & fallentes ab eis suf-  
 fragia exposcentes, qui existimant pro stipe  
 concessa Missam dici; cum tamen vna pluribus  
 stipem conferentibus satisfaciunt. Hoc ad eò  
 apud inscios in vsu est, vt commune meritò  
 dici possit: quod nascitur ex eo, quòd paupe-  
 res ordinantur, non habentes congrua pro  
 alimonia sibi necessaria: eò quòd non sint  
 Ecclesiis addicti; sed fingentes patrimonia  
 pingua, aut tenues Capellanas, pluris valere  
 mentientes, Ordines suscipiunt, & coguntur  
 indigna tractare, & furta committere in ipso  
 sacro ministerio.  
 Vt enim ad ista satisficiamus, primò sta-  
 tuendum est, Sacerdotij munus non esse mer-  
 cenarium; sed sacram functionem, ad Deo in  
 re magni momenti seruiendum: quare illud  
 assumentem, vel oportet habere, de quibus  
 alatur decenter; vel sustinere indigentiam,  
 & pauperum morem gerere, contenti stipen-  
 diis ex ipso munere ritè susceptis: nec erit, si  
 necessitatem cogatur sustinere, indecens, ele-  
 mosynam petere, non vicatim, sed alicui ma-  
 gno viro, aut femina grandævæ suam expo-  
 nere penuriam, vt ab eis alatur, aut si premit  
 necessitas, poterit pro Missis dicendis stipem  
 iam susceptam consumere; animo tamen sa-  
 tisfaciendi in posterum Missas elemosynæ  
 consumptæ respondentes dicendo: quòd si  
 extrema sit indigentia, & nulla alia via possit  
 ei succurrere, & elemosynam expenderit, non  
 tenetur Missas dicere: in extremis enim indi-  
 gentiis omnia communia sunt, nec ad restituti-  
 onem obligant. Verùm in vsu habere, plures  
 accipere elemosynas pro singulis Missis desi-  
 gnatas, ita vt vna multis satisficiat, factum  
 erit, & infidelitas maxima; cum inuito do-  
 mino talia consumat, & ex pacto iusto obliga-  
 tus maneat pro singulis stipibus vnum Sacrum  
 facere. Cum autem hoc lege taxatum sit ab  
 habente potestatem, nempe, Prælate, aut tan-  
 tum dare, sit in communi vsu, aduersus iusti-  
 tiam certat, qui pro vno Sacrificio, siue finiti  
 meriti expliciti, & communicati, siue infiniti,  
 plura stipendia suscipit: cum illud totum non  
 intret in pacto; sed labor, & actio humana; Sa-  
 cerdotis tamen, & personæ dignæ maioris sti-  
 pendij, quam vulgi hominum. Nec valet, qui  
 Altari seruit, de Altari viuere debere; ita vt te-  
 neatur quibus suum seruitium conducens, ad  
 omnia

Conc. Trid.  
1. Cor. 9. 13.  
& 2. 10. 18.  
Hebr. 13. 10.

omnia necessaria pro persona, & familia con-  
 cedere; falsitatem, & ineptam rationem conti-  
 ner. Hoc si existimarent homines, omninò eos  
 arcerent a Missis commendandis pro stipe. Si  
 enim prauit iudicati sunt Sacerdotes filij Heli,  
 quòd exposcerent à populo, quæ non erant in  
 vsu, quia auerterebant homines à sacrificiis, plus  
 eis exposcentes, quam deberent soluere; quid  
 dicendum esset de Ministris pro vna Missa ex-  
 poscentibus, aut extorquentibus octo, aut de-  
 cem argenteos, eò quòd qui Altari seruit, de  
 Altari debeat viuere? Rogo, an diues Sacerdos  
 possit eiusmodi stipem accipere, octo, videlicet,  
 aut decem argenteorum? Si negent: ergo non  
 ratione Altaris talem elemosynam accipiunt:  
 cum eodem modo diues Sacerdos seruiat Alta-  
 ri, ac pauper. Imò maiori cum splendore, & de-  
 centia, ac reuerentia exteriori. Si dicant pri-  
 mum: ergo non ob indigentiam tantum acci-  
 piunt, sed ob ministerium: cum aliàs habeat di-  
 ues, vnde necessaria sibi comparet. Præterea, cur  
 pro Missa solenniiori, & vigilia ei adiuncta ma-  
 ius stipendium pendunt ista mandantes, nisi  
 quia plus laboris ex parte sua offerunt Sacer-  
 dotes: ergo mensura elemosynæ non ob sa-  
 crum munus ponitur; sed propter actionem  
 humanam; cum illa crescat maiori aucto labore.  
 Dicendum ergo viuere de Altari, qui ei seruit;  
 sed non ita, vt omnia ad vitam necessaria res-  
 pondeant cuius seruitio; sed tanta vni, & aliis  
 alia pars, & Missa: responderet, tanquam actioni  
 communiiori, & maioris utilitatis sufficiens  
 pars, quæ aliis Officiis sacris coniuncta com-  
 ponet totum Sacerdotis alimentum. Quòd si  
 dicat, nullam aliam exercere sacram operati-  
 onem, nisi Missa; respondebo, culpæ eius adscri-  
 bendum, & Episcopi ipsum initiantis; qui hoc  
 munus acceperunt, & dederunt, non seruatis  
 Canonum legibus: & ab ordinante petere iure  
 poterit, quæ desunt ad congruam sustentationem.  
 Hæc omnia certò tenenda sunt, vt docent  
 Franciscus Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 86. sect. 2.  
 & 4. & P. Vasquez 3. tom. 3. p. disp. 234. cap. 3.  
 Nec ob alimentum defectum vilescant, & ad  
 munia indigna desinantur: id enim non esset  
 malum reparare; sed omninò sacularem effici,  
 & renunciare diuina, quæ indignè exercerent:  
 nec discrimen intercederet inter saculi homi-  
 nes, & Sacerdotes, si ob indigentiam mechanici  
 fiant, aut mercatorum officium obeant. Quare  
 hoc non tam ex indigentia nascitur, quam ex  
 cupiditate insatiabili plura habendi, quam  
 egeant, & ditandi cognatos, eisque plurima con-  
 gerendi bona. Nec immeritò his contingeret,  
 quod in Passione Domini indignantis Sacer-  
 dotij profanationem: in poenam enim velum  
 templi scissum est à summo vsque deorsum: erat  
 enim interpositum ante sacrarium, vbi Sacer-  
 dotes ex illa parte ministrabant, & laici ex alte-  
 ra ditinis assistebant: vt ergo significaret Do-  
 minus ad eò profanos, ac saculares moribus, &  
 actibus esse Sacerdotes, vt nullum inter eos, &  
 negotiis occupatos discrimen interesset, velum  
 scissum esse voluit. Hoc Leo docuit Serm. 10. de  
 Passione, dicens: *Vt nihil iam esset discretionis,*  
*vbi nihil resideret sanctitatis.* Qui viderit Sacer-  
 dotes negotiatores effectos, humana auidè tra-  
 ctare, diuina transcursum summa celeritate con-  
 ficere; quod inter eos, & purè saculares discri-

1. Cor. 9. 13.  
& 2. 10. 18.  
Hebr. 13. 10.  
Suarez.  
Vasquez.  
Math. 27.  
Leo Mag.

men agnoscat: Frustra intra velum continentur,  
 vt solum diuina peragant, qui ita occupantur in  
 humanis. Quas eiusmodi sustinere poenas me-  
 rentur? Filij Aaron in sacrificij feruore à Deo  
 percussii interierunt, eò quòd alienum ignem  
 hostijs cremandis applicuerunt: nam, qui aliena  
 diuinis miscent, indigni sui muneris meritò cè-  
 sentur. Vt enim hoc amplius explicemus, recor-  
 dare illius Ozia, Sacerdotis munita sibi superbè  
 assumentis, qui lepra percussus in fronte tandè  
 interit. Hormisdæ episcopi ad Archimam id expo-  
 nit: *Altaria, & officia regni perdidit, dum Sacerdotis*  
*ministeria inuadit.* Contra arguere licet. Si enim  
 dedecet Regem, aut sacularem sacra peragere  
 ministeria; cur non indecens creditur, Sacerdotè  
 sacularibus negotiis occupari? hoc enim ad eò  
 alienum ab eius munere est, vt meritò ignem  
 profanum Deo afferre videatur, cum Sacris in-  
 terest, cum diuina tractat. Hæc sustinere meren-  
 tur, qui ad Sacerdotium, non aëti spiritu Deo  
 amplius inhærendi, sed diuitias congregandi à  
 Diabolo agitantur. Iam non mercenarios hos  
 voco; sed fures, qui non per ostium, sed per præ-  
 rupta ascendunt, vt maectent, & sua lucra faciât.  
 Optimè Bernardus de conuersatione ad Cleri-  
 cos, c. 3. 1. ait: *Vinam hodie quicumque Pastores non*  
*sunt, mercenarios gregi vellent se exhibere, non lupos.*  
 Hi sunt, qui deuorant plebem, sicut escam, qui  
 solum ad lucra attendunt, non ad rectè munus  
 exercendum: non contenti mercedè pro labore  
 reportare; sed, plusquam eis debeat, accipere,  
 aut rapere; nec item contenti stipe pro officio  
 perloluta, sed ne hoc lucrum perdant, prædam  
 de sacrificio efficiunt, vt maectent, & perdant  
 ipsum Dominum indignè accedendo, non vt ei  
 debitum reddant honorem. Qui enim per ianuâ  
 ingrediuntur, deuotionem pro sine habent, Deo  
 solum attendunt, quantum pauperem transigant  
 vitam, non ad indecentia munia descendunt,  
 scientes Christum Dominum non elegisse Sa-  
 cerdotes, vt diuites essent, vt antiquitus institu-  
 tum erat; sed potius vt ipsum imitarentur Do-  
 minum, & paucis contenti essent, habentes por-  
 tionem in ipso Domino præfixam. Lamentatur  
 Ieremias 5. infensibilitatem suorum Gentilium,  
 & ab eis recedens, ad Optimates se conuertit,  
 requirens in eis, quæ bona deerant popularibus:  
 ait tamen: *Ego dixi: Fortè pauperes sunt: propterea*  
*non possunt, & non cognoscunt viam Domini.* Verè in  
 malam partem ibi paupertas his adscribitur.  
 Theodoretus ibi: *Pauperes vocat, qui diuina cogni-*  
*tionis opes non possident.* Hoc Sacerdotibus nesci-  
 tibus munus suum, & paupertatè minimè aman-  
 tibus, meritò dicere possumus: idè munia sua  
 indignè explent, quia pauperes sint; id est, igno-  
 rent, quanta in paupertate bona sint, & quatum  
 ad dignè obeundum munus suum, inferuiat: tol-  
 lic enim sollicitudinem, vacat tempus in Dei  
 seruitio solum impendendū. Cum Ioseph omnia  
 Ægypti bona in potestate sua haberet, largè Sa-  
 cerdotibus ea impertiebat, vt nihil eis deesset: ar  
 Christus, verus Ioseph, non ista eis elargitur, sed  
 se ipsum in fortem confert, vt eo contenti Sa-  
 cerdotes valeant humanis prouectibus. Hugo  
 2. Miscell. sic ait: *Dominus suis non concedit, sed*  
*auferi dicens: Ego sum pars vestra. Vt omnem erasit*  
*cupiditatem, omnem curam, & sollicitudinem: si intra*  
*ista suffocant Dei semen Luca 8. 14. à sollicitudinibus,*  
*& diuitiis, & voluptatibus sacri suffocantur.* Quid  
 mirum,

Num. 34.  
2. Paral. 26.  
10.  
Hormisdæ.  
Bernard.  
Ierem. 5.  
Theodoret.  
Hugo.

mirum, si ista auferat ab eis, quos ad ipsum in corde ferendum, & fructus vberes ferēdos legit ministros. Nec enim hic valet pietas propinquorum, si ad aliquid indignum assumendam obliget: abeant, & sibi quarant cognati: quia nos secundum ordinem Melchisedech Sacerdotes sumus, non agnoscentes patrem, neque matrem, vt muneri nostro attendamus, & ad illud perficiendum ornemur. Cū Saulus à Deo in Ministrum euangelicum assumeretur, cæcus mansit, ita vt apertis oculis nihil videret. Act. 9. Quod exponens S. Ephrem in omnes Sanctos Martyres, ait: *Neminem eorum videbat, qui eum comitabantur.* Hæc cæcitas procuranda, cum adsciscimur ad hoc munus: neminem nobis appropinquantium videamus: nullis sanguine coniunctis adhareamus, ne impedimento sint, desideratam pacem assequendi, & sensum turbent, animum pulsent ad curandum eorum bonum cum muneris nostri detrimento, si inuoluamur humanis, & milites Dei effecti, ad sæculi concupiscenda bona, officia, occupationes redeamus. Hæc omnes si seruent, veri Sacerdotes erunt, proficient in statu omnibus periculoso; sed iis præcipue, qui nimis ad humana se conuertunt.

Act. 9.  
Ephrem.

CAPVT IV.

Orationis occupatio tanquam præcipua recensenda.

Nec satis est, abiicisse molestas sæcularium occupationes, tanquam à Sacerdotibus extraneas: sed etiam aduertendum est, ludicras omnino abhorrendas, quæ homine Deo dicato indignæ sunt, & potius ad histriionum chorum spectant, quam Sacerdotibus conueniant; vt choreas ducere, faceta dicere verba, ludis occupari, imò interesse indignum crederem, & scenis adesse; ea autoritate sua approbando, quæ omnino etiam à secularibus auferenda forent. Venationi operam dare in Sacris Canonibus interdicitur eis, cum titulus inscriptus inueniatur, *de Clerico venatore.* Semper ista plurimum animum à diuinis alienant, & secum indecentiam afferunt, tum in vestibus, tum in externis actibus. Vt enim omnia ista vitentur, satis erit Tridentini verba referre sessione 22. cap. 1. interdicens Clericis supra relata: *Nihil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicant: cum enim à rebus sæculi in altiore sublati locum conspiciantur, in eos, tanquam in speculum, reliqui oculos conuertunt. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos componere, vt habitus, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus, nihil nisi graue, moderatum, ac religione plenum præferant.* De vita & honest. Cleric. cap. *A crapula.* & cap. *Clerici.* Vbi infra sacrorum Canonum prohibita referens, luxum, comessationes, choreas, alearum ludum, & alios, qui corporis agitatione sunt, tanquam indecoros prohibet. Ad hoc etiam in Iure canonico seruit Decretalis titulus *de vita, & honestate Clericorum,* & cap. *Qualiter.* 2. de accusat. cap. *Clericos.* d. 2. quod repetit, & venationem, & aucupium vsum eis interdicit sess. 24. c. 1. 2. de refor. Quid enim apponemus, quo ista moderentur,

Conc. Trid.

Decretal.

tur, quæ tam frequenter Clericis contingunt? Videmus plurima prohibita per sacros Canones in vfu esse, & vt otium fugiant, his incumbere. Vel enim venationi operam dant, vel ludis chartarum, vel scenicis ludis assunt magno cum dedecore: ex quo prauo exemplo sæculares (vt Concilium locis supra allatis conqueritur,) similibus attendunt, dicentes, Clericos eadem frequenter facere, nec abhorreere talibus actionibus. Vnum, vt arbitror, huius mali medendi remedium adhibeam, si ab eis obtineam, amare orationem, & vacare huic tam proprio Sacerdotum officio. Hæc quidem ad eod potens est, vt totum hominem sic componat, vt quæ à grauitate, & modestia animum auocant, omnino depellant. Clem. Alex. 6. Stromat. asserit de homine: *Homo factus est principaliter ad Dei cognitionem.* Si homini hoc tribuitur, quid cogitandum est de Sacerdotibus, quorum fors Deus est, quocum frequentissimè agunt: Prætereà addit: *Sed & est Geometra, & agricola, & philosophus: ex quibus vni factum est, ad viuendum; alterum vero ad bene viuendum; alterum vero ad eam medicanda, quæ sunt demonstratina.* Vt inde habeas, non sistendum in scientia, quæ vitam confert; sed more Geometræ ad bene, & comptè viuendum, pergendum. Denique sistendum in diuinorum contemplatione, quæ perficit, & consummat totum hominem. Vulgè est, ad viuendum solum operari; ad bene viuendum, paucorum: verum addere diuinarum rerum contemplationem, Sacerdotum est, qui ad viuendum habent subsidia, ad bene viuendum ex munere tenentur; sed ad perfectiōis agendum armantur vfu contemplationis. Si sæculares homines instruendo, dictum reliquimus, laborandum esse, vt orationi se dedant; quid reliquum est suadendum viris ecclesiasticis, quibus congruit vitam ad normam Christi discipulorum componere: alioqui maiora exposceremus iustè sæcularibus, & ea carerent, qui in omni sanctitate præcellere illos debent. Rectè ita rebus se habentibus, illis contingeret, more Iacob, diuina benedictio, qua Sacerdotes priuarentur; cum Esau representent personam, & maioratis possideant: id ille meruit, quia nudatus sacerdotaliibus indumentis, domi relictis, venationi operam dabat: quibus mater Rebecca ornauit minorem fratrem, & benedictionem paternam assecutus fuit: existimans ille, Sacerdoti benedicere, & plurimis ornare donis, cui primo loco rore impertiuit cæli, quod prima horum hereditas cælestis sit, & ad cælestia tractanda animum impellat. Quibus consonat illud Dauidicū Ps. 134. 19. *Domus Israël, benedicite Dominum: domus Aaron, benedicite Dominum.* Cur antefert Israël Aaroni, cum hic Sacerdos fuerit, cui diuina commisit? Quia is, qui more Israël cum Deo solitus est agere, & luctari, vincit eos, qui ex munere primi sunt, si id nõ operentur, quod muneri congruit. Hilarius ibi: *Licet enim plures sint Aaron, id est, Sacerdotes; pauci tamen Israël, id est, qui contemplatiui sint diuina mysteria, reperiuntur.* Ideo quiuis ista tractans, præferri debet his, qui dignitate excellunt eos; & tamen vacui inueniantur huius cælestis doni. Videas Moysem virga imperium suum monstrantem: similiter Aegyptios atiolos, & magos, quibus sacra contingebant, virgis ornatos apparere: at ille hæc virgam in serpentem conuertit; illi laruam

Clem. Alex.

Genes. 27. 15.

Hilar.

Exod. 1.

laruam operantes, in apparentes etiam serpentes virgas mutauerunt. Quid serpens indicet, nisi sapientiam? hoc primo serpenti concessum est. *Erat sapiensior omnibus animantibus terra.* & Christus Dominus præcipit Discipulis: *Estote prudentes, sicut serpentes.* Vir enim Dei causam tractans, facile demutat insigne honoris in serpentem, quod diuinum inuocet Numen, & frequenter cum Deo agat: at falsi Sacerdotes, & tantum nomine hanc sustinentes dignitatem, fingunt serpentes, quod non verè munus impleant, non diuina meditentur: ibi enim idem est virgam tenere, & diuina penetrare; hic autem vtrunque inane est, & vacuum veritatis. Quare virga Moylis, aut Aaronis, virgas deuorauit magorum: Quia illa, etiam qua virga, serpens erat, in vfu habens, & operatione, quæ didicerat in oratione, & diuinorum consideratione. Verum illorum potestas tam inanis erat, quam ficta forma serpentis: idè vtrunque simul interit, & sine fictione serpentis, & veritate auctoritatis remanserunt: quod qui orationem non amat, dignitatem, & omnia perdit; & velut scilicet non ferens fructus, euellit radicibus de terra. Quare optime Hugo de Sancto Victore in Glossa, rationem reddit huius victoria: *De illo vero serpente, quem fecit Moyses, non est dubitandum, quin verus fuerit, & sibi alios deuoratos incorporauerit.* Qui enim veritatem obtinent sapientia, facile fictam mundi dignitatem, & laruam compositam fraudulenter superant, & ad nihilum redigunt. Quapropter quanta sit vis eiusmodi diuini sapientia inde claret, quod ista mundi gloriam deuoret, & consumat: nam ibi discitur, quæ verè sint bona, quæ amanda, & insectanda, quæ nullius pretij, quantum appareant velut intumescentes maris fluctus: dedit enim conuersationi Dei ista vana reputant, ac despicunt: & quæ mundiales homines captiuos efficiunt, & vt talia assequantur, fatigant, ipsi calcant, ac pro nihilo ducunt. Ideo (vt aliam illius deuorationis virgarum causam reddamus) Aaron virga magorum virgas deuorauit, ratione reddit Orig. hom. 4. in Exod. *Conuersa est in sapientiam, & in tantam, quæ omnem sapientiam Aegyptiorum, id est, huius mundi deuoraret.* Qui enim hanc Aaronicam virgam tenent, quæ in serpentem mutatur, omnia vana mundi deuorant, damnant, despiciunt: nam adepta veritas per contemplationem firmat in bono, & in contemptu rerum mundalium. Vt enim hoc confirmè, attendere opus est ad illa prophetica verba Pauli Rom. 13. 13. *Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die honestè ambulemus; non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicijs, sed induimini Dominum Iesum Christum.* Quæ arma lucis, nisi eiusmodi cum Deo communicatio? Id Moyse monstrauit luce perfusus egrediens ex consortio cum Deo. Lux est, quæ monstrat viam, quæ rebus colorem reddit, & omnia, quæ sint, manifestat: quare deceptioni non datur locus. Vnde optime agens de hac luce, & testimonio Clemens 4. Strom. ad Sacerdotes descendens, & puritate eis commendans, ait: *Emundatio autem est ea, quæ sunt sancta, animo agitare, & sentire.* Vbi notanda duo, & animo, & sentire: vt non corporis indicet tactum; sed rei tractata pretium ex animæ consideratione. Hoc lux confert. Cur ergo his lumine imbutis dicit

Genes. 1.

Matth. 10. 16.

Marc. 11. 13.

Hug. de S. Vict.

Orig.

Rom. 13. 13.

Exod. 33. 29.

Clem. Alex.

Paulus: *Abiiciamus, & induamur,* vel (vt habet dictus Clemens) *deponamus:* comparas indumenti denudationi, & alterius successioni eiusmodi tenebrarum opera depellere, & lucida assumere ornamenta, quibus honestissimè incedere in die possimus? Respondet Ambrosius. Vt nos doceat, quantam præbeat facilitatem oratio ad popullanda vetera tenebrosa, & indecora opera, & pro armis, & ornamento assumere lucida virtutum arma. *Ambrosii facilitatem indicauit, deuotionis, nempe, prauorum operum, & ad virtutem acclinationis.* Itaque, vt dicebamus, qui hæc cum Deo conuersationem sortiuntur, magnam assequuntur facilitatem ad superanda omnia, quæ vel terrorem incutiunt, vel amorem conciliant: & quemadmodum facile serpens verus in virgam conuersus auidè deuorauit fictos serpentes magorum, & eorum deturbauit potestatem: ita homo oratione armatus facillimo negotio, & à se excutit mundana, & lucis arma assumit. Imò addo, non modò hac sapientia ciuissimè ista fieri, sed cum oblectatione: quemadmodum voraces belluæ in aliarum deprædatione, & deuoratione oblectantur, Sapientia (vt inquit Bernardus) à sapore dicta est: & quemadmodum sapor in escis auiditate prouocat: ita vbi sapientia locum habet, omnia alias dura, agreitia, insulsa, sapida reddit, vt tanquam esca optime condita auidè comedatur. Glossa in 7. cap. Exodi, exponens illam virgarum deuotionem, sic habet: *Lex Moysi quasi insipida erat, vt virga: sed versa in colubrum, id est, in spiritualem intelligentiam, potabilis effecta est, & delectabilis.* Hanc facilitatem falsa ciuiciendi, vera sectandi, hunc gustum, & suauitatem confert sapientia, id est, rerum diuinarum intelligentia: quæ probat Paulus dicto loco addendo: *Non in comessationibus,* &c. Quæ (vt ex Tridentino vidimus) commendantur Sacerdotibus, & vitarentur magna cum facilitate, & oblectatione, si hac luce fruerentur, ex consortio cum Domino proueniente. Sed notandum, cur dicantur arma lucis, quæ in sui defensionem Christianus miles assumit. Vbi aduertendū, arma plurima recenseri; lucem verò vnam dici. Per arma Clem. 4. Strom. præcepta intelligit: *Præcepta, arma lucis, metaphorice intelligit.* Verum hoc, si solum præcepta consideremus, arma sunt; si autem vt exercenda, & executioni mandanda, lucis erant, si eis oratio adiungatur. Quod D. Thomas expressius docuit in ad Rom. 13. lect. 3. qui per arma virtutes, & per lucem rationis regimen intelligit: *quia lumine rationis decorantur, & perficiuntur.* virtutes, videlicet: quid enim interest arma indui, quid præcepta tenere, & virtutibus decoratū incedere, nisi illustrata ratio sit per diuinas cogitationes? Moyse hoc significauit, qui simul legè ferebat, & radiosus vultus apparebat: non enim valeret legem illam duram sustinere, (idè lapideam,) nisi ex Dei consortio illustratus incederet. Nec minus ad hoc probandū seruit id, quod in Iacobo contemplatus fuit Clem. Alexand. 1. Strom. rogans, cur Iacob plures uxores habuisset; Isaac verò eius parens vnam: & reddit rationem. Iacob exercitatus laboribus fuit, ad quod opus illi erat multas virtutes adiutrices habere: *Sunt autem exercitationes per plurima, & differētia dogmata.* Necessaria ergo plures virtutes, quibus valeat tot certaminibus respondere. Verum hoc

Ambros.

Bernard.

Glossa.

Rom. 13. Conc. Trid. sess. 22. c. 1.

Clem. Alex.

D. Thom.

Exod. 32.

Genes. 29.

Clem. Alex.



Gen. 32. 17.

hoc adhuc imperfectum, quousque ex Jacob factus est Israël, cum Deo iniens certamen, tunc quidem etiam cum hominibus certare valeret, & eos superare. Rationem reddat idem Clemens: Hic autem nominatur Israël, qui reuera est vi perspicendi præditus, ut qui sit multarum rerum peritus, & ad exercendum accommodatus. Cernas, obsecro, quibus iuamimibus in hunc perfecti luctatoris perveniat statum: plures habet adiutrices virtutes; sed omnes istæ tunc parebunt, & iuamen præstabunt, si Jacob Israël fiat vi perspicendi præditus lumine orationis, & cum Deo conuersationis conspicuus efficiatur: tunc peritus euadet, exercebit dexteritate, & facilitate maxima arma ista à dextris, & à sinistris per infamiam, & bonam famam, & reliqua, quæ prosequitur Paulus: quæ omnia præstat abunde oratio, ut quæ lumen acuat, & veritatis semper partem suppeditet ad vincenda aduersariorum diuersa certamina. Induamur ergo hæc arma lucis.

2. Cor. 6. 8.

Et etiam oportet considerare arma ista indumenta dici, quod omnes armamenti partes comprehendit: non gladium, scutum, aut clypeum, non lorica, ocreas, galeam designat; sed integrum corporis ornamentum ad offendendum hostem, & defendendum totum corpus. Quod optimè ostendit vim orationis, quæ omnia hominis custodit, & munit, componit manus, oculos, incessum, loquelam, sensus, mentem, & ad omnia munia præstanda vires, dexteritatem, efficaciam, & facilitatem impertit.

Hoc docuit Moyses facta oratio, cum aduersum Amalech decertaret Iosue, existens in monte, vacans orationi, manus extendebat

Exod. 17. 12.

Crucifixi Domini imitans formam. Ut significet orationem totum integrum hominem componere; ut à capite ad pedes omnia membra in officio contineat. Prosper de promiss. & prædict. cap. 40. hanc formam orandi contemplatus ait:

Prosper.

Quæ inimica potestas huic signo poterit obuiare: si tamen spes pugnantis ex manibus Crucifixi pendeat. Habet enim hoc oratio, quod non solum cum hac vniuersalitate omnia moderatur; sed etiam vtilia omnia reddit, & cibum suauem efficit: ut ex eo alimenta capiat totus homo, ex officio, munere, negotio, cum hominibus conuersatione, loquela, lucro temporali, comparat homo sibi vtilia ad animæ partem. Ita ponderauit Damascenus illud ad parentes dictum Domini: Ex omni ligno Paradisi comedes, quasi in eis eundem sentiret saporem, cum semel gustasset lignum vitæ, quod ad partem abunde sumendum ei præstitum fuerat. Ita dicitur omne, quatenus eo gustato reliqua ligna præter vitum, vtilitatem, gustum, suauitatem impertiebant, & aliquid ligni vitæ comparabant. Sicut enim (ut

Origen. 1. de fid. c. 11. Cant. 1. 11.

Origenes ponderauit) nardus dedit odorem eius, (ut inquit Sponfa;) quasi vellent non proprium solum afflare odorem; sed ex amici confortio communicatum: ita reliqua ligna gustato vitæ, huius saporem, & reliqua bona impertiebant: ita exponit illud, ex omni: Hoc est, per omnes creaturas, in me tuum Factorem assurge, & me reuera vitam ex omnibus fructibus vnicum fructum fructificas, afferentque tibi omnia fructum, & vitam. Hoc præstat oratio: est enim lignum vitæ immortalitatem conferens: est omne, quatenus

omnia componit, & reliquis actibus saporem confert: qui enim orationi assuescit, quæ agit, dicit, cogitat, quantum humana sint, cælestia reddit; nam Deo dicat: quod expressit Chrysostomus hom. de Anna, comparans alis orationem, quibus & ab omnibus mundi rebus animum exterminat, & omnia humana secum ad Deum defert, ut cælestem participent conditionem. Is post tales orationes alias sibi comparat, quibus supra omnes humanas affectiones extollit. Ut videas, quantum bonum conferat oratio, omnem componens, & ornans hominem, & quæ tria, diuina efficiens.

Chrysost.

Ut inde procedens Paulus dicat: Sicut in die honestè ambulamus. Qui enim in die incedit, quam comptè, decenter, & magna cum modestia procedit ad negotia, ex quibus hoc lumine illustratus, ritè vniuersa complet, & ad perfectum adducit: ut nos doceat, semper hac luce ornatos incedere, nec amittere grauitatem, aut decentiam in cibi sumptione: nec in hominum frequentia, nec in secreto, & ab oculis hominum occulto: sed tales simus, quales exposcit Chrysostomus supra, fabricatorem domus considerans, qui quidem inter laterum cavitatem ligna ingerit, quibus firmatur, & perficitur domus. Ita (addit) in secularibus negotiis precationes crebras interponens, vitam tuam hoc pacto sepi.

Chrysost.

Hac igitur oratione armatus Sacerdos quam comptè incedet: quantum abhorrebit, quæ Canonēs vetant, dictis initio testimonis: omnia enim eò tendunt, ut diuina auidè requirant, & in his assidue se exercent: dexteritatem comparet, quæ à dextris, & à sinistris ceteret, & omnia submoueat impedimenta obstantia virtutis progressui.

CAPVT V.

Quomodo orare docendi sint Sacerdotes.

Nunc satis est orationi vacare; sed etiam adnoscere communem, ac tritum orandi modum. Hoc duobus fit modis. Primò, hominem dexteritatem in magisterio habentem adsciscere, cum eo agere, & modum orandi sumere. Communem dixi, ne vel statuci fiant, vel per prærupta incedant; sed intelligant, viam tritam incedere esse considerare diuina mysteria, omnia ad vsum vitæ, & morum consonantiam adducere. Quid enim præstabat illa Moyses virga, nisi deuorare fictos dracones? Ita diuina Sapientia doceat nos consumere vitia; huic, tanquam virgæ, inniti ad rectè incedendum in virtute. Illa virga Aaronis dicebatur: sed ea vsum fuit Moyses, & signa edidit magna, quæ stupori erant ea cementibus. Dicam hoc meritò significare: qui enim habent in vfu orationem, ab homine, Aaronem representante, discant, & eadem, qua ille vsum fuerit, vtantur; qua mira facient, & omnibus stupori erunt. Audiant verba illa Dauid: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Erat enim Sapiens inter tres, sedens in cathedra, & tanquam ligni vermiculus: verum adeo potens, ut vno impetu octingentos contraheret hostes: qui enim ab eo, tanquam magistro, didicerunt diuinam scientiam, mirabiles facti sunt

Exod. 7.

Psalm. 139. 16.

2. Reg. 23. 8.

Psalm. 118.

sunt, ex his, quæ ab eo acceperunt, documentis. Docuit enim eos veris imitari naturam, qui culeserat lignum, & ita creuit: ita orans mysteria debet penetrare diuina, occulta requirere; & inde euadet adeo fortis, ut inimicos debellet, superet, ad nihilum redigat. Psalm. 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Vbi verbum Hebræum, Peibac, interpretatur Hieronymus, osium aperire: Nam in ipso lumine illuminat, & facit scientem. Quis hoc præstabit? Declaratio sermonum, doctrina magistris, quæ paruulum non habentem vsum diuina tractandi, instruat, doceat, fores claustrorum thesaurorum aperiat, ut ingrediens ditescat; ista præstabit, ac monstrat bona. Quare, ut redeam ad illam Aaronicam virgam, rogabo, cur illius dicatur, & eam habuerit in vfu Moyses: Respondeat Augustinus q. 19. in Exodum: Non enim frustra dictum est: an erat virgæ illa virga communis, ut cuiuslibet eorum diceretur. Tantam enim dexteritatem comparare solent discipuli à magistro sapiente docti, ut eadem facilitate oratione vtantur, ac is, à quo modum didicerat orandi: quare in his mirabilis facta scientia est, quantum eam acceperint à Dauid magistro: ne ergo in tanti momenti negotio errent Sacerdotes, probum eligant magistrum, à quo discant, quomodo tempus impendere oporteat orationi sacramum.

August.

Iosue 1. 8. Hebr. lect.

Secundo modo hæc scientia habetur, si assuescant libros euoluere sanctos, in quibus plurima inueniunt, quæ veritatis notitiam conferant, & meditando aperiant viam: verè enim lectio magistra est omnibus fauens, doctis, & indoctis: nam, quæ res scitè dictas continet, securissima est: quæ semper eadem perseuerat, nec velat, sicut verbum irreuocabile, iterum potest repeti. Quod breuiter docuit Dominus Iosue, commendans sacrorum Codicum lectionem: Tunc ait, dirigas viam tuam, & intelliges. Hebræa vbi, dirigas, habet, secunda vbi, vias tuas. Quid enim secundare viam significet, metaphora declarat: qui enim tritam viam habet, semel, & bis per eandem incedit: ita scripta verba occasionem præbent semel, & iterum eadem repetendi, digerendi, ac contemplandi. Quare Augustinus hoc bonum libris adscribens, ait epist. ad Volusian. Quod autem scriptum habetur, semper vacat ad legendum, cum vacat legenti: nec onerosum sit præfens, quod cum voles, sumitur; cum voles, ponitur. In hoc libri verba per auditum suscepta vincunt, quod spatiosa meditationi locum præbent, & eadem verba semel percepta, sapius repeti possunt, & intellectui præsentari. Quare ad meditationem, & facilem mysteriorum intelligentiam maximopere iuuant scripta, & lecta. Quomodo enim Eunuchus Candacis Reginae veniret in desiderium cognoscendi mysteria in verbis Isaia 53. imbibita, nisi in libro ea legisset, & relegisset? vnde interrogandi occasionem adeptus, etiam intelligendi veritatem fores resecatas habuit, Philippi magisterio vtens.

August.

Apost. 8. 27.

August.

Vt enim hoc amplius probemus, inter alia, quæ lectio bona affert, vnum est, nos velut speculum monere, qualem faciem habeamus, ne nostra leuis cogitatio, aut præsumptio, aut aliorum nobis adulantium fraudulencia verba faciat ignorare. Vt enim ait August. Serm. 62. de verb. Domini. Scriptura speculum est, quod te falso

nitore non fallit. Vnde vnusquisque moribus talis ostenditur, qualis in sacro eloquio predicatur. Hoc munus lectio sacra exercet, & ea qualem quenque esse oporteat, non vulgi sensui accommodata, non adulatione conficta, obtutui nostro præsentat. Hæc statum sacerdotalem, qualem Patres requirunt, & exposcunt, pingit: quanta esse debeat horum puritas, humilitas, alienatio rerum humanarum, diuinarum desiderium, & sollicitudo. Ad ista curandum, & opere explendum proponit, exempla affert patrum parentum, muneris magnitudinem exaggerat, debiti terribile onus ponderat: quæ omnia legentes monent, & ad ea complendum, aut vitandum prouocant. Ponderans Ambrosius Serm. 10. in Psalm. 118. verba Pauli 1. Timoth. 4. Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. duo lectioni bona adiungit; nempe, magistri docentis munus, & excitantis, ac hortantis. Addit S. Doctor: Maxime hæc meditationem necessariam Sacerdotibus ostendit: lectio enim frequens, neque intermissione aliqua destituta, doctrina munus operatur. Ad manum habeat Sacerdos librorum lectionem, vbi velut à magistro discat, qualem esse oporteat, quibus ornandus virtutibus, quæ vitare debeat, ipsius statui haud congruentia, ne perperam munus Sacerdotis exequatur, & ne propriam faciem ignoret; sed veram discat, & quantum à debita viuendi norma declinet, perpetuò cognoscat, ne in obliuionem veniat sui decoris, & in numero sæcularium censeatur. Hoc Timothei exemplum, scribens Hieronymus Paulino affert, ad memoriam, & desiderium excitandum, rectè viuendi debiti. Ad Timotheum scribit, ab infantia sacris litteris eruditum, & hortatur ad studium lectionis, ne negligat gratiam, quæ data est per impositionem manus. Notanda verba, ne negligat, &c. Hoc præstat bonum assidua lectio, & confectio Scripturarum, vbi velut stimulo excitamur, ne obliuioni demus, ad quæ tenemur propter gratiam supra reliquos adeptam per manus Prælatorum impositionem, cum nos Sacerdotio Deo consecratur. Si enim ad hoc speculum prospicientes mores componeremus, haud dubiè diuersam sequeremur viam, alios Deo præsentaremus mores: cum hoc iure dignitas nostra exposcat; hoc lectio moneat, & doceat, velut è suggestu magister. Est ergo eiusmodi lectio meditationi aptanda: cum enim status formam ostendit, intus prospice, qualis inueniaris, an vitam tuam illa metiaris regula, an ab ea deuias. Si autem exempla Sanctorum, præcipuè Sacerdotum, monstrat, vide in quibus hos imitari tibi expediat. Recordare illius Apocal. iudicij, vbi libri aperti sunt, intelligendum de vitis Sanctorum, qui proponendi tunc omnibus sunt, ut ex his, quæ ab eis recesserunt, iudicentur. Libri hæc exempla offerunt, nobis ea proponunt: ne ergo iudicemur damnationis iudicio, ab horum norma haud recedamus.

1. Timoth. 4.

Ambros.

Hieron.

Apost. 20. 12.

Tribus necessariis ad probè viuendum, nempe, lectioni, meditationi, actioni, cuique proprium munus Bernardus adscribit Serm. 51. de modo rectè viuendi: Oratione mundatur, lectione instruitur, operatione sanctificatur: ita lectio in pretio habenda, tanquam ea, quæ omnes ad rectè orandum, & viuendum instruit. Alia munus suum ad vnum quid determinat: lectio verò vtunque completitur, & instruit orantes, & operantes:

operantes : quare legens & pastum, & formam ad bene orandum accipit : & si ad opera paratur, eadem lectione, quomodo id praestet, discit. Nec solum hoc bonum in ea inuenitur : sed cum duo mala homines insequantur, & vsum virtutum abhorrent, & procliuas ad mundanum amorem esse; lectio vtrique medetur. Ob id enim Salomon Ecclesiasten, & Prouerbia legenda omnibus reliquit. Et addit Bernardus Serm. 1. in Cantica : *Pesti vtrique duo illi libri obuiare noscuntur, alter serculo disciplinae, alter luce rationis.* Nam ille omnia praua, quae nascuntur in nobis, desideria extrahit, & funditus exterminat : iste verò mores componit, & facilem virtutis viam reddit. Quare Ecclesiast. finis talis est : *Finem loquendi pariter omnes audiamus.* Septuaginta habent : *Finis sermonis verbi vniuersi, auditu perfacilis est.* Quasi velit, viam facilem, & stratum componere, vt omnia vana relinquatur, & finis ea lectandi imponatur lectione veritatum, quae inibi continentur : tantam enim vim habet frequens lectio, vt vale faciat dicere omnibus rebus prius amaris. Probauit hoc ille Episcopus, qui matrem Augustini optantem salutem filij alloquens ait: Ne inducias molestè feras: ipse leget libros tam Hæreticorum, quam proborum Authorem, & in eis inueniet remedium, & quantum distet vanitas à veritate. *Ipse legendo reperiet, quis ille sit error, & quanta impietas: nam ego ipse Manichæum quondam fui. Sibi que apparuisse nullo contrà disputante, & conuincente, quam esset illa secta fugienda, itaque fugisse.* Vtinam hoc pharmacum esset in vfu, cum contrà videamus perniciosos libros præ manibus gestari, & auditate, ac attentione maxima legi, & in eis legendis pernoctari : vnde vanissima exempla prodeunt, quae moribus nocentum afferunt, & tadium ingenerant libros sanæ doctrinæ legendi, in quibus discendum esset omne, quod hominem ad virtutem sectandam alliceret, & monstraret.

Hæc veritas in eo stat, quod (vt inquit Bernardus Serm. 50. de modo bene viuendi : ) *Cum oramus, cum Deo loquimur, cum legimus, Deus nobiscum loquitur.* Si in lectione talem habemus magistrum, quid mirum, si vim inferat verbis scriptis, vt corda moueant, & alliciant : vnde nunquam in libris attendendus est stylus, verborum concinnitas, eloquentia, ordo, sed solum quam certa, & vera sint, quae promittunt verba. Vox Heli Dei fuit, cui obtemperauit in illo Propheta; asinæ similiter ad arguendum ariolum. Quare Thaumaturgus Serm. 2. de Annuntiat. ait : *Quando Euangelium legitur, vel quid apostolicum, non libro attendas, aut lectori, sed Deo è calis loquenti : liber siquidem est id, quod cernitur, at Christus est id, de quo differitur.* Quare, cum verba verum sonent, quod Dei est, ipsum habet pullantem, & loquentem ad eos : contrà verò solum ad characteres, Authoris verborum melodiam, ac concinnitatem; vel quod ista non reperiunt in sacris Libris, ea non legunt, vel profana in desiderio habent, vbi sciant leuitari legentium curiosi, & compta verba. *Quamvis, inquit August. lib. de ordine, cap. 11. ad limina deuenientes intrare recusant, & à lectione desistunt ! Sed qui contempta vilitate liminis, intrare perreperunt, mecum philosophantem non contemnent.* Aut de Deo, aut sapientia loquens, quae illa parum culta

Idem.

Ecles. 12. Septuag.

August. 3. Conf. 1. 1.

Bernard.

1. Reg. 3. Num. 22. 28.

Greg. Thaumaturg.

August.

verba vnà cum libro profert, & ipsum legentis penetrat, ac illustrat cor.

Nec medicina imitatur naturam, quae solum ægris conceditur, quia sanus ea non eget, sicut nec Medicor: lectio omnibus utilis cõperitur: bonis, vt auidius amet virtutem, & incepto perficiantur: malis, vt eos stimulet, & exagitet, & obliuioni deditos excitet, & memoriam debiti numeris sopitam restituat. Primum experti fuerunt discipuli illi Christum itineris socium habentes; qui facti sunt, cor exatitisse, dum aperiret eis Scripturas. Nec solum magister hoc bonum eis contulit; sed ipsa velut lectio Scripturarum, Christo eas memoriter legente. Huic lectioni adscribit Hieronymus ad Damasum, eiusmodi ardorem : *Ergo quærimus, vbi sit hoc incendium salutare? Nulli dubium, quoniam in sacris voluminibus, ex quorum lectione vniuersa hominum vitia purgantur.* Hæc enim munus nutricis obit, cum per amorem genitus homo, siue renatus, viuere Deo incipit, vt optimè docuit Bernardus de vita solitaria: *Amorem enim Dei in homine ex gratia genitum, lactat lectio, me dicitur pastum oratio conforat, & illuminat.* Vt probet augere amorem diuinum, & blanditiis nutritum recenter Christo natum deliciarum, & ad tenendam virtutem ducere. Quare huic congruit amor ille à natura infusus infantibus in nutrices, quas abfentes vagitibus vocant, & præsentibus vehementius, quam matribus adherent : quare vt aliam sumant escam, & iam expertam dulcissimam relinquunt, opus est plurimam confingere: aded illis suavis est, & congruens eiusmodi cibibus. Ob id credo à Christo dicitur: *Non in solo pane viuit homo; sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Obliuiosi enim sunt pastus hoc verbo, alimonie corporalis. Ambrosius Serm. 35. sic habet : *Negligit enim famem corporis, qui pabula lectionis intendit.* Hæc pro his, qui diuina degustant, & virtuti operam dant. At prauis homines, qui difficilè corriguntur, lectionis hamo, & freno à vitis auocantur. Quis Aethiopem Candacis ad fidem traxit, nisi lectio Scripturarum? Quis Beatum Ignatium Parentem à mundi vanitatibus deturbauit, nisi sacra lectio Vitæ Christi, & Martyrum victoriarum? Loquens Eccles. de stimulo acuitatem, & vim pungendi non habente, ait: *Si retusum fuerit ferum, & hoc non vt prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur.* Septuaginta: *Virtutibus corroborabitur.* Hebræa: *Fortitudinibus corroborabitur.* Hieronymus sic exponit: *Labore, & sudore, & industria, & quotidiana lectione sapientiam consequetur.* Virtus enim, velut extincta, aut fides emortua, stimulus retorquetur, non pungit conscientiam, non mouet sensum, non cogit ad rectè intendendum. Veniat lectio: hæc enim assidue repetita acuet hunc stimulum, & sensum præbebit legenti, vt veritati auditæ obtemperet. Apocal. 10. librum in esum accepit ab Angelo Ioannes; qui quidem dulcis in ore, in ventre amaritudinem absinthiorum imitatus est. Cur tam diuersa in sensu gustus vna, eademque res extitit? Augustinus q. 65. noui Testamenti, hæc contemplanis, discernimen assignauit inter os, & ventrem. Iustus os tribuit, quod prope caput est, & à ratione regitur: ar venter naturæ instrumentum, peccatoribus assimilatur, quorum

Luc. 13.

Hieron.

Bernard.

Matth. 4.

Ambros.

Athor. 3. 27.

Ecles. 10.

Septuag. Heb. leg. Hieron.

Apoc. 10.

Philipp. 3. 22.

August.

Socrat.

Paulus.

August.

ergo lectionem libri, codicisque sancti iustis dulcissimum pabulum esse: at carnalibus amarissimum: nam eorum acta reprehendit, abominatur, & ab eis auferre inordinata quæque cõtenedit, ne perperam, vt antea, incedat, & à Deo eliminentur. *In ore, quod vtrique capitis pars est, honorabiliores, & fideliores significat; quibus veritas, quae de Christo est, dulcis est: in ventre carnales significat, quibus veritas amara est.* Vt videas, omnibus vitalem esse lectionem sacrorum Codicum, vt qui sunt, velut os Domini, in ea recreentur, & prauis mores corrigantur, & amaritudinem peccati agnoscentes penitentia deleant. Sed adhuc dicendum restat, quae legenda, & quomodo. Multi, velut in stercore margaritas quærent, & forte inueniunt : sunt enim aded in virtute firmi, vt etiam ex immunditiis utilitatem hauriant: sicut ille Sanctus Episcopus, qui contemplanis formam in ornatu incedentem, vt omnium raperet oculos, lacrymas effundens dolebat, se ab illa meretrice victum, quæ plus temporis consumperat, vt se ornaret, & conspicuam omnibus efficeret ad plausum, & amorem accendendum, quam ipse, vt Deo placeret, Theophilus Alexandrinus (vt refert Socrates lib. 6. c. 15.) erat multus in legendis Origenis libris, refertis multis erroribus, cum ipsum odio proferebatur: qui cum moneretur ab hac cessare lectione, aiebat, *Libros similes esse prauo omnibus florum generibus referto : idcirco si quid reperio in illis boni, illud decerpo; si spinosi quidquam, hoc vitare aculeis pangens, missum facio.*

Primo, statuendum est, inutiles libros haud legendos, etiam cum hac Theophili consideratione: pauci quidem talem delectum habent; sed dulcedine styli, & rerum curiositate allecti omnia ebibunt, & vanissima quæque pro pastu habent: vnde noxiis, & prauis cogitationibus memoriæ onerant. Faxit Deus, eiusmodi scripta, & typis mandata omnino cremarentur: & sicut Gentiles cura maxima libros Christianorum flammis dabant, ne in eis occupati homines diuinam vitam amularentur: (ita credo factum à Diocletiano, qui, vt refert Paulus lib. 5. sentent. §. 25. in quodam rescripto sic habet, magicæ artis libros prohibens : ) *Non tantum huius artis professio, sed etiam scientia prohibita est.* Et vocat magiam, Christianam religionem, quam ipse acriter expugnabat, & libros omnes sanctos tradi sibi tormentorum vi compellerat. Ita nostri Principes, & sacri Iudices libros gentiliteram redolentes, vana docentes, turpia exaggerantes, carnalem amorem excitantes, ac succedentes, omnino sepelire, & prohibere deberent. Quamuis Numa apud Romanos in apice opinionis, & venerationis esset, cum leges ab eo compositas seruarent: tamen quendam librum effossa terra ipse viuens sepeliuit: at rusticus aratri rostro profcindens terram, ipsum ad lucem attulit: Senatui traditus, & lectus liber ignis flammis publicè donatus fuit, ne quisquam ibi scripta legeret. Suo ordine hæc tractans Augustinus 7. de ciuit. cap. 34. docet, quæ in illo codice scripta essent: *Nec admodum sufficiat, ipsum Numam, curiositate illicita ad ea Demonum peruenisse secreta, quae ipse quidem scriberet, vt haberet, vnde legendo cammoneretur: verum ipse timens hanc scientiam aliis damnari, asserre posse, sepeliuit librum: quod scire neminem vo-*

luit, ne homines nefaria doceret: at iterum manibus hominum traditus codex igni donatur: ne humana curiositas multo vehementius rem iam perditam quaereret. Si ad ista attenderent librorum Censores, plurimos igni traderent, ne humana curiositas pastum inueniret sibi gratum, qui virtuti detrimento sit, & vetera iam à memoria eliminata, iterum ad vitam, & vsum reuocent: & non solum ista ex his libris emergunt mala; sed fastidio sunt libri sancti, vbi & fidei, & virtutum documenta passim inueniuntur.

Secundò, etiam in iis libris, qui sacram continent doctrinam, considerandum est, quanta ex illis vtilitas legentibus obuenire possit: sunt enim multi obscuro, vel longissimam texentes tractationem, vel difficilem, vel dubiam, vel curiosam, & subtilem potius ad scholas spectantem, quam ad deuotionem excitandam legentibus. Lactantij opera remisit Damaso Hieronymus, cuius lectionem non probat, quod periculis longissimis referta sit, & acutam contineat doctrinam: *Si quæ breuia sunt, scholasticis magis sunt apta, quam nobis.*

Hieronymus. epist. ad Damasum.

Vnde lectionem vtilem amantes ad mores componendos, & orationis præcepta sumendum, legant libros, quales docuit Bernardus legendos: *Past Scripturas sanctas, doctorum hominum tractatus lege, eorum dumtaxat, quorum fides nota est: non enim necesse habes aurum in luto quærere.* Imple hydriam aqua, vt domum deferas, ex limpidissimo fonte eam colligis: ita ex scriptis sacris, & certa fidei documenta habentibus, lectio sumenda est; clara sit, velut aqua, suaui similitur, & ad sitim extinguendam, non ad curiositatem sedandam: sic enim animus ad maiora à Deo capienda dona paratur, vt notauit Tertullianus lib. de Baptismo, cap. 18. de illo Eunuchò Candacis Reginae loquens, addens: *Dei dignatio suas præmittit prerogatiuas.* Quasi velit præambulam lectionem donorum suscipiendorum deinceps fieri. Sit ergo lectio clara, vtilium magistra, speculum vitæ, quæ interna illustret, faciendâ, & vitanda moderetur. Ad Demetriadè Hieronymus sic alloquitur: *Optime vteris lectione diuina, si eam tibi adhibens speculi vice: vt ibi velut ad imaginem suam animam respicias, vt vel sorda quæque corrigat, vel pulchra plus ornet.*

Bernard. de vita solit.

Tertull.

Hieron.

Bernard.

August.

Isidor.

Nec solum monendum est, quos libros legere oporteat; sed quomodo: non transcursum legantur; nec vsque ad fatigationem capitis, sed assidua sit lectio vnius libri, & potius ad excitandum, quæ mens ruminet, & secum cogitet, quam vt plurima capiat, & vno die libro finem imponat. Bernardus de vita solitaria sic habet: *Fortuita enim, & varia lectio, & quasi casti rapta non adificat; sed reddit animum instabilem; & leniter admissa lenius recedit à memoria.* Vnus ergo liber, & certus prosequendus est, in quo paulatim carpantur veritates: vnde in silentio legendum, vt tenacius lecta apprehendantur, & attentius percipiantur, & nec caput, nec vox fatigentur. Ita libros bibebat Ambrosius, vt de eo refert Augustinus in suis Confess. tenui emissâ voce, & lento cursu verba promebat. Rationem reddit Isidorus lib. 3. sent. cap. 14. *Nam clarè legendo, & corpus laxatur, & vocis acumen obtunditur.* Quare sic alta voce verba promentes potius exerceri videntur ad publicè è suggestu loquen



Clemens. Hieron. Hieron. Hieron. Idem. D.Thom. Exod. 35. Psalm. 44. Psalm. 18.

loquendum, quam ad propriam capeffendam utilitatem. Clemens 3. pædag. c. 10. Multis quoque, que alia fit voce, lectio est exercitium. Hæc tamen quotidiana sit: cum enim spatiosè legendum moncamus, necesse est, ne lecta obliuioni dentur, ea, vel familia euoluere. Ideò Hieronymus Paulino de insitit. Monach. loquens ait: Semper in manu tua sacra sit lectio. Quòd autem non sit oneranda memoria; sed paucis contenta conuertenda ad lectorum considerationem, docent Patres. Isidorus supra sic habet: Quòd si breuis sit, submotòque libro sententia retrahetur in animo; tunc sine labore legitur. Optimum tanti magistri documentum: hoc enim ad utilitatem legere est, & ad finem tendendum lectionis, nempe, diuinarum considerationem: & vt hoc studium sine fastidio fiat, & continuò duret sine nausea animi, & corporis fatigatione. Hieronymus ad Demetriadem supra ait: Sit autem ipsa lectio temperata, cui finem consilium, non lassitudo imponat. Apprimè sanè. Vult dicere: Non desistas à lectione fatigatus, & quia amplius legere non vales; sed, vt consulo Oraculo libri, & inuenta margarita, ea fruatis in consideratione occupatus. Prosequitur Hieronymus damna referens, quæ ex molesta, & diuturna lectione procedunt: Ita studium lectionis in reprobationem intemperans cadit: quòdque laudabile est in tempore suo, fit de nimietate culpabile. Parcè igitur sumendum est hoc deuotionis onus, vt potiùs plumarum, quam ponderis obeat munus, quibus in altum sublatis ad cælestia meditanda tendamus, & luce perfusa mens propter documenta in hoc florum horto carpta, suauissimè, & vtilissimè diuina rimetur.

CAPVT VI.

Quanta cum deuotione tractare oporteat diuina, & omnia agere.

Non solum bona operari curæ nobis est; sed etiam magna cum deuotione, quæ non in corporis gestibus, sed in cordis latitudine ad promptè operandum consistit. Quare D. Thom. 2. 2. q. 82. artic. 1. docet, deuotionem esse virtutem ad religionem spectantem, ad rectè sacras actiones perficiendù magna cum promptitudine, & alacritate: quapropter nullis præpeditur difficultatibus, cum omnia summa facilitate expleat: vnde breuiter concludit quasi definiens deuotionem: Est voluntas quadam promptè tradendi se ad ea, que pertinent ad Dei famulatum. Id probat Exod. 35. vbi multitudo filiorum Israël obtulit mente promptissima, atque deuota primitias Domino: ideò oleo comparatur, quo quidem velut lumen nutritur, & semper se mouens quandam alacritatem manifestat: ita deuotio accendit cor, & vt operetur, prouocat, & alacrem reddit. Defuit hoc oleum insipientibus, & fatuis virginibus: vnde cœptum cursum amiserunt, quo abundabant alia, imitantes Dominum, de quo Psalmo 44. Vixit te Deus, Deus tuus, oleo lactia, præ participibus tuis. Hoc est, deuotione, qua lætus operaris, & alacris viam curris: quemadmodum Psalmo 18. dicitur, Exultauit, vt gigas, ad currendam viam suam.

A Nam hæc virtus cordilatat, & exultationem parit, vt magna promptitudine, & sine hæsitatione, metu, tristitia, dolore opus suum expleat. Hinc probatur, quare diceretur Deo vouisse se, vel sua hi, qui ipsius obsequio se dedunt: non quòd opus sit vota emittere, & promissionem firmare quadam noua obligatione, vt fit cum vouemus castitatem, Religionem, &c. sed quòd deuotio dicatur quadam dedicatio, grato, & placido corde Deo facta, qua non coactè, sed spontaneè Deo se vouent, id est, seruitio ipsius se tradunt magna cum animi promptitudine: quod & re, & signo, quo vsus fuit Iacob, opere expleuit: nam surgens è somno, & eleuans lapidem, qui caput eius iacentis sustentauerat, oleo eum delibutum reliquit, & se Deo totum sacravit. In oleo deuotionis significauit naturam, quòd leniter omnia penetrat, impinguar, & lenia reddit: hoc totum deuotio operatur: suauissimè totum hominem penetrat, lenem reddit, obsequentem Deo facit, suauitatem confert, & promptitudinem manifestat. Hoc ponderans Philo lib. de insomniis ait: Ideò post dedicatam columnam lapideam, ait, se votum vouere: votum autem intelligitur propriè deuotio, quando quis non sua tantum; sed etiam seipsum, eorum dominum, donum Deo dedicat. A deuouendo ergo deuotio dicitur; vt etiam D. Thomas supra docuit: nam eiusmodi virtus acuit mentem, vt se totam Deo tradat, & seruitio ipsius deuoueat. Hoc probat idem Philo exemplo Annæ, quæ ex voto Deo filium Samuëlem dicauit, vt finem monstraret, nempe, Dei seruitio promptè ipsum consecrare. Rationem reddit: Samuël interpretatur, ordinatus Deo. Hinc facile erit probare, deuotionem ad religionem pertinere, quæ in cultu ipsi exhibito consistit. Cum ergo deuotio ad hoc ritè præstandum promptitudinem, facilitatem, alacritatem afferat; erit eiusmodi naturæ virtus perficiens, qua pro Dei obsequio opera ei dicantur. Ita Thomas supra articulo 2. cum Philone, qui ad Dei cultum, & dedicationem omnia ista deuoueri, & in eo deuotionem consistere affirmat. Videant Sacerdotes, quantum sua intersit, hac virtute se, suæque ornare, quòrum munus est religionis opera exercere; Missam Deo sacrare, diuinas insonare laudes, Ecclesiis assistere, orationi vacare: quæ omnia inspidè fient, si hoc haud condiantur sale: sicca item erunt, si hoc non impinguentur oleo. Quàm grata Deo sit hæc virtus, facile probat illa Petri oblatio accedendi, vbi Christus erat, per medios fluctus maris incedendo, vt alacrem spiritum, & promptum monstraret desiderium cum eo degendi: cui ait: Veni, quantum non esset in vsu sic iter peragere, & maris calcare vndas: quod Gaudentius notauit, causam reddens, cur Dominus hoc nõ negauit. Ad Paulum Diaconum scribens ait: Ille, ne quid negaret fideli desiderio, ait: Veni. Apprimè sanè hanc deuotionem fidele desideriu vocat: nam ea actus non titubat in bono cœpto; sed in eo firmatur, radices mittit, & omnes superat difficultates: quædiu enim deuotio durat, nihil timetur, nullò metu animus languidus redditur, nullà difficultatem agnoscit; sed omnia plana, & facilia considerat. Imò famelicus factus, parua omnia præ oculis posita credit, & maiora desiderat: quare opere

Genes. 28.

Philo.

D. Thom.

Philo.

Matth. 6.

Gaudent.

opere explet, quidquid ei iniungitur, aut habet in desiderio: nam istud fidele est, & nescit debitum negare, aut minùs perfectè soluere. Hoc ostendit ille gradiendi modus super tumescetes sali vortices, alacris, firmus, spirituum plenus. Reddat rationem Petrus Chrysologus Serm. 150. Et iter liquidum humanis gressibus solidum præberet obsequium. Hoc est, tantam vim deuotio, & animi alacritas habet, vt etiam vbi iter plenum difficultatibus, & periculis occurrit, solidum sit homini obsequentissimo, & deuotione firmato. Quapropter Gaudentius supra hanc eundi energiam contemplan, ait: Nec plantam gradientis tumens vnda rangebat. De veloci cursore dicere solemus: Nec puluerem, aut arenam tangit, premit, vestigio suo signat. ita deuotio potiùs volare, quàm incedere cogit eam habentes, cum nulla præpeditantur difficultate. Contrà verò vbi hæc deest virtus, & velut operum vita, minima obstantia timentur, & operi faciendo officiant. Optimè hoc Chrysostomus hom. 2. in Genesim, vitio deuotioni opposito, nempe, desidii hunc languorem adscribit: Defes autem, & supinus, si vel tenuis quadam tentationis aura afflarit, statim commouetur, & decidit, non ob naturam tentationum; sed ob voluntatis infirmitatem. Velut exanimè quoddam agitur potiùs, quàm agit, qui deuotione caret; & quauis aura tentationis excitata, tenui, videlicet, & nullius momenti, vincitur, & passum continet: deest enim illa vis voluntatis, quam deuotio imprimat, vt nihil credat arduum, sed omnia posse meritò arbitretur. Verùm notandum, deuotionem aliam esse in animo, aliam operibus comprobata: illam plurimi habent, istam pauci. Quod probatur ipso exercitio facili virtutum: qui enim animum promptum sentit, opus est, ea opere explere, quæ desiderat, ne inanis reddatur virtus. Hoc notauit Gregorius in 1. Reg. cap. 12. exponens consilium virorum Iabes-Galaad aduersus Naas, Regem ipsos affligentem, & ad deditionem prouocantem: qui septem dierum inducias exposcentes, vt inter se consilium inirent; hos deuotis desideriorum assimilât, qui titubant in virtutis executione, cum tentatione pulsantur: Nam quidam deuoti per desiderium sunt; sed consuetæ vitiorum debilitate remissi: post sunt quidem bona proponere; sed quia exequi, quod proponunt, nequeunt, & à presenti concupiscentia superantur, & bonum, quod in presenti deserunt, in vicino tempore se recuperare posse confidunt. At, vbi deuotio operibus firmatur, nihil timeret: & licet non omnem pellat timorem, illum demutat, & nobiliorem reddit, vt hilari vultu, & animo excelso, ac prompto desideria perficiat. Pulchrè Bernardus epist. 11. Timori (inquit) permixta deuotio, ipsum non annullat, sed castificat. Demit enim ab eo duritiem, pauorem, trepidationem; & velut casta femina timeret scortu; verum eius securus animus custodiendi pudorem incedit: ita contingit deuotis timore actis: quapropter cum originem à corde ducat, ibi sedem habet, necesse est, vt inde velut è regia omnia gubernet. Bernardus de triplici custodia, de ea loquens, ait: Res cordis est gratia deuotionis ista, quam querimus: & hoc munere ipsum se defraudat, qui internum ei dissimulat receptaculum exhibere.

Chrysol.

Gaudent.

Chrysol.

1. Reg. 12.

Gregot.

Bernard.

Bernard.

A Vnde colliges, non consistere in corporeis signis, lacrymis, genuflexionibus, collo torto incedere, vultum demutare, & exterminare; sed in cordis latitudine promptè ad operandum parati: nec labijs significatur, sed fingitur eiusmodi virtus. Quemadmodum ille Phariseus gratias Deo referebat, & genu flexo voces in cælum iaculabatur: at eiusmodi deuotio apparentis est, non vera, prout exterius innotescit; sed prout è corde trahit originem, Bernardus id expresseit Ser. 13. in Cant. Quidquid in ore deuotum sonuerit, cordis non sufficit excusare tumorem apud eum, qui alta à longe cognoscit. Habet eiusmodi virtus, & causas, & effectus, & fines. Causæ duæ recensentur, Deus, & consideratio: ille gratia sua ita cor dilatat, & res opere explendas adeò faciles reddit, vt in virtute currat animus, & perfectissimè sitiat opus perficere, & iterare, sæpèque in eo versari: tunc ipse tanquam imbres emittit eloquia sapientiæ suæ, & inebriat animum priùs languidum, nunc feruentem, & æstuantem, ad omnia potentem, & facillè exequentem. Ita D. Thomas q. 82. art. 3. At causa proximior, & interior consideratio est, tum susceptorum donorum, tum præmij futuri operibus ritè factis respondentis: quanto debito Deo teneatur animus ei gratus, quanta Sancti pro eo passi fuerint mala: hinc charitas excitatur, accenditur, dilatat cor, & voluntatem ad omnia perficiendum vocat. D. Thomas art. 2. ad 2. probat habere pro immediata causa intrinsecam hanc regalem charitatis virtutem; exactuantem tamen, & flammam emittentem, vt cor feruidam reddat, & ad omnia promptum, in quo interna stat deuotio: In quantum (inquit) ex amore alicuius redditur promptus ad seruendum amico. Ideò Abraham cito cursu hospitiibus parat conuiuium, & omnes domesticos ad cursum prouocat: considerauit enim, quos secum haberet, quanta eis deberet; & excitata charitas reliquis imperat potentiis, & externis instrumentis. Ex eodem fonte manarunt, quæ Maria ad pedes prouoluta Domini breui confecit cursu, nullum humilitatis, nullum pietatis omittens officium. Eodem actus Petrus amore in Christum, nec horret maris fremitus, liquoris inconstantiam, & leuitatem; sed omnia posthabens, Christo copulati erat ei in desiderio. Si enim hæc in Sacerdotibus vigeret deuotio, cum ipsum Dominum frequenter secum habere eis concedatur, quanta cum puritate, nitore, modestia corporis infracti, & animi alacritate Sacra peragerent? Nihil etiam minimum, quod deuotionem pascat, omitterent; nulla festinatione pulsarentur, vt citissimè ab hoc liberarentur onere. At, cum ista deficiat consors laborum deuotio, omnia perperam fiunt, & melius esset ea non tentare, & aggredi, quàm malè præ manibus gestare. Accedat deuotio, quæ agendis modum, tempus, formam præscribit. Excitat Dominus Matth. 27. Discipulos dormientes, & statim eis præcipit: Dormite iam, & requiescite. Quomodo ista sibi coherent? vocat nunc ad opus, & statim ad quietem? Hoc loquendi modo monstrauit, qui quietis sint amatores; qui ad præceptum, videlicet, Domini vigilias custodiunt. Qui enim per deuotionem vigiles fiunt, discunt maturè,

Luca 18.

Idem.

D. Thom.

Idem.

Genes. 18.

Luca 7.

Matth. 14. 31.

Matth. 27.

&c.

Drogo Hofi.

& sedato animo diuinis adstare mysteriis, non festinato cursu, sed tanquam quietem amans munus suum obiens. Drogo Hostiensis de Dominica passione: *Qui enim vigilat in te, suauiter dormit, & silet, & somno suo requiescit: qui autem dormit a te, sicut ebrius nocte, nesciens, grauiter agitur.* Ecce discrimen inter deuotè, & indeuotè diuina tractantes: illi vigilem animum habentes, magna cum grauitate, & perfectione Deo assistunt: at indeuoti dormientes Deo, & oscitantes cum accedant, velut sensu carentes diuinorum, & ignorantes quid agant, celeri motu, & spiritu agitato omnia explent, solum finem eis imponere habentes in desiderio: cum enim illa, vt foueatur, & excitetur, diuina euoluit beneficia, Dei attributa, Christi dignitatem considerat; quæ valer Deo reddere, prompto animo dedicat: at indeuotio pro fomento habet terrena negotia, humanas curas, vt vtrunque notauit D. Thomas art. 3. ad 3. Nihil congrue conficit, nihil debito modo operatur; sed omnia confundit, & pro nihilo ducit, vt ad sua redeat negotia. Definens Augustinus deuotionem ait, de spiritu, & anima, cap. 49. *Deuotio est pius, & humilis affectus in Deum, humilia ex conscientia infirmitatis propria; pius ex consideratione diuina clementia.* Nec solum humilitatem prouocat peccata præcessisse, quæ consideratione agitata mouent, & excitant affectum humilitatis; sed etiam timor ignorati status, & futuri euentus Deo deuotos reddit. Richardus de eruditione interior. hom. cap. 17. *Vera, & perfecta deuotionis est, penam, quam patitur, suis semper meritis adscribere, & culpam, quam in se minime deprehendit, ex occulto timore.* Tunc enim feruet deuotio, quando quidquid sibi etiam præter meritum accidit, suis meritis adscribit: qui enim in afflictione sua Dominum glorificat, & semetipsum in omnibus sine similitate accusat.

D. Thom.

August.

Richard.

Gen. 12.

Basil. Sel.

Gen. 2.

rio, quasi promptum esset, ei adscribit: de viro sumpta, ac si talis ex eo prodierit. Basilius de Seleucia orat. 2. *Vertit in desiderium, quod costa accidit.*  
 Hinc feruor, quo omnia parua censentur, & maiora desiderantur: cum enim bona, quæ prosequitur, tam præclara sint, & magnitudine sua omnia superent, crescunt, & intumescunt desideria in tantum, vt omnes vincant difficultates, paruque videantur, quæ suo labore sunt, opera, labores minuat, fatigationes haud sentiat, & quid fecerit pro affectione tanti boni, ignoret, cum desideria, maiora expectant, & famelica maneant. Vt enim ait Hugo de Sancto Victore in Regula Augustini, cap. 3. *Si magna sunt bona, non debent esse desideria parua.* Cum ista deuotione augeantur, contemnit animus, quos parit labores: sic enim, qui prius algebat, & omnia timebat, nec manum è sinu extrahere in desiderio habebat, accenso rogo deuotionis in corde, nihil timet, & audax factus, quid timorem excitauerit, haud inuenit. S. Leo Serm. 10. Quadrages. assert. Matth. 5. *Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, id est, qui esuriunt, & sitim non satiant, opera sectando iustitia.* Quare: *Vt algere in seruorem conuerso, & in lucem nocte mutata, vno opere Spiritus Sancti tenebras abigat & peccata consumat.* Hoc præstat deuotionis feruor ad facile omnia consumendum peccata, quasi vno spiritus imperu: nec enim deuotio amaritudinem, quam fingunt desides homines, inuenit, cum penitentia opera exercet, cum labores deuorat, cum opera ardua tentat; sed tunc sui delicias, & conuiuari cum amicis, dulcia gustas fercula sibi videtur. Vt enim ait Leo supra: *Habet populus Dei spirituales epulas, castisque delicias, quas salubriter exepit, & delectabiliter concupiscit.* Non modò cum verè suauitatem Dei degustat, sed, cum ludum in palestra inuit, cum leonibus, & vitis, superatque molesta homini tentamenta.  
 Hoc est, quod deuoti etiam minima ex iniunctis expleant, nihil tale arbitrantur, sed singula in prospectu habent, & executioni mandant: quare ista, quæ tepidis nimia videntur, deuotione affecti, (cum sitiant Dei iustitiam, & nullo fatigentur, & satientur labore,) saltem affectum sedant, ista si curent minima, nec ea prætereant. Cum enim hanc deuotionem Moyse desideraret in populo, statim ac sacrificare Deo in deserto, in mente habuit, omnia secum ferrè decreuit, nec ouis vngulam relinquere permisit: nam populo Deo obligato, ac deuoto singula quæque, etiam minuta, necessaria esse existimauit. Id comprobatur ex Drogone supra, quod deuotis hominibus contigit, cum Christi adornarent triumphum: nec parcunt arboribus, nec vestibus; omnia, quæ habent, ad eius pedes dedicant: magna enim in eis deuotio vigeat. Ait ergo Drogo: *Nihil in te resideat, quod in occursum Iesu non prodeat: quia nec vngula in Agypto Pharaoni relinquenda est.* Hoc præstat totum deuotio, quæ nullo satiatur seruitio: semper enim quætila est; quia minùs habere arbitretur, vt Deo donet, quàm desideret. Ideo inter gradus charitatis Richardus hunc in apice locat, quando animus Deo anhelus factus, non solum in factis ritè non complacet; sed

Hugo de S. Vict.

Leo Mag.

Idem.

Exod. 10. 26.

Matth. 21.

Drogo. Hofi.

Richard.

Genes. 15.

Bernard.

Exod. 1.

Drogo Hofi.

D. Thom.

Genes. 28.

sed potius nihil fecisse arbitratur: *Vt quidquid pro Deo faciat, voto suo satisfacere non possit.* Quare eiusmodi fancioci non grauantur laboribus, non malis tractationibus fatigantur: non seruorum more, vel mercedem in desiderio habent, vel de imposito querunt onere, & imponendum reculant: & velut illa Agar faciem dominæ fugiunt, quod nimis eam premeret, & impositis oneribus deprimeret. Quid enim præstat deuotio, docuit Bernardus epist. 11. *Implet ergo charitas legem serui, cum infundit deuotionem; implet & mercenarij, cum ordinat cupiditatem.* Seruus timore agitatur, deuotio amorem expendit, & propalam facit: mercenarius intentus est lucro: charitas, & deuotio pro lucro habent, Deo placere. Clamores in cælum filij Israël mirebant, videntes more seruorum ad operandum plusquam valerent, cogi: at Christi aduentu, & exemplo suo ad maiora homines suscipiendum, mouentis, nullis laboribus fatigati queruntur; sed titiunt acriter pati. Quod illo exéplo contemplans Drogo supra, ait: *Quoniam in operibus his iustitia est, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto, nunc, Domine, Passionis tue dies vngere nos deberena, magis quam Præpositi Pharaonis.* Illi enim vigeabant vim inferentes, & nimis homines fatigantes, vsque ad nauicam: at qui deuotione præditi sunt, nunquam satis in laboribus faciunt; sed potius maiora pari appetunt.  
 Tandem deuotio plurimum valet ad insistendum in incepto virtutis itinere: nam, quæ sine ea sunt, violentiam præferunt: quæ verò cum illa, leniter prosequuntur, donec optatum finem assequatur. Animum deuotio acuit: cum enim non consistat in floribus lacrymarum, oblectationum, & delectationum spiritualium; sed in fructibus animi paratissimi, à charitate agitati, omni metu depulso, aut superato secum durationem affert: & cum ipse opere crescat eiusmodi promptitudo, ad finem vsque protrahitur: idè votis comparatur, aut assimilatur: nam ista perpetuitatem indicant: & Deo deuoti, & obsequio ipsius dediti, velut ligati manent ad idem seruitium semper præstandum. Denique Deo sacra amplius ad profanos vsus cogere non licebat, vt Philo de insomn. affirmat: ita deuoti Deo semper in eodem perseverant officio, & ad mundi opera trahi nequeunt. Deinde eiusmodi virtus ad continuationem cæpti boni plurimum conducit, quæ cum calidum reddat cor, quauis occasione data accenditur. Exemplo monstrat D. Thomas 2. 2. q. 171. art. 2. & q. 83. art. 14. ad 4. *Quemadmodum lignum, in quo ignis residerat, facilius iterum accenditur: Ita mens semel ad deuotionem excitata, facilius postmodum ad deuotionem pristinam reuocatur.* Præterea deuotio non (vt dicebamus) in externis signis terminatur, sed ad Deum plus amandum tendit, eique animum strictius vnit: cum hoc bonum durationem habeat, rationes in eo mitens, etiam perpetuè virefcit. Quod Philo de insomn. declarauit in illa Iacobi erectione columna: oleo delibuta: nec enim ad terram vsque deuenit, vbi periclitus posset, eo liquore arida madefacta; sed totus in ipsa columna permansit: nam verè Deus in ipso representabatur, sicut in columna anima. *Cane, puer, la-*

*pidem oleo unctum: sed totum intellige de Deo flante in anima.* Cui consonat D. Thomas 2. 2. q. 82. art. 2. ad 2. vocans charitatem animæ pinguedinem.  
 Duo ad hoc præstandum habet deuotio: vnum præuium, aliud futurum: præuium quidem est excitari ad opera sequentia, priusquam exequendi ea tempus aduenerit. Communica-turus quis cras, in noctis silentio iam videtur Deo assistere, & ipsum suscipere, & gaudet, & oblectatur in tali desiderati boni epuli susceptione. Quod notauit Gregorius in 1. Reg. cap. 9. ponderans verba dicti cap. 12. vbi habes: *Ecce ante te, festina nunc: hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelsis.* Quomodo festinare puellæ hæc dicentes compellant, cum non tempus sacrificij aduenerit, rogat: & tale præbet responsum: *Quia de expectatione verbi magna est iam in corde audire volentis, via deuotionis, quam post auditam prædicationem maiorem habet.* Excitat enim deuotio amoris flammam in desiderium futurorum, ac si præsentia essent, & ea degustasset: quare acrius in ipsa fruitione exardescit, & dulcius de possessio bono oblectatur: tendit tamen in futurum, non contenta tenere amatum, sed sæpius eo oblectari. Constituit Bernardus discrimen Serm. de verbis Sapientia, inter compunctionem, & deuotionem, quod illa præritorum sit, hæc futurorum: *Temporis præriti fructus est compunctio, futuri slos est deuotio.* Vnde affert illud Psalmi 68. *Si dormiatis inter medios eleuos.* Interpretatur, inter florem, & fructum; inter compunctionem, & deuotionem; innocentiam, & candorem columbarum obtinebitis. Cum ergo omnia tempora deuotio comprehendat; non mirum, si ea animus imbutus, diu in cæpto perseueret, & omnes superet difficultates: vt enim hoc probem, recordare Daniel. 2. cap. quantum veneratus est Nabuchodonosor Daniele, quod somnum, & eius interpretationem manifestam ei fecit, ait textus: *Tunc Rex Danielem in sublime exulit.* Quod acutissime Richardus deuotioni ascribit: hæc enim solers, & vigilans semper animum ad Deum colendum excitat, & meretur palmam ferre, & in sublimem arcem mentis locum possidere. Sic habet de erud. inter. hom. cap. 47. *Vinam contingat nostram deuotionem id perfectionis attingere; quod nulla, quantumvis vehemens affectio, nulla occupatio, nulla sollicitudo, nulla suggestio, vel suasio possit in nobis eius studium, non dicam dissipare; sed nec quidem interrumpere, vt illud immobile apostolicum impleatur: Sine intermissione orate.* Ideo sublimem tenet locum, quod à nullo superetur, nec ab animo dimoueat.  
 Quare tandem finem huius virtutis contemplantes, dicamus, ed tendere, vt iugiter opera diuini cultus, & obsequij fiant congruo, & decentimodo, sine intermissione, remissione, dissipatione: sed eadem constantia, qua dies diei eructat verbum, & similem primo secundum indicit: ita ordo vitæ debitus, & præscriptus indefessè seruetur, vt semper iidem simus. Vnde manifestè coniticies, quàm necessaria hæc virtus sit Ministris diuina tractantibus, ne ab eis lato vngue discedant; sed cordi sit illis, Deo debitum præstare seruitium; alacri animo, prompto spiritu,

Gregot.

Bernard.

Psalm. 68.

Daniel. 2.

Richa.

&c



& latis sinibus cordis. Quo fit, vt omnia haud perperam; sed ritè, & congruè perficiant.

CAPVT VII.

Quanta sit Sacrificij Sacerdotibus iniuncti magnitudo.

VT enim sacra ministerio Missæ Ministri videant, quantum illis interfit deuotione armari, & ita ad Altare accedere; opus est, intelligant, quid præ manibus habeant, quam grande munus obeant. Hoc omnes Patres exaggerant, & ob id solum Sacerdotij excellentiam probant. Chrysostomus, Basiliius, Ambrosius de Sacerdotum debito, eò quòd Deo purissimam licent Hostiam, tractatus instituerunt, magnum iudicantes tanta frui potestate, Christi conficiendi, tractandi, suscipiendi, Deo offerendi corpus: & hoc non semel in anno; sed quotidie. Ad quod præstandum eos excitat Ecclesia, prouocat, & impellit, quasi rem Deo gratissimam facturi. Et licet Sacrificium, quoad essentiale, breui temporis spatio perfici possit; tamen Ecclesia illud adornauit, pluribus antecedentibus, & sequentibus ceremoniis, vt magis deuotio extenderetur, & purgato animo ad tantum accederent Sacrificiũ, & gratitudinem suã monstrarent in sequentibus.

Cùm autem finis huius operis eò tendat, vt Christi Domini representetur Passio, omnia istius formam seruant; tum Minister; tum paramenta, quibus ad illud peragendum ornatur: deinde Altare ipsum, verba, signa, quæ profert, & res oblata in duabus speciebus consistens, quæ Christi indicent fractionem in pennis, separationem denique in morte. Mirabile, & præclarum Sacrificium! & Passio digna tali memoria! nec enim tanti res pretij alio viliori valeret modo dignè representari: nec cetera, quæ velut vmbra fuerunt Christi mortis, permanere licuit; sed vt abirent, cessarent, ac perirent, dignissimum fuit, vt solus ipse Dominus id, quòd cruento modo confecit, inuicentè memoriæ suggereret omnia, quæ in Sacrificio perficiendo concurrunt, & ad hanc excitandam, & obtutibus nostris præsentandam feruiunt. Cùm enim cerneret Philo lib. de infomniis, illam repetitam statuam, quam in titulum, & recordationem Iacob erexerat, & oleo perfuderat, cum statua ab stando dicatur, ac permanendo; nihil tale in humanis inueniri iudicat, nisi in illa Dominus ipse contempletur. Nihil enim humanum verè stat: idè cessant hostia, victima, oblationes, sacrificia, holocausta, æuium, altilinum, animalium, quòd ista sacra semel Deo interirent, vt succederet Hostia perpetuò duratura, iuge Sacrificium, & semper, & in omni loco, & ab omni Sacerdotum choro idem in Ecclesia perpetuò duraret, & Deo litaretur. Quare (inquit) illa columna, seu statua, non id, quòd videbatur, representabat; sed Christi Sacrificium, cum sanguine suo, velut oleo effuso, omnia grata Deo nostra redderet: quare ait, nullissimum esse res nostras Deo dicare, non nos, vt in illo perpetuò duremus, vt imitemur Christum, qui & victima, & Sacerdos fuit. Sic Sacerdos pro victima vnus Christo se offerat,

Philo.

vt in illo perpetuò vita fruatur, & duratione ani more gaudeat. Stultus porro faciet, qui non se ipsum, sed aram Deo dedicat, putans esse in rebus creatis quidquam stabile. Hinc licet intelligere, cur Sacerdos paramenti Passionem Christi representantibus induatur ad hoc Sacrificium perficiendum: est enim in representatione ipse Dominus: ita assumit verba, non vt alterius persona, sed propria, aicens: Hoc est corpus meum. Hic est sanguis, &c. vt ipsummet se Deo consecrare, & in oblationem verti intelligat.

De hoc sacrificio agunt Cyprianus epist. 63. Cyprian. Isidorus 1. de diuinis Officiis, verbo, Missa. S. Isidor. Thomas 3. p. q. 83. & affirmant, Missam sonare D. Thom. Sacrificium Deo oblatum, tanquam imago representans Christi Domini mortem. Vt enim ait Augustinus ad Simplicium: Solent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt. Videmus Sancti Petri, aut Pauli imaginem, & dicimus: Ille est Beatus Petrus, aut Paulus: nomen rei imagini tribuentis: non solum ob id Sacrificij, & oblationis nomen obtinet; sed ait D. Thomas supra art. 1. quòd D. Thom. participes efficiuntur Dominicae Passionis. Hoc dupliciter: vno modo, cum ipsum peragitur Sacrificium, & astantes participes vnã cum Sacerdote offerente efficiuntur: altero per sacrificatæ Hostiæ susceptionem, quæ priuicis cedebant in vsum Sacerdotum, & populi: ita Sacrificium sumptione consummatur.

Hæc Missa à Græcis, λέιτενεια, dicebatur, quæ multiplicem Missæ congruentem significationem habet, ministerium, videlicet, siue officium excellens, vel sacrificium: ministerium, qua tam Christus, quam Sacerdos Ministri munus obeunt: hoc nomine insigniri solebant Sacrifici. Vnde illud Actor. 13. 2. Ministrantibus autem illis, &c. Erasmus transfert, cum sacrificarent, à verbo, λειτουργειν, quasi velit tunc Sacrificiũ Missæ celebrasse. Dicitur etiam excellens officium: quia mysticum sacrum, & à vulgaribus diuersum, & ordinis altioris. Sacrificium etiam, vt Missæ nostræ conueniat: quæ etiam diuersa significata continet, & quidam Latinã vocem esse censent, alij Græcam, alij Hebræam. Vtuntur hac voce Ignatius, Clemens Papa, Alexander I. Sixtus I. & Gratianus in multis Canonibus de consecratione, dist. 1. &c. & in Decretalibus, tit. de celebratione Missar. & Tridentinum sess. 22. per totam. Sed hoc vocabulo significatur, quòd ad nos per Sacerdotes transmittitur oblatio Deo: verè enim (vt ait Trident. sess. 22. cap. 6.) Sacerdos ministri publici exercet officium: quia non pro se tantum; sed etiam pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinent, celebrat: quare per ipsum nostra transmittitur Deo oblatio. Præterea Missa dicitur, quòd Christus Hostia factus, & ad nos mittitur, & nos ipsum patri præsentamus, & mittimus. Sic in Sacrificio dicimus: Iube hoc perferri per Sanctos Angelos tuos in sublime altare tuum. Hugo Victorinus sic habet: Transmissa fuit à Patre, vt nobiscum esset: & transiitit à nobis ad Patrem, vt pro nobis sit. D. Thom. q. 83. art. 4. ad hoc comprobandum D. Thom. affert illud 1. Paralip. 29. Ego in simplicitate cordis mei latus obruli vnuerfa hæc. Magister 4. sentent. dist. 13. Missam dicit sic vocari, quòd mittatur Angelus, vt Sacrificio adset, iuxta illud Lucae

Ignat. Clem. Pap. Alexand. I. Sixt. I. Gratian. Decret. Conc. Trid.

Hug. Viã.

1. Paral. 29. Magist.

Lucæ 1. Apparuit Angelus Domini, stans à dextris Altaris incensæ. Ibi enim singulare, quòd apparuerit; commune verò, quòd assistat. D. Thom. art. 4. ad 9. q. dicta, idè quòd tunc mitterentur Catechumeni: quæ enim præcedunt Sacrificio, preparatio Missæ sunt; nec prohibebatur Catechumenos audire præuia Sacrificio, ad stare que concioni: at, cum accederet tempus sacrificandi, voce Diaconi, præconis munus obeuntis, foras pellebantur: ab emissionem ergo Catechumenorum, & excommunicatorum Missa nomen accipit. Idem habet Isidorus de originibus, cap. de offic. vel, vt Tertullianus, & Cyprianus existimant; Missa à remissione peccatorum nomen sortiebatur, quòd per tantum Sacrificium missio eorum fieret: quare nemo Ecclesiam deserebat, quousque alta voce, Ite, Missa est, diceretur; & id fiebat peracto Sacrificio. Qui Græcam vocem dicunt esse Missam, idem significat, ac in epellatio; Hebræicè verò oblatio: primùm, quòd interpellat pro nobis: Aduocatum habemus apud Patrem, vt pro nobis interpellat. Secundo, quia oblatio est volens spontaneè ad mortem; & in hostia ad munus hostiæ obeundum.

Nihil in Missa inuenies, quod Christi passionem non representet. Primùm, Altare ipsum lapideum, videlicet, cornua habens: ob id enim ait David: Constituite diem solemnem in condensis, vsque ad cornu Altaris. id est, vsque ad Christum, vt interpretatur Augustinus: lapis enim Christus est; cornua crucis tenens, in cuius manibus cornua erant, & lapidem in patientia, ac tolerantia malorum representat. De hoc Altari D. Thomas loqui arbitrabatur Paulum Hebr. vltimo, d. q. 83. art. 2. ad 2. per ipsum offerimus hostiam laudis Deo, hoc est, per hoc Altare, nempe, crucem, offerimus Deo vnigenitum; quòd enim ibi Crux, vt Sacrificium cruentum offerretur; hoc Altare, vt in cruentum perficiatur: vt cap. 2. Trident. docet d. sess. 22.

Sacerdos Sacrificium factus totus exterius mutatur, vestibus vtens sacris, vt à se, qua priuata persona est, plurimùm distare arbitretur: tum, vt maiestas tanti Sacrificij (inquit Trident. cap. 3.) commendetur: tum, vt mentes fidelium per hæc visibilia signa ad ea, quæ latent ibi, mysteria excitentur: verùm à capite ad pedes indumenta sacra Christi tenent formam, prout passioni traditi, cum oculi eius linteo operirentur, veste alba indueretur ad irrationem, collum, & manus ligarentur, Cruci affigeretur, & totum sanguinem abundè effunderet: nam, sicut Christus Hostia simul, & Sacerdos fuit: ita (inquit Augustinus 4. de Trinitate) Sacerdos ipsum imitans: Immolatione Christi idem est Sacerdos, & hostia. Idè sic vestitus representat Christum morti traditum, & Sacerdotis morem gerens incedit ornatus. Hinc insurgit ratio, quare sexta Parasceue feria Missa non celebretur, solum Communio datur Sacerdoti ministranti. Rationem reddit S. Thomas art. 2. ad 2. deest enim tunc in representatione Christus, idè deest Sacerdos offerens Deo tale Sacrificium ipsum representans: Communio tamen datur; quia eodem die corpus, & sanguinem nobis contulit: Quod pro vobis, inquit, tradetur, pro vobis effundetur.

Sunt in vsu linteamina, & panni lini: primò, vt puritatem denotent Sacrificij: secundò, vt passionem Domini representent linum, quod tunctionibus, & contritionibus candidum redditur, vt habet S. Syluester de consecrat. d. 1. Nec hora, & vnitas Missæ, ab hac passionis memoria recedit: vnã dicitur, vt præcipit Alexander de consecratione, dist. 1. aicens: Sufficit Sacerdoti vnã Missam celebrare in die vnã; quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit, & valde felix, qui eam dignè celebrare potest. (Vide cap. Consultuisti. cap. Te referente. de celebr. Missar.) Alludens ad Pauli tententiam ad Hebræos 9. 12. Semel introiit in sancta aeterna redemptione inuenta. D. Thomas q. 83. art. 2. ad 5. Tempus verò Missis dicendis destinatum, quanuis in priuatis à mane incipiat, nunquam sextam horam excedunt: at pro Missis solennibus à tertia ad sextam tempus habent determinatum, eò quòd tunc initium accepit, & finem Sacrificium Crucis. Ita D. Thomas d. q. 83. Idem art. 2. in corpore, & ad 3. Si omnia, quæ in Missa fiunt, attentè contemplerur, ea passionis quandam referunt imaginem: humilitas in introitu, gloria in hymno, qui in Festis, & Dominicis canitur: quam pro fine habuit; tum Christi Sacrificium; tum, quòd in cruentè celebratur: quantum in Sanctorum Solenniis Missæ celebrentur, vt docet Tridentinum d. sess. 22. cap. 3. non illis Sacrificium offertur, sed Deo: non enim istud mutatur, sed idem semper perseuerat: licet Sanctorum imploremus in eo auxilium, vt illos pro nobis intercedere sentiamus in calis, quorum memoriam agimus in terris. Quæ sequuntur orationes ad hunc consequendum fauorem ordinantur. Epistola, & Evangelium eò tendit, vt doctrinale significetur esse Sacrificium: vt enim ait Concilium cap. 8. magnam continet populi fidelis eruditionem. Idè ex doctrina euangelica occasio sumitur docendi tunc temporis populos: quæ enim dein sequuntur, paramenta sunt Sacrificij futuri, cum signis Crucis, corporis inclinationibus, vt Domini patientis refricet memoriam. Quòd autem in calice aqua misceatur cum vino, cum in isto sanguis effusus, & separatus à corpore denotetur; illa populum significat: tum, quòd ipse etiam cum Sacerdote, & hostia copuletur: tum, vt cum capite Christo quædam indicetur incorporatio, ad hoc, vt Sacrificij particeps fiat, (vt habetur etiam in cap. In quadam. §. Per hoc autem. cap. Cùm Martha. §. Quasi iusti. de celebrat. Missar. Vbi probatur, aquam in Sacrificio Missæ ponendam. Et inclinatur in sanguinem conuertit.) sicut & sanguinis in passione effusi, vt docet Tridentinum sess. 22. cap. 7. Ob id etiam post Domini mortem è latere sanguis cum aqua exiuit: vt societas cum populo declaratur, & eis sanguinem proficuum futurum credamus. Quæ confirmat cap. Cùm Martha. supra.

Nec solus Sacerdos vocatur ad Sacrificij vsum; sed etiam inuitatur adstans populus. Quare ab Ecclesiæ initio omnes Sacro præsentantes Communionem reficiebantur: at semper etiam nunc spiritualiter communicant: tum, quòd in hostia continetur, (vt dicebamus); tum quòd vnã cum Sacerdote munus offerentis representant. Renouat Trid. sup. c. 6. priscu morè communium

vt puritatem denotent Sacrificij: secundò, vt passionem Domini representent linum, quod tunctionibus, & contritionibus candidum redditur, vt habet S. Syluester de consecrat. d. 1.

Nec hora, & vnitas Missæ, ab hac passionis memoria recedit: vnã dicitur, vt præcipit Alexander de consecratione, dist. 1. aicens: Sufficit Sacerdoti vnã Missam celebrare in die vnã; quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit, & valde felix, qui eam dignè celebrare potest. (Vide cap. Consultuisti. cap. Te referente. de celebr. Missar.) Alludens ad Pauli tententiam ad Hebræos 9. 12. Semel introiit in sancta aeterna redemptione inuenta. D. Thomas q. 83. art. 2. ad 5. Tempus verò Missis dicendis destinatum, quanuis in priuatis à mane incipiat, nunquam sextam horam excedunt: at pro Missis solennibus à tertia ad sextam tempus habent determinatum, eò quòd tunc initium accepit, & finem Sacrificium Crucis. Ita D. Thomas d. q. 83. Idem art. 2. in corpore, & ad 3.

Si omnia, quæ in Missa fiunt, attentè contemplerur, ea passionis quandam referunt imaginem: humilitas in introitu, gloria in hymno, qui in Festis, & Dominicis canitur: quam pro fine habuit; tum Christi Sacrificium; tum, quòd in cruentè celebratur: quantum in Sanctorum Solenniis Missæ celebrentur, vt docet Tridentinum d. sess. 22. cap. 3. non illis Sacrificium offertur, sed Deo: non enim istud mutatur, sed idem semper perseuerat: licet Sanctorum imploremus in eo auxilium, vt illos pro nobis intercedere sentiamus in calis, quorum memoriam agimus in terris. Quæ sequuntur orationes ad hunc consequendum fauorem ordinantur. Epistola, & Evangelium eò tendit, vt doctrinale significetur esse Sacrificium: vt enim ait Concilium cap. 8. magnam continet populi fidelis eruditionem. Idè ex doctrina euangelica occasio sumitur docendi tunc temporis populos: quæ enim dein sequuntur, paramenta sunt Sacrificij futuri, cum signis Crucis, corporis inclinationibus, vt Domini patientis refricet memoriam.

Quòd autem in calice aqua misceatur cum vino, cum in isto sanguis effusus, & separatus à corpore denotetur; illa populum significat: tum, quòd ipse etiam cum Sacerdote, & hostia copuletur: tum, vt cum capite Christo quædam indicetur incorporatio, ad hoc, vt Sacrificij particeps fiat, (vt habetur etiam in cap. In quadam. §. Per hoc autem. cap. Cùm Martha. §. Quasi iusti. de celebrat. Missar. Vbi probatur, aquam in Sacrificio Missæ ponendam. Et inclinatur in sanguinem conuertit.) sicut & sanguinis in passione effusi, vt docet Tridentinum sess. 22. cap. 7. Ob id etiam post Domini mortem è latere sanguis cum aqua exiuit: vt societas cum populo declaratur, & eis sanguinem proficuum futurum credamus. Quæ confirmat cap. Cùm Martha. supra.

Nec solus Sacerdos vocatur ad Sacrificij vsum; sed etiam inuitatur adstans populus. Quare ab Ecclesiæ initio omnes Sacro præsentantes Communionem reficiebantur: at semper etiam nunc spiritualiter communicant: tum, quòd in hostia continetur, (vt dicebamus); tum quòd vnã cum Sacerdote munus offerentis representant. Renouat Trid. sup. c. 6. priscu morè communium

Alexand.

Hebr. 9. 12. D. Thom.

Conc. Trid.

Idem.

Idem.

communicandi, & spiritualement Communionem docet his verbis: Propterea Missas illas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, &c. Probat: Siquidem ille Missa communes censeri debent; partim quod in eis populus spiritualiter communicet; partim vero, quod a publico Ecclesia Ministro celebrentur. Vnde tam in Sacrificio, quam in usu, provt sacrata oblatio est, adstantes participes fiunt.

Cyprian.

Idem.

Isidor.

August.

Deut. 18.

Greg. Mag.

Dion. Aroep.

Cyprian.

Hoc ipsum Passionis pars haud contemnenda est, cum finis illius sit nobis fructus suos parare, & sanguinis impertire thesauros. Cyprianus de Coena Domini: Quasi per quosdam canales de interioribus fontibus egrediuntur torrentes, & super omnes delicias lacrymis necleris anima delectatur. Sic ad nos transit calix iste; & vt magis diuina bonitas clarescat, non solum Sacerdotes inuitat ad has epulas; sed omnes fideles, vt participes fiant illius boni, quod pro omnibus abunde effusum est. Idem Cyprianus supra: Nec solos Sacerdotes ad panem huius dignitatis Lenitica prerogative admittit: vniuersa Ecclesia ad has epulas inuitatur, aqua omnibus portio datur, integer erogatur, distribuitur non deoembratur: nec immergi, & omnipotentis Dei magnitudinem pauperula domus nostra angustia offendit, vel arctat. Confortes nos habet Sacerdos, cum ore omnium promat verba illa: Pater noster, &c. Panem nostrum, & da nobis. non pro se solum rogat, sed pro omnibus, quibuscum communicat. Isidorus supra hoc tractans explicat: Panem, &c. Qui vel anime, vel carni tribuitur, hic exposcitur. Augustinus de verbis Domini hoc solum considerans ad quotidianam Communionem omnes inuitat: Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? Accipe quotidie, quod quotidie tibi proficit. Saltem cum Sacrificio spiritualiter communicamus, vt supra ex Tridentino notauimus: Sacerdos quidem non frustra habet pro parte sacrificij sibi assignata, & distributa, quae Deuter. 18. confertur, armum, & ventriculum, vt ster, & ministret in nomine Domini in sempiternum: ad onus tantum ferendum, & populi sustentandum peccata, haec pars illi contigit: ventriculus vero, qui communis officina, & receptaculus alimenti munus obit pro toto alendo corpore, ideo ei conceditur: vt non solum participet pro se fructum huius Sacramenti, sed pro toto Ecclesiae corpore, cuius Minister publicus est. Quare fortius quam saeculares suadendi sunt, vt quotidie celebrent, vt omnibus de populo alimoniam praestent. Laudat Greg. 4. dialog. Cassium, Narnensem Episcopum, quotidie celebrantem: quod aded Deo gratum fuit, vt diem obitus futuri ei praemonstraret; in festo, videlicet, Apostolorum Petri, & Pauli. Praefertur tamen Sacerdos in participatione oblationis; cuius causam affert Dionys. 3. de caelest. hierarc. Ille, qui aliis diuina tradit, primo debet ipse participes esse. Cum autem accedit ad esum panis, morsu inter dentes ipsum diuidit: num dens ille ferax rabida est ad illud corpus exangue dilacerandum? aut ipsum inegrum partiri cupit, cum indiuisibile sit? Animè: sed fide diuidit Diuinitatem ab humanitate: vt tanti Sacramenti dignitatem cognoscat, & veneretur, vbi verus Deus, & homo absque confusione suscipitur. Cyprianus de Coena Domini: Haec quoties agimus, non dentes ad mordendum acimus, sed fide

A Sincera panem sanctum frangimus, & partimur: dum, quod diuinum, & humanum est, distinguimus, & separamus: itèque separata tangentes, vnum Deum, & hominem faciemur.

Haec, quae in usu Missae reperiuntur, consideranda a Sacerdotibus sunt, non leui cogitatione, sed studiosa, & quieta, vt videant, quale subeant onus, quanta cum reuerentia Christiferti munus obire teneantur, ipsius passionem representantes, & in vite tenore manifestam omnibus facientes; quales è tanto Sacrificio euasuri, ipsa rei magnitudo, & participatio diuinæ hostiae facile monstrabit. Cum Hieronymus lectionem, & orationem commendaret Demetriadi, ad eam scribens ait: Propius Deo iungere, aspectuque tuorum reddita, Hieron. lectionis fructum, & orationis ostende. Plus viget praesens occasio, arctius mouet illa cum Christo coniunctio: vnde fructus capendi, & monstrandi omnibus domesticis, & quibuscum agimus, pateant; & quantum à nobis ipsis ante eiusmodi Sacrificium distemus, probemus. Verè enim vnimur Christo, eique adhaeremus, haud dubie ad mutationem miram eperiendum: vt deinceps appareat tanti sacrificij participes effectos fuisse. Hoc quis assequetur, nisi accedens maxima cum puritate, ornatus, vestibus mundis, vt Sacrifici representet personam, multò magis emundatione, & nitore virtutum? Ita Clemens Alex. 4. Strom. de his paramentis agens, & ad sensum spirituales retorquens: Emundatio autem est ea, quae sunt sancta, animo Clem. Alex. agitare, & sentire. Et cum prescorum sacrificia in medium afferat, quantaque munditia herent: Cum basiste aquam, (ait de quadam ministra Altaris,) mundas gestas in corpore vestes. Et de Penelope:

Abluuiis manibus pelago, edit vota Minerua. Iudaei quoque saepe lauare se habebant in usu: quibus addit: Non lauacro mundus esto, sed animo. Quare inter sacrificanda te ipsum numerare memento, cum oblationis munus obeas, sicut & Sacerdotis. Quid enim interest Christum Patri offerre, si vnà cum illo, tu quoque ei adiunctus, non te dedas? Cur Deo placuit Abelis oblatio; Cain tamen ingrata, & illiberalis fuit? Ita vocat ignem illum: hostias consumentem, & non peruadentem mentem, & omnia hominis interiora Clemens 7. Strom. Ignem dicentes, Idem. non illum edacem, & omnia consumentem, & plane sordidum, & illiberalem; sed prudentem, qui peruadit animam per ignem irascientem. Rationem reddit Basilus de Seleucia orat. 4. Animi virtutem cum donis copulat, vnaque animum ipsam offerens accipienti Deo. Cain ve: d Carens animo fructum offert Deo. Nec ob aliud thymiana, praeter Sacrificia, in altari aureo accendebatur: fine illo enim gratum haud spirare possent carnes odorem: quod Clemens d. 7. libro sic exponit: Suffium illum in lege compositum construi in vni-

Idem. tatem fidei, mente quidem pura: iusta autem, & recta vite institutione ex sanctis operibus, & iusta oratione. Hoc significauit etiam praesens Sacrificium, vbi aliquid nostrum desideratur, quod conuerti possit in corpus, & sanguinem Domini. Si enim alias creaturas praebereamus, minimè Sacrificium fieret: quod notauit Irenaeus 4. aduers. haerel. cap. 32. Cum qui ex creatura panis est, accipit, & gratias agit dicens: Hoc

Basil.

Mar. 1. 6.

Conc. Trid.

Hoc est corpus meum, & calicem similiter, qui est ex creatura, secundum nos suum sanguinem confessus est. Non quod nostris egeat donis: sed, vt moueret, exigere à nobis ea, quae valeant in eius corpus, & sanguinem transformari: & animum ita dispositum, vt sacrificium imperfectum non relinquat, si nobiscum vniri haud queat ob peccati impedimentum. Rogat Basilus d. orat. 4. cur Deus Sacrificia nostra requirit: num eget aliquo, aut manducabit carnes taurorum? Minimè. Sed cur? Non quod cupiditati gratificetur; nullius siquidem Deus egens est: sed, vt offerentium mentes instruat. Quo pacto? Ea à nobis exigendo, quae verè Deus in desiderio habeat, nempe, mundum, & sincerum cor: vt ipsi incorporemur, & verum spirituale Sacrificium perficiatur. Sic ornati, sic abluti, & mundi accedant Sacerdotes, vt tanti Sacrificij digni facti, maxima reportent lucra: vt quemadmodum Dominus non nostra; sed nos exposcit, & desiderat: ita illi non lucrum in prospectu habeant; sed Domino frui, ei adhaerere, cum ipso agere, & diem transigere absque vlla animi offensione, aut casu inter irruentes occasionem procellas. Non quod damnum, pro stipe Missam dicere: sed, quod nollem hanc habere pro fine; & hac contentos esse, si alia desint, quae verè procuranda, & assequenda sint ad Deo gratum exhibendum seruitium.

Nec tacebo, Sacerdotes (cum ex dictis appareat, quanti Ecclesia faciat ornatum, & caeremonias, signaque externa, quibus Sacrificium celebratur) ista summopere in pretio habere: signa enim haud obscura sunt animi compositi, & Deo grati, si gestus, motus, habitus decentiam, grauitatem, & modestiam praefereant. Cum Ioannes ex pilis vestitum, & zonam confectam portaret, apertissime ostendebat, quale vitae genus eligeret. Ad hunc finem presci Patres Missam tot adornatum caeremoniis, & vestibus, luminibus, & odoribus, vt maiestas tanti Sacrificij demonstraretur, inquit Trid. supra cap. 5. ita Sacerdos sui interni puritatem his signis demonstrat. Curent, ne immunda: vestes sacrae sint, ne laceratae. Nullam praetereant caeremoniam, nec indecore exercent; sed magna cum grauitate: qui enim omnibus exemplo sunt, plus istud monstrare debent in actione sacra, & Missa oculis omnium exposita.

CAPVT VIII.

Puritatem maximam exposcit eiusmodi sacra actio.

Nec sufficiunt dicta ad explicandam debitam puritatem ad hoc Sacrificium accessit inunctam Sacerdotibus. Ad hoc caelibes eliguntur, homines probatae virtutis, in diuinis ministeriis exercentur, Ecclesiis dicantur; vt solum tractent caelestia, exposcitur: vt ista omnia animum ad munus exercendum Sacerdotis praeparent. Qualem esse oportet illum, qui Christi representat personam; vestes, actus, motus, signa, quae profert, & verba, quae facit, res, quas tractat, ipsi memoriam reficant. Hac equidem non in externo apparatu sistere debent; sed ab interno nasci virtu-

tum cumulo: alias theatricus Rex esset vestibus solum Reges imitans, quod inane, & solum ad pastum oculorum deseruit. Si enim Dominus in optatis habet secum vnà populum Patri offerre, ipsis vniri, cum hostiae, & Sacerdotis explet vices, quid de Sacrificio ipso putandum est, quem clarius suam esse personam manifestat, & cui tantam confert dignitatem? Ad hoc non contentus in calice vinum sanguinem eius representans fundit, aquam ei adiungit: quod ab initio factum credit Concil. Tridentin. d. sess. 22. cap. 7. quod Christum Dominum ita fecisse credatur. Rationem praestabit Isidorus sic sentiens lib. 1. de diuinis officiis, verbo, Missa: Nam, si vinum tantum quis offerat, sanguis incipit esse sine populo; si autem aqua sola, populus esse incipit sine Christo: quando autem miscetur vtrunque, tunc spirituale Sacramentum, & caeleste perficitur. Quomodo enim stabit, ista probari non posse de Sacerdote offerente, & ipsum Dominum figurante? Tunc quidem sine Christo velut aqua sine vino erit, cum separatus ab eo per culpam accedat, & quantum ad ipsum attinet, verè inanem reddit totius operis formam, ac representationem, nisi velit assumere personam illorum, qui ipsum Cruci affixerunt, reus factus corporis, & sanguinis Domini, non Sacerdotis munus obiens, & Passionem celebrans Domini: quod magno cum dolore repetit Cyprianus de Coena Domini: Tu si templum Spiritus Sancti violas: si intra

Cyprian. te Sacrarium Dei deturpas, & fedas: si de calice Christi cum calice Daemoniorum communicas; contumelia est, non religio; iniuria, non deuotio. Videat Sacerdos, qualis accedat ad sacrum hoc opus, & recordetur, Dominum non omnibus Crucem suam ferendam commendasse; sed Simoni concessisse, qui dicitur obediens: nam, vt inquit Nazianzenus de Sancto Baptismo: Non quibuslibet humeris facile Crux tollenda. Nazianz. Opus enim est, Simonem esse, Deo obediens, praecipis eius obtemperantem; & vt ait Paulus 2. Cor. 4. Semper mortificationem in corporibus nostris circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corpore nostro. Vbi notanda postrema verba: Manifestetur vita Iesu. non larua, & figmentum apparens: sed quod intus lateret vita Christi conforme, hoc ipsum exterius oculis pateat. Doceat nos Clemens Alexandrinus, qui verè dici possunt hanc crucem ferentes: Crucem Domini circumferens, eius sequitur vestigium tanquam Deus. Sic accipe: tanquam sit

Clem. Alex. 1. Strom. Deus, cuius representat personam, cuius passionem exprimit actibus, vestibus, & mysteriis. Deus verè est Sacerdos: ille enim in forma externa habet, quae Deo conueniunt: nec ea solum in exterioribus representare contentus Sacerdos; sed impleat interna puritate, & ardenti charitate, quae oculis omnium in Altari operatur: alioqui oporteret talibus carentem, mitti in maris profundum, mola ad collum eius alligata: nam scandalum praebet, & dignus est tali poena, cum panem indignus conficiat, à quo oporteret abstinerere, si talis reperitur. Sed dices: Occulta sunt Sacerdotis peccata: cui scandalum apponunt, vt cadat? verba enim Christi de alios scandalizantibus intelligenda sunt. Errant plane, quibus contemptis audent contrectare Dominum, existimantes eorum latere peccata, D d 2 &



& nullum lædere, nisi se ipsos, audaces facti, & indigni tanto mysterio: scandala enim paruulis apponuntur, qui facillè in eis impingunt, & cadunt: quis iste paruulus, nisi ipse Dominus? Talem enim credit esse, qui audet ipsum tractare, & suscipere, nec oculos habere ad scelus tantum prospiciendum, nec manus ad puniendum; sed omnia, quæ aduersus ipsum fiunt, ignorare credunt: alias haud auerent cum deformi conscientia ipsum contingere. Consonat Tertulliani de idololatria, c. 6. expositio illius manus præscindenda, si scandalizat te, eodem modo accipienda, & ait: *Quæ magis amputanda manus, quæ in quibus Domini corpus scandalizatur.* Attende verba: *Domini corpus scandalizatur.* quod cadit in manus peccatoris, vt male tractetur, vt offendant ad lapidem, non solum pedem, sed totum corpus; quod cauendum esset, & talem offendentem lapidem oporteret remouere ab Altari. Sicut enim curæ fuit plantatori illius vineæ Isaiæ 5. lapides tollere: *Dilapidauit eam.* ita eiusmodi homines, velut lapides insensibiles facti, durtiem cordis præferentes, dimouendi essent ab Altari, ne Christo Domino scandalum essent, & in eorum caderet manibus. Hoc probauit id, quod refert Lippomanus de Sacerdote indignè accedente: cui post consecrationem puer dolens, & plorans apparuit, quem cum apprehendere vellet, & à patena dimouere, manibus, pedibus, gestibusque, quantum infans inualidus poterat, resistebat, ne ipsum tangeret, & susciperet iniquus Minister. Hos reprobant Sacerdotes Ecclesiæ, & pellit ab Altari, nolens ad illud accedere, quibus dici possunt verba Osæ 4. *Populus meus, quasi Sacerdos, cui contradicitur.* Pondera verba, *cui contradicitur:* ipsa conscientia malitia aduersus eum insurgit, & pulsat cor, ne accedat: Ecclesia ei interdicit accessum. Theodoretus ibi, quis iste Sacerdos sit, explicat: *Sacerdoti reprobo, & qui ex sua dignitate exiit, similes eritis, mea prouidentia deserti, & denudati.* Quasi Sacerdos sit sæculari Iudici concessus, omnibus expoliatus paramentis ad suum obeundum munus destinatis, vt ipsum morti tradat, tanquam hominem indignum iterum ad Altare redire, & morte dignissimum. Verè enim tales Dæmonis personam assument, cuius est falsa dulcedine nos decipere, cum amarum propinet potionem: ar de eo Bernardus epist. 79. *Ille, ille nequissimus falsum mel cum vero felle permiscet.* Similiter isti cum falsa Sacerdotum grauitate, & sanctitate verum miscent fel, vt Deo amarissimam potionem propinent, & ipsum dulcedinis mare amaritudine repleant.

Quales autem esse oporteat Sacerdotes, Dauid docuit Psalm. 131. *Sacerdotes tui induant iustitiam, & Sancti tui exultent.* Non enim contentus esse debet, si indumenta assumat proprii muneris, nisi prius iustitia indutus accedat; quæ virtus totam sanctitatem significat, ornans eam habentem à capite ad pedes: vt, *Sicut in die honestè ambulemus.* Exponens hoc August. 2. lib. aduers. Petil. c. 30. sic ait: *Vt enim quis verus sit Sacerdos, oportet, vt non solo Sacramento, sed iustitia quoque induatur: qui autem solo Sacramento Sacerdos est, quantum ipse non sit verax: quod dat tamen, verum est; sed non dat sum, sed Dei.* Primo loco verum Sacerdotem ornat, non externis paramentis; sed iustitia, & sanctitate: qualem exposcebat Attala-

ricus, vt ex Cassiodoro 8. var. cap. 24. *Professio vestra, ait, celestis est, vos sanctis moribus obedite.* Secundò, damnat eos, qui sola dignitate contenti, de ea gloriantur, cum verè conficiant, & communicent verum Domini corpus, & sanguinem. Sed hoc non proprium est Sacerdotum, vt Domini vices gerentium, talia præstantium. Quare D. Thomas 4. dist. 19. q. 1. art. 2. quæstiunc. 2. ad 4. fatetur, prauum Sacerdotem suum exercentem munus, nihil suum conferre, sed Domini: non enim cum eo incorporatur, nec veri Sacrifici personam præfert, cum ea, quæ præstat, dignitati adscribantur, per quam Deus bona hominibus largitur. Exemplo hoc monstrat Hieronymus de origine animarum loquens: cum quis per prauum concubitum generat fetum, Deus animam infundit: nam factoris manus immunda non tollit, quin bonum per eam missum semen fructus bonos faciat: ita licet generans prauus sit, bonum semen telluri mandauit, & fructum fert, nempe, hominem animam à Deo decoratum. Similiter prauus Sacerdos, licet immunda manu, ore, corde, sacrificer; Dens suum exequitur munus, & benedictionem suam impertit hominibus per illum. Vt nam manus illa sinu contineretur, vt lepra infecta ad operandum non extraheretur. Inde sicut Moyse contingebat, illa, quia otiosa, lepra infecta apparebat; ista, quia operatur, leprosa, recludi digna erat: ne opus ex ea immundum prodiret, & altare contaminaretur, panisque pollueretur: si enim à sæcularibus hæc puritas exposcitur, quid sensendum de Sacerdotibus: Cum Moyses cap. 4. Exodi accedere tentaret, vbi rubus ardens cernebatur, iussus à Deo fuit continere pedem, quousque selueret de pedibus calceamenta; quia terra illa, quam pedibus premebat, sancta erat. Quis Moyses: homo sæcularis, vxorem, & filios habens, pastoritiam exercentis: si autem ab eo tanta exposcitur puritas, & terrorum denudatio, quod terra, cui approximabat, sancta ob Dei præsentiam erat; quid exposceret ab homine Deo dicato, vt ad Altare sanctum accedat, vt cum Deo agat, ipsum contrectet, & tanquam in mundissimo recondat sacrario? Nicænus hoc argumentum conficit de vita Moysis: *Quod si in primo statim aditu calceamenta reprobantur, multo magis à Sacerdotum pede abiciuntur.* Ob id, credo, Sacerdotibus in veteri lege calceamenta negabantur, vt nitidissimis pedibus iter illud peragerent. Si pulchri pedes euangelizantium pacem, quid pedes, & affectus Dominum contrectantium, & offerentium propitiationem pro peccatis. Nazaræi caput, tanquam Deo consecrati, ferrum non tangebant: quod exponens Prosper 2. p. prædict. c. 2. sic habet: *Iam Nazaræus virtus sonat in capite, quoniam viri caput est Christus.* Ferrum caput eius non attinget, vt liber omnino euadat a peccati errore: nihil humanum patiat, qui ita repræsentat Deum, vt ipsum pro capite habeat, & eo decoretur. Induantur ergo iustitia, vt his ornati indumentis sicut in die incendant, honestatem amantes, grauitatem ostentantes, nitorem ostendentes omnibus perspicientibus eos, pulchritudinem patefacientes. Et norandum, quod verba Pauli, *sicut in die,* non accipienda sunt de die solum, cum cora apparent; sed, *sicut,* inquit, quantum non sit: *non in cubilibus, & impudicitis.* vbi occulte noctu peccata

peccata patrantur: vt intelligant Deum imitantem, qui in tenebris lucem emittit, se in tenebricosis, & latentibus locis semper eandem formam seruaturus. Cur fabulosi Sacerdotes noctu sacrificia conficiebant, rogat Clemens 4. Strom. *Ne dormiantur igitur, vt reliqui; sed vigilemus, & sobrii simus: qui enim dormiunt, noctu dormiunt; & qui inebriantur, noctu inebriantur: nos autem cum simus diei, sobrii simus, induentes lorica fidei, & caritatis.* Qui enim Deum imitatur, tenebrarum lumen eius non infirmum, haud dubium reddunt: vt enim ait idem Clemens supra: *Hæc est, quæ sit, quoad eius fieri potest, cum Deo assimilatio, mentem conseruare in ea habitudine, ac relatione, quæ sit in iis, quæ sunt eadem.* Pro omni igitur tempore hæc patitas tenenda est.

Nec existiment hæc limitate ad solum mortalis impedimentum ad Deum accedendum: plura enim ab eis exiguntur: nec solum indignè repellendi; sed indignè accedentes: hi sunt, qui muneri debita non apponunt. Iam pauca diximus de grauitate, in cellu, spatiofis passibus, verbis, & exhibitis signis; iam de vestium decenti munditia. At reitit eos pellicere ad Dei amorem ardentem. His armis incedere oportere aiebat Clemens supra, fide, & charitate: illa excitanda est ad tanti boni considerandam magnitudinem; ista ad inflammandum cor, ne siccò corde, & frigida mente ista agrediantur. Hos arguit Cyprianus merito, qui cum mel, & oleum de petra fugere deberent, arida omnia, & frigida inueniunt: *Veniatis, qui verbo tenus, corde siccò, & mente aridi sacris participant donis, lambunt quidem petram; sed nec mel fugunt, nec oleum, qui nec aliqua charitatis dulcedine, nec Spiritus Sancti pinguedine vegetantur, nec se iudicant, nec Sacramenta diuificant, sed sicut cibus omnibus irreuerentes sacris vtuntur numeribus, & Dominica Mensa in veste lumentia, se ingerunt impudenter.* Videant Sacerdotes, ne ista eis contingant, nec tales inueniantur, vt omni destituantur diuina gratia sapore. Non enim (inquit) accedunt sine charitate; sed sine charitatis dulcedine, & Spiritus Sancti pinguedine: quod ad saporem sentiendum deseruit. Petrus, cum Dominum à se exire clamaret: *Quia homo peccator ego sum.* num mortale sentiebat, & eo decentus præpediebatur cum Domino esse: Minime: sed stupor circūcederat eum, quare non sentiebat feruentis charitatis dulcedinem, non fidei vigorem: idè indignus iudicabatur, qui prope Dominum degeret. Petrus Chrysol. Serm. 147. *Hoc dicebat: quia quidquid amoris, & fidei erat, pondus panoris extinxerat.* Cum ergo Sacerdos, vel per nimium stuporem, tristitiam, curam, sollicitudinem, affectum ad humana se expoliatus senserit diuino lumine, ardore cordis, tunc si dicat: *Exi à me, Domine: quia homo peccator ego sum.* rem gratissimam Deo tentabit. Nec, inquit Petrus, ego à te præcindor, diuidor, separor: sed tu exi à me: id per peccatum euenit: nos Deum deserimus, & ab eo diuellimur: at cum non adest feruor spiritus, deuotionis promptitudo, charitatis ardor, fidei attentio, ipse exit à nobis, quasi censens non mereri, vt ad nos properet veniat: perperam enim ei præstabitur hospitium, cum desint domus ornamenta:

Tertull.

Isaia 5.

Lippoman.

Osæ 4.

Theodoret.

Bernard.

Psalm. 131.

Roman. 13.

August.

D. Thom.

Exod. 4. 6.

Exod. 4.

Nicæn.

Iudæ. 16. 17.

Prosper.

Clem. Alex.

Idem.

Cyprian. de Cæn. Dom.

Luc. 5. 8.

Chrysol.

& licet non semper liceat à Sacrificio cessare; aliquando hac motum ratione nolle Deo appropinquare, gratum ei erit: quoniam reuerentia ad hoc mouet; & humilitas vera propriam recognoscens statum. Quod si accedere decreuerit, intelligat talem considerationem propriæ indigentia: & Deum mouebit, & cor excitabit ad ea fugiendum, quæ hoc aridum, & minus benè paratum reddebant; & Dominus præbebit auxilia, quibus lacrymæ, & feruor excitentur.

Nec enim omnem stuporem damnamus; sed prouenientem ex nimio humanarum rerum affectu, turbantem, & arefacientem cor. Nam non raro stupor, quasi motus Spiritus Sancti præcedit ad maiora parandum animum. Cum in vnum coniuncti essent Apostoli in cenaculo Actor. 2. *Factus est repente sonus, tanquam aduentus spiritus uehementis.* qui quidem quantum metum incuteret, signum prædicens Spiritus Sancti aduentum erat. Chrylostomus in illud Luca: *Erunt terræ motus magni per loca.* ait: *Terræ motus quandoque promissionis indicium: sicut orantibus Apostolis commotus est locus, ubi erant orantes.* Verè enim ad excitandum metum ex reuerentia tanti appropinquantis Domini, opus fuit ista præcedere; non vt fugerent Apostoli; sed vt humilitate, & charitate ornati ipsum susciperent. Angelus Mariam salutans, metum illi iniecit, & turbata est ex sermone, cui, vt timorem pelleret, suadet Angelus, vt amor succederet, quo exciperet tantum hospitem. Petrus Chrysol. Ser. 14. *Stupuit altiando, quia ingressu Angeli virgo sensit diuinitatis ingressum.* Eiusmodi stupor potius Deum vocat, quam abigit: suadet ei appropinquare, quam ab eo discedere. Quasi maris, & Iordanis aquas arguens Propheta ait: *Quid est tibi, mare, quod fugisti & tu, Iordanis, quia conuersus es retrorsum?* Quantum respondeat, à facie Domini motam esse terram, quid mirum, si ipsi fugiamus eius præsentiam? Nam, licet facies Domini terribilis sit, vestita carne nostra haud fugere cogit; sed accedere, & reuerenter suscipere suadet. Cyrillus Hierosol. cateches. 12. *Assumpsit carnem Dominus, vt mare videns sustineret, & Iordanis sine timore illum susciperet.* Non quod humanitas, & sub velamine specierum ista cooperta nos audaces faciat ad indignè Dominum tractandum; sed vt credamus, nobis compati, & velle se humanum præbere: nobisque appropinquare, ne ab eo fugiamus. Hoc tamen plus excitat amoris flamas, quam irreuerentiam, & cordis ariditatem. Daniel. 10. *Teigit me quasi manus hominis.* Num metum incussit? Nequaquam: sed lenis manus Prophetam liniuit, blanditiis prouocauit, vt Domini propinquitatem sustineret, nec ab eo discederet. Cyrillus supra: *Non enim poterat aliter recreari Daniel: experientia igitur nostra infirmitatis ostensa, recipit hoc Dominus, quod homo requirit.* Quid Deus recipit? Carnem nostram. Ad quid? Ad exigentiam curandum nostram: quod infirmi sumus, quod blanditiis egeamus, quod potius duci amore sit homini congruum, quam timore: quia quod maior Domini erga nos amor, & humanitas, eo actiores ex cordibus nostris flamas excitabit. Imò non raro ista inueniuntur, cum imparati accedimus, & potius luctum, quam deuotionem ex Missa capimus: tunc quidem quærentes vnum, aliud inuenimus, propter affluentem huius sacrificij pietatem.

Abor. 2.

Luc. 21. 11.

Chrysol.

Luc. 1.

Chrysol.

Psalm. 123. 3.

Cyrril. Hier.

Dan. 10.

Cyrril.

Luce. 1.

Chryfip. Ier.

Nato Domino super foenum, in praesepio ipsum collocavit Marer: in Bethlehem utique, quae domus panis dicitur, ut bruta animantia, quarentia pastum suum, foenum, videlicet, ipsum Dominum in domo panis panem effectum susciperent. Chryfippus Ierosol. de laudibus Virgin. *Et pro instanto occurrentes homines irracionales, sensus rationalis participes efficeret.* Ita euenit saepe hominibus, Missam ob stipem potius, quam ad dei deuotionem, & desiderio cum Domino conuersandi: pastum hi inueniunt animae, Deum inter foenum agnoscunt, & venerantur lacrymas excitantem, & plurima conferentem bona. Verum hoc ab ipso rei tanta exordio querendum est, & magna preparatione assequendum.

CAPVT IX.

Castitatis ornamenta congruunt Sacerdotibus.

Genes. 39.

Basil. Sel.

Iob 9.

Greg. Mag.

Quamuis omnia praua recensita plurimum condecorant Sacerdotes, possemus de illis affirmare, quod de Iosepho, Iacobi filio, circumfertur, & communi omnium praeconio laudatur; castitatem non solum custodisse, sed pro ea viriliter decertasse: ita ut inter omnes eius virtutes (in polymita veste, qua a patre decoratus fuit, designatas) castitatem miscuisse, & aliis caput eleuasse, adeo ut videatur hanc solam tenuisse virtutem: quod ponderans Basil. de Seleucia orat. 8. de eo, sic fatur: *Nonnulli profecto solum inuenis temperantiam obstupescens, eius solius laudationi vacant, & oratione circa virtutem unam occupata, vniuersum concertationum examen in angustum redigunt.* Ita Patres Sacerdotes alloquentes, hanc praeclearam ab eis exigunt virtutem, eam laudant, ut digni appareant Ministri, & Sacrificorum exequantur munus, ut dignè ornati Deo adsint, ut omnia decore incesso compleant: quasi ea deficiente nulla aliarum cura eos sollicitet, & indigni efficiantur sacris ornari vestibus, ut dicere merito possint illud Iob cap. 9. *Abominantur me vestimenta mea.* Non inquit: Ego abominabar. sed, ipsa indignabantur me ornare, tanquam eis indui indignum. Nudus enim lepra indutus iacebat in sterquilinio: nec vestes eum tangere, & operire dignabantur, ne macularentur: ita Sacerdotes maculas habentes, & lepra infecti luxuria, indui haud possunt vestibus sacris, recusantibus ad eum operiendum accedere, ne maculas animi contrahant, & contagio inficiantur. Hoc Gregorius 9. Moral. cap. 19. *Abominantur nos vestimenta: quia abominabiles nos reddunt,* de turpitudinis vitio loquens. Quid enim abominabilius excogitari potest, quam ornatum sacris paramentis cernere Sacerdotem hac macula, & lepra luxuria maculatum? Omnibus odiosus fit, eum fugiunt, & maledictis impetunt: adeo ut durius sit sic affectum Sacerdotem, quam Daemonem conspiceret. Sunt enim quadam corporis vitia, quae deformitatem non afferunt, nec eis commaculati timetur; nec contractare ægrum durum est, quem febris tenet, stomachi dolor, aut lateris punctura: quadam vero ægritudines ita corpus maculant, & pu-

stulas foras mittunt, ut nec talia habentes à longè prospicere audeant eos curantes ob aspectum, & pessimum odorem fugiunt: ut Iob contigit, qui horrore erat vxoris suae, & halitum eius ferre non poterat, ut ipse conqueritur. Sunt similiter animae ægritudines, quae hunc excitant horrorem, ut luxuria, quae quasi lepra, pustulas, & maculas emittens, & prauum odorem exhalans, horrore est omnibus prospicientibus eam: praecipue cum hanc ægritudinem habentes, ad Sacra accedere tentant, & Ministri munus obire praesumunt. Ideò terra corruptioni assimilatur hoc vitium, de quo legimus Genes. 6. *Omnis quippe caro corruerat viam suam.* Quod si eiusmodi plagas non abominamur, nec talia gestantes abolerentur; idè euenit, quod tam frequens est, Sacerdotes iis infectos accedere ad sacra munia: ob id enim horrore omnibus non sunt, nec vi pelluntur ab altaribus, nec discedunt à sacro Officio horum interuentu celebrato. Ne tantum serpat malum, sed in desuetudinem abeat; & horrorem, ac abominacionem in omnibus excitet, necessum est, eos suadere, ita viuere, & tantam amare ab hoc vitio alienationem, ut omnibus indignissimum iudicetur eis approximari, si aliquem hoc vitio tabescentem conspexerint: & merito ab omnibus talis deseretur, ut impleta facie ignominia, ex nota peccati exorta, conuertatur à via praua, & honestè, sicut in die, incedat. Quare hoc deficiente vitio, omnia pariter defecisse creduntur. Sicut istud corruptioni comparant, ita sanitati eius abolitio. Cui cõsonat Iobi sententia c. 34. *Deficiet omnis caro simul,* non quidem pro huius interitum; sed quod vitium caro dictam: extinguitur, & in vitæ puritatem mutatur. Gregorius 24. Moral. cap. 12. exponens dictum: *Omnis caro pariter deficiet.* sic habet: *Cuius praesidens spiritus cuncta eius fluxa refringit.* Deficiat, & omninò intereat eiusmodi carnis macula, hæc lepra totum inficiens hominem, ut Spiritus Sancti eluceat virtus, & sacerdotali dignitati debitum splendor conferatur, & ad tantum exhibendum officium animus pararetur. Quod si tentationes nondum defecerint, adhuc exagitant animum, pulsantque, ingressum exposcentes; certandum est, quia molestum, & importunum vitium non citò cursu eradicatur, & penitus interit, cum de eo dicat Cassian. lib. 6. Institut. cap. 7. *Esse immane bellum, & longum pro ceteris, ac diuturnum.* Sed hæc ad coronam augendam sunt, & ut cautiore talia certamina sustinentes efficiantur. Et quamuis hoc pensum ferè omnes soluant, quomodo id praestandum docet Paulus ad Romanos dicens: *Debitores carnis non sumus, ut secundum carnem viuamus.* non negat debitum; sed addit, non secundum carnem ob illud soluendum, viuendum; id est, consensum praestando carnis punitionibus, & molestiis, quibus exagitur, & commouetur. Origenes lib. 6. in Epist. ad Rom. sic exponit eiusmodi debiti solutionem: *Quia non secundum carnem viuere est, non carnis desiderii indulgere: in hoc ergo negat, nos carnis debitores esse.* Ad hoc spiritus iuuamen praestatur certantibus pro castitate, & eam prolixè firmatibus, ut tandem multis affectibus victoriis pace potiatum animus: nec vinci à

fœmina

Iudith. 13. 20.

Ambros.

Rom. 13.

Ambros.

Nazianz.

Psal. 138. 11.

Clem. Alex.

Psal. 34.

August.

Psal. 57. 9.

August.

fœmina nostri mueris est, quae periculis obfita, & molestiis Assyriorum agitata ob insignem pulchritudinem, quam auidè appetebant, & ardentè amabant, eorum euasit retiacula, & castitate decorata omnes prostravit in acie hostes: quod laudans Ambrosius 2. Offic. cap. 13. ait: *Non expavit mortis periculum; sed nec pudoris, quod est grauius bonis fœminis.* Quid praestare debeat vir grauis, ornatus, ac decoratus Sacerdotio, Deo frequens affecla, eius tenens latus; cum foemina armata diuino fauore tot vicerit castitatis oïores, & luxuria seortatores? Id Rom. 13. saepe superius inculcatum, dicere est opus: *Abiciamus opera tenebrarum.* Ea facilitate, qua abiicitur trita, & indecens vestis, ut lucidis, & pulcherrimis induamur ornamentis; quasi velit Apostolus praemittenda ad sacrum Officiu obendum, nempe, omninò deserere quaeque impudica, nomine operum tenebrarum comprehensa. Ut enim in illum locum notauit Ambrosius aiens: *Tenebrarum enim opera sunt vitia carnis. Nobis dicuntur,* inquit rationem reddens Nazianzenus orat. 25. *quia furta noctis sunt, & fures noctis tempus ad operiendâ crimina sua expectant.* Et Luca 12. Christus docuit: tum etiam, quod obsecratur mens potius hoc, quàm aliis vitis: *Nox illuminatio mea in deliciis meis.* Quasi velit carni deditos habere pro lumine, & fulgore, quae noctis tempore patrantur mala, & eiusmodi vitis mentem irretitam tenent. Ut enim etiam ex Clemente 4. Strom. dicebamus: *Nocte quis inebriatur, & nocte dormit: ita nocte eiusmodi peccata sunt, cum homo à diuinis laboribus vacat, & somno traditur, corpisque amplius deliciatur, & ab aliis cessans, ista vitia acrius appetit.* Opera ergo ista tenebrarum abiicienda sunt, adeo ut noctis tempore non disceptet ab illo, quo vestimur lucis indumentis ad agendum cum Deo. Quod Clemens supra sic docuit: *Nocturnam quoque vitæ institutionem, tanquam quae interdum operetur, duram, & immaculatam imperat custodire.* Duo enim in nocte experimur; vnum, lucis defectum; alteru, sensu alienationem: somnus quidem sensum deprimit. Hæc duo carnis vitio congruunt, ut proprie dicatur tenebrarum: deest lux, non capit homo, quae decent, & statui ipsius congruunt: non Solem videt, cui per officium approximatur, Psalmo 34. *Fiant via illorum tenebrae, & lubricum: & Angelus Domini persequens eos.* Augustinus sic exposuit: nam quid tenebrosum, & lubricosum, quam carnis vitium? *Lubricum quis non caueat? Lubricum est luxuria.* Quid aliud impedit, ne videat Sacerdos Solem Christu? Respondeat David: *Supercecidit ignis, & non viderunt Solem.* Ignis concupiscentiae, luxuria, libidinis incendia occupauerunt mentem, eam caligine obsecratur, ne videret Solem Christum praesentem factum, & eiusmodi vitia abhorrentem. Augustinus ibi: *Time, Fratres, ignem male concupiscentia, si non vultis perire à facie Dei.* Hæc carnales later, cum eo agere haud timent; eum tamen indigni sint ei approximari. Ut enim sequentia verba attendas, inquit David: *Et Angelus Domini coarctans eos.* quod de malo, ac persequere accipiedu est: qui quidè duo praestat: vnu cõstringere, cõtinerè, & velut chamo, ac fræno iniecto coarctare hominè: nū ne accedat? an, ut statū proprium

agnoscat, & peniteat de peccato commissos Minime: sed quemadmodum tenebrae pedes continent, ne ulterius quis incedat: ita iniectæ tenebrae luxuriae hominem vapore compellunt à cognitione miseri sui status: quare tunc temporis soluit eiusmodi hominem, ut velut vacca lasciuens acta ab stimulo molestæ muscæ, currat per apertos luxuriae campos. Id contigit porcis illis, in quos ingrediendî Dæmonibus concessa est à Domino facultas, Marci 5. *Quare praecipites se dant? Quia porci sunt imunditiarum amantes: quos Dæmones impellunt, ut vehementius se praecipitent.* Remigius ibi: *Nullum animal est immundius porco: & Dæmones semper in spurcitiis delectantur.* Hæc in luxuria deditis Diabolus operatur, ut seruiant libidini, nec ad sensum redeant. Secundum, quod nox secum affert, est somnum excitare, & à ratione homines alienare: cū enim Iob cap. 31. puritatè animi sui, & corporis exprimeret velle, & quam longè esset ab alienæ cupiditate, imò ab aspectu virginis, addit: *Nunquid non perditio est iniquo, & alienatio operantibus iniustitiam?* Hæc nota verba, quibus insinuat hoc vitium alienare, & abducere homines à ratione. De insensatis dicere solemus, alienatos esse à ratione; nullum signum animi rationis compotis præbere: ita luxuria ligat hominem, & à rationis alienat vsu: vnde de illo prodigo Lucae 15. legitur: *Adhæsit vnicuique regionis illius.* S. Thomas 1. 2. q. 73. art. 5. luxuriam vocat peccatum adhæsiõis: *Peccatum luxuria est maxime adhærentia insatiabilis: est enim delectabilis appetitus. Quare homines hebetes reddit, & velut bruta, quae sine ratione aguntur, ostro appetitus seruntur à carnis desiderii.* Quare rimenda est eiusmodi animi plaga, nec locus ei præbendus, ne ingressa, difficile, aut nunquam curetur. Licet de tentationibus dixerimus perpetuò latenter pulsare, & acrem excitare pugnam; id tolerandum est, eò quod sic certando merita augentur: at, si locus pateat luxuriæ; adhæret anima, & lepra similis effecta, vix curam accipit, & ab animo pellitur. Hoc expressit Bernardus Serm. 6. de triplici aduentu, in medium proferens illum à Dæmone possessum ab infantia, de quo Marci 9. qui spumas ex ore mittebat, dentibus stridebat, vestes dilacerabat, & toto corpore commouebatur, & penè mortuus iacebat: & addit: *Genus illud peccati, quod toties conturbat nos, (concupiscentiam loquor,) reprimi quidem debet; sed non eiicitur, nisi in morte, quando sic discerpimur, ut anima separetur à corpore.* Quam dira fera hæc sit, euentus frequentes docent: quanto studio cauendum ab ea, dignitas, & puritas sacerdotalis. Ut enim hoc exemplo probemus, & argumenta à minori ad maius, à mendacio ad veritatem, à figura ad rem, ab umbra ad corpus sumamus; quales Sacrificos expoposcerat cæca gentilitas, quales prisca lex, oculis obiciamus: ut inde constet apertissimè, hanc virtutem semper fuisse in optatis, semper à Sacerdotibus expetitam, semper creditam ipsorum dignum ornamentum; & sine qua minimè liceret sacris accedere ministeriis. Lex omnibus indicabatur à Pontificibus: *Ad Dinos aduenit castè.* De quo Cicero 2. Cicero, de legibus, de corporis puritate, & animi allatam accipit sententiam. Melius Philo libro

D d 4



Philo. Macrob. Clem. Alex. Plutarch. Tibull. Quid. Valer. Hieron. 2. Reg. 6. Columell. Plutarch. Ambros.

de Monarchia, ubi pulchritudinem Sacerdotum pennis depingit, & addit: Quae omnia mihi videntur ornatus decorum, ac integrum corpus figurat referenda ad perfectionem animae: nam, si mortale corpus Sacerdotis inspicere oportet, ne quo contactum sit viuis, quanto magis, immortalem animam? Macrobius 1. Saturnal. cap. 23. refert, Assyrios nomine Iouis Solem coluisse, cuius simulacrum Principes populi humeris gestabant: ad quod multis purificabantur modis, & castitatem apprime seruabant indennem. In Epidauris, ut refert Clemens 5. Stromat. haec scripta verba pendebant: Castum oportet templum sanctum introeuntem esse. Plutarchus in Alexandro lib. 2. cap. 18. Patriam Romanam statuat dicitur honestati, quae intinuit: Praterquam à castissima matrona, nulli eam attingere liceat. Nam, ut inquit Tibullus lib. 2. eleg. 1. Casta placent Superis: pura cum veste venie. Vestae Ministri non modo casti, sed virgines erant. De omnibus Ouidius 2. Fastor. Cesta Sacerdotum tempora fronde legit. Et 4. Fastor. refert, tres fuisse Sorores Opis, & Saturni filias, Inonem, Cererem, & Vestam: haec nuptias recusauit: & addit: Quid mirum, virgo si virgine laeta ministra Admittit castus in sua sacra manus? Nec Dij puritatem amantes haec in Sacerdotibus, aut Sacerdotissis ornamenta poscebant; sed etiam qui vitae deliciosae se dederunt, castitatis solliciti fuerunt. Bacchus, cuius sacrificia ed tendebant, ut homines vino inebriarentur, & libertatem compararent faciendi, quae dedecent homines ratione ornatos; Sacerdotes exposcebat castitatis amantes. Huius Numinis sacrificia instituit Orpheus, & solis foeminis hoc munus concessit, cum menstruum patiuntur fluxum, qua de causa immunes sunt à viri consortio. Venus etiam in hoc honestatis signa exhibuit, castitatem ministris suae ara indicens. Valerius refert lib. 8. Sulpitiam, castissimam foeminam, huius Deae Ministram lectam: Ne aliqua deinceps hac dote non decorata aueret tale obire munus: hoc ita institutum, ne deesse religiosum cultus, si legerent impuras foeminas; quia nulla se impudicam haberi vellet. Quae omnia abunde probant, quanto in pretio fuerit castitas apud prisca Sacerdotes: ut eam cordi habeant hi, qui Deo dicantur, tanquam sui muneris praecipuum ornamentum. Veniamus ad veteris Legis instituta, ut castitas Sacerdotum tunc temporis sacris dicatorum monstraretur: licet enim habere vxores haud prohiberetur eis; cum muneri suo operam dabant, ab eis abstinebant: aded ut Ozae mortem Arcam tangentis adscribant graues Authores, ut Hieronymus in 2. lib. Regum: Quia post vxoris concubitum, manus admouit Arca Domini. Refert Columella, & idem docet Plutarchus de causis naturalibus, cap. 36. apem castissimam auiculam, quae mella conficit, & inter flores semper versatur, odio prosequi impuros: ob id enim pungit luxuria deditos. Quid mirum, si ipse Dominus, in quo puritas enitet maxima, odio prosequatur, pungat, & percutiat Ministros ipsum contingentes, hoc vitio laborantes? Quare autem eis permittitur ducere vxores; id verò prohibitum nouae legis Ministris? Ambrosius in epist. ad Timoth. cap. 13. diserimen

A assignat. Illi enim non perpetuo, sed per vices suas sacris astabant: plurimos enim habebat Sacrificos Lex vetus: quod etiam Lucas cap. 1. aperte probat de Zacharia loquens: Cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante Deum. Et hunc vocat de vice Abia: quasi diceret, de choro Abia, qui praecipuus erat inter eos, qui tunc temporis Altari ministrabant: finita tamen hebdomada aliis attendebant muneribus, domi vacabant, ab Altari recedebant: ne ergo intemperanter viuerent, vxoris consortium eis concedebatur. Et addit Sanctus Doctor: Nostri Sacerdotes non per vices, sed quotidie sacrificant. Ac per hoc omnes à conuentu, ximina abstinerere debent: quia necesse est, eos quotidie praesidio esse Ecclesiae, nec habere dilationem, ut post conuentum purificetur legitimi, sicut veteres, quibus concessum est, quia multo tempore in templo non videbantur; sed erant priuari. Ut hinc appareat, castitatem nouorum Sacerdotum fortius vrgere, quam veterum, à quibus auctoritas ortum habuit. Seneca in declamationibus refert in ore praeconum versari: Sacerdos casta castus, purus pura sit: quod munus foeminis commendabatur; quia facilius in eis haec virtus reperiretur. Et omnia antiquorum exempla considerans Ambrosius 1. de virginibus, ait: Habemus ergo auctoritatem versutis à saeculo, plenitudinem professionis à Christo. Quasi velit, maiora nunc exposci, quam antiquitas, quantum omne genus hominum hac virtutem Sacerdotis cognatam fecerit. Repetit idem Ambrosius: Virginitas affectatur à Gentibus; sed consecrata violatur. Quis mihi praetendit Veste virgines, & Palladis Sacerdotes? Qualis ista est non morum pudicitia, sed amorum, quae non perpetuitate, sed aetate praescribitur? O mysteria! o mores! Exclamet, quasi cohaereant haec duo, ob mysteriorum magnitudinem, morum exposcere puritatem: quod virginitas probat idem Sanctus, relictis antiquitatis Sacerdotibus, comparans saeculares Sacerdotibus, & quanta puritas illorum desideretur, etiam in veteri Lege probat ex cap. 19. Exodi: Et lauabis vestimenta sua. Hinc arguit: Si populus sine ablutione vestimentorum suorum prohibebatur accedere ad hostiam suam, tu illos mente pariter, & corpore, accedes pro aliis supplicare, audes pro aliis ministrare? Quod si durum hoc iudicetur, & ad praxim minime reuocari posse, quis censeat, audiat eundem Ambrosius. Magna haec videntur, & nimis seuera; sed in magno munere non superflua. Quis te cogit Sacerdotis gradum tenere: nonne in potestate tua erat alium laxiorem legere viuendi modum? Verum, ubi hunc ascenderis, magnitudo muneris hos mores exposcit. O mysteria! o mores! repere, & nihil nimis durum tibi videbitur; sed minus, quam mysteriorum celsitudo postuler. Nec videtur, per quas rimas peccata occupare possint Sacerdotum animum, cum quotidie ad Sacra peragendum accedant. Quod non cum ipso sanguine peccati, manifestum est, ne horrendum sacrilegium eis adscribatur, ne temerarij censeantur, & digni aeterna punitione. Dies ipsa tanti suscepti beneficij, ad culpam immunditiae locum negat: altera, cum Deo dicitur ad idem repetendum munus, qua fronte ingressum inuenier? Quare semper munitus incedet, ne culpa labatur pes, & à veri tramite deuiet.

Luc. 1. Idem. Seneca. Ambros. Idem. August. 1. Reg. 21. Cyprian. Idem. Clem. Alex. Exod. 19. Idem 1. Of. 5. Idem.

CAPVT X.

A quibus abstinere oporteat Sacerdotes, ut castitatem colant.

Quod si contingat peccato maculari, remedium ad manum habet, ut surgat, qui ceciderat: immundus mundetur, & debito ordine peragat diuina mysteria. Quod Bernardus haud obscure docuit libr. sententiar. Iudas Hebraeorum populum ex Iuda, & Leui Sacerdotium accepisse: & Christus eorum sumit iunctionem: quod qualiter conueniat, & ex omnium interpretatione, poterit coniectari. Iudas confessionem significat, Leui ipse meus, vel ipse pro me, vel (ut alij) copulatus: quae simul huic sensum componunt: Confessus Sacerdos copulari Domino potest, & ad sacra habet accessum. Hoc quidem negandum est Sacerdotibus, & hac ratione probandum ex Ambrosio 1. Offic. cap. 50. Sane ubi duo honestas, quod honestius est, praeparandum putent. Sacerdotes alloquimur, qui perfectorum fortiantur statum, & ab eis perfecta exiguntur. Ponderet ergo ex his duobus: accedere post Confessionem, aut contritionem, si Confessoris copia desit: aut tunc non accedere, sed ob Numinis reuerentiam ab Altari separari: quid horum prudens iudicabit decentius, honestius, ac statui suo congruentius? Haud dubie hoc fecudum: ne tam recenter ex luto extractus ad mundissimum Sacrificium procedat: relinquit enim peccatum foetidum, & horrendam imaginem, inanique simulacra, & da vestigia in memoria, quae nimis animum conturbant, & ad commissura reuocant, ut ea memoria euoluat, & cogitatione contretet; quod indignissimum est. Audiant Augustinum Serm. 37. tom. 10. refertantem memoriam veterum Sacerdotum, & gentium ministrorum. Dauid negatur panis sanctus, quousque probet accessum ad vxorem haud habuisse ab heri, & nudius tertius: Quid facere nos debemus, o miseri Sacerdotes, propter corpus Domini accipiendum? Cum degerent in Ethiopia Sacerdotes matrimonio copulati, ad vxores semel in anno accedebant, quo die à mysteriis abstinerebant. Pageni Doctores fidelium facti sunt, & peccatores, & meretrices praecesserunt fideles in regno Dei. Legant Cypriani sententiam, epist. 72. ad Stephanum scribentis: monet, Sacerdotem praenitentem admittendum esse; sed potius quasi saecularem, quam ut Sacerdotem: Satis habeant, quod admittantur ad pacem, nec debere eos reuerentes, ea apud nos ordinationis, & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellauerunt. Quare ista seuerè iniuncta? Rationem idem reddit: Oportet enim Sacerdotes, & Ministros, qui Altari, & Sacrificiis deseruiunt, integros, atque immaculatos esse. Congruit huic sententiae Clementis iudicium 4. Strom. Soli ergo hi, qui puram agunt vitam, vere sunt Dei Sacerdotes. Non quod per peccatum dignitatem amittant; sed quod vsum, quousque omnino repurgatus animus priori restituatur nitore. Sicut adulter non dissoluit matrimonium; amittit tamen thori vsum: ita castè non viuentes, & adulecantes contra Dominum, non expedit ad sacra accedere, quousque ab omni face mundati inueniantur, & vestigia etiam praeteriti peccati omnino euauerint.

Sacerdotes castos futuros ad Sacrificium nitidissimum tractandum probauimus: nunc restat, huic muro antemurale ponere: ut castitatis custodia efficiatur. Supponimus, verum alloqui Dei ministrum, qui non ficta persona merito dici queat: sed, ut ita interius verè existat, qualis externa praedicat forma: quare potius hunc internum decorem prospicientes, necessaria ad eum obrinendum proponemus. Hoc Paulus ad Rom. 13. expressit, cum commendat tenebrarum opera pellere, & arma lucis indui: non comessationibus, & ebrietatibus vacandum, non impudicitis locum concedendum; sed Iesum Christum induendum: quasi velit, nullo alio ornamento dignitati nostrae respondere decentius, quam si Christi imitemur formam, & ipsum pro indumento nobis aptemus. In quo duo: id, quod exterius oculis omnium patebat; & interior fons, unde illa manabant opera. Tales Sacerdotes esse oportet, Christi aemulatores, externam tenentes grauitatem, modestiam in omnibus, vigilem curam, & intus omni decorati virtute, à qua velut è fonte irriguus ille externus emanet, ac pullulet: sicut aiebat Tertullianus de Christiana pudicitia, ut emanet ab animo ad actum: ut eructet à conscientia in superficiem. Hoc Chrysostr. hom. 25. in ad Roman. sic intelligit: Homo enim indutus id esse videtur, quo indutus est: apparat itaque in nobis Christus. Quid enim oculis omnium patet clarius, quam id, quo quis indutus est? Ergo, si Christo induti sumus, in actibus, gestibus, verbis, motibus, conuersatione, ipse appareat, ut omnes merito credant, nos Christi imitatores esse. Id probat Deuter. 33. Moyses Leui alloquens: Leui quoque ait: Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & indicasti ad aquas contradictionis, qui dixit patri suo, & matri suae: Nescio vos. Leuitica Tribus Sacerdotio fungebatur, & diuinis muneribus dicata erat: nec solum personas notat, nempe, Aaronem, & Leuitas à Moysè adscitos ad seuerè puniendum idololatrias: sed id, quod munus Deo dicatorum exposcit; nempe, veritatis amatores esse, & id, quod foris representant, intus tenere: quod perfecti sint, doctrina ornati, quod in tentationibus probati: non iracundi, litigiosi, iniuriarum vindicatores, malum pro malo reddentes, qui pro Deo negent parentes, notos, & cognatos, cum Deo soli attendere illis sit iniunctum. Ambrosius sic dictum testimonium profert: Date Leui viros eius: date Leui manifestos eius: date Leui sortem suffragij sui, & veritatis eius viro sancto, quem tentauerunt in tentationibus, & maledixerunt super aquam contradictionis: qui dicit patri suo, & matri suae: Non noui te. Et exponens, quid sit veros, & manifestos Deo concedere, ait: Illi ergo veri eius, & manifesti eius, qui nihil in corde doli habeant, nihil fraudis occultent, sed verba eius custodiant, & in corde suo confitentur: qui parentis officio suo nouerint praefere-

A Idem. B Idem. C Tertull. Chrysostr. D Deuter. 33. E Ambros. 1. Offic. 5.

dos, qui violatores oderunt castitatis, pudicitia vel castitatis iniuriam. Alludit ad Aarōn portantem in pectore doctrinam, & veritatem, & ad Levitici chori Ministros, qui impudicos, & idololatrias interfecerunt, nulli parcere; quavis eis sanguine coniunctus esset: si enim tales exposcit Ministros, videant, quibus ornamentis indutos incedere oporteat, quantum amare debeant verum Christi indumentum, & ipsum gestare in corde, non in externa tantum forma ipsum representare: ne larva potius, quam vera Dei imago sint. Videant, quæ Paulus ab eis exposcat ad Coloss. 1. *Qui dignos nos fecit in partem Sanctorum sortis in lumine.* Ponderandum verbum, *in lumine*: vel quod Christi propinquitas lux solaris dicatur, qua illustrati ad plura videmur teneri, quam ceteri homines, cum ipsum tam frequenter præ oculis habeamus, cum eo conuerseremur, & eius degustemus mores. Notavit Ambrosius 1. Offic. cap. 50. cæteris omnia tabernaculi vasa cooperta tradi, solis Sacerdotibus sine velamine tradebantur, ut cognoscerent diuina, & ea venerarentur, aludens ad illud: *Date Levi viros eius, date manifestos eius.* Propterea sortem Sanctorum eos vocat. Contigit eis Deus in sortem, & hereditatis præclaræ in partem: quare Sancti, id est, Deo dicati, & consecrati merito dicuntur. De quibus Philo de somniis, ait: *Quod si Sanctus, vique dedicatus. Nihil ergo posthac profanum contrectantes.* Vide, quam longè ab humanis actibus eos esse vult, cur præstita eis sit portio ex sacrario, ut toti se Deo dedant, & negent omnia, quæ mundi sunt. Quibus congruit illud Pauli 1. Cor. 4. *Omnia nanque vestra sunt,* (ob abundantiam bonorum eis collatam, & miram pietatem.) *vos autem Christi.* Quasi fors eius, ut nulli cedant, nec alteri debitam soluant, nisi ipsi. Perditi homines hanc abiectionem seruitutem, illa verba Sap. 2. assumunt: *Nemo nostrum exors sit luxuria nostra, quoniam hæc est pars nostra, hæc est fors nostra.* Pro, luxuria, Græcus, *insolentia, petulantia, ferocia.* Hæc omnia luxuriæ licentia secum affert: nullam Deo seruitutem præstant, nihil cum eo habere recognoscunt; sed more Dæmonum inelamant: *Quid tibi, & nobis?* At Sacerdotes nulla potiuntur sorte, nulla parte, nisi Deo: sic inician- tur, & diuino obsequio traduntur, ac mancipantur: *Dominus pars hereditatis mea, & calicis mei: tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.* Pulchre Ambrosius apud eos comparat Serm. 83. in qua tria contemplantur, conficere mel, pastum purissimum querere, aculeo elaboratum fau- um ab insurgentibus hostibus defendere. Sic ait: *Rectè comparantur apibus Sacerdotes: quia, sicut apes castitatem corporis præferunt, cibum vite celestis exhibent, aculeum legis exerunt: puri enim ad sanctificationem, suaves ad refectiōem, seueri sunt ad vitionem.* Ecce Sacerdotum formam præscriptam cernes: quibus iniungitur castitas, & puritas morum, quod celesti pascantur alimento: quod eis concessa acriter defendant, ne irrepant tentationes: ne locum præbeant his, quæ dedecent Sacerdotes. Qui enim tor bonis condecoratur, & pascitur, opus est ea seruare, & in pectoris recondere sacrario; ne indulgeat vitiiis, & indigna sui ministerij tractet. Rogat Clemens Alexandrinus, quare iis

Coloss. 1.

Ambros.

Philo.

1. Cor. 4.

Sap. 2.

Luca 4. 34.

Psal. 115.

Ambros.

A prohibitum mortuos tangere. 48. Strom. & ait, non hoc de corporibus intelligenda; sed, quod peccatum, & inobediencia carnalis, & in corpore versatur, sicut mortua, & ideo abominanda. Quasi velit, significari hoc præcepto, quam longe esse oporteat à carnalium contagio, ut tanquam purissimæ apes, inter flores verentur, ut mella conficiant, & nitorem conferent conscientiæ. Quare indutus Christo commendat Paulus Rom. 13. *Curam carnis ne feceritis in desiderijs.* Rom. 13. Quod ita accipe non solum in opere; sed nec in desiderijs: quatenus Sacerdotum puritas exposcat externam, & internam munditiam, & ab humanis perfectam alienationem.

B Si ista desint, quavis apparentia adsint, quid Sacerdotes, nisi ficti homines erunt, similes statuarum, in quam versa fuit Lot vxor, formam feminæ retinens, & falsis; sed non veritatem; de qua Philo de somniis, quare hoc ei contigerit, sic exponit: *Males à tergo relicta respicere, vanam gloriam, cæcas diuitias, demerent formositatem: stabit in anima statua, tabescente paulatim: sal enim res est parum solida.* Causam si attendas, videbis Sacerdotibus apprimè congruere, cum à munere degenerant, & se immiscent sæculi bonis, ac carnis oblectationibus, posthabentes eis commendata, & reuersum facientes ad veritatem, eisque seuerè prohibita. Quare manet in eis statua, siue apparens dignitatis inanitas, figmentum Sacerdotis, & more salis parum durabilis, euanescent: & quæ apparent bona, etiam perdet: omnibusque manifesti eius defectus fiunt. Quare talium peccata teterrimè exhalant odorem, & peioris fiunt conditionis, quam si in seculari habitu degerent, & tunc ea praua opera facerent. Cyprianus de singulari Cleric. *Bonum pudicitia efficit fornicus insanari, peius est quam mæchiam, continentiam ducere criminiosam, & insanam facere sanctimoniam. Blasphemiam ingerit religioni, qui quodcospicietur, non ante omnes impleuerit, ne Christianitas credatur esse fallacia, & mæchiam videatur esse sanctitatis velamento vestita.* Quæ ista cum Christi formam tenere? Quanto fœdius hæc fiunt à Sacerdotibus, sanctitatis præferentibus personam, quam à sæculi hominibus? Quare omnia, quæ ad munus suum spectant, indignissimè executioni mandantur. Quod fens Bernardus Serm. de Coena Domini, sic ait: *Cruentia conscientia ad diuina accedunt Sacrificia: comedunt sine timore, & sine reuerentia carnes Agni, qui presidet in calo, sicut carnes, quæ venduntur in foro: non sicut Sacerdotes assistunt in Altario; sed sicut caruifices in macello. Graue igitur pondus, graue est periculum huius honoris. Aqua lance utrunque ponderatur, pondus, videlicet, & periculum; dignitas, & prauus vsus: quod foris apparet boni, & intrus latet prauæ dispositionis: nec parum timenda est hæc falsis exinanitio: nam, in quo saluatur, haud habet. Quare, si semel, quod exigit tantum munus, contemptui detur, corrumpit dignitas: & vsus ipsius in prauissimum vertitur abusus. Audiamus eundem Bernardum supra exponentem verba Ioannis: *Qui manducat panem meum, leuabit contra me calcaneum suum.* Quid pane isto pretiosius, quid vilius, quam pedibus calcatum? Ita in pretio habetur Dominicus panis ab iis, qui diuina conculcant, & contemnunt suæ dignitatis*

Clem. Alex.

Rom. 13.

Genes. 19. 26.

Philo.

Cyprian.

Bernard.

Ioan. 13. 18.

Bernard.

Math. 22.

13.

Rom. 13.

Ambros.

Math. 5.

Bernard.

Rom. 7.

Chryso.

Leuit. 4.

Chryso.

dignitatis honorè. Sic ait: *Quanti de Altari vitium qui Altari non seruiunt. Hæc! quod magis dolendum est, quanti Sacerdotes, sed falsi Sacerdotes, qui panem Christi, corpus Christi sumunt ore, & Christum conculcant pede; putidi factore luxuria, infecti veneno nequitiæ? Hi sunt Iuda Iscariot, qui nisi se in melius commutauerint, vitium nati non essent.* Ecce, per quos gradus Sacerdos descendit, & ad contemptum deuenit diuinorum: nam solum referunt nunciis formam in exterioribus. Quis crederet à conuiuio expulsum hominem, solum quod nuptialem vestem externam haud deferret? aut quomodo id latere potuit ministros, qui talem ferre non possent indecentiam? Ea enim ornamenta ei deerant oculis Domini nota, non hominum. Quod optimè exposuit Ambrosius in 13. ad Rom. in id: *Abiiciamus opera tenebrarum, & induamini Iesum Christum.* sic ait: *Tenebrarum sunt opera vite carnalis, quæ illecebris agitur secularibus. Hæc digna est tenebris, sicut dicit Dominus: Tollite illum, & ligatis manibus, & pedibus, mittite in tenebras exteriores.* Et ad indumentum Christi exponendum accedens, ait: *Hic induet Christum, qui se ab omni errore, & turpitudine separauerit: ne in conuiuio celestium nuptiarum sine veste inuentus, turpiter abiectus tenebris mancipetur.* In quo facto aliqua notanda sunt. Primò, cur vnus solus foras mittitur: Quia singularem significat hominem, cæteris eminentiorem, quales sunt Sacerdotes. Secundò, cur hæc non differtur pœna, sed à mensa ad tenebras missum illum facit? Ne dilatione punitionis sacrilegia augmentum sumant: nam difficile tales corriguntur, si semel contemptum dent, calcantque hunc panem. Ideò cum sal infatuatur, & euanescent, ad nihilum valet, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus, ne ipsum audeat Dominum conculcare. Bernardus Serm. de Coena Domini: *Gradus quippe iste, gradus casualis est, gradus iudicialis: nisi meritis illustraretur dignitas vntionis, digna nobilitate morum, exercitatione virtutum, & instantia bonorum operum.* Quam congruè rationem reddidit huius citæ punitionis! cum per gradus à supremis ad ima descenditur, nisi virtutibus decoretur sacerdotalis dignitas. Vnde discernimen assignans Paulus Rom. 7. inter eos, qui sine lege, & in lege peccant: & illos sine lege puniri, hos secundum legem, significare intendit, sæculares primos, extremos Sacerdotes esse: illi sine lege peccant, quod non ad eam attendant, & quasi carentes pedagogo liberè incedant, nec statim paratam habent vitionem: at Sacerdotes hanc habent: & quemadmodum peccantes in legem à Præsede statim puniuntur, nec penitentia expectatur; ita Sacerdotes miserè inter diuina intereunt. Nam quò plus doctrina acceperunt (inquit Chryl. in Psal. 6.) *eo maius habebunt supplicium.* Cur pro Sacerdote eadem victima offerretur, quæ pro vniuerso populo litari esset in lege: Leuit. 4. Idem Chryso. Id significat, quod quo maior auctoritas, eo est grauius eorum, qui peccant, supplicium. Tertio, cur ligari manus, & pedes iubet? Nullum efficacius remedium hoc malum habet, quam hos homines indumentum Christi vacuos arcere à mensa, prohibere accessum ad sacra. Quarto, cur tenebris mandatur? Pœna hæc culpæ responderet: nam in tenebris degentes, nullus nisi Deus

A prospicit; ei solum patent. Quare in pœnam, quod oculis Dei non se ornauerint intus: sed solum ad hominum conspectum fallendum, tenebris mandantur externis. Præterea, quasi ad sæculum reuocantur, vbi non lucis opera; sed tenebrarum sunt in vsu.

Ex his omnibus videant Sacerdotes, quantum sua interfit à longè omnem euellere occasionem indecenter incedendi. Notent verba sæpè repetita Pauli Rom. 13. *Abiiciamus opera tenebrarum.* Quasi longè à nobis pellendo, quæ obstare possint huic nitenti, decentiæ, & grauitati. Longè fiant à comestationibus (ut Paulus ibi monet: ) nam ibi plurimum grauitatis deperditur, & locus datur in compositis motibus. Eos alloquens Clemens 7. Strom. ait: *Ad coniuales epulas raro veniet, nisi si quod amicitiam, concordiamque, & confessionem profuerit conuiuium, ut veniat, ei persuaserit.* Quare quas frequenter ornant mentas, fugiant: nam ibi pudor, temperantia, grauitas perit. Has vocat Ambrosius in 13. ad Rom. *comestationes: Comestationes sunt luxuriosa conuiuia, ut neminem illic pudeat aliquid inhoneste dicere, aut facere.* Ob id enim Clem. 2. pedag. risum vocat luxuriæ præcursorum: nec alio sine influitur eiusmodi socialia conuiuia, ut ait idem Ambrosius: *Hic ad hoc conuenitur.* Quare Paulus comestationibus adiunxit ebrietates, vini comotationes vsque ad nauseam, aut vomitum. *Copia vini* (ait S. Doctot.) *incitatur libidinis diuersa voluptas.* Vnde (ut Theophylactus ibi ait) vinum non tollitur, sed inebriatio, & excessiua comotationes: *Ipsam temulentia arcet: ex temulentia enim impudicitia profluunt.* Si vuarum vsus Iudæis prohibebatur, ne vini amantes fierent, à longè remedium apponens lex ebrietati & luxuriæ, quid Sacerdotibus non commendandum, ut muneris suo satisfaciant, arcendi à mensis, à comotationibus, ab indecoro risu, ne grauitas periclitetur? Vnde dictum sibi credant illud Clementis 2. pedag. c. 4. *Amor autem, & ebrietas, & que ratione carent affectiones, à nostro choro procul amandentur.* Semper enim gestare oportet prædictum Christi indumentum. Quare? Ambrosius supra: *Et inuolui per Christum, ab his malis se retineant.* Ceteris Sacerdotes sub ceruicali, cum somno se dabant, folia vitis ponebant, quæ castitati seruiunt: à sale abstinebant, qui pruritus carnis excitat: non eis licebat hederam tangere, amoris symbolum, de qua Plutarchus de auditoris officio: *Que amplexu suo omnia vinciat.* Hæc & alia apud Alexand. supra.

Inter cætera sollicitiores esse oportet in abi- gendis fœminarum consortiis: hæc enim pericula proxima sunt maximè Sacerdotis, ob duo. Primum, propter fœminarum abstinentiam. Quare quæuis periculum secum affert: quantum enim ob statum hoc vetitum sit Dei Ministris, tantò in omnibus periculum inuenitur: nam carens luxu non tam formositate prouocatur, quam desiderio extinguendi libidinem, ad quod quæuis sufficit fœmina: nulla horrorem excitat, sed carnem accendit. Quomodo Sapient. 17. catena vocatur hoc vitium. *Vna enim catena tenebrarum omnes erant obligati.* Vbi plurimum fortitudinis, & duritiæ huic catenæ confert, si vna tot liget homines,

Rom. 13.

Clem. Alex.

Ambros.

Clem. Alex.

Ambros.

Theophyl.

Num. 6. 4.

Ambros.

Plutarch. Alex.

Sap. 17.



Genes. 6.

Prover. 6.

Cyprian.

Luc. 1. 80.

Chrysol.

Cyprian.

Marci 9.

mines. Hæc sic accipio, vt de hoc vitio intelligantur prædicta verba, quod vna, non plures catenæ dicuntur, cum tot fœminarum sit diuersitas: vt significet, non homines vinciri hæc ferrea catena, quia istæ, aut pulchræ, aut decoræ, aut ornatae, aut diuites sunt; sed quia fœminæ sunt, omnibus commune. In caristia ornatus, & decoris, cum fœminæ crudæ, & incomptæ essent, filios Dei deceperunt, & ad luxum traxerunt, vnde monstra nata sunt: vt intelligas, quancunque secum hoc afferre periculum. Quod expressit Salomon Proverb. 6. *Mulier viri pretiosam animam capit.* Notanda, quæ opponuntur; mulier viro; vilis, & abiectæ sortis, pretiosæ animæ, quam deprædatur: quasi dicat: Infirma, ac debilis fœmina, qua mulier est, virum fortem superat, ligat, & catena sui amoris vincit, & ipsa pro mercibus vilibus pretiosam comparat animam. Quod Cyprianus de Clericorum singular. sic exponit: *Quantos leones dormit vna muliebris infirmitas, delicata, que cum sit vilis, & misera, de magnis efficit prædara?* Infans Ioannes eremum petit, fœminarum fugiens confortium, ne leui saltim maculare vitam fame possit: & tamen à fœmina neci traditus est. Quod ponderans Petrus Chrysofologus Sermone 174. ait: *Quis est, qui inter fœminas viuens, euasurum se sine labe maxima, sine cautione confidit, nisi is, qui Sancto alitur Spiritu?* Nec ista dicentes, possibile reputamus, fœminas Sacerdotes fugere posse, cum frequens sit eas domus curam gerentes tenere. Hoc solum in desiderio est, (vt secundo malo etiam occurramus, famæ, videlicet, periculo, quæ periclitari solet, cum Sacerdotes inter domesticos lares fœminas ministras habent, nulli parentes ætati linguæ mutuantium, vt d. libro de singular. Cleric. probat Cyprianus,) vt has habeant, si alia via necessitati suæ subuenire non possint, quas nullus merito notare possit: verum eas etiam tunc longè in eadem domo coniuuantes à se pellant, nec mensæ inferuiant, nec edenda apponant, nec prope se habeant, & harum cubiculum distitum sit à Sacerdotum lecto, eas grauissimè alloquantur, nullum signum amoris exhibeant, nullum eis secretum credant, non placidè cum eis agant, non iocentur cum eis: nam quæuis istorum signa, leuitatis indicia sunt, & facillè animum imbecillum reddunt, ad luxumque alliciunt. Credeat hoc malum securitate taciturnitatis fœminarum, domesticarum necessitate, cuius remedium in concilianda herorum voluntate firmant: existimantes hac via in totum suarum rerum potestatem habituras, & ad libitum vsuras. Quare apertissimè intelligant, in quanto versentur periculo, & opus habere diuino fauore, ad hanc domesticam luctam sustinendam, quin vinci, & vinciri se sinant. Hoc habet remedium, quod Christus præbuit Discipulis ad debellandum, & pellendum Dæmonem, aïens: *Hoc genus non eiicitur, nisi in oratione, & ieiunio.* Marci 9. Vbi notandum, orationem ad animam spectare; ieiunium verò ad corpus affligendum: ieiunium voco continentiam, non solum ciborum abstinentiam; sed quidquid ad temperantiam spectat. Ieiunet Sacerdos à verbis, iocis, ebrietate, comestationi-

bus, & cum fœminis communicatione; & animus oratione exerceatur, vt caelestè pastum, quod roboretur, & in bono firmetur, comparet. Audiamus Cassianum hunc exponentem locum lib. 6. cap. 1. ait: *Duplex nanque est oppugnatio, gemino armata vitio, consurgens ad prelium: & idcirco gemina est ei acie resistendum: siquidem, vt morbo carnis, animas, concretum vires acquirit; ita nisi utrisque pariter dimicantibus, nequit debellari.* Gemina ergo acies oratio est, & ieiunium; vna animum eleuans ad superna; altera corpus continens, & comprimens, ne blanditiis molliatur, effœminetur, declinetque à grauitate, vt dignus Deo minister perpetuò perseueret dicatus.

CAPVT II.

Quam adhibere oporteat curam ad castitatis munimen.

Tanta quidem vrget Sacerdotes castitatis custodiendæ obligatio; tam ingentia se illis offerunt pericula eam decolorandi, vt licet multi simus in eiusmodi themate, non fastidiosi legentibus existimari possimus: nec omitenda, quæ restant dicenda, iudicamus; verè enim præcipuum Dei ministrorum ornamentum hæc virtus est, & summa cura custodienda, & augenda. Nihil incomptum prisca Sacerdotum res ferebant, cum ornatiissimi incederent, nisi pedes, quos nudos gestabant: vbi enim proximus periculum se offerebat, ibi nullum appositum erat præsidium, nullum obstant remedium: vt summa diligentia suppleret ornatus, & calcamentorum defectum: vt videre licet in illa Cant. 5. quæ munditiei horum pedum sollicita dicebat: *Lani pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Vbi notauit Ambrosius in Psal. 118. & Sermone. 1. non dixisse: *Quomodo iterum lauabo eos?* sed, *Quomodo iterum inquinabo?* Quasi velit sollicitudinem iterum non recidendi, sed pericula vitandi eam tenere. *Cane* (ait) *iterum cupiditatis illuuiem, ne lenientem actus foridibus inquinemur.* Vt enim eiusmodi adhibeatur cautela, duo Sacerdotes cogunt: primum, casus periculum: secundum, famæ, & opinionis detrimentum, Virginitatis imitantur conditionem: nam fama facillimè in his læditur; & quæuis leuis occasio, magna reputatur, propter summam decentiam, quæ in virginibus exposcitur.

Ad primum vt redeamus, quanta sit castitas Sacerdotibus commendata, imnus ipsum eis iniunctum satis declarat: & ex dictis aperte constat. Quare autem in eis potius periclitetur eiusmodi ornamentum, idè est, vt dicebamus, quia acrius hoc stimulo feriuntur; tum ob ætatem, tum ob desertudinem carnalia tractandi, & solum sectandi caelestia. De his enim dicere possumus, quæ Ambrosius lib. de virginibus, exhortatur eisdem: *Ipsa est anima, que se Christo aperit, quam nulli vapores carnis exagitant.* Cum ergo ista à longè quoad vsum sint, & vitam cælibem ducant, irrepunt tentationes, pulsant fores crebrè inimicus, quouis leui vento exagitur animus, & à quiete deturbatur. Quare istis Deo dicatis parua magnum periculum affe-

Cassian.

Pallad.

Ambros.

Hebr. 1. 34.

2. Reg. 11.

Theodore.

Bernard.

Plato.

Gillibert.

Nican. de vita Moyfis.

Canit. 5.

Ambros.

Ambros.

tunt: Dæmones enim, more mulcarum, putiora, & candidiora maculis vitare sollicitè quarunt; & faces accendunt sumpta occasione status purissimi, iuuentutis Sacerdotum, solitudinis, & mundalium separationis. Legimus in Palladij Lausiaca, Patres illos vitam eremiticam agentes, acerrimas carnis sustinuisse tentationes, solum ex voce fœminæ audita, ex pedis vestigio impresso arenæ, ex aliquo calcamento, aliòve ornamento fœmineo viso, ignem euaporabat caro. Hæc curantur consuetudine sustinendi, & temperatè viuendi. Ponderans Ambrosius d. Psalmo 118. Sermone. 1. verba superius adducta: *Quomodo inquinabo illos?* quandam sentit impossibilitatem significare: vide verò eam capefferit, explicat sic: *Consuetudo enim boni vsus prauitatis veteris anisit.* Cum enim fortes facti sint in bello, castra vertunt exterorum, & facillè ipsa luctandi consuetudine ista leuia reputantur.

Præterea hoc malum ipsa otiositate augeatur. Sacerdotes frequenter non multum corpus fatigant, & pensum muneris ita soluant, vt tempus vacuum ab occupationibus habeant: tunc enim vrget tentationes, & carnis motus hostis exagitat, phantasma fingit, memoriam onerat, & res vilas etiam sine studio, internis repræsentat sensibus, & cum tempus vacat ea cogitandi, & repulsa facta iterum ea inculcandi, & ita molestandi animum, vires bellum sumit, & acre certamen indicit. Dauid affluens laboribus, & bellicosus Dux, cum hostibus crebrè certare solebat: semel tamen otiosus manens in Regia, stimulos carnis expertus fuit, & surgens à lecto contempletus est à longè fœminam, quam concupiuit, & libidini seruire coëgit. Eo tempore hoc ei contigit, quo solent Reges ad bella procedere; ipse tamen in otio domi degebat. Quæ duo ponderans Theodoretus q. 25. in Reg. lib. videlicet, cum laboribus incumberet, & otio vacaret, ait: *Diuinus Dauid, cum Saül eum persequeretur, se sapienter gessit: & cum esset in acie, mentemque exercebat in belli cura, ex legibus diuinis vitam suam administrabat. Parnas autem affectus inducias, passus est lapsam. Verè magnum, & vehemens est bellum remissio, & delicia, & regnum, & potestas, & forma corporis, & post cibi satietatem insulatus: quo tempore etiam his, qui se exercent ad castitatem, accenditur scintilla, vt qua irrigationem habeat nutrimentum.* Quæ omnia Sacerdotibus aptari possunt, vt videant, in qua stupa ignis iste accendatur. Bernardus in Vita sua, comparat parentem, & filium, Dauidem, & Salomonem: quorum ille vir deditus præliis, laboribus, & certaminibus fuit; iste verò deliciis, & ait: *Offendit ei vir sanctus Salomonem peccasse in otio, & absum bono pacis defluxisse in vitia; cum Dauid, pater eius, Absalom filio persequente, permansisset in gratia.* Idè Plato lib. de conuiuio, de amore loquens, ait: *Amor, otiosorum occupatio.* Vt signet, tales quarere homines, quos ad amorem carnalem sollicitet, & in his occupet deliciis, & carnis oblectationibus. Et quasi Platonem exposuisset Gillibertus Sermone. 1. ait: *Libertate, & otio quid accommodatus ad amoris vsus? in otio expeditur affectus, & non*

*parum impenditur illi.* Vt hinc Sacerdotes discant, quantum illorum intersit semper occupatos inueniri, & nunquam huic hosti locum præbere; sed à mane ad finem diei semper aliquod honestum habere negotium, quo tempus impendant, curent; vel spiritualia distribuendo, vel Ecclesiæ inferuendo, vel studiis vacando, vel operam dando lectioni: ne otiositas omnium malorum origo hostilibus iaculis locum præbeat.

Alia via periculum hæc virtus pati solet, si occasiones vrgeant, quarum duo sunt genera: quedam prouocat, irritat, accendit naturam, & variis occupat mentem imaginibus simulacrorum pulchrorum: alia verò non solum commouet, sed casum operatur; ita vt nulla vis resistendi adit; sed statim vincit se ab illa quisque finat, vel ob ardorem amoris, vel quod compar talis ingenij sit, vt laqueos parer suis blanditiis, vel quod experientia animi debilitas satis nota sit. Et quauis prima occasio è medio tollenda sit; secunda omninò vitanda. Prima enim dispositionem; secunda formam peccati inducit. Vnde non fœminarum consortium occasio dicenda, nisi ex dictis aliqua sequantur amoris indicia, & periculi initia. Quare, quæ respectu vnus occasio merito dicenda, aliorum comparatione minimè hoc nomen ei congruit. In conflictu videmus Susannam, & senes in concupiscentia illius astuantes: illi nec erat occasio seniorum præsentia, nec in pomario esse nudam, lauandem se, & vnguentis vngentem inueniri; at senibus scandalum erat; exarserant enim in eius concupiscentia. De illa Chrysofostomus orat. de ipsa: *Hoc mirum videbitur, cum audieritis, vbi esset. In pomario, vbi Euam serpens seduxerat.* Optimè exemplo isto docuit, quod præ manibus habemus: nam fœminæ illi, licet in Paradiso esset, cum serpente conuersari, pomiferum conteri lignum, occasiones lapsus factæ sunt; quare ea vitare, & fugere oportebat: at Susanna nullum carnis ictum experiebatur, nullum infirmitatis æstum; sed virili pectore armata inter hostes castitatis incedebat. Nec hinc licet colligere, similia sine periculo aliis euenire: nam hoc totum ex animi vigore, & odio huius vitij, aliisque circumstantiis iudicandum est. Quare merito damnat Cyprianus lib. de singular. Cleric. eos, qui exemplo Eliæ domum viduæ Sareptanæ frequentantis, posse talia illis contingere sine periculo continentia credunt; & ait: *Quisquis es, qui te vis Eliæ de commoratione viduæ vocari discipulum, prius solitudinis afflictiones, & quadraginta dierum tolera ieiunij exitum; & aut non queres fœminam; aut non erit, qui cum fœmina commoretur.* Et addit: *Parce iam, parce, proteruitas: nunquam tibi sancti consentiunt, qui religiosa, modesta, pudica, verecunda, pudorata cum fœminis negotia peregerunt.* Quasi velit solum cum his conuersandum, vt negotia spiritualia agitentur, ad eas monendum, instruendum, corrigendum; cætera verò aut periculo, aut suspitione non carere, Iacob Laban domum petiit, & metcenatius eius factus per plurimos serauit annos: at eundem fugit. Quomodo ista conueniunt,

Dan. 13.

Chrysof.

3. Reg. 17.

Cyprian.

Genes. 19.

Ambros.

Iob 1.

Origen.

Genes. 31.

Interlin.

Gen. 9. 11.

Ambros.

niunt, iam hominem istum querere, iam fur-  
tim ab eo abscedere? Ambrosius de fuga saeculi,  
cap. 5. sic ista componit. Cum ei adhaesit,  
nulla occasio vigeat cadendi: at, cum fugam  
iniit, paruulos habebat, & vxores, quae pos-  
sent a parente, & auo decipi, & cogi ad ma-  
lum: vt videas, cum res occasio fieri incipit  
recidendi, tollendam esse. Sic ait: *Filios autem  
deteriores habebat, & ideo matris consilio, & diuino  
oraculo, & ipsius Iacob amatoris disciplina voluntate,  
cuius deseritur, & relinquitur.* In Iob haec videre  
licet, qui ditissimus erat, & quae aliis occasio ca-  
dendi sunt, abunde possidebat: sed pro anti-  
doto ei concessum, quod a principio sacer-  
Textus adiungit: *Erant vir simplex, & rectus,*  
&c. quibus armatus nullam diuitiarum causa  
patiebatur iacturam. Origenes in 1. caput Iob:  
*Ex quibus intelligitur, viro, qui Deum amet, nihil  
esse impedimento ad virtutem, religionemque ad-  
piscendam, cum haec externa bona ei non sint negle-  
cta.* Optimè inter virtutes recententur simplici-  
tatis, & rectitudo: ista, ne inclinetur animus  
ad mundi oblectamenta; illa, vt candidè om-  
nia contueatur, nec ea euoluat, & denudet,  
& contempletur impudicè. Quare plerumque hac  
decorati virtute solent cum foeminis agere,  
& cum viris ista, quin eos pulset aliqua leuis  
carnis obiurgatio. Simplicitate maxima ad ista  
non conuertunt oculos, & sicut Eua simplici-  
tate ista sepe viderat veritum lignum, nec  
contemplata illud fuerat, tanquam recidendi  
occasionem; tunc cepit ad malum prouocare,  
cum denudare phantasia initiavit, quae prius  
simpliciter conspexerat. Idola furto suscepta  
apud Rachelem, ob patriam, & auitam reli-  
gionem causa peccandi fuerunt; non ita Iacob,  
qui ea summa facilitate sepeliuit iuxta tere-  
binthum, quem ostendit sedans animum furore  
conciatum Laban, cum Deos sibi subreptos  
fuisse conquereretur, aiens: *Apud quem inue-  
neris Deos tuos, moriatur coram te.* Quae non di-  
ceret, si animum liberum, & ingenium non  
sentiret: & bene inquit, *apud quem,* non, apud  
quam: nam vt ait Interlinealis: *Immunditiam  
auaritia, quasi muliebria patiebatur.* Talium enim  
est, vel idola colere, vel aurum ad ornatum  
venerari. Quare respectu duorum, vnum erit  
alteri periculosa occasio peccandi, alteri idem  
nulla. Id notauit Ambrosius in vino: hoc in  
manu Noë ebrietatem accendit; in Christi ca-  
lice temperantiae, imò virginitatis causa fit:  
vinum enim est, non luxuriam prouocans;  
non caput turbans; sed germinans virgines.  
3. Hexam. cap. 13. ait: *Per vinum paruit defor-  
mitati, qui per diluuium increuit ad gloriam: sed  
Dominus & in eo creatura sua gratiam reserua-  
uit, vt eius fructum iam nobis verteret ad salutem.*  
Vt ex his cognoscas, quando vitanda sint  
scandala; quando verò non in laqueum no-  
biscum conuertentur; sed in magnam vtili-  
tatem, potius pungentis spinæ vices ge-  
rentia, quam excitantia, & prouocantia ad  
luxum.

Duos comites adscire solet animus, vt pro-  
cul à se pellat tentationem impulsus; vnum  
penitentiam, seu corporis castigationem;  
alterum timorem, ac metum, quo & se timeret,  
& vires infestantium virtutem: ille enim non  
cogit ante tentationem adhiberi: ad arma

**A** vocantur milites, cum aduersarij aduersum  
eos insurgunt. Ieiunauit Christus praecuiens  
ieiunio tentationes: at nobis ieiunium non  
inducitur, nisi tentatione excitata. Rationem  
reddidit D. Augustinus Serm. 153. de tempore:  
*Quando simul prelium tentationis inferitur homini,  
ieiunandum est, vt caro impleat castigatione mili-  
tariam, & anima impetret de humilitate victoriam.*  
Quod probauit Tertullianus aduersus Pfy-  
chicos, exemplo Eliae ieiunantis, & addentis  
acrius ieiunium, perseverante tentatione:  
*Nam oportebat in Ecclesia constitui exemplum  
docens tempore pressura viuendum esse ieiunium.* At  
timor, quantum antiquior, tanto securitatem  
maiores victoriae ominat. Vt enim ait Ter-  
tullianus lib. de penitentia: *Timor fundamen-  
tum salutis, presumpcio impedimentum timoris.*  
Quanta vitaret Petrus mala, si timeret, qui  
fluctus salu vehementer exhorruit: ita timen-  
tes à longè pericula, securi incedunt: vitant  
enim hoc acti timore plurima, quae etsi fortè  
scandalum non parent, parant tamen, si ti-  
meantur, humilitatem, & maiorem diuinæ  
misericordiae prouidentiam, ne offendat pes  
ad lapidem. Quod perstrinxit Paulus Ephes. 4.  
aiens: *Nolite locum dare Diabolo.* Quam à longè  
tentationem propellit, cum dato etiam loco,  
adhuc in potestate nostra sit consensus non  
præbere. Famosi fures pueros secum habent,  
qui domibus excipiuntur, nec timentur, & per-  
rimas ostiorum ingredi haud difficile est: isti  
fores reserant, funem è fenestra demittunt,  
quae domi sunt, rimantur, & furibus nota fa-  
ciunt. Nolite ergo dare locum eiusmodi ascelis  
furum: sic enim haud dubie furta omnino in-  
terdicetis, & vitabitis. Cyprianus supra: *Omni  
ergo modo munitus est locus, ubi fuerit thesaurus  
absconditus, ne per vnam cauernam totum parietem  
latro suffodiatur.* Concludit: *Omnes ergo rima, ne  
dicam porta, claudenda sunt, ne per vnum foramen  
castra omnia penetrantur.* Ita timore pericula à  
longè exterminant castitatis amatores. Nec  
satis est, simplices esse, nullum agnoscere ma-  
lum, omnia sincere tractare; ne more colum-  
bae propter solam simplicitatem à rapacibus  
aibus dilacerentur: habeant comitem pru-  
dentiam serpentis, vt à longè pericula vitent,  
non vt lædant alios, sed vt læsionem haud pa-  
tiantur ab hostibus. Vbi enim Isai. 16. expofci-  
tur agni aduentus de petra deserti ad montem  
filiae Sion, adiungitur: *Et erit sicut avis fugiens,  
& pulli de nido auolantes.* Ne noceat mansuetudo  
agni ei, qui de terra periculis obfita aduenat,  
qualis erat vel Arabia petrosa, vel Moab,  
(nam Christus ex Moabitica foemina ortum  
habuit,) cautellam auis volantis teneat, &  
pericula à longè prospicientis, de qua Prou. 1.  
*Frustra iacitur rete iuxta oculos pennatorum.* Inter-  
linealis sic habet in 16. Isaiæ: *Sicut pulli de nido  
ciuissimè volantes, ne à Moabitibus serpentibus deno-  
rentur.* Ecce pericula exorta, visa, & fugata auis  
solicitudine praecuidens venatorum, & au-  
cupum retia. Vnde illa mansuetudo, &  
simplicitas cauta non patitur damnum, quae  
tamen sola periclitaretur. O quantæ virgi-  
nes, & pudicæ foeminae, & incauti Sacerdo-  
tes pericula experti sunt, ob solam simplici-  
tatem, & mansuetudinem, in quibus confi-  
debant, & omne vitare posse periculum existi-  
mabant.

Matth. 4.

August.

Tertull.

3. Reg. 17.

Idem.

Ephes. 4.

Cyprian.

Matth. 10.

Isai. 16.

Prouerb. 1.

Interlin.

August.

Nicæn.

Psal. 54.  
19.  
August.

Ambros.

Idem.

Gen. 32. 25.

Ioan. 14.

mabant. Doceat nos Augustinus lib. 50. homil.  
hom. 20. quid cautela serpentis proficit: *Astuta  
vt serpens sit, non studio nocendi, sed nocentem eua-  
dendi.* Nec sufficit, duo in multis conuenire ad  
virtutem sectandam, & securitatem alteri cre-  
dendam: cum tamen aliquid habeant, quod  
prouocet, & aduersetur puritati, vt cum (sine  
studio nocendi) excitant imagines prauas, in-  
cendia carnis irrepunt ex consortio.

Vide natura prouidam curam: nullum ele-  
mentum alteri coniungit, à quo damnum illa-  
tum refarcire non possent. Si terra, qua sicca est,  
infestari potest ab aqua humiditatem praefere-  
ntem, habet illa frigiditatem, qua se tuerit, & in  
sua perstitit, prope illam, integritate: at ignem  
ab aqua dimouit, quæ non solum humiditati  
aduersetur, sed etiam frigiditati. Rationem per-  
hibet Nicæus 1. 1. Hexam. aiens: *Iniuria a sic-  
citate pronentem propellit ea repugnantia, quam  
habet cum calido.* Quid interest, si duo conue-  
niant; si tamen habet castitas repugnantiam  
cum calore libidinis, quem excitat, & accendit  
compar. alteri proximus. Hoc Dauid probauit,  
& fugit, aiens: *Redimet in pace animam meam ab  
his, qui appropinquant mihi: quoniam in multis erant  
mecum,* vt habet Augustinus. Et concludit: *Ergo  
in paucis non erant mecum: ergo in his mihi  
aduersabantur: ob id enim liberari ab horum  
societate exposcit.* Habet quis socium omnibus  
ornatum donis; verum commouet, irritat con-  
cupiscentiam, suggerit tentationes, periclitatur  
castitas, pellatur foras ob eam repugnantiam,  
quam habet cum calido, id est, cum quiete, &  
pace, quae calidi excitatione bellum indicit. Qui  
autem ista non experitur, dicere de eo postu-  
mus, quae Ambrosius de fuga saeculi, cap. 1. fu-  
gentem Eliam Iezabelem contemplans: *Bea-  
tus, quem delectatio non respicit, quem non inclinat  
voluptas, qui ad inferiora non respicit; quod nec ipsius  
Lor vxor potuit enadere.* Nec, vt dicebamus, omnia  
omnibus periculo sunt, quando ita armati in-  
cedunt, vt vniuersas hostium machinas confrin-  
gant, ac dissipent. Id probat exemplo Iacob  
idem Ambrosius cap. 4. de fuga saeculi; qui qui-  
dem & caelestia contemplatus fuerat, & cum  
Angelo luctans victor euaserat: emarcuit tamen  
eius femur: quod contingit his, qui ex Dei con-  
sortio carnem macerant, & eius infringunt  
aestus. Iste quàm securus incedit, tum in domo  
Laban, inter idola versans; tum cum Esau occur-  
rit, & eius dissimulat mores, ait Ambrosius:  
*Vnde iactantiam carnis eius recidit, quod significat  
femoris stupor.* His ergo viriuitibus, velut gradibus  
quibusdam, mens eius ascendit in celum, & Dei se-  
creta cognouit, & confirmatus est, & repletus, vt La-  
ban seruans domum eius, nihil apud eum inane, nihil  
vacuum reperiret: nulla simulacra, nullam effigiem va-  
nitatis. Ita ait Christus: *Veni enim Princeps huius  
mundi, & in me non habet quidquam,* mundi, vide-  
licet. Qui tanta ornatus puritate, & mortifica-  
tione incedit, absque periculo negotia tractat,  
cum hominibus conuersatur.

Vt supra notauimus, responsum, sicut &  
factum, commune est, ineuitabilem esse fe-  
minarum proximitatem, cum domus curam  
agent, & in humilibus seruiant Sacerdotibus.  
Verum hæc, duo remedia habent. Vnum, ita  
earum officiis vtantur, vt nulla intercedat so-  
cietas, nulla communicatio; sed à longè mi-

nisteria expleant: nec tamen (si dici potest)  
faciem Domini videant: quod notauit Am-  
brosius Serm. 86. illud ponderans 4. Regum 6. 4. Reg. 6.  
Angeli turmatim descendebant, vt iuarent  
Elisæum; sed vidit illos iuga montium occu-  
pantes; cum tamen periculum esset in valle,  
vbi ciuitas sita erat. Vnde conicit S. Doctor,  
Angelorum esse puritatem, amantium sic nos  
iuuare, vt à longè stent, occasiones contagij  
contrahendi: *Ipsa enim locorum proximitas hoc  
demonstrat, quod descendentes de caelo, non nisi iuga  
montium sibi vicina calcauerint.* Hoc contingit his,  
qui peste infectis occurrunt, qui à longè, &  
contra aëris flatum eos statuunt: ita, quae nos  
inficere possunt suo contubernio, conductu-  
dine, conspectu, allocutione, à longè sint,  
necesse est. Nec obstant ministeria, in quibus  
occupantur: nam ista rarè dominorum con-  
spectum exposcunt, & ferè semper in eorum  
hinc absentia.

Quod si hoc molestum sit, aliud præbeat  
remedium Cyprianus de singulari Cleric. & in  
vfu esse expertus sum Sacerdotibus probata  
virtutis: quo duo vitant, & pericula castitatis  
propriae, & familiarium, & fama: detrimen-  
tum. Cur non ad hæc ministeria homines assu-  
muntur? quid aequè bene talia, si eis alluescant,  
conficere possint? sicut ad ecclesiastica isti le-  
guntur, possunt ad domestica exercenda assumi,  
& domus pace fructur, & pulso periculo omnia  
feliciter curent. Audiamus Cyprianum: *Stupeo  
autem huius peruersitatis arbitrium, vt à Clericis  
ad communiatem, sumina magis, quam masculus  
eligatur. Nunquid tantum mulier vilior est com-  
modis Clerici, quantum prodest masculus continens?  
aut ipsa erit decens vtilitas, quam indecens commu-  
nitas fecit?* Religiosi viri hominibus ista com-  
mendant, nec desunt illis necessaria ad corpus  
ministeria. Demus tamen, necessariam esse  
foeminam: afferri solet: *Vbi non est mulier, in-  
gemiscit ager.* quod in sacra Pagina nunquam  
legi; sed cauendum ab eis, & periculis refertam  
earum conuersationem: verum, si periculum  
adeit, præponendum est corporis necessitati;  
cum Dominus ad vitandum scandala pedem,  
& manum dexteram amputanda esse præcipiat.  
Addat hæc Cyprianus supra: *Sed, etsi sumina  
vilior existimatur, non oportet carnalia emolumenta  
præponere vtilitatibus spiritalium commodorum.* De  
necessariis ad corporis commoda verba Domi-  
nica explicat Saluianus 3. de gubernatore: &  
hæc, si damnum inferant, eicienda, ampu-  
tandaque esse probat his verbis: *Rectè nobis Saluian.  
presentium ministeriorum officia subtrahimus, ne  
aeterni ignis tormenta patiamur.* Audiant, quae ca-  
neant, sacri Canones, quibus, tanquam proba-  
tibus testibus, credendum est. Caput 1. de co-  
habitatione cleric. matrem, amitam, sororem  
à domo Sacerdotum pellit: quia instigante  
Diabolo, & in illis scelus perpetratum repe-  
ritur: aut etiam in pedissequis earundem. Si  
enim in his solum occasio vigeret, quantum citius  
abiiciendas fore iuberet? Nec vbi suspicio est,  
abiuratione satis esse patitur ius, sed excom-  
municatione feriendos Clericos, vsque dum  
taliu consortium fugiant, vt habetur cap.  
Cleric. eodem titulo, vsque ad suspensio-  
nem, & depositionem poena currit, nisi ob-  
temperent Rectorum censuris. Cap. Sicut  
Ec 2 ad



ad extirpandam. & cap. Si autem. eodem titulo. Quare cauens hoc periculum, eas solum tenere permittit, quæ nullam suspicionem ingenerare possint, in quibus naturale fœdus nihil permittit fœui criminis suspicari. Hoc habetur cap. A nobis. supra.

Nec solum periculis ingruentibus occurrendum; sed etiam famæ detrimento, quæ sæpè periclitatur, si cum fœminis Sacerdos commoretur: tum, quod sit res periculis plena, fœminas intra lares tenere, & castitatem illibatam seruare, cum præter duos, vel tres, pauci testes domi commorentur, & vel prodigenda est fama, vel curanda. Primum contingit his, qui non attendunt ad populi clamores; illud Senecæ assumentes: *Conscientia satis sit: nihil in famam laborantes: sequatur vel mala, dum bene mereris.* Ponunt os suum in caelum, Sanctis non parcentes, quid mirum, si in scirpo nodum requirant? Et cum luxuria ignis sit, licet domi accensus; foras tamen fumum exhalat: quanuis silentio, & parietum occlusione contineatur famæ mala odor ad externos peruenit. Hieronymus lib. 2. aduers. Iouin. *Quæ ardentem prius libidinem quasi verecundia vestibus tegebatur, nudata est, & exposita.* Nec desunt milites velut ex equo Troiano exeuntes, qui famæ detrimento sint: tales serui, aut fœminæ, aut ancillæ odio, vel inuidia, quæ latent domi, omnibus manifesta faciunt. At, si curanda est fama, ne pereat, non solum conscientia consulenda; sed, quæ apparêt signa, & populi rumor vitandi. Paulus 1. Thessal. 5. intellectu, & non sensu omnia probare monet, & bona tenere: addit tamen: *Ab omni specie mali abstinete vos. Ab omni,* inquit, (vt notauit Theophylactus,) quod nihil excipiat, etiam si res bona sit, nullum adsit periculum, nihil horum, quæ circumferuntur, cucinat; adhuc restat species mali, seu apparentia peccati, quæ è medio tollenda est. *Non solum* (inquit Lyra) *abstinendum est à malo; sed ab eo, quod habet apparentiam mali, propter scandalum vitandum, saltem quoad vspice declaretur illud, quod est licitum.* Ita theologice Suarez lib. 3. de charit. disp. 10. sect. 3. n. 3. confirmat illud Pauli Rom. 14. *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater meus offenditur, aut impingit, aut infirmatur,* vt habet Theophylactus, qui explicat verbum, aut impingit; ex parte offensæ fragilitas adest; ex parte verò dantis occasionem, culpa notatur: *Quia dixit eum impingere, ostendit eum caculentem: huiusmodi enim impingitur. Ideo ait Paulus ibi: Omnia quidem munda; sed malum est homini, qui offendiculum manducat.* Vnde Theophylactus colligit: *Ego te dico abstinere oportere ab omni, quod offendit fratrem: non, quia malum sit, omnia enim munda; sed, quia offendit.* In hoc enim omnes Sacerdotes instruendi sunt, vt ab omni specie mali abstineant. Hieronymus de vita Cler. *Caveto omnes suspensiones, & quidquid probabiliter fugi potest, ne fingatur, aut deuita.* Quæ prudens præuisio illorum est, qui de bono nomine curam habent, & consideratione præuia, ex personæ qualitate, ætate, & propriâ infirmitatis notant, & aduertunt talem societatem rumorem excitaturam.

Eluditur eiusmodi doctrina, & quam simul docet Cyprianus de singular. cleric. distinctione facta inter scandalum passiuum, & actiuum: &

Senec.

Hieronym.

1. Thess. 1. 5. Theophyl.

Lyra.

Suarez. Rom. 14.

Theophyl.

Idem.

Hieron.

cum nulla vera detur occasio. ex parte operantium, scandalum passiuum erit; hoc tamen peccatum ex parte tale commouentis est, vt docet D. Thomas 2. 2. q. 43. art. 2. Nihilominus idem D. Thom. S. Doctor ibi, scandalum vitandum vocat, cum aliqua nascitur species mali, quanuis causa lateat, nec externis signis prodatur, aut probetur: & tunc peccatum erit ex parte operantis, & tenebitur illud vitare; non quidem propter veritatem; sed ob speciem mali ex sodalicio, & frequentî communicatione ortam: tunc enim ait: *Dimittendum est semper propter proximi charitatem, ex qua vnusquisque tenetur saluti proximi præuidere.* Et sic qui non dimittit, contra charitatem agit. Vt enim scandalum non sit purè passiuum; sed aliquo modo actiuum; opus est, vt aliquod fundamentum adsit ex parte sic conuersantium: vt si quis horum non sit bona fama: si aliqua eluceant amoris signa: si Sacerdos in aliis occasionibus infirmum animum ostenderit, & forma fœminæ sit ad irretiendum habilis: si nimis curet vultus fascinum, & ornatus curiositatem; lusibus, & iocis sit facilis; non grauitatem, virginemque modestiam, sed potius dissolutionem in motibus, nutibus, gestu præbet: quanuis id non contingat fieri cum eo, cui incumbit eam moderari.

Hoc tamen ratione probatur: nam, si esset certa præsumptio, teneretur Sacerdos abiicere, & à se pellere talem occasionem: alioqui apud eum pluris æstimaretur fœminæ consortium, quam veritas periculi. Nec enim apud eum veritas palmam ferret, contra vini, Regum, & fœminarum tyrannidem, damnarèque Esdræ sententiam 3. Esdræ 4. vt probat Cyprianus de singular. Cler. Apud quos contra Esdræ mulier potius, quam veritas vicit. At, cum fama idem operatur, ac cum verè malè audiri comparatur, & respectu existimantium malum, idem est esse, ac apparere: ergo tollenda est occasio, ne famæ periclitetur, & proximi infirmi damnum ei adscribatur. Quod si iterum abiciat illud Gal. 1. *Si hominibus placerem, non essem seruus Iesu Christi.* Ergo non propter hominum iudicium, ac beneplacitum, tenetur Sacerdos sciam à domo pellerè? Respondeat Cyprianus supra: *Illic placere hominibus non licet, ubi voluntas hominum non capit Domini voluntatem: ubi verò accipiunt homines, quod ad gloriam proficit Deo, innotescere omnibus ipse Paulus præcipit Rom. 15. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat ad bonam adificationem.* Cum ergo manifestum sit, Dei esse voluntatis, tale vitare contubernium, vt proximi bono consulatur, haud dubiè censendum est, talem occasionem tollere oportere. Nec solum hoc inuenibus conuenit; sed etiam senibus: cum tamen apud externos fama eorum detrimentum patiatur. Et quidem (ait Cyprianus supra) *non hoc inuenibus tantum, sed & senibus congruit, fratrum infirmitati consulere, ne senectus prouocet perire inueniunt, ex qua debent omnia salutaria documenta procedere.* Vnde Suarez d. disp. 10. sect. 3. concludit, peccata mortaliter fœminam, ornatu, aut aliis actibus externis prouocantem ad luxum, quanuis non eo sine se ornet, propter debitum ex charitate vitandi infirmorum periculum. *Ego credo obligare ad mortale cum Syluestro* (inquit) *quia est ex suo genere occasio grauis ruina.* Et quanuis hæc communia sint omnibus honestè,

& cum bona fama viuere cupientibus, propriis Sacerdotibus congruunt; qui exemplo aliis sunt, & ad duo tenentur; doctrina populum instruere, & Sacramenta ministrare: quæ duo famam ab omni labe culpæ, & suspitione inhonestè viuendi exposcunt, vt Cyprianus probauit d. libro de singular. Cleric. *Contemplamini, & ait, quid sit populo sancto præesse; & considerare, quale sit diuinis Sacramentis insistere. Alteris placere debent, qui alteris viuunt; & talis conuenit cura sinceritatis sacratis, qualia sunt sacra ipsa, quibus exhibent officium seruituis, ne circa Dominum offendant ipsi, quod tractant, aut circa populum incipiunt impedire, quod prædicant.* Hæc Cyprianus. Ad hoc confirmandum valet cap. *Vestra.* vbi præcipitur, vitandum Sacerdotem peccatorem notorium, nec in diuinis cum eo communicandum: vt respiciat, & scandalum recidendi tollatur. Ita §. Item aliud.

Cyprian.

CAPVT XII.

Preparatio, & gratiarum actio ad Missam adhibenda.

AD eiusmodi nitorem in pretio habendum, plurimum conferet his duobus ornare Sacrificium officii. Ecclesia monet Sacerdotes, ne imparati ad mensam accedant, nec recedant nullis grati hominis præstitis signis: ad hoc orationes componit, quas priusquam accedant, recitare, aut meditari expediat, & quæ post oblationem factam succedant. Vnde nascitur ad Sacrum faciendum reuerentia, viuacitas fidei, considerationum copia; & post eam quales deinde esse oporteat, ne ingrati sint Domino, è cuius manibus tantum susceperunt donum. Qui enim imparati accedunt, nulla pulsantur deuotione, nulla tenentur grati exhibendi seruitij cura; & sine recogitatione suscepti mysterij, nec memoria illius relinquunt.

Deinde signa, quæ aperte ostendunt, quanta sit Sacerdotum grauitas, & qua puritate accedant ad sacrificandum, ea sunt: si preparati veniant, si deuotè aliquid recitauerint, si in silentio necessaria disponant ad ritè munus explendum: & post Missam, si reuerenter in loco apto, aut coram Sacramento genibus flexis, reddant gratias immensi illius suscepti beneficij. Qui ista prætereunt, irreuerentia, & inuotenti animi indicia omnibus patefaciunt. Ratio ipsa hoc monstrat: nam, cum sacrum sit restanti pretij, & cum celebratur, omnem exposcat decentiam, quis negabit etiam exposcere animum proximè purificatum? Lauabantur Sacerdotes antiquitus, priusquam ad sacra obeunda accederent, & in speculo reliqua componebant, ne aliqua indecentia prospiceretur, aut quid minus comptum sustinerent; quæ corporaliter in illis sacrificiis fiebant, debita erant, vt eodem tenore animus ab immunditiis purgaretur. Quantè id exhibere ad hoc pretiosissimum Sacrificium æquissimum erit? Quando vox clamorosa intonuit: *Ecce sponsus venit.* omnes Virgines surrexerunt, & ornauerunt lampades suas: quod enim proximè accedimus ad Sponsi conspectum, eò maior exigitur mentis ornatus, cultior preparatio ad ipsam suscipiendum. Nec satis est status concinnitas, charitatis, & gratiæ

Exod. 38. 8.

Matth. 25.

lucidas tenere lampades; sed opus est ornatiore accedere: quod fit præuia confessione, vel si desit, intima animi contritione, mysterij recogitatione, intentionis renouatione, proposito ritè celebrandi, desiderijs suscipiendi, & amplectendi Dominum. Vt enim docuit D. Thomas 1. p. q. 5. art. 1. ad 1. aliud esse ens, aliud bonum: *Aliud quid refertur ad ens, aliud ad bonum: nam ens dicitur simpliciter ratione essentie, bonum cum debitis circumstantiis.* Ita essentialia Sacerdotis sunt potestas, & sine mortali accedere: at non ista sufficiunt, vt bonus dicatur, si non adsint debite circumstantiæ preparationis, deuotionis, accessus amoris, desideriorum Deum tenendi, & eo fruendi: quæ per eiusmodi dispositionem habentur. In 3. libro, cum de Sacramento venerabili aliqua diceremus, adduximus, cur locus martyrij Cypriani prope Carthaginem, eiusdem menta diceretur. Quod exponens Augustinus Serm. 113. de diuersis, sic dictum ait, quod ibi fideles conuenirent ad Sacramenti susceptionem, & vt accenderentur corda, recogitabant, quanto cum amore Sanctus Pontifex ibi sanguinem suum pro Christo fudisset, vt hac recordatione ipsi pararentur ad rectè, & ardentè expectandum corpus Domini, tormentis traditum pro eis, vt etiam ipsi eadem pati pro eo in desideriis haberent: *Et tamò dulcius in illo loco* Angulf. *propter natalem Cypriani bibit (populus) sanguinem Christi, quanto deuotius propter nomen Christi sanguis effusus est Cypriani.* Vnde coniciet, si hac memoria esset ibi sanguinis Cypriani incalecebant fidelium corda, vt dulciter, & deuotè communicarent; quid non præstabit ad idem experiendum eiusdem Domini recogitata Passio: quæ in ipso Sacrificio mirificè representatur, & recolitur? Nec immeritò dictum primo parenti fuit: *In sudore vultus tui vesceris panem tuo.* Genes. 3. Vbi notandum, prius sudorem posuisse ex labore partum, dein vesci panem: quasi ex officens ad ipsam sumptionem, preparationem. Quomodo fiat, expressit Anastasius 111. lib. Hexam. aien: *Panis verò est cibus hominis, qui quidem in sudore, & labore sumitur, proprium panem comedit sanctissimi sui corporis, eum expurgans, & comminuens, & deificans, & renouans, etiam ex ipsa oratione.* Istà omnia præcedere debent vsum viuifici panis; conscientie expurgatio, humilitatis comminutio, deificatio per affectum, quo Deo se vinciat spiritualiter; ita vt renouatus, & reformatus accedat ad ipsius intimam, & corporalem vniionem, & susceptionem.

Videant Sacerdotes, quam aliter sit in vsu ista tractare: vnde etiam licebit contemplari, quam pauci digni Ministri munus obeant. Quare certandum est aduersus tot Sacerdotum abusum: & vt nouam consuetudinem firment, teneant dicta pro preparatione: & inter attendenda, id primum seligant, Confessionem sacramentalem offerre, quæ emundat, & clarificat conscientiam: vt quemadmodum radij solares in speculo nitidissimo percutientes, plus luminis, & ardoris ei conferunt: ita Sol iste, quod animum puriorem repererit, eò maiora ei impertiet lucis, & ardoris dona. Quod probauit id, quod Christo euenit in Iordane a Ioanne baptizato: statim columba super eum descendit. Quare hoc? Chryostomus hom. aduersus eos, qui à diuinis absunt, ait: *Vbi enim est* Chryost. *recorri*

D. Thom.

Angulf.

Genes. 3.

Anastal.

Chryost.

reconciliatio, ibi & columba. Cum enim Baptismus regenerationem significet, per quam Deo reddimur, & reconciliamur; ideo ubi adest, ista dona Spiritus Sancti abunde impertiuntur.

Verum, si non est in usu ad Sacramentum hac praeuia dispositione accedere, sed confabulando, & aliena tractando negotia, imò rixas excitando, & humanis lucris attendendo; minùs frequens erit Sacerdotibus, post susceptum Domini corpus, & finitum Sacrificium gratias de more agere. Non recordantur Domini exempli; qui quidem post hanc mysticam mensam, quantum virgeret hora eundi ad Patrem, priusquam ab ea exurgeret, hymnum cum Discipulis decantavit: docens nos referendas Deo gratias post susceptum ipsius corpus. Quis eredit non meritò conqueri aduersus taliter ista tractantes, cum videamus, decem curasse leprosos, & vnum solum, vt gratum exhiberet animum, ad sanatore rediisse, non contentum huius laudare fidem; alios calculo suo damnasse, & ingratos dixisse, aientem: *Decem curati sunt: & novem ubi sunt?* Quasi diceret, ingratorum more fugisse benefactoris praestitiam, nec gratias retulisse pro tanto beneficio. Quid dices Domino, Sacerdos, si post eius susceptum corpus, & sanguinem, conspectum ipsius fugias, ad negotia mundialia redas; nec recorderis, quid intra conscientiae lares tenes, à quo suscepis, ad quid ad te descenderit; vel fidem non habes, vel oculis clausis videre tentis, quae doceat: Quis in humanis negotiis ista faceret? Rogo, si puerum Iesum recentem natum, & vagitus edentem, pannis inuolutum, in praescipio positum cerneret; auderes cum praeterire, nec ipsum salutare, nec attendere, quae pro te sustineat incommoda? Crudelior feris esses, si ista tibi contingerent. Si hoc ei praestares seruitium, cum infans factus iacet in praescipio; quare ipsum proximior non recognoscis in pectore tuo? Cur non attendis, quomodo adsit ibi, quae conetur operari, & perficere; quibus ageas, vt ab eo exposcas? Virget hoc Chrysostomus supra, & inuehitur aduersus talia tentantes, & ait: *Quid facis, mi homo? Praesente Christo, assistentibus Angelis, propostis ista tremenda mensa, dum adhuc fratres tui mysteriis iniuriantur, et relicti illis abscedis?* Si hos arguit, qui, cum ministratur Eucharistia, Ecclesiam deserunt; quid diceret, si ipsi communicantes statim ad humana conuolarent negotia? Sed ad hos redit, notat, mulctatque, tanquam ingratos. Recordaris, Dominum Iudae dixisse: *Quod facis, fac citius.* existimabant audientes reliqui, aliquod ei commendasse negotium, & ipsum virgere: at exitus probauit sensum verborum, cum post susceptam buccellam, protinus egressus est, vt Dominum traderet Iudaeis: nec Dominus ista praecipit, aut ei iniunxit; sed prophetauit ita euentura. Chrysostomus supra: *Illum imitantur & isti, qui ante ultimam gratiarum actionem discedunt: nisi enim exisset ille, proditor factus non esset.* Hac relegant, & sensum verborum attendant: qui enim hoc Deo negant pensum, & ante gratiarum actionem abeunt, laqueum secum gestant, & perditionis indicia: nam perficere ista, quae tractauerant, manifestè ostenditur, & facile casuros fore, & suscepta perdituros, haud quis meritò

Matth. 27.

Luc. 17. 17.

Chrysof.

Ioan. 13. 17.

Idem.

dubitabit. Vbi nota, in gratiarum ista negatione signa praestari futuri excidij: & cum Deo referantur, sapissime quae in ipsa Missae celebratione nec cognouerit, nec senserat bona, ea hic recuperat, & denuò recipit. Vt euoluat iam transactum Sacrificium, & denuò sentiat, quae ibi latuerant, Leuit. 22. praecipitur: *Qui comederit de sacrificiis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo, quod comedit.* Is enim sic comedit, qui non attendit, quantum sit passus iste: at, quem admodum bruta ruminantia, iterum ad os reuocant auidè acceptum cibum, & plus secundo eum degustant, quam à principio: ita per quibusque sensus spirituales reuocat ad mentem, comedens sine delectu, quae perceperat bona; & tunc suscepta efcacè percipit suauitatem, in recogitatione gratiarum post corporis Domini susceptiōnem facta; oculis mentis videt eius pulchritudinem, gustu suauitatem, auribus audit eius voces; olfactu, ac tactu cognoscit odorem suauitatis efflare, & lenitatem, qua homini coniungitur, experitur. Paschalius de hoc Sacramento cap. 2. sic praedictum testimonium interpretatur: *Quinta igitur pars illius à nobis rectè superadditur ei, quod prius per ignorantiam accipiebatur: si quinque sensus corporis inuis ad intelligibilia spiritualia conuertantur.* Ita gustatur in consideratione suscepti alimentum, quod non raro in ipso usu non sentitur defectu considerationis; & omnes sensus interni ad similitudinem exteriorum, Domini percipiunt dignitatem. Si enim duo haedi oblaci in sacrificio Leuit. 16. diuersis dicabantur muneribus: quorum vnus Sacerdotum passus fiebat; alter deserto concedebatur; ille in frustra diuisus consumebatur: ibi figurabatur, quod saepe contingit vni Christo Domino in Missae Sacrificio, respectu diuersorum Sacerdotum: ipsum in partes diuidant, & eo aluntur post vestium depositionem, sicut ibi fiebat. Quod ponderans Tertullianus aduers. Iudaeos, cap. 14. ait: *Vt Sacerdotes templi spiritualis, id est, Ecclesia Dominica, gratia, quasi visceratione quadam fruere, ieiunantibus ceteris à salute.* Quamuis populares homines non fruuntur hoc bono, Sacerdotes eo euiscerato per considerationem, ipsum recogitent, & gratias ei referant: vt fructus capessere possint tam iugis Sacrificij, nec solum in Altari, cum Sacrificium tenent; sed post, vestibus sacris expoliati, huic operi vacent, iterum spiritualiter comedant eundem cibum, vt dulcedinem eius experiantur abundantius. Hinc enim nascitur altissima Dei notitia, vt dein maiori cum fide, & reuerentia ipsum tractent. Ezechiel 1. vidit quatuor animalia: at cap. 10. attentius ea contemplant, Cherubim fuisse fatetur: *Intellexi, quia Cherubim essent.* Burgensis ibi hanc diuersitatem non personis; sed notitiis adscribit, *Hae nomenclatio nominum non debet referri ad mutationem verum visarum, sed ad maiorem illustrationem.* Quod Hieronymus confirmat: nam visi Cherubim plenitudinem significant scientiae. Ac si diceret: *Hac imbuti diuersimodè eadem penetrant;* & ait: *Plenitudo scientiae notitia Sacramentorum Dei est.* Cum enim Propheta maiori perfusus fuisset luce, quae à principio ignorauerat, & vultu cognouerat, perfectus, & maiori imbutus illustratione penetravit. Ita contingit his, qui ista diuina tractant: quod enim ea penitus prospiciunt,

Paschal.

Leuit. 16. 21.

Tertull.

Ezech. 1.

Burg.

prospiciunt, eò plurius aestimant, & grandior formant conceptum magnitudinis, & plenitudinis perfectionum; quod, cum celebrarent, ignorabant, in gratiarum actione notum est eis factum. Similes Agar effecti, quae, discedente Angelo, melius cum cognouit, quam cum eam alloqueretur, & ait: *Hic vidi posteriora eidentis me.* Genes. 16. Et Lyra exponit: *Angelus vidit me, & postea vidi eum.* Non enim Sponsam interrogant focia eius, Cant. 5. Quò abiit dilectus tuus? sed, *Quò declinauit?* Abire enim discessum celere significat: at declinare mansionem propinquam: nam suscipientes Deum, non ipsum abire sinunt; sed declinare compellant. Guillelmus, & melius Honorius ibi: *Iste abiit, qui in longinquum vadit; ille verò declinat, qui estum deuotans ad proximum locum in umbra secedit.* Ita Christus Ecclesiae Sponsus sub vmbra specierum ad nos descendit, non vt citò abeat; sed vt declinet, & in nobis requiescat, compellens nos praesentia sua cum eo agere, & ipsius prospicere pulchritudinem, eamque explicare, postquam recogitata à nobis fuerit post susceptum donum: quod meritò fit post hospitium Domini, ad Mariae exemplum, quae domi cum hospitem habens, secus pedes eius audiebat verbum illius, facta tanti Magistri discipula. Inter gratum, & ingratum discrimen assignans Ambrosius 2. de Abraham, c. 3. ait: *Illi haerent, à quibus adiunantur: istis laboratur omnia, quae conferuntur.* Illi declinauit Dominus, isti abiit, cum nec ipsius memoria extet. Quanta hinc bona pullulent, optimè docuit

Genes. 16. Ly. an. Chrysof. 5.

Luca 10.

Ambros.

1. Reg. 1. 19.

Chrysof.

Matth. 27.

Matth. 11. Ambros. Luca. 17. 27.

simis vinculis colligare, constringere, intimius coaptare. Vt scias, hanc vim inferendam, cum hoc regnum intra nos est. Ambrosius ibi: *Ad idem, uertimus in nobis, regnum caeleste solidari, cum Christus intra nostrarum secreta regnas animarum.*

Vna cogitatio, quae omnibus irrepit, hoc bonum ferè eis è medio tollit; nempe, tunc agenda instare negotia, animum pullare, quae praemanibus habentur. Imò nullum excogitari potest medium aptius ad humana parui faciendum, & locum debitum concedendum diuinis, nisi his attendere, & illorum obliuionem curare. Isaias 65. 25. sic habet: *Secundum Isaiam 65. 25. dies ligni erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt.* Septuaginta addunt: *Secundum diem dies ligni vite.* Cum homo degeret in Paradiso, quanta cum auiditate, gustu, & deuotione, gratitudinèque ad vitæ lignum accedebat, à negotiis vacabat, nulla illum cura sollicitabat: ita nunc imitandum est id, quod tunc in ligni usu erat frequens, omnibus ex eo pastum fumentibus, vnde nasceretur veterascere humana, pro nihilo duci, contemni, & solum diuina in pretio habere. Septuaginta: *Opera enim laborum suorum inueterascere facient electi mei.* Hi enim, qui electum cibum tanta cum reuerentia, & gustu percipiunt, eoque fruuntur, & debitas accepti boni gratias reddunt, manuum suarum opera, quasi rem tritam, & ad usum minimè aptam despiciunt. Hieronymus ibi id exponens de negotiorum temporalium contemptu, & cura, ac sollicitudine aeternorum per deuotum usum huius caelestis panis, quo vitam dataturam perpetuò consequimur. Qui enim temporalia praeculis habent, & eorum solliciti sunt, huius Sacramenti suscepti obliuiosi sunt, sacrilegij incurunt penas. Contemplans S. Maximus in Vigilia Natiuitatis, pau-

Septuag.

Septuag.

Septuag.

Hieron.

Matth. 23.

Maxim.

Matth. 23.

Maxim.

Exod. 16. 4.

Philo.

Philo.

Philo.

Philo.

Et e 4 quotidie



quotidie ad manum se offerat, quod cetera nostra gratificatio, & seruitorum exhibitio. Quare discimus, plus impertiri secularibus aliquando accedentibus, quam quotidie haurientibus Sacerdotibus: quia illi, etsi non frequentes sint, cum accedunt, parant animum, gratias reddunt, deuotius recedunt: at isti, quod frequentius veniunt, eò inuoluntius: ita ut onus à se pellere arbitrentur, finita Missa, potius, quam ad subleuanda communia iuuamen suscepisse. Quae causa interfuit, ut Palaestina alimonia careret, Ægyptus ea abundaret: unde opus fuit labore, & pecunia eam comparare: O quoties Sacerdotes panis fructu carent, & seculares abundant, similes Ægyptiis, sicut Ambrosius lib. de Ioseph, cap. 8. *Vbi maior famēs, maior eberu: ex isto grano Christo illa fecunditas.* Cum enim illi famelici panem sollicitè quarant, & auidè comedant, eius fructibus abundant: quibus carent hi, qui ex Officio frustum suscipiunt quotidie, nauisam potius, quam satietatem, & gustum culpa sua experientes. Nec enim in tanto pretio habet hoc ali cibo, quam eius causa lucrum comparare. O mercenaria officia impediētia, quae Christus pro fine ea instituendi habuit! Hoc monstrat in figura Ioseph, qui venientibus emere alimoniam fratribus, & frumentum praebebat, & pecunias similiter reddebat, ostendens, quod verus Ioseph, Christus Dominus, in desiderio habeat: vno enim Sacrificio spiritalia, & temporalia confert: ne emamus alimoniam pecuniis, sed potius in pane omnia simul habere credamus.

Ambrosius supra: *In hoc frumento negotiantur Patriarchae, iuxta illud Ioann. 6. Operamini cibum, qui non perit; sed permanet in vitam aeternam.* Ad dit Ambrosius: *Bonus Ioseph argentum reddidit, frumentum dedit: non enim pecunia emitur Christus, sed gratia.* Hoc si pra oculis haberent ad Sacrarium accedentes, negotiatores fierent huius panis, cum comparantes tempore, dispositione prauiā, gratiarum actione subsecuta, non lucrum quaerent pro mercede, quam pro fine habent, qui absque eiusmodi ornamentis ad Sacrum faciendum accedunt.

Quamuis enim hoc donum exposcat perpetuo gratum, & memorem animum, ne excidat à memoria, qui intra lares conscientiae ingressus fuit; id iure exigit, cum praesens cernitur, cum sentitur, & gustatur, cum adest, non solum per gratiam, sed per realem praesentiam. Discant hoc à profano Magistro, Seneca, videlicet, qui primo benef. cap. 12. etiam obliuiosos praeteritorum donorum arguit, & cogit gratos esse praesentia suscepti doni obligatos: *Ipsa res evanescentem memoriam excitat, excitat, heret amico meo, & conuiuat.* Cui hoc adaptari proprius potest, quam Domino in Sacramento? Extat corporaliter in nobis, haeret per intimam unionem, conuiuit vitam conferens, & conuiuium instruens, ut se in cibum, & conuiuiam rem concedat ad eum accedentibus. Si obliuiosus alius susceptorum donorum es, qua fronte tam recentis beneficii obliuisci potes? Quod fieri, si Domino tam proximo nobis, non referre gratias curamus. Nobis contingit, quod legis perito Lucae 10. interroganti: *Et quis est meus proximus?* Deberet quidem ad rem respon-

Ambros.

Genes. 44. 8.

Ambros.

Seneca.

Luc. 10.

adendo, exposcere: Et cui sum ego proximus? Nam Samaritanus munus proximi obiens, curam gessit illius, qui in latrone incidit, medicinam praebuit, ligauit vulnera, exanimandam stabulatio, ut curam illius haberet: nos tales, quarimus, quis sit noster proximus, ut veniat, sanet omnes infirmitates, impertiat abundè bona: at minimè solliciti sumus, cuius nos proximi sumus, ut haec pietatis officia praestemus ei: nam, ut ibi ait Theophylactus: *Apud Deum non est meritum diligi, sed diligere; non ministrare, sed ministerium impendere.* Christus Samaritano similis in hoc Sacramento, ad vulnera nostra descendit, suo cruore, velut oleo, & vino curauit, pauit, vitam inter labia laborantem restituit: at nos eius proximi haud sumus; non ei adhaeremus, nec seruitia reddimus pro donis, nec gratias pro suscepto corpore, & sanguine: ab eo plurima accipimus, maiora desideramus; non ei rependit curamus, quae tot titulis debemus. Vbi enim Petrus confessus est: *Tu es Christus filius Dei viui.* Mat. 16. statim audiuit: *Tu es Petrus,* &c. Cur tam cito Dominus praemium confert huius confessionis? Ostendit Petrus, cognitionem ei collatam Christi excellentiae, ipsum obsequentem ei esse exposcere: Dominus verò proximi officium explens, necessitati accurrit, & in illa laudatione, gratiam, qua ei obsequi possit, impertit. Fulgentius ad Thrasimundum sic habet: *Ut à redemptio divinae confessionis obsequium redderetur, dum à Redemptore beneficium gratuita misericordiae ostenditur.* O proximus nobis, oprime talis munus implens! Praesto est Dominus cunctis necessitatibus nostris, ut conferat dona, sine quibus minimè debita ei seruitia praestare possumus. Solum ex nostra parte deest gratitudo, ut tanto benefactori, cuius proximi sumus, debitum persoluamus.

Nec existimet sic cum Domino se habens, non negari ei quotidianum donum: sed more fontis semper aquam emittere, & per meatus suos foras erumpere: quod meritò possit timere ingratus, cum iuxta Bernardum, ingratitude ventus sit vrens, sicca fontis riuulus. Ut enim ait Petrus Chrysol. *quod non accipis futura, quia de praesentibus existis ingratus.* Meretur enim is, quod ingratis gentibus accidit, de quibus Tertullianus Apolog. Terrull. cap. 40. *Semper humana gens male de Deo meruit: illius rea est, cuius & ingrata.* Qui talis est, dignè merebatur hoc carere Sacramento, & auferri ab eo regnum, & dari genti facienti fructus eius: non ergo existimet ita euenire; sed potius concedi in maius detrimentum, & perniciem: nam, licet se dedat; negat tamen fructus suos.

Sol oritur omnibus patens; non tamen illis semper influentia concedit, ut terra eo iuuante fructifera reddatur: sed saepe stat, Planetam per suum gyrum cursum conlicere; non tamen fecundare tellurem. Quod Philo disertè docuit lib. de opificio, causam reddens: *Quia malitia procul cali terminis exulat, ideo nunc peruenies illi fontes Dei gratiarum retenti sunt; postquam caperant vitia maiores, quae virtus, profectus facere, ne in indignos profunderetur beneficentia.* Ideò Sol lumen suum non negat: terra verò, cui vicina sunt vitia, & eis infecta manet, in causa est, ut contineat yberes riuos suarū gratiarum, ne in indignos

Theophyl.

Mat. 16.

Fulgent.

Chrysol.

Terrull.

Philo.

indignos profundatur beneficentia. Quare eiusmodi parui facientes quotidianum vsum Sancti Sacramenti, recedentes à mensa, parui pendentes tale susceptum bonum, instructuosi sunt, steriles bonorum operum manent. Quod vna, vel altera vice quis infecto negotio recedat, aut frigidus, aut remissus; aut debilis ad cetera iniandū opera inueniatur, non adscribendum est habituali desidia; sed probationi, & occulto Dei iudicio, aut in penam alicuius defectus sic tepidum inueniri. Nec enim vno ictu aquae percussa petra factus est perennis fons, sed duobus: ita qui semel, aut iterum experiantur minus sentire fructum Sacrificij, ad instandum animum inclinent: nam, quod semel negatur, secundo, vel tertio ictu conceditur. Audi Senecam te instruentem 1. benef. cap. 3. *Ingratus es aduersus vnum beneficium? aduersus alterum non eris. Is perdidit, qui cito perdidisse credidit: & qui instat, & dona priora sequentibus auget, etiam ex duro, & immemore peccatore gratiam extundit.* Ita, qui semel non accepit, quae existimauerat bona, instantia, & vfu frequenti gratiarum, recipit vberiora dona, & fons meatus suos illi aperiet.

Superest, dicamus, & tempus praescribendum, & modum gratias referendi. Tempus erit dimidia hora spatium, vel minimum per quadrante: modus, praeter orationes, quae Ecclesiae instructione recitantur, potius mens loqui debet, quam lingua, recursum facto ad cor, vbi Dominus residet: ibi à vicinis Sanctis exoptulato ornatu, throno, solio, luminibus, suffitu, & nidoribus, reuerenter collocabitur Dominus, cuius splendor, & gloria reliqua nostra vincit, & obtenebrat. Optimum erit conuocare diuersos choros Sanctorum, & per ordinem composita ex similibus acie, omnes Christum Dominum, & adoratione, & laudibus reuerenter excipient: quemadmodum tres pueri omnes ad laudes Deo decantandas prouocabant creaturas: ita nos, choros Sanctorum ad hoc munus obeundum vocemus; quibuscum ipsi, eos imitando, concinere laudes curabimus, & ante tantam maiestatem humiliter prostrati adorationis signa exhibebimus, & facta eiusmodi humili laudis confessione, ipsum mente contemplabimur: & rogando eum, inquiremus, quis sit; ad quid venerit; quare dignatus sit, qui caelorum ambitu haud continetur, tam humile legere hospitium. Rogemus item, ut nos prospicere dignetur: videat, quantis egeamus; cum ipse omnia valeat mutare, & ad meliorem reuocare gradum: non contentus sit aduentasse ad nostram domunculam; sed eam multis decoret donis, ut semper dignum eius fiat hospitium. Quemadmodum Sunamitis illa nobilis coenaculum construxit, & ornauit lectulo, sella, candelabro, ut transiens illac Eliseus paratum haberet hospitium, suo viuendi more instructum, & ornatum: ita in nobis ipse Dominus, qui assidue diuertere ad nos decernit, praeparet dignum suae maiestatis habitaculum, ut nec fidei lumen desit; nec sella, vbi quiescat; nec item lectulus, ad spatiosam quietem sumendam.

Alia via incedere potest, aliquem Psalmum laudes Dei continentem, paulatim referendo

Seneca.

Reg. 4. 10.

memoriter, ut mens euoluat illum, & proposito argumento applicet: ut, *Constitemini Domino, quoniam bonus, &c.* vel, *Benedic, anima mea, Dominum,* vel, *Te Deum laudamus,* aliqua mutando verba, ut congruant praesenti mysterio: quae cum meditatione extendantur, & diuersa contineant ad mouendum affectum aptissima, abundè suppeditabunt plurima in spatio dimidia hora ruminanda.

Potest item pingi in mente, vel Dominica Natiuitas, vel Regum Magorum aduentus; & quae tunc à Iosepho, Maria, pastoribus, Magis fiebant, imitari, ut omnia Sacramento congruant.

Praeterea optimum erit, septem dona Spiritus Sancti euoluere, ut excogitemus ea excogitasse Dominum, cum ad nos aduentare cogitauerit; opus pleni sapientia executioni mandans; perspicaci intellectu nostram indigentiam intuens; consilium totius Trinitatis hoc praescribens remedium interesse; fortitudine executioni mandasse necessaria, finita fuit, ut substantiam panis exinaniret, & accidentia sine substantia sustentaret, corpusque iuum, & sanguinem integrum more spirituum collocaret: scientia sua penetrasse duo extrema in infinitum distantia, ipsum, videlicet, & nos; & tamen cognito discrimine doni, & cui datur, non recusasse id praebere, quoniam accurrit pietas, benignitas, bonitas, & misericordiae viscera ad hoc è medio tollendum impedimentum: nec deest timor reuerentiam Patri exhibitam exprimens, & quem concipit mala nostrae tractationis, & ingratae susceptionis: ad ista omnia expositus accedit, se sumendum praebet mouente amore omnia ista ad exequendum tam arduum opus. Restat, ut nos ad ipsum ascendamus diuersa via; tamen per eosdem gradus, ut initium nostrum fini respondeat ipsius. Timore corripimur, & velut in puluerem, & cinerem absumpti mutamur, pietatem filiorum ad Patrem expandimus: scientiam acimus, ut penetret, quantum sit nobis collatum bonum: ut non recusemus incessum, velut contigit Esther admiranti Regis splendorem, & terribilem aspectum: fortitudine armemur: dein consilium prudentium requiramus, quo fulti vterius progredi tentemus, intellectu cognoscentes, quid à nobis Dominus desideret, quibus egeat, ut iuxta nostram possibilitatem ea paremus; ac tandem ad amplexum accedamus sapientia, ut nobiscum sit, nobiscum laboret, & ab ea discamus, quid acceptum sit coram eo, idque opere offeramus.

Ista paucis exposita pro forma statuimus, cum tamen volentibus plurima Spiritus Sancti vnctio suppeditet; ut tempus pro gratiarum actione constitutum fructuose infumamus.

CAPVT XIII.

Sacerdotum pensum, nempe, Officium diuinum, quo ordine, & modo soluendum.

VT dicenda omnibus Dei Ministris innotescant, & non solum sciant, qua teneantur

tur obligatione; sed, quo modo, ordine, sine ista oportet tractare, expendemus, quæ de officio diuino Patres docuerunt; & per diuersa capita nomen huius muneris, & in quo tempore ob- eundum sit, dicemus: quæ mysteria ibi conti- neantur, quo modo, ordine, & sine explendum.

§. I.

Quid sit Officium diuinum.

ET primò, quid Officium diuinum sit, dica- mus; & quare nomina, quibus quauis no- tatur Hora, ei imposta, vt cum vocamus No- cturnos, Matutinum, Primam, Tertiam, Sex- tam, Nonam, Vesperas, & Completorium.

Officium diuinum est certus, & definitus modus ad publicè Deum orandum, mente, & ore expressus, ab Ecclesia institutus. Officium dicitur, vt Ministri Dei intelligant, illorum of- ficiū esse Deo vacare, sicut in ciuitatibus cui- us suum congruit officium, quo transigunt vi- tam, & stipem ad eius sustentationem compa- rant. Ita Sacerdotes, Deo consecrati Ministri, tanquam ex officio eis iniuncto, laudes diuinas intonare habent in præcepto, vt inde non cor- pori, sed animæ alimoniam præbeant: idè di- uinum, non humanum, & carnale ad corpus re- sciendum, & exercendum destinatum; sed ad reficiendum, & recreandum animum laudibus diuinis, appellatur. Ita Concilium Lateran. cap. Dolentes, de celebr. Miss. & cap. Presbyter. eodem titulo. Item, dicuntur Horæ canonicæ, (vt in- quit Beda in cap. 18. Lucæ,) quòd Sacri Cano- nes hunc orandi modum, ad certas horas, & diuersa tempora diei, & noctis eiusmodi laudes adstringunt, vt habetur dicto cap. Presbyter. Est tamen certus, & definitus modus orandi: nam non cuiusuis arbitrio hæc forma componenda est; sed per Ecclesiam decernitur, omnibusque communis traditur. Dicitur publicus, non quòd semper solenniter fiat, vt in choris per plures vnum componentes ecclesiasticum cor- pus: sed etiam quando priuatim fit, publica ora- tio est, quòd Minister nomine totius Ecclesie laudes Deo deferat, & intonet: vnde verba pro- fert communia, vt, Dominus vobiscum. non, me- cum; Oremus, non, oro; Benedicamus Domino, non tamen, benedic Domino. Ista autem orandi forma laudes, & deprecationes includit: illas propter impensa beneficia; istas pro suscipien- dis. Corde tamen, & ore verba promere expe- dit: nam, si corde oret Sacerdos, muta oratio est, non publici Ministri: si ore solum, inanis. Vt ergo laus digna Ministro Ecclesie sit, & corde, & ore proferenda erit. Quid ergo inquit Pau- lus 1. ad Cor. 14. 15. Psallam spiritu, psallam & mente. hoc est, ore: nam aëris interuentu, qui spi- ritus dicitur, & corde perficitur oratio: idè cap. Dolentes, ait: Studeat celebrare pariter, & deuote. Hanc ergo orandi viam Ecclesia insti- tuit, & omnibus præscripsit: cum enim omnes vna teneat obligatio, vniūque pensum sol- uant, orandi modus etiam vnus esse debet, vt habetur in Conc. Mileu. can. 12. Tolet. I V. c. 2. Gregorius V I I. in generali Concilio, dist. 5. can. In die consecrationis.

Conc. Later.

Beda.

1. Cor. 14.

Conc. Mil. Tolet.

Gregor.

Recensendum tamen est, quomodo antiqui- tatis hoc soluebatur Officium, quibus tempori-

bus à publicis Ministris modulabatur, vnde no- mina Horarum sumpsere initium. Quatuor vi- giliarum nocturnarum (quarum Euangelista memoriam agunt, vt Lucæ 12. Marci 13. habe- tur) obseruabatur in Officij diuini destinatione ordo: in prima vnus nocturnus, in secunda se- cundus, in tertia tertius occinebantur: & in quarta, quæ prope diei initium erat, Laudes dicebantur, quæ nominantur Matutina, sicut reli- quæ horæ nocturnæ, quòd in ipsa nocte cele- brarentur: & iam sine aduentante Laudes se- quebantur: hoc tamen diuersimodè fieri soli- tum fuit in quibusdam locis cum interruptio- ne: ita vt non totum illud tempus vnus vigiliæ insumeretur in primo, aut secundo, aut tertio nocturno; sed cessabat oratio, & prosequen- tur, cum secunda accederet vigilia: alij adè deuotè, & magna cum solennitate ista decanta- bant, vt in quouis nocturno totum vigiliæ in- sumerent tempus. Primum docuit D. Thomas in cap. 4. 1. Corinth. lect. 6. Probantque secun- dum Athanasium lib. de virginis. Basil. in quæst. fusè disput. q. 37. Hieronymus ad Eustoch. de obitu Paulæ. Alij verò cum Nocturnis tribus Laudes miscebant incipientes à quarta vigilia, & idè totum illud Officium matutinum nun- cupabatur. Supplet tamen hanc recitandi, aut canendi distributionem, quod norauit Vvalden- sis 3. tomo de Sacramentalibus, cap. 24. do- cens, in diuersis regionibus diuersum seruari ordinem incipiendi, & finiendi Officium diu-inum: alij à duodecima hora noctis initium su- mebant: alij à secunda post dimidium noctis hora: alij à tertia vsque ad finem noctis, vt sal- tem semper laudes diuinae per totam noctem essent in ore hominum à diuersis decantatae in Ecclesia, quæ vna ex omnibus componitur: semper tamen fuit in vsu, vt Laudes ad finem noctis intonarentur, idè matutinum Officium dicebantur: adè vt in Natiuitatis Vigilia à Nocturnis separentur, & post Missam dicantur, quòd illo tempore propter mysterium Offi- cium reliquum ante mediam noctem celebra- tur. In maiori hebdomada omnia anticipata hora nocturna sunt eadem causa: quia tunc & cæcitas Iudæorum, & Christi Domini in orto oratio ad memoriam fidelium reuocantur: de quo Amalarius lib. 4. de Offic. eccles. c. 21. & 22. Reliquæ Horæ, quæ minores dicuntur, my- sterio Passionis dicatae, suis distributis tempo- ribus locum habent: incipiunt à Prima, quæ lu- cescente die dici solet; & id Hymnus, & Psalmi indicant. Antiquitatis hæc Hora non erat in vsu. Cassian. lib. 3. de instit. Cenob. c. 4. refert, tempore suo non cani: nec eius meminere Cy- prianus, Athanasius, Hieronymus, Basiliius: & licet Hymnus, iam lucis orto spondere. sit Ambrosij, fortè ab eo, non vt primæ Horæ seruiret, con- cinnatus fuit; sed ab Ecclesia postea ad dictam iniciandum horam destinatus. Tempus eius au- rora est, & initium diei. Tertia ad nonam diei horam, Sexta ad vndecimam, Nona verò post meridiem intonari, moris fuit.

Vespertinae horæ, & Completorium nomi- nibus suis tempus designant: illa, cum iam Sol declinat in occasum, quod vesperum dicitur. Ira Isidorus, Hugo, Rupertus, Amalarius lib. 4. de Offic. eccles. c. 7. ad noctem vesperum refert; sed libro de ordine Antiphonarum vesp- erum

Luc. 12. Marci 13.

D. Thom.

Athanas. Basil. Hieron.

Vvaldenf.

Amalar.

Cassian. Cyprian. Athanas. Hieron. Basil.

Isidor. Hugo. Rupert. Amalar.

Athanas. Cyprian.

Cassian. Concil. Turca.

Rodolph.

Ambros. Basil. Benedict.

Cyprian.

Psalm. 118.

2. Esdrae 9.

Ioan. 17.

Ioan. 18.

Rupert.

Daniel. 6. 10.

rum Sole deficiente; ante occasum tamen, huic canendæ horæ assignat: cui concinit Athana- sius lib. de virgin. Cypr. Serm. 6. recedente Sole Vesperarum officium initium sumere dicentes. Cassianus vbi supra, cap. 4. & 5. adducit Con- cil. Turonen. 11. cap. 19. vbi præcipitur, in V- speris dici duodecim Psalmos, & occinendas ad finem diei artificiales: nam cum Laudibus con- gruunt in Psalmis, Hymnis, & Antiphonis, quæ Matutinae dicuntur, vt quemadmodum ista initium diei occupant; ita Vesperæ finem eiusdem pro sede habeant.

Completorium verò, siue complementum Horarum initium noctis consumit: & quauis Rodolphus de canon. obseruat. propof. 14. hu- ius Horæ vetustatem neget, illius memine- runt Ambrosius 1. de virgin. Basil. q. 37. de fusè disput. Benedictus cap. 10. Regula: & quòd corporis depositio, & Christi sepultura in hac Hora celebratur, noctis initium ei conce- ditur: respondet enim primæ, quæ initium So- lis exigit; hæc verò finem: idè lucernaria dicebatur, quòd accensis lucernis propter ad- uentantes tenebras decantabatur.

Finis autem Ecclesie, hæc Horas sic distri- buentis, is est, vt Ministri eius in Dei laudibus tota diem, ac noctem pariter consumant, quasi ad hoc solum adsciti, & destinati, nec aliis ar- tenti occupationibus inueniantur. Cyprianus Serm. 6. Qui autem in Christo, hoc est, in lumine semper sumus, ne noctibus ab oratione cessemus. Da- uid enim non tam pro se, quam pro his, qui in templo publici Ministri munus obituri erant, dicit Psal. 118. Septies in die laudem dixi tibi. & Media nocte surgebam ad consistendum tibi. & Per- uenerunt oculi mei ad te Iherusal. & Praueni in matutinitate, & clamavi. Esdras lib. 2. cap. 9. Lege- runt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, & quater consuebantur, & adorabant Dominum Deum suum. Si ista ad homines secularibus dedi- tos referamus, quid credendum est de Sacer- dotibus, & Ministris, his destinatis muneribus? ne vacet illis tempus ad alia curandum, ad Deo referendis laudes destinatum, vt sciant fures temporis meritò dici posse, si Dei laudes in- termittant. Id docuit Christus Dominus exem- plo suo: Ioannis enim 17. longam tenuit ora- tionem, quam reliqui Euangelista hymnum vocant: & surgens inde in oliuarum montem, & orauit, & Discipulos ad orandum prouoca- uit. Cur inter primam, & secundam oratio- nem alia non miscetur? Non vtique: sed vna oratio aliam sequitur: ait enim Ioannes c. 18. Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum Discipulis suis iuan torrentem Cedron, vbi erat hortus. Ratio- nem affert Rupertus lib. 12. in Ioannem: Non enim cessantibus uerbis, validus cordis clamor con- quiescit. Vt nos moneret, diem diei eructare ver- bû, & noctem nocti respondere eodè tenore de- bere, vt semper laus eius in ore versetur nostro. De oratione agens Chrysostronus id norauit, quod Danieli contigit, cui interdicebatur lege à Rege lata, ne oraret per aliquod tempus: at ipse ter in die, apertis fenestris, Deum orabat: non enim exstimaui sine hoc spiritu respirare posse: quare nec tantillû temporis (ait Chry- sostronus) ab oratione cessauit: ne ergo extra- neum, & à suo munere alienum Sacerdotes credant, orationi se totos dare, Ecclesia Ma-

gistra pensi soluendi tempus distribuit, vt nulla ferè diei integri hora ab ea cessare eis liceat.

§. II.

Chori pensum quomodo soluendum.

VM eiusmodi laudes gemino modo Deo deferantur, nunc pro his, qui choris as- sistunt, dicemus de solenni forma persoluendi hunc censum: postea de priuata cuiusuis ora- tione. Solet enim incumbere Ecclesis maio- ribus Cathedralibus, & Collegiatis, & etiam numerum decentem Clericorû habentibus pa- rochialibus, sicut & Cenobitis viris canere diuinum Officium per destinatas horas publi- cè in Ecclesiarum choris, grauitate, & de- uotione maxima: quod carpere solent Hære- tici, ne quid intactum relinquunt ad diuinum cultum spectans. Quauis Deus non egcat vo- cibus, qui cordis audit clamores; non desunt honestissimi fines, vt moris sit canere, & in- tonare modulatiu diuinas laudes, & ad hoc præstandum personas, & tempus certum, ac locum designare.

Primus finis sit prouocare fidelium deu- otionem, eoque adificare, vt diuinis assistant Officiis, vt Ecclesias frequentent, vt orandi discant formam, & materiam cogitandi spa- tiosius percipiant. Hæc Concilium Aquilgran. cap. 131. & 133. Edificationem, non adulationem populi querunt, cum sacras lectiones, & Psalmos, atque hymnos modulatis vocibus canunt. Augustinus 9. Confess. cap. 6. Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis suauem sonantis Ec- clesie tue vocibus commotus acriter: Et epist. 19. cap. 18. ait eiusmodi cantus seruire, Ad mo- uendum pie animum, & accendendum diuina lectio- nis affectum. Habet ergo pro fine Ecclesia ora- tionis ianuam aperire fidelibus, vt cantantes magistri huius artis fiant: quare primariò il- lis expedit eiusmodi excitare affectus, & veri- tates ruminare, vt deuotio accendatur, & in- calecat cor in Deum.

Alius finis est, labores sedare: laboriosum opus tot canere Horas, at temperatur varietate concertus, & uocum, ac instrumentorum, ex qua concinnitate voluptas nascitur, & oble- ctatio, qua tedium pellitur, & labor tempera- tur. Lactantius lib. 6. cap. 21. Hæc est voluptas vera, quæ comes, & sociâ virtutis est, audire cantus, & carmina, Dei laudes canere. Experientia com- perimus, corpus operibus fatigantes cantu la- bore lenire.

Alia causa est, Deo totum consecrare cor- pus, & laudibus eius obsequens reddere: cum non solum mente; sed etiam corpore voces formentur: at hoc ipsum curam, & solertiam expetit, vt non velut emortuus spiritus iaceat, corpus tamen solum fatigetur: & licet id non contingat audienti populo, ipsis intonantibus laudes, & concinnè cantantibus, vt Musicae re- gulas seruent; tum nunc tacendo, & alios ex- pectando; tum diuersimodè voces modulando irrepit distractio: & potius attenditur ad vo- cum consonantiam tenendam, quam ad ea, quæ promuntur verba. Quapropter spiritus orat, mens sine structu est. Ob id enim securior est oratio, quæ minus corporis exigit, & plus in- tus,

Concil. Aquilgr.

August.

Lactant.

1. Cor. 74.



Cyprian. tū, quāam foris Deum loquitur. Rationem reddidit Cyprian. Serm. 6. *Deus*, inquit, *non vocis, sed cordis auditor est: nec admonendus est clamoribus, qui cogitationes videt.* Præterea, cum præcipuum in homine anima sit, caro non prodest quidquam, spiritus est, qui vivificat: si id, quod minus est, clamat; taceat tamen pars Deo gratia, quid proderit oratio? Nam (vt ait Chrysostomus hom. 19. in Matthæum) *non gestibus corporis, neque clamoribus vocis, sed intentione optima voluntatis orationum vota reddamus.* Laudans Paulus vocum modulationem, docet, quomodo id deccat fieri: *Psallemes, & cantantes in cordibus vestris Domino.* Tunc enim Deo canitur, cum id corde præstat, non lingua: dicit enim: *Corda eorum longè sunt à me.* Ponderans Hieronymus Pauli verba, ait: *Audiant hoc bis, quibus in Ecclesia officium psallendi est: Deo non voce, sed corde canendum, nec in tragædarum modum, gutturibus fauces dulci medicamine (dicere, modulamine) colluendas, vt in Ecclesia theatralis: moduli audiantur, & cantica; sed in timore, & opere, & scientia Scripturarum.* Duo arguit S. Doctōr, quæ passim in vsu sunt. Primò, Deo non attendere, cum concinnè canitur. Secundò, non grauitatem dignam loci, & eius, cui referuntur laudes seruari; sed gestibus, & nutibus, modisque promendi verba, theatrorum comicos potius, quàm Dei ministros imitari: illud indignum; hoc indecens, & pellendum ab Ecclesia, & Dei ministris: nec enim damnat concentum, & instrumenta diuersa, quibus harmoniæ elucet varietas: sicut nec Clemens Alex. 2. pædag. cap. 4. aiens: *Etsi ad byram, vel citharam canere, & psallere noueris, nulla in te cadet reprehensio. Hebraeorum iustum Regem imitaberis, qui Deo est gratus, & acceptus.* Quis audebit Dauidem damnare, quòd multico vtretur instrumento? Quis Eliseum psaltem exposcentem? Quis tres pueros vno ore intonantes diuinas laudes; tum ob grauitudinem ob liberationem monstrandam; tum publicè Deo contententes: vt Rex intelligeret, illum solum recognoscere, & pro eo milles moti paratos esse. Verum quidem, non fuisse in Ecclesia antiquitum vsu instrumentorum musicorum Hebrais ob imperfectionem concessorum: organa tamen cæperunt, vt Platina docet anno 660. Vitaliano Pontifice regente Ecclesiam; vel, vt Aymoinus habet lib. 4. de gestis Francorum, cap. 114. cœptū fuisse huius instrumenti vsu tempore Ludouici anno 820. affirmat. Duo notanda. Vnum, cum instrumenta solum chororum componunt, alterum recitare vsu debere sine cantu: nam voces mortuæ, & non formatae instrumenti, humanæ non sunt, nec suppleri possunt vocem hominis. Alterum est in his formis Deum laudandi modum tenendum esse: vt grauitas, & reuerentia diuinorum Officiorum seruetur, vt Tridentinum præcipit sessione 22. decreto de obseruandis in celebratione Missar. Vbi duo monet: primum, vt mente, ac deuoto cordis affectu, non solum corpore, adsint. Secundò, excludi debere Musicam, vbi siue organo, siue cantu, lascium, ac impudicum aliquid miscetur. Nam domum Dei decet sanctitudo, & Ministris diuina tractantibus incumbit cura ritè Deum laudandi, vocibus, & mortuis instrumentis: &, vt diximus,

A cum formatus, ac concinnatus cantus, propter seruandam harmoniam, attentionem verbis, & mysteriis rapiat, opus erit his intentis dexteritatem comparare, vt diuina obeant fructuosè, & non solum spiritu linguae, sed mentis præcordiis. Rogabis, quare in vsu erat ex Monachis Clericos facere, & ad tractandum diuina destinabantur. Nazianzenus Basilij vitam narrans, ait, ex solitario Monacho in Sacerdotem adscitum: *Sic natus, & eruditus, in magnum hunc Clericorum ordinem cooptatus.* Existimo idèd hos ad Clericatum lectos, quòd Monachi contemplationi dediti, facile, quæ canebant publicè, ad mentem pascendam reuocabant, eaque ruminabant, vt mente, & corpore Deum laudarent, ne mens vacua fructus relinquere-tur: inde enim grauitas, & reuerentia nascebatur, & dulcedine verborum pascabantur: nam ea ruminantes gustum percipiebant diuinorum: qui enim solum larua degustant, aridum, & insuauem cibum comedunt; ad sensum percipientes, & attendentes, & fructus carpunt, & gustum sentiunt. Mens etiam affucta meditationi, ea velut gladio diuina penetrat Sacramenta, & de peria mel ligat: nam, sicut non contenta est ore laudare Deum; ita non satis illi est verba contemplari, sed interna eorum euiscerare. Salomon Iudicis munus exercens, non penetrans ad rectum ferendam iudicium mentis exterioris mentientis foemina, gladium afferri iubet, quo euisceraret secreta, & occulta in corde. Ambrosius 2. Offic. cap. 8. sic habet: *Velut quadam machera ita spiritus gladio penetrant, non solum videri, sed etiam animæ, & mentis viscera.* Verè enim iudicium rectum fingere haud valemus, nisi contemplatione, velut gladio ancipiti, & bis acuto, mysteria penetremus: tunc enim anima rerum dignum format conceptum, & sentit, quæ ibi clausa latent, non ita profundè ea cogitantem. Illud Pauli: *Spiritualis omnia iudicat, quidam omnia discernit,* 2. Cor. 15. exponunt cum Augustino in id, *Iudica me, Deus, & discerne causam meam.* At Irenæus 1. lib. aduers. ha. res. habet, *omnia examinat:* id enim spiritualium proprium, intus penetrare, & ad examen adducere, quæ præ oculis habeant, & manibus contrectent, ne lateant diuina, vnde dulcedo, & cordis æstus prodeit. Cum orationi vacaret Moyses, manus eius graues factæ deorsum pondere suo inclinabatur. Apprimè Philo in vita Moysis colligit, hinc per manus opera, & per grauitatem carni, operu pondus, & modus significatur: quæ ortu habet ex eo, quòd orans penetret diuina, quæ tractat. *Actiones eius hoc enigmate significans, non superficiali contrectantes, sed penetrantes in solidum.* Illa orandi forma, quæ verba penitentiùs percipit, & intimè considerat, in causa est, quòd grauitas seruetur in cantu, gustus in voluntate percipiatur: gustant enim, & vident sic diuina tractantes, quàm suavis sit Dominus, quàm dulce cum eo commercium intercedat: quare tempus orationi huiusmodi dicatum non prolixum, infructuosum, aridum, ac molestum; sed suauitate refertum creditur, in desiderio est, vt ibi diuina gustentur. Hinc enim plurima bona consurgunt, quæ bonæ orationi associantur, & ex ea emanant, tanquam è fonte irriguo.

Cyprian. 2. pædag. 6. 63.  
Chrysost. Ephes. 5. 19.  
Hieron.  
Clem. Alex. 2. pædag. cap. 4.  
1. Paral. 13. 8.  
2. Paral. 5.  
2. Reg. 2. 11.  
4. Reg. 3. 15.  
Dan. 5.  
Platin.  
Aymoin.  
Conc. Trid.

Nazianz.

3. Reg. 3. 24.

Ambros.

2. Cor. 15.

August. Psal. 42. 1.

Exod. 17. 1.

Philo.

Hieron.

Bernard.

Idem.

August.

Bonauent.

Nicæn.

S. III.

Officium diuinum quomodo priuatim explendum.

**A**liter diuinum Officium persoluitur, non solenniter, & publicè; sed priuatim: vt, cum quis solus, aut cum socio recitat canonicas Horas; quod communiter frequentius est, & sufficit, nisi Chori adit obligatio ad soluendum hoc debitum: debet tamen ore, & corde fieri, ita vt vox, licet tenuis, formetur, & audiri possit, quanuis sufficeret, si strepitus obstaret; etiam si nec ab alijs, nec ab orante audiretur: cordis tamen necessaria est, vt dicebamus; tum ad fructum ex hoc labore carpendum; tum ad ritè debitum soluendum: quia, quanuis Ecclesia iniungens hoc pensum, non possit actus internos sibi subiicere; potest tamen externos religiosos exposcere, quales sunt, qui Deo placent. Hoc docet Suarez 2. de Relig. 4. libro, cap. 26. num. 15. faciliùs tamen hæc attentio poterit huic orandi modo adiungi, cum priuatim fiat, & sine concentu, atque harmonia, aliorumque strepitu, & sollicitudine attendendi, & expectandi eos. Iuuat etiam diuina cogitata præsentia, cui laudes dirigunt: hanc exposcunt Sancti, & exemplo suo docuerunt Hieronymus Dialog. aduers. Luciferianos: *Ad orationem assiso; non orarem, si non crederem; sed si verè crederem, illud cor, quo Deus videtur, mundarem. Vbi est fides? Sicine putamus orasse Ionam? Sic tres pueros? Sic Danielem inter leones? Sic cerè latronem in Cruce?* D. Bernardus Serm. de quatuor modis orandi, vult nos cogitare celo adsistentes, cum Angelis conuersantes, eos intuentes, & Sanctos, & quid agant notantes, quomodo diuinas intonent laudes: *Quanta cura, & reuerentia, quanto timore, quanta illic humilitate, accedere debet à palude sua procedens, & repens ranuncula vilis? Hoc exposcit caput, Dolentes, de celebrat. Missar. hoc Bernardus Serm. 7. in Cantic. Augustinus 9. Confess. cap. 6. S. Franciscus, de quo in Regula eius Bonauentura refert, cum soluere vellent hoc pensum, etiam in itinere sistere, & corpore erecto, capite aperto, diuinum Officium recitasse, aientem; *Si quietè comedit corpus cibum suum, futurum cum ipso verminum escam; cum quanta pace, & tranquillitate accipere debet anima cibum vite? His docemur attentam orationem desiderari, vt à negotiis, quæ præ manibus gestamus, mentem ad Deum colendum reuocemus. In Canticis spiritualibus Diaplasma dicitur quadam interruptio mentis, vt attendat ad quandam diuinitus emissam vocem: sicut, cum quis occupatus cum amicis repente psaltem probe cantantem audit, qui eum ad se rapit, & obliuisci facit, quæ gerebat. Nicænus lib. 2. in Psalm. cap. 10. Significat mutationem cogitationis, consilij, vel sermonis, aut persone. Ita David Deo cum hoc diaplasmate dicitur laudes. Addit idem Nicænus: *Prohibens suam vocem David, spiritum dabat animo excipiendi agnitionem celestium, & canoram, à diuina illuminatione immisiam.* Ad hoc opus est, duo, vel tria adhibere adminicula. Primum, cogitationes rerum temporalium proscindere, vt Deo attenda sit cogi-**

A tatio. Ita David orabat: *Auerte oculos meos, ne videam vanitatem. Statue seruo tuo eloquium tuum, in timore tuo.* Abraham hoc significauit abiiciens manu aues rapaces Sacrificium manucarum diripere cupientes. Gregorius 6. Moral. cap. 20. *In ipso orationis Sacrificio ingerunt se importuna cogitationes rapere, vel volare cupientes; sed manu sancta discretionis debemus custodire, quod offerimus, ne peruersa cogitationes rapiant.* Ad hoc initiandum Officium præuia illa oratione, *Actiones nostras,* qua toti ad Deum conuertimur, ne aliqua subrepat humanorum cogitatio, armemur. Rationale Sacerdotis Summi superhumerali iungebatur carenulis aureis, quæ per aureos circulos transeuntes hæc duo ligabant ornamenta, ne vnum ab altero dnuoceretur. Vocat Nicænus scuta illos circulos aureos. Cur ista scuta dicuntur? nisi vt ad coniungendum verba mentis cogitationibus, armemur, & protelemur cura, & sollicitudine nostra, ne ab hoc studio diuellamur. Ita Nicænus supra: *Armatos nos esse exhortatur aduersus tyrannum, & hostem nostrum, vt his iniustitie armis, à dextris, atque sinistris, inuisnerabiles maneamus.* Aurea sunt, vt charitate, & non vilitate ad hoc præstandum, & bellum conficiendum conemur: & cum charitas suum saporem, & dulcedinem comitem habeat, ex hac attentione capitur, & gustamus, videmulque, quàm suavis sit Dominus: nam, qui arida mente ista tractat, nullum ex eis gustum capit, nullam deuotionem sentit: quare ei onus est, non leuamen, pensum istud soluere, & tædio magno ista debita Officia initiatur, & finit, facileque quauis data occasione ab iis soluendis abstinet. Secundum adminiculum sit, locum eligere ab omni turba, & strepitu liberum, ne sensus ad ista rapiantur, & post se rationem abducant: quæuis enim leuis occasio nos leuissimos à diuinis distrahit. Christus Dominus secessum ad orandum legit, montem amauit, etiam à Discipulis auellit: vt nos doceret fugere turbas, claudere fores domus, vt soli Patri vota nostra offeramus. Ad solitudinem per Oseam ducit eam, quam lactat, & loqui ad eius cor desiderat, hoc est, vt attentè diuina percipiat verba. Tertiò, corporis forma ad hoc adhibenda est, vt caput aperiatur, genibus flexis oratio fiat: quanta enim corporis habitudine maior exteriori exhibetur reuerentia, tantò animus plus affurgit in Deum, & deuotione maiori suum explet munus: hæc enim indicia sunt animi reuerentis Deum, & conceptum facientis, quantum ei honor debeatur. Vidit Isaias 6. Dominum thronum eleuatum occupantem, & gloria fulgentem, Seraphinos omni alarum motu eum reuerenter laudantes: humilitate alas contrahunt, vigilantia mouent, reuerentia caput operiunt. Qui enim orans sic Deum contemplatur, reuerenter tractat, & plus de eo cognoscit ad augendam reuerentiam in posterum. Cyrillus Ierosol. catech. 9. *Tandè enim maior unicuique appareret Deum, quanto maiori cõtemplatione exaltatur cor.* Cum enim morti vicinus esset Stephanus, vt Deum oraret (inquit Textus sacer Act. 7. *Postis autem genibus clamauit.* Nec tunc oblitus, quod semper cordi ei erat, Deum summa venerari reuerentia. Qui enim vim patiens, & manibus

Psal. 118.  
Gen. 15. 10.  
Gregori.  
Exod. 28.  
Nicæn. de vit. Moyi.  
Math. 27.  
Osea 2.  
Isaias 6.  
Cyrill. Ierosol.  
Act. 7.  
F f impio

Chrysof.

impiorum variè agitata formam tenuit assue- tam, quid in quiete semper fecisse credendum est: Ad quid hoc? Chrylostomus orat. de eodem: *Ut eum intelligas cum affectu precari; non perfunctorie precatur stans, aut inclinatus, sed positus genibus. Qui enim dignè Deum honorare cupit, opus est uigna exhibere huius religiosi cultus.*

Bernard.

Denique quartò, vox ipsa moderanda est, ne præceps lingua cursum suum conficiat, sed cum grauitate; tum, vt verba promantur, & explicentur, ne syncopaticè proferantur, sensum imperfectum, & interruptum reddentia; tum vt cogitationi locus detur, si verbis perceptis lenius eorum pateat, & meditationi locum præbeat. Hoc monet cap. *Dolemes*. de celebrat. Missar. Bernardus Serin. 37. in Cant. *Non præcedentes verba dimidia, non integra transflicientes, & remissis vocibus; sed virili, vt dignum est, & sonitu, & affectu voces Sancti Spiritus depromamus.* Non tamen est simpliciter necessaria attentio, sensum, & explicationem verborum hauriens; id enim paucorum est, & peritorum: satis erit, si verba noter, & intentio ea, quæ Dei Spiritus ibi includit mysteria, scire, & penetrare habeat in desiderio. Neque obstat huius pensu solutioni, quod aliqui verius proferantur cum distractione animi, cum tamen id voluntariè non fiat; sed ex infirmitate humana contingat. Hæc in D. Thoma inuenies 2. 2. q. 83. art. 13. & in Soto 10. de iustitia, q. 5.

D. Thom. Sor.

Seruanda est Officij integritas, quæ componitur ex septem Horis, vt habetur cap. *Presbyter*. de celebrat. Missar. & ad mortale sufficit vnus voluntaria omisso: aliqui etiam de omisso vno Psalmo idem sentiunt; sed non benè: nam respectu totius pars parua est vnicus Psalmus. Vide Bellarm. lib. 10. de bonis operibus, cap. 18. & Suarez cap. 25. à num. 12. Dubium est, an sufficiat ad Deum attendere, nulla cura verborum facta. Hoc negat Suarez d. cap. 26. n. 23. Nam verba proferre necessarium est: ergo & eis attendere. Quod crederem, si studio curaret recitans verbis non attendere; sed solum diuinis vacare: si tamen ex aliquo sensu spiritali ad Deum mens confurgeret, & ibi susteret, impleret sic orans præceptum: nam finem orationis assequitur.

Bellarm. Suarez.

Ordo institutus etiam obligat, vt primùm matutinas Horas recitemus: dein Primam, & cæteras vsque ad Completorium, vt dicto cap. *Presbyter*. iniungitur. Veniale erit, sine causa hunc mutare ordinem: non tamen si causa adsit: vt cum quis non habet ad manum Breuiarium; sed diurnum; & nimis graue illi esset totum differre Officium, & periculo se exponeret totum omittendi. Idem Bellarm. dicto loco, & Suarez supra, cap. 24. tutum credit posse matutinum Officium cum Laudibus recitari, Læctionibus domi relictis, eò quod deesset Breuiarium; aut si defectu lucis legi non possent, cætera memoriter dicendo.

Bellarm. Suarez.

Etiã exposcit Officij recitatio, vt quantum potest id, quod in choro seruatur, quoad tempus tales canendi Horas, idem in priuata recitatione seruatur, vt respondeat horis sensus hymnorum, & Psalmorum. Ita præcipitur eodem cap. *Presbyter*. Si necessitas vrgeat, potest totum Officium recitari serò, vel primo mane: erit tamen necessitas studium ad legen-

dum, aut prædicandum, aut negotium, quod relinquere non potest, si tempus impendendum in Officij recitatione impediatur. Inter duo extrema, præuenire ipsam occupationem, aut postponere, quid eligendum, dubitatur. Quidam censent conuenientius postponere, quam præponere: quia Ecclesia non præbet facultatem anteponendi matutinas Horas; at per totum diem vsque ad initium alterius postponi possunt. Nihilominus cum D. Thoma quodlib. 3. art. 28. præuentio præferenda est; tum, ne Officium omittatur, si nimis serò recitandum sit; tum, vt libentiùs, & spatiosius pensum soluatur: ait enim: *Quia melius est Deo vtrunque reddere, scilicet, & diuinas laudes, & alia honesta Officia, quam quòd per vnum aliud impediatur.* Præterea matutinales Horæ non postpositionem habent, sed præuentionem, cum nocturnæ sint, & dicantur à quarta hora vesperarum præcedentis diei. Vide Suarez 2. de Religione, cap. 27. n. 9.

D. Thom.

Si Missæ compares Officium, præcedere illud debent matutinae Horæ, & Prima, vt sentiunt Anthoninus, Paludanus, Nauarrus, Hostiensis, Gabriel, Syluester: quos refert Bellarminus dicto lib. 1. de bonis operibus, cap. 28. & docet d. cap. *Presbyter*. Antiquata tamen est hæc opinio: illud optimum consilium est, non sub peccato graui. Quare, necessitate accedente, potest Missa præcedere matutinarum Horarum recitationem, & hoc nullum erit peccatum: sine ea tamen veniale reputatur. Ita Cardinalis Bellarm. supra, & Suarez cap. 24.

Anthonia. Palud. Nauarr. Hostiens. Gabriel. Syluest. Bellarm.

Quomodo autem diuidendæ sint Horæ, dubium est. Certum tres Nocturnos continuatione morali recitandos cum Læctionibus, & Responsoris: at necessitate adueniente, per spatium vnus Horæ, sine peccato posset vnico recitato Nocturno alterum suspendi: at Laudes, quæ pars sunt matutinarum Horarum, licet Ecclesia solum à Nocturnis semel diuidat in nocte Natiuitatis, possunt præcindi à matutinis Nocturnis, & per tempus longum: nam Laudes hora sunt perfecta: & sicut Prima, aut Tertia separata à matutinali Officio recitari potest. At, cum cuiusvis Horæ pars suspenditur, occupatione succedente, oportet id breuiter fieri: nam, si interruptio magna esset, necessariò forent iteranda iam dicta: existimatur autem interruptio, moralis continuatio, si per vnam quadrantis partem fieret, & vt plurimum per totum quadrantem, si vrgens intercederet causa.

D. Thom.

Qualitas huius Officij sumitur ex totius Ecclesiæ vsu, aut particularis, cui inferuiunt Beneficiari, aut Canonici. Si enim de licentia Pontificis, aut Prælati tale tunc officium dicitur, quantum à Romano, & vniuersali differat, illo pensum soluitur, vt inquit D. Thomas quodlib. 6. artic. 8. necessaria tamen est licentia, saltem Prælatorum talium Ecclesiarum, vt docet Soto de iustitia, q. 5. art. 4. Et licet Ecclesiæ non seruiant reliqui illius loci Ministri, possunt matriçi conformari secundum regulas Breuiarij, & Bullæ Pij V. non tamen est cuiquam liberum, hoc, vel illud Officium recitare, aut canere, quantum canonicum, & approbatum sit pro alio tempore: nec quemadmodum Missæ votiæ possunt abique graui culpa assumi, reliqua

Soto.

relicta diei: ita Officium mutari potest: existimans tamen debitum Officium soluisse, non teneretur aliter iterum dicere: esset enim graue onus; & res, quæ æquiualent, parum distant, hac necessitate adueniente.

D. Thom.

Omnes Horæ nullum tempus fixum habent ex præcepto, nisi matutinales: nam reliquæ intra spatium vnus naturalis diei recitari possunt ad debitum soluendum vsque ad duodecimam horam noctis, quod quoad postpositionem matutinalibus Horis etiam conuenit: at quantum ad anticipationem (si priuilegium aliud non concedat) hora incipiendi erit illa, quæ communiter succedit completis; ita vt si ista (iuxta loci vsum) solenniter in choro post nonam horam finiatur, & succedat completæ; tunc matutinales Horæ priuati, & publicè initiari poterunt, vt D. Thomas docet d. quodlib. 5. art. 28. resp. 5. ad 3. Quoad cæteras Horas, si desint duæ circumstantiæ, nempe, quòd parum distet tempus, quo recitantur, à debito ex institutione, & significatione; & quòd necessitas vrgeat alicuius momenti ad anticipationem, vel postpositionem, peccatum veniale erit, plurimum distare tempus debitum ab eo, quod legitur ad eiusmodi pensum soluendum, vt docuit Francolinus libro de tempore Horarum, cap. 24. n. 4. & cap. 25. n. 7. erit tamen gratissimum Deo munus, Horas separare, & quantlibet designato tempore recitare: vt congruat tempus mysteriis, & fini Ecclesiæ, vt docet d. cap. *Presbyter*. & item, vt sacri Ministri per diuersa tempora habeant, quæ eos excitent ad diuinas intonandum laudes; vt semper sint in eorum ore, & habeant, quæ ruminent pro reliquo vacuo tempore: id enim desiderat Ecclesia, vt diuinis occupentur, & ipsi dicati homines. Quod monet Petrus Damianus epistola ad Desiderium, & adducit memorabile exemplum, addens: *Distingueda sunt ergo per momenta temporum ecclesiastica institutionis Officia.*

Francolin.

Damian.

Conc. Later. D. Thom. Bellarm.

Qui autem teneantur hoc pensum soluere ex præcepto, aut consuetudine vim habente præcepti, dicendum est primò, omnes ordinari Ordine sacro, & beneficiari, quantum factum Ordinem non habeant, vt habetur dist. 92. can. finali, cap. *Presbyter*. de celebr. Missar. cap. *Dolemes*. eodem titulo. Concilium Lateran. sub Leone X. sess. 9. S. Thomas quodlib. 6. art. 8. Bellarminus d. libro, cap. 19.

Suarez.

Item secundò, omnes Professi Religiosi ex consuetudine, & Ordinum legibus, siue in choro, siue extra chorum, si ibi pensum non soluerant, excepta Societate, quæ vsque ad susceptos Ordines, suos non obligat alumnos, vt studiis vacent. In hac regula etiam comprehenduntur Moniales, vt docet Franciscus Suarez 2. de Relig. lib. 4. supr. cap. 17. n. 2. Et ratio huius obligationis strictioris ea est, quòd nullam specialem habeant occupationem ad religiosè impendendum tempus præscriptum.

Conc. Later.

Beneficia habentes, ratione beneficij, quo alimentari possunt, non solum ad recitandum illud tenentur; sed si maneri desint, cotam restituent, quæ respondeat Horis omissis, iuxta totius anni quantitatem; & hanc restituere tenentur illis Ecclesiis, quibus adstricta sunt beneficia, vel pauperibus illius loci, vt habetur in Later. sub Leone X. sess. 9. §. *Statuimus*. & in

Pio V. in constitutione. Hoc tamen verum habet, si fructus beneficij suos faciat: si autem in litigio sint, non tenetur, nisi sacris initiatus sit. Quòd si sub parentum tutela degat, & isti fructus consumant, recitare debet: nam iam sui causa tales redditus parentibus accrescunt, vt ipsum alere, & præbere necessaria possint. Dixi, beneficiari: tales enim non sunt pensionarij, quibus aliqua recitare iniungitur, vt Deo gratitudinem exhibeant: id enim est Officium paruam Beatæ Virginis; non tamen magnum, & canonicum. Dubitatur, an tenes redditus habens teneatur recitare. Afirmat Suarez, si non adiunctum habeat aliud onus, quòd respondeat fructibus acquirendis: sine hoc, quantum decem ducatorum sit beneficium, pensum hoc soluere tenetur: nam labor iste etiam tenuis est.

Iustissimè Ecclesia ista decernit, & præcipit, vt Ministri, ei dicati, factique publici interuentores pro publico certent bono: & quemadmodum priuata Ecclesia Ministros habebat ad hoc munus obeundum 1. Paralip. 15. Isai. 26. ita noua 1. Paralip. 15. hos habeat addictos diuinis laudibus: si enim Respublica milites habet, alique, & reliqua officia necessaria ad communem hominum indigentiam suppeditat; cur Ecclesia hos non habeat tutelares ministros, vt fideles orationibus suis adiuuent, & pro eis Deo vacent, & diuinis instent laudibus; suppletentes defectum reliquorum, qui humanis occupati, spiritalibus non attendunt: De quo D. Thomas quodlib. 6. art. 8. qui rogat quodlib. 1. q. 7. art. 13. Si quis duas Ecclesias habeat, quibus inferuit, & Officia in eis diuersa canantur, teneaturne duo Officia recitare, cum Altari seruire oporteat de Altari alimentum capientem. Respondet, teneri ad vnum Officium, & legere illud, quod in principali dicitur, quantum alterius pinguius sit beneficium: nam ista præcipue spiritalia respiciunt munia. Quare Ecclesiæ principaliori tenetur pensum soluere.

Docet idem S. Doctor quodlib. 3. art. 29. si idem quis partem Officij omittat, aut vnus diei, satisfacere, si Confessarius ei iniungat, non quidem recitare omissa; sed aliquos Psalmos parti relicta æquiuales: nam illud vile est ad debitum soluendum, die iam transacto; hoc necessarium ad satisfactionem. Hoc idem docet Suarez dicto lib. 4. cap. 30. n. 17. & credit, per Psalmos, & orationes æquiuales Officio omisso satisfacere, vt restitutionem pecuniarum excuset.

Item docet quodlib. 4. art. 23. & 8. art. 1. cum qui solum sine beneficij adipiscendi, & fruendi sit Ecclesiæ Minister, peccate mortaliter: sicut, qui munus ecclesiasticum obit, & Missam dicit lucri intentione: hoc enim simoniacum est, illud præuerrere ordinem, & finem Ecclesiæ, & abuti spiritalibus. Quòd si finem habeat virtutis; comiterque eum desiderium fruendi bonis ecclesiasticis, non erit mortale, licet minus perfectum sit. *Sic enim acceptio distributionum non erit causa, quare ad Ecclesiam vadat; sed proprie huiusmodi determinatio, quare tunc vadat, virtutis erit.* Adiuncto, & comite motuo imperfecto. Restat sciendum, quo tempore hoc tributum incipiat obligare? Sunt, qui ratione Ordinis, & chori;



item ob obtenta beneficia recitent. Primi statim ac in sacris initiatur, tenentur recitare; non quidem totius diei Officium, sed ab illa hora, in qua Ecclesie aptantur, vt à vespertinis horis: quòd si ignorant, culpa erit impudanda eis. Nec difficile discere, aut socium addiscere, vt monet Suarez 2. de Relig. cap. 27. Excusabitur tamen, si repente initiatus fuit ob ingruentem necessitatem, vel Episcopi aduentum: secundi statim ac professionem emittunt: nam Nouitios non obligat chori pensum. De his verò loquendo, qui ob beneficium oneri subduntur, dubium est propter decretum Concil. Lateran. sub Leone X. sess. 9. §. *Stauimus*. & Pij V. Constitutionem 338. vbi non recitantibus post sex menses obtenti beneficij, pœna infligitur. Sed hæc intelligenda sunt de restitutione fructuum; non tamen de recitatione Officij, à qua non excusantur, nec post vnam diem. Et adhuc circa dicta Suarez putat, à prima susceptione beneficij teneri restituere proportionem facta, si recitare, aut totum, aut partem Officij omitat. Ita supra cap. 29. n. 10. Quia ex natura rei debitor est pendendi Officium propter beneficium.

§. IV.

Quomodo recitanda Hora canonica.

Hæc de diuini Officij recitatione sale condenda sunt, quod saporem insipidis præbet ferculis, vt qui quotidie debitum istud soluunt, non solum verbis externis, & aliquali attentione ad verba contenti sint; sed etiam quæstum requirant in hoc labore. Quis enim inter manuum opera non aliquod solamen inquirat, ne obruatur à labore, & fatigetur animus, ne ab incepto desistat? Ad hoc oratio reuerenter, & deuotè facta tendit: ea enim vires auget, cor dilatat, & ad repetendum pro altera die facta præcedenti, gustum impertit. Anna, quæ mœstitia, & afflictionibus onerata dolebat, orationi assueta inuenit cordis latitudinem, & mœsticiam vertit in gaudium, dolorem in gustum, aiens 1. Reg. 2. *Dilatatum est os meum super inimicos meos*. intellige de internis hostibus gaudium, & pacem futantibus. Quare? Quia orationi spatium concessit, vbi istam dilatationem comparauit. Chryostomus hom. 2. de festis diebus, sic ista exponit: *Relaxatione*, inquit, *frigor, liberè loqui possum: iam pudore discusso, ad libertatem redij*. Hæc dilatatio gaudium parit, natum ex oris verbis, si attentè profertantur: nam, quemadmodum pulchrum, & suaue quid visum, sensum delectat: ita, quæ leguntur, & consideratione fulciuntur, oblectationem operantur. Notauit Sinaita lib. 7. Hexam. exponens illud Genes. 3. *Vidit lignum pulchrum ad videndum, & delectabile ad comedendum*. talis enim redditur mens, & animus videns diuina, & penetrans mysteria, ac ruminans verba. *Mens omnis perspicax, & apta ad visionem diuinam, dicitur esse arbor pulchra ad videndum*. Quare, qui his aperit oculos, & euoluit, si non omnia, aliqua ex his, quæ Deo dicat, pulcherrimos fructus carpit, ac degustat.

Ob id enim iniungitur attentio recitandi,

ne frigida, & insulsa comedantur; sed sapida & gustui animæ delectabilia, iuxta illud Dauidicum: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua*. Idecirò inter tres similitudines exprimentes vim orationis: *Petite, quærite, pulsate*. Hæc extrema attentæ orationi tribuitur: nam ex rerum pulchritarum apertione gaudium prodit. Confirmat illud Luca 23. *Nōne cor nostrum ardens erat in nobis, dum aperiret Scripturas?* Hæc apertio, manifestatio est occultæ, & clausæ veritatis, qua patefacta gaudium, ardorem, & delectationem animus capit. Cyprianus lib. 4. epist. 4. *Pulsando aperitur, si modo pulsent ostium preces, & gemius, & lacryma nostra, quibus insistere, & immorari oportet*. Hoc exprimit Psal. 118. Dauid, aiens: *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis*. Non sermo vtcunque; sed declaratus apertus, pandulus factus: hinc illuminatio, & intellectus illustratio, ex humilibus, & paruus infantibus viros efficiens. In Hebræo est, *perhæc*, quod Hieronymus interpretatur ostium aperire à verbo, *perhæc*, *aperire*: sic pulsata ianuæ aperiuntur, & reuelantur, quæ Deus diligentibus se parauit. Quare recitantes deuotè, & sentientes, quæ profertant verba, duo habent imitatione digna: vnum, non contenti vnica recitatione, iterum eadem repetunt, & sæpius; non quidem, quia id necessarium; imò vitandum, vt docet Suarez 2. de Relig. lib. 4. cap. 26. sed vt affectum suum satient, & deuotionem requirant ex verbis attentè prolatis. Nec deest exemplum, quauis humanum. Plutarchus in Coroliano refert, Numam ad eò sacris interfuisse deuotè, vt si sacrificio deesset attentio, semel, & septies, & pluries idem repetere iubebat: *Eò quòd aliquis semper, aut error, aut scrupulus intercessisset. Talis diuinis in rebus Romana religio est*. Secundò, cum diebus singulis hoc pensum soluunt, non tædio laborant; sed potiùs sequentibus feruentius, & cautiùs incedunt, & si in aliquo frigerat cor, in reliquum illud inflammant. Monet hoc Chryostomus) homilia de Anna, his verbis: *Vbi senseris pristinum illum feruorem paulatim frigescere, recurre quantocius ad preces, frigescentemque mentem rursus accende*.

Cum enim homines ab occupationibus liberos alloquamur; cur ista, quæ ex debito soluunt, remisit, ac tepidè præstant; cum potiùs vacare oporteret in his perforandis occultis mysteriis, vt ex petra mel, ex impenso labore procedat? Reprehendit hoc Chryostomus supra hom. de Anna aiens: *Nos, qui in tanto otio degimus, quam defensionem, aut veniam habere poterimus; & tamen illi (Deo, videlicet) non assidue supplicamus*. Cum audiat: *Septies in die laudem dixi tibi*, ex ore Regis occupati; quid mirum, arguat has laudes negligentes, non quòd orare cessent; sed quia non corde potiùs, quàm ore, Deo attendunt, vt hauriant deuotionis, & gustus riuulos.

Quauis oratio iniuncta Sacerdotibus, cum priuatim fiat, non exposcat locum; id certum est, ad hanc deuotionem obtinendam plurimum præstare boni loci decentis, & quieti electionem. Id docuit Concil. Basil. sess. 21. aiens: *Tali in loco, vnde à deuotione non distrahatur, (oret, supple,) ad quam se disponere,*

& preparare debeat. Si enim parua impedimenta damnum afferunt; contra, locus decens, pro oratione lectus plurimam conferet deuotionem. Quis neget, orationem in templo, aut Sacrario factam in pretio esse, & Deo gratissimam: quippa, cum locus pro ea dicatus sit, & dicatur orationis domus: quare ad communes preces lectus est chorus, vt Deo inibi concinantur laudes. 2. Paralip. 10. Iosaphat in atrio renouati templi orauit. Cur hunc elegit locum? Recordatus est factæ Salomonis promissionis, quòd orantes in eo, quæ poscerent bona, assequerentur, (inquit Lyra,) & addit: *Cuius promissio debet esse efficax: quia scribitur Proverb. 25. Nubes, & ventus, & pluuia non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens*. Quare locus efficaciam orationi contulit. Nec immeritò in Masphat Saül eligitur in Regem. Interpretatur *Masphat, speculum*: hoc enim ad hominem totum componendum seruit: vt doceat ex loco sapè nasci compositè, & deuotè res agere, & omnes bonæ orationis seruare circumstantias. Obseruauit hoc Iustinus lib. qq. q. 118. notans, cur orantes, versùs Orientem solerent constitui: & reddit rationem: *Quemadmodum dextera præfertur sinistre, quauis eadem veriusque conditio; sed ob posituram melior censetur; non aliter & Oriens, vt præstantior creatura pars, ad Deum adorandum est designata*. Significat enim indigentiam nostram, & lumen à Numine exposcendum, quòd mentis tenebras exterminet. Ita locus ob spirituale considerationem aprior reputatur ad Deum laudandum. Ipse enim in animo immittit reuerentiam, sicut corporis figura, vt dicebamus; hoc comprobatur Franciscus Suarez dicto opere, & lib. cap. 27.

Vt enim facilem formam deuotè orandi omnibus præscribamus, inuocent in memoriam illud Dauidicum: *In Psalterio decem chordarum psallam tibi*. Hoc fingant mente instrumentum, aut musicum vas, ex Christi Cruci affixi præcipuis partibus compactum. Incipiant à dextro pede, veniant ad secundum; dein ad genua toties pro nobis terræ concessa, vt oraret; & cum humeris crucem baiularet. Præterea latus sanguinem, & aquam præbens contemplantur, & aliud latus, vbi regium habet cor: dorfa videant ictibus flagrorum, sanguine madefacta: ad manum dextram accedant, & ad sinistram postea, & ad caput spinis laceratum: tandem totum illud exanime corpus Diuinitate delibatum recogitent. Istæ decem chordæ, vt concinnè laudes promantur, pulsandæ sunt hoc pacto; incipiendo ab ima corporis parte ad summum cuique suum versum accommodent: & non rarò, sed frequenter sensus verborum congruet cum loco, quem mens contemplantur. Possunt etiam in quauis harum mansionum duos, aut tres, vel plures versus deponere, vt inueniant sensum illis accommodatum, quod deuotionem excitet. Ita enim sicut per scalam Angeli ascendentes, & descendentes nunquam quiescebant; finito in Diuinitate hoc ordine, rursus ad pedes reuocent cogitationem. Et quauis hoc difficile videatur, tandem facilitatem obtine-

bunt, & inuenient pro cogitationibus vagantibus in mente, locum quietis, vbi sistant, & sugant mel ex foraminibus huius petræ: quare non solum pensum soluent; sed etiam plurimos fructus ex hoc vitæ ligno carpent.

CAPVT XIV.

Sacerdotibus iniungitur, ne diuitiarum occupentur aggeratione.

Illud Ecclesiast. 4. his hominibus in memoriam reuocandum est: *Vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem: & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitiis, nec recogitans dicit: Cui laboro? Stultissimum iudicans, homines à debitis humanis liberos, diuitias accumulandi cura præpediri, & à fine accedendi ad Ecclesiam recedere, sæculòque cor tradere, & sæcularium imitari cupiditatem. Ideò cælibatus in Ecclesia introductus fuit, ne cura filiorum, & alendæ vxoris sollicitudine tenerentur; sed solum Deo vacare habentes, quibus ali, & regi decenter possint. Quare eiusmodi cupiditas omninò propellenda est, tanquam aduersaria finis intenti, & inimica Sacerdotum puritatis, & quietis.*

Mala, quæ ex his diuitiis sollicitè congregatis nascuntur, plurima sunt: nec minus damnatum Ecclesiasticis afferunt, quam sæcularibus, sed maius: illi enim pluribus fulciuntur rationibus, vt eas requirant, & augeant: quæ omnes Sacerdotibus desunt, & fortiores compellunt tenuem vitam instituire. Primum eiusmodi cura, & sollicitudo dedecet statum cælibem, liberum à curis mundanis, & negotiis sæcularibus: quæ omnia auocant animum à diuitiarum accumulatione: nam, cum cupiditas vires assumit, non contenta habitis debito ordine, etiam se extendit ad illicita, & ad sæculum hominem reuocat. Iosephus de Costobaro Idumæo loquens 15. de Antiq. cap. 11. diuitiarum cupido, qui non contentus his, quæ possidebat, media tentauit illicita ad maiora possidendum: *Quibus parandis nunquam non inuentus, ne à turpibus quidem lucris abstinerebat, nimirum, nihil mediocre voluans in animo*. Quapropter eiusmodi diuitiis inhiantes, cor sæculare habent sub habitu Clericorum: nam ea tractant, cogitant, requirunt, quæ mundo seruiantibus conueniunt. Ob id enim Hormisda epistola ad Legatos, prohibens electionem Aristidis profani hominis, hæc addit: *Nam nulli prodest mutare personam, si eiusdem forma nequitia perseueret*. Quid enim interest gestare habitum Sacerdotis, & Dei Ministri, vbi mores sæculares adhuc viuunt, & desideria praua, & inutilia rerum mundalium?

Hinc enim nata est frigiditas ad celestia sectandum, & ardor ad humana: nihil illis cordi quidquam fixius hæret, quàm ad lucra tendere, ista tractare, in his occupari, cum hominibus eiusdem farinae agere, omnia reliqua sui muneris posthabentes in obliuionem tradunt. Hieronymus de virginit. ad Demetriad. de his loquens: *Feruentissimi in terrenis, frigidissimi*

Suarez.

Conc. Later.

1. Reg. 2.

Chryost.

Sinait.

Genes. 3.

Psal. 118.

Ioan. 26.

Luca 23.

Cyprian.

Psal. 118.

2. Paral. 10.

Greg. lib. 4. Reg. c. 14. 1. Reg. 7.

Iustin.

Plutarch.

Chryost.

Chryost.

Conc. Basil.

Hormisda.

Hieron.

Prosper. Genes. 3.

Urban. Pap. Luc. 19.

Math. 6.

Tertull. Ps-lm. 6. 1. 11.

1. Timoth. 6.

frigidissimi in caelestibus sumus. De cuiusmodi hominibus interpretatur Prosper de promiss. & praedict. cap. 4. illud Genes. 3. *Terrana comedes omnibus diebus vitatae.* & ait: *Terranis enim cupiditatibus inhiantes anima, terra similes comparantur.* Quam alienum ab horum conuersatione caelestia tractare, horum meditari magnitudinem. Verè enim non illa quaerunt; sed ea, quibus cor suum tradiderunt: nec libertate gaudere videntur, sed quadam necessitate agi, & quasi cupiditatis vinculis constringi, ne caput ad caelestia attollant. Optimè ad hoc Urbanus Papa IV. in Psalm. 50. exponens illud Luc. 19. *Si cognouisses & tu, & quidem quae ad pacem tibi, &c. prosequens: Circumdabunt te, & coangustabunt te.* hos ligatos, & compedibus diuitiarum detentos sic contemplatur: *Nam circumdederunt me inimici mei spirituales villo occupationum mundanarum, lacerantium mentem meam: ita quod non permittunt me exterius egredi ad vilem actionem, nec interius ad contemplationem.* Ita compediti manent ad solum humana tractandum, quibus diuina commissa sunt. *Vbi thesaurus, tibi cor.* Qui enim cor apponit affluentibus deliciis, quomodo potest, quae sui iuris sunt, tractare? Quomodo diuinis ministris attendere, ordine, & forma religioni congruente, ista complebit, & perficiet: Quare Tertullianus 4. contra Marc. illud: *Diuitia si affluant, nolite cor apponere.* sic vertit: *Ne desideraueris diuitias; & si relucet, ne auerteris cor.* Ac si velit, malum esse, desiderium circa diuitias occupare, & peius omnium eis cor tradere: nam ita alienatur à ceteris curis impensis, à profectu proprio, à vitæ honestate, à diuinorum debita tractatione, à proximorum bono. Quapropter inter infelices recenset D. Leo Sermon. 6. de ieiunio, eos, qui in rebus caducis, & parum duraturis ita occupantur, vt oblivioni tradant aeterna: *Infidelis autem, & iniquus est etiam sibi, qui quod astat diligendum, non vult habere perpetuum.* Nec immerito David diuitiarum copiam considerans, vsus est verbo affluere: quod licet abundantiam significet, etiam motum, & successionem interituram tandem, & cessaturam monstrat: quare sectatores diuitiarum ea amant, quae cito finientur; & diuina, quae aeterna sunt, nec in eorum veniunt mentem.

Alia felicitas status clericalis, quam deturbat diuitiarum cupiditas, est quietem quaerere, amare solum seculum, & cum Deo agere: quasi solo relicto, portum amare. Quod omnino perditur, si curae diuitiarum fores aperiantur: quales videmus domos Clericorum diuitum, plenas famulis, pastoribus, canibus, iumentis, bobus, & negotiatoribus, cum domino, aut amico tractantibus, quae ad facultatum augmentum spectant, ad agrorum culturam, ad gregum custodiam: hinc tixae, inimicitiae, & similitates inter vicinos seculares: saepe vel laedunt, vel laeduntur in amatis bonis, & querulas voces emittunt, vt retalient, quae passi sunt mala. Quis te, 6. Sacerdos Dei, in ista immisit mala, huic te pelago concessit, vt infomnes noctes haberes, & dies curis, & sollicitudinibus plenos; cum finis tuae fortis sit ad quietem, & tranquillitatem destinare? Num oblitus es illius sententiae Paulinae 1. Timoth. 6. *Inferne-*

*runt se doloribus multis.* & aliorum, quae ibi aduersus concupitores bonorum temporalium ingeminat? Quauis Epicuri sententiam referat Seneca epist. 14. dicit tibi: *Quid interest, quis dixerit? Omnibus dixit: nam, qui eget diuitiis, timet pro illis: nemo autem sollicito bono fruatur.* Erat enim illius sententia: *Is maxime diuitiis fruatur, qui minime diuitiis indiget.* Si ergo sollicitudo, & timor bellum excitant; quae pax, quae quies potest reperiri in corde eorum, qui ista auidè tractant? Basilius in Luc. 12. anxium illum diuitem, infomnemque contemplans, eius assumit verba: *Quid faciam?* Cum omnibus abundaret bonis, ipsa horum copia ei molestias inferebat, & ait: *Quis non miseretur sic miserè curis obsessi: ipsa felicitate miser erat, ac timidus: miserabilis praesentibus, & paratis bonis, miserabilior ob ea, quae adhuc expectabat.* Ecce vnde molestae cogitationes. Quare possumus mentè Sacerdotibus portum ex munere petentibus, dicere illud Chryostomi hom. aduersus eos, qui à diuinis absumunt: *In foro silentium, & in Ecclesia clamor? In pelago tranquillitas, & in portu tempestas?* O Christi Minister, quare ad ista descendisti, cum in tecto domus Dei degeres, vbi pace frui posses? Quis te mari concessit? Eo enim ipso, quod humana tractare decreuisti, fori, & maris, & omnis turbationis strepitibus, & curarum impulsibus agitaris; vt à loco quieto dimouearis, imò pellaris. Nam, vt inquit Basilius supra, de illo anxio diuite: *Non enim prouentus annui ei fruicionem terra ferebat, sed fletus, & suspiria.*

Quare, quartò nulla eis proximorum cura, nulla vitandi vitia sollicitudo. Omnes exemplo aliis esse Concil. Trid. sess. 2. decreto de forma viuendi, & per totum titulum, *de vita, & honestate Clericorum,* strictè obligat: & plurimum proximorum cura incumbit ex munere. Quantum ista exterminio sunt missa, experientia fati docet, & superius inculcata probant: verè enim non patrum, pastorum, patronorum, paedagogorum munus obcurt; sed mercatorum, aut tyrannorum sua quaerentium lucra, vi, vel raptu, rixis, & contentionibus. Ad hoc, notandum discrimen magnum inter Salomonem, & Roboanum filium: sapiens ille, iste stultus, ingenitem populum gubernabant: ille sapientia sua mirifice debitum munus executioni mandauit, isti decem Tribus sublatae sunt: credo, ne tanto oneri succumberet, cum valde debiles humeros haberet, quauis ipse stultus digitum suum grossiorem esse, quam parentis dorsum crederet, & plura, quam illum, posse arbitraretur: cum enim iussu Dei cessaret à bello, vt recuperaret perditum regnum, intentato, ait Textus 2. Paralip. 11. *Habituauit Roboam in Hierusalem, & edificauit ciuitates munitas in Iuda.* Num ad inferendum bellum? Minime: sed vt sua tutaretur: qui negligens factus propter regni magnitudinem, ea non curabat; ad minoræ redactus curarum studia, iam ad munus sibi praestitum attendit. Quod Iosephus lib. 8. Antiq. c. 10. sic expressit: *Reor, quia sapius causa malorum existat hominibus: magnitudo rerum, earumque ad posteriora conuersio.* Saepè videmus, homines in talentis impares aggredi ea, quae alij potentiores haud difficile tractant: & cum ad omnia non se extendat eorum

Senec.

Basil.

Chryost.

Basil.

3. Reg. 22. 10.

2. Paral. 11.

Ioseph.

Glossa.

Imperfect.

Chryost.

Eccles. 1.

2. Paral. 11.

Ioseph.

eorum virtus, potiora relinquunt, & minora explere conantur. Magnum esset beneficium ab his plurima tollere, vt ad reliqua sensus habeant, & ea curent. Quare, cum velint animarum negotia agenda suscipere, hoc parum reputantes, etiam humana tractant, quorum interuentu illa deserunt sui muneris propria. Vt nam facultates ab eis auferrentur, & cupiditas omnium malorum radix, vt sua curarent, non aliena. Vt ad Roboam tectum faciamus, interpretatur *laniatio populi,* vt Glossa dicto cap. 2. Paralip. docet: cum enim regnum ab eo ablatum fuit, populi curam suscepit, ipsumque auxit, & virtute robotauit: *Postquam enim non habet, quod in se vincat, amplecti alius debet, & latè populum Dei ad superna trahere secum.* Ad hoc quidem opus est expoliari diuitiarum sollicitudine, vt eam transferat ad diuina curandum. Qui enim fieri potest, vt homo tam crasse humana concupiscens, & requirens, vera suos doceat alumnos; sed potius verbis, & exemplo sectari ea, quae ipse ardentè expetit? Zorobabel magnus fuit Ecclesiastes, mirifice populum instruxit: hunc enim si roges, quae sit omnium potentissima res: Vinum? Foeminarum amor, & cupiditas? Regum potentia? Nihil horum respondit: sed, veritas: talis enim optimè obire Magistrum munus potest, qui despiciens terrena bona pro veritate certat, Imperfectus in cap. 1. Matth. ait: *Zorobabel Doctus Babylonia interpretatur. Quae enim maior doctrina, quam ostendere veritatem dominatricem esse omnium rerum?* Meretur quidem nomen, & munus Magistrum, qui pro veritatis victoria certat, & reliqua mundi oblectamenta, delicias, potentiam, ebrietatem, vanitatem praedicat. Huic consonat id, quod notauit Chryostomus Sermon. contra concubintom. 5. Salomonem sapientissimum contemplans; at deditum omni generi delectationis. Quo modo tunc sapientia illius doceret, quam viles, vanae, periculosae, noxiae naniae res humanae sint: cum ipse eas cordi haberet, & omnem oblectationem, & pastum sensuum ardentè quaereret. Cum verò ista contemnere cepit, factus Ecclesiastes ait cap. 1. *Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, Audi Chryostomum: Salomon, cum secularium rerum concupiscentia teneretur, magna eas, & admirandas putabat, multumque in eis laboris, & sollicitudinis infumebat. At vbi inde ad se reuersus, & quasi ex umbrosa quadam abyssu ad lucem vera sapientia respicere valuit, tunc sublinem illam, & calis dignam emisit vocem: Vanitas, &c. Tales habentes magistros, quid discant, nisi familia sibi comparare. Exempla enim maiorum, praecipue Sacerdotum, cogunt ad sui imitationem subiectos. 2. Paralip. 11. vt diximus, Roboam post Domini praecceptum de non infequendo Ieroboam, cum ciuitates suae ditionis munit, venerunt ad eum Sacerdotes, & viri timorati: *Quicunque dederunt cor suum, vt quaerent Dominum Deum Israel.* Tanta enim est vis boni maiorum exempli, vt à propriis sedibus homines ad alienas transferat. At contra, vt ibi ait Iosephus 8. antiq. cap. 10. *Cum moribus namque Principum corrumpitur conuersatio subiectorum: & quasi virtutem, eorum imitantur illecebras. Non enim opera Principum approbare videntur, nisi etiam similiter haec agant. Quid ergo Principes populorum auari, deliciarum amatores docere**

possent, nisi quae vident in pretio apud illos esse? Sicut contra boni pastores subiectos bonis imbuunt moribus. Fortunatus ad Euphronium Episcop. Turon. epist. 2. *Quis illic posset esse iracundus, aut turbidus, vbi Sacerdos, & Pontifex tam placidus est inuentus: Scit enim totus sine rapacitate grex viuere, vbi viuendi tranquillitas discitur à pastore.* Quare, si aliqua scintilla virtutis effulget in populis, non ipsis; sed Dei misericordiae adscribenda est: quemadmodum, quod rosa inter spinas nascatur, nec à pungentibus diuitiarum prauis exemplis decoloratur. Hoc comprobat Chryostomus in terrae motum: *Dulcis fructus ab acerba radice prognatus est; non enim splendor maiorum, sed virtute praedici mores quaruntur.* Ac si diceret: Non vtilitas animabus aduenit ex eo, quod habeant spirituales parentes claros, diuites, potentes; sed ex eo, quod virtute praediti sint. Quid enim in eis imitari poterit, cum diuitiae homines generent superbos, iracundos, ceterorum contemptores, & eos parui facientes: contra id, quod Paulus Sacerdotes monet, non vinoletos, non percussores, non turpis lucri cupidos esse oportere; sed hospitales, benignos, sobrios. Hi sunt, qui semper cum subditis rixantur, & in facultatibus feriunt, tanquam potentiores, & valentes domum supra domum inclinare, vt ambae cadant inuicem rixantes, & inuicem se consumentes. Leo Sermon. in monte, discrimen constituens inter diuites, & pauperes, illis superbiam, istis humilitatem concedit: *Humilitatis bonum facilius pauperes, quam diuites assequuntur, dum illis in tenuitate amica est mansuetudo, & istis in diuitiis familiaris elatio.* His contingit, quod arguit Oseas 1. cap. *Multiplacati cis argentum, & aurum, quae fecerunt Baal Hieronymus interpretatur Baal, superior, & deuotio: hoc idolum ex diuitiis fingunt Sacerdotes auari: deuorant enim plebem, sicut escam panis, malè eos tractantes, bona consumentes, lautè viuentes, & luxui vacantes: vnde superiores euadunt, omnes calcant, & sub pedibus deprimunt, quasi dominantes in cleris. Hieronymus ibi: *Superbi sunt, dum, aut maiora se putant habere, aut in ipsa falsa opinionis scientia deuorantur.* Arrogantiam illius euangelici diuitis Luc. 12. ponderans Basilius homil. de eod. ei comparat infractionem animi, cum labores foris pullant; & superbiam diuitum, cum abundant bonis, & ait: *Et què diuitem videtur in rerum difficultate minime deiici, & infractum seruare animum, ac in felicitate non extolli ad irrogandam contumeliam.* Quare Iob in aduersis tam patiens, & humilis? Quia in secunda fortuna, & diuitiarum affluentia nulla tenebatur superbia, nec iracundia. Qui enim potentia non elati incedunt, facillimo negotio in aduersitate parci, ac temperati sunt. Chryostomus hom. 13. in Matth. de Iob loquens: *Qui potuit modeste ferre diuitias, meliùs poterit etiam fortiter ferre pauperiem.* Cum ergo diuites effecti, superbi, & iracundi sint, impedimento sunt, ne suos moribus probis imbuant; sed potius eos exasperent, & cum eis acriter certent.*

Aliud malum ex diuitiis pullulans, id est, aduersus huius status regulas, non solum elemosynas negare, sed etiam à se alienare pauperes. Cum enim domus Sacerdotum sit asylum egentium, si diuitiis dent operam, omnes egentem à se ablegant, semper caritatem fructuam

Fortunatus

Chryost.

Tit. 1.

1. Tim. 3.

Leo.

Oseas 1.

Hieroni.

Luc. 12.

Basil.

Chryost.



deplorant; nunquam satis sibi habere arbitrantur; vanitatis exstruunt turrim, & magnificas domos construunt, supelletillem augent, mensam lautam apponunt, maioratus pro cognatis relinquunt, & omnino pauperes deserunt, cum pars horum sit, quæ modestis, & mediocria pro corpore amantibus supersunt. Si hoc onus omnibus imponimus, ut supra lib. 4. diximus; quantum magis id sacerdotibus incumbet, & culpæ imputabitur, muneris suo non satisfacere? Quare merito comparabitur arbori infructuosæ, & merito excidendæ, & ab officio parentis pauperum amouendæ. Rogat Basilius in fusè disp. reg. 5. quam Matth. 7. vocat Dominus arborem infertilem, & excidere, & in ignem mittere iubet; & hos dicit hac significari similitudine, qui, cum plantati sint in domo Domini ad pauperes fovendos, sua querunt commoda, non aliorum necessitatibus subveniunt: *Ad eum autem, qui cavet iniuriam facere, negligit autem benefacere, dicimus arbor infertilis, &c. & iubet eam excindi, ne locum teneat inaniter.* Quid cum hoc expendere diuitias in comparandis terrenis bonis ad luxum seruientibus? Merito his ea dicere possumus, quæ Tacitus lib. 15. historiarum, quantum Christianæ Religionis exofus, damnanus Neronis ferociam, cuius iussu in Circo feris Christiani obiciebantur; & ait: *Vndeque aduersus fontes, & nouissima exempla meritis miseratio oriebatur, tanquam non utilitate publica, sed in fauiliam vnius absumerentur.* Quanta compassione digni, qui prodigunt diuitias in vnius voluptatem; non tamen in commune egentium bonum: quæ verò in pauperes erogantur, duraturæ sunt; imò augentur, seminis iacti morem imitantes, quod terræ mandatum augetur; si tamen non moriatur, in ea solum manet, & inutile redditur. Chrysostron in S. Martyrem Lucianum, affert illud Psal. 111. *Dispersit, & dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi.* & addit: *Quid hoc mirabilis fieri potest: qua colliguntur, pereunt; & manent, qua disperguntur.* Quod ad rem expressit Gregorius 28. Moral. c. vltimo, explicans illud de charitate encomium, quod est vinculum perfectionis, ad Colof. 3. Ea enim, quæ vincimus, tenemus, ne dilabantur, & fugiant, sed semper nobiscum sint: & quemadmodum Apocal. 14. habetur: *Opera enim illorum sequuntur illos.* Quare sequuntur? quia ea ligata secum deferunt vinculo charitatis, qua talia opera facta fuerant: cætera enim pereunt, & dominium suum haud sequuntur. Ait Gregorius supra: *Vinculum perfectionis dicitur charitas: quia omne bonum, quod agitur per illam, ne pereat, ligatur.* Ob id enim addit Augustinus Serm. 5. de verbis Domini: *Quid perfectius? Quid vtilius? Quid firmitus? Quid securius Dei charitate?* Contra verò, quæ auarè retinentur, non sequuntur possessorem. Notauit hoc Chrysostron supra illud Psal. 48. *Non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.* assumens: *Talis namque est opum natura, non cum possessore peregrinantur.* Quod si ad manus pauperum deuenerint, non voluntati auarorum tribuendum est; sed naturæ necessitati: relinquunt ea potius ad fastum, quam ad egentium subventionem, aut testatores ipsi incisi ea in pauperes distribuunt bona. Basilius reg. de fus. disp. illud Luc. 16. exponens: *Acceptisti bona in vita tua.* addit. *Mortui agende*

Matth. 7.  
Basil.  
Tacit.  
Ionn. 12.  
Psal. 111.  
Chrysostr.  
Celos. 3.  
Apocal. 14.  
Gregor.  
August.  
Psal. 48.  
Chrysostr.  
Luc. 16.  
Basil.

*si in gratia, non tibi nam, si esses immortalis, non meminisses mandatorum.* Quod confirmat Chrysostr. Chrysostr. in ad Ephel. 3. *Non enim de cætero das ex tuis, sed ex ipsa necessitate: hoc non est dilectionis, sed imperitiæ: ceterum sic quoque fiat, vel tunc solutorum vitium inuauitatis.* Hæc enim vinculo auaritiæ comes auarorum est per totam vitam, nec pauperum compatiuntur miseris. Felix illa Iuliana, quæ tempore Iustiniani in viuus erat ditissima femina, à qua Imperator petiit partem diuitiarum suarum. Illa tempus exposcens, & inducias, ut omnia sua pararet, extruxit Oratorium, & illa ornamenta fecit Reliquiarum: vocat Imperatorem, & qua maluerit, & ei placuerint bona parata, ad vsum assumat: qui cum fulgentissimas gemmas, vniões, auti copiam affabrè composita in Sanctorum honorem cerneret, non est ausus (licet cupidus esset) ea tangere, sed laudans pietatem, & Religionem feminæ, ad Regiam se contulit: & addit Gregorius: *Ne opes locis sanctis, & pauperibus delegata in illius transferrentur dominationem, cuius non fuerant studio congregata.* Hæc enim femina exemplo sit Sacerdotibus, ut congregatas opes pauperibus concedant, non vbius vanitatem redolentibus, non ad copiam familiæ ostentandam, ornate domum componendam, argentea vasa propalam ad fastum aggreganda, lautè vscendum, ludis, & voluptatibus ea consumendum; quæ ab eorum statu alienissima sunt, & damnata in sacris Can. Trid. sess. 2. decreto de forma viuen. & sess. 2. c. 1. Comparans enim Leo Serm. 5. de collectis, reconditas opes, & male consumptas, æquale vtrunque malum censer: *Tam pereunt male condita, quam insipienter expensa.* Quare ad ista augendum, nullum remedium adhiberi potest, nisi ea expendere in pauperes. Dominus quinque suscepit panes, & duos pisciculos, quantum auctiora reddidit ad satietatem pascens inuitatos? Quod ipse Leo Serm. 1. de ieiun. exponens, sic habet. *Ille, qui in suis pascitur, qui potest augere dando, potest multiplicare sumendo.* Seruiant ergo huic pietatis ministerio collectæ diuitiæ: vel pauperes diuites Sacerdotes fiant, ut huic incumbant operi, parè suis necessitatibus accurrant, largè tamen aliorum. Tandem malum sibi adsciscunt comitem. Videant, quanti propter diuitiarum cupidinem interierint: quam difficilis sit diuitibus regni cælorum ingressus: si hoc sæcularibus dicitur, & væ est diuitibus: quid illi se audituros sperant, quibus paupertas, moderatio, diuinis attendere, non humana auidè quærere præcipitur? Ennodius legationem Epiphaniij Ficinensis ad Theodoricum agens, hæc Regi dixisse adducit, ut casus aliorum Regum memoria recondideret, & horulorum: *Casus illorum, necesse est, ut sequentes informet, ruina præcedentium posteros docet: cautiore est semper in reliquam casus anterior.* Hæc Sacerdotes recogitent, exempla recentia inuenient suæ sortis hominum, vel luxuriosè, & deliciosè, & ad fastum ostentationem viuientium, vel pecunias cupiditate maxima congregantium: quorum finis interitus, quorum Deus venter fuit, & miserè ceciderunt cum periculo haud obrinendi æternam salutem: nam via secunda ad eam paupertas est, moderatio excessuum, misericordia in pauperes. Leo Serm. in monte, Christi doctrinam

Gregor. Turon. de gloria Martyr. c. 133.  
Conc. Trid. Lco.  
Ionn. 6.  
Idem.  
Ennod.  
Ennod.

in illo Sermone Beatitudinum recogitans, ait: *Quales igitur sit doctrina Christi, sacra ipsius sententia protestantur: ut qui ad æternam beatitudinem peruenire desiderant, gradus felicissime ascensionis agnoscant.* Quos recenset Dominus aiens: *Beati pauperes spiritu. Beati, qui lugent; mitis, pacifici, &c.* quæ omnia diuitiarum cupiditas deturbat, & viam cælorum claudit. Nec immeritò his stilla cæli negatur ad diuina quærendum, qui aggerantes diuitias, nec micam erogant in pauperes. Chrysostron in terræ motum illum Lucæ 16. *Recepisti bona tua in vita tua.* sic habet, rogans, cur huic negetur aquæ gutta: *Qua enim mensura metiemini, remetietur vobis: non tantum partitus es micas, neque stilla particeps eris.* Quare, quò maior in possidendis diuitiis cura impenditur, plus luminis cælestium desideriorum extinguitur. Leo Serm. 6. de ieiunio, sic habet: *Multiplicatur quidem facultas iniustus, & tristibus incrementis; sed mentis substantia contabescit: quoniam sensus pecunia funis est anima.* Apprimè sanè: quantum enim quis plura congerit bona, eò amplius funestam animam efficit, ne assequatur æterna. Ennodius verò de Epiphanio loquens supra, qui inter pericula versabatur, adiens barbaras nationes, ait: *Inter pericula timere non nouerat, quem spes vira certa comitabatur. Qualis ista, aut unde concepta? Largiter ei præbebantur expensa à pijs viris. Quid tamen ipse? Ea, quæ ad eum delata fuerant, pauperibus, & egentibus erogabat. Neque fieri potuit, ut quod ad ipsum delatum est, pauperum vbius subtraheretur.* His enim operibus spes salutis certa nititur, tanquam firmissimo fundamento: non sicut diuites eam in diuitiis locantes. Quod 1. Timoth. 6. damnat Paulus 1. Timoth. 6. *Mergunt homines in inmerium, & perditionem.* Vt enim summatim finem huic veritati ponamus, accedat Clemens Alexand. 2. pædag. c. 3. & frameam effundat: ait enim: *In summa diuitia, que non rectè administrantur, sunt arx vitij, ac sceleris, in quibus multi cacutiētes, regnum cælorum nunquam ingredi poterunt.* Vides, quantum isti à salute elongen-


Leo.  
Matth. 5.  
Luc. 16.  
Chrysostr.  
Leo.  
Ennod.  
1. Timoth. 6.  
Clem. Alex.

tur; cum ea esse oporteret tã magni status finis: Cælibatus cura, diuinorum perpetua tractatio: Vna Anna 1. Reg. 1. quæ non mariti amore contenta, Deum deprecabatur, ut liberos ei concederet, quem peperit filium orationis: Sàmuelè planè. Cyrillus Ierofol. catech. 2. Sàmuelè interpretatur Salutem Domini, & ait: *Oret, labia moueat, ut nascatur Sàmuel: ut sterilis anima tua pariat exaudientis Dei salutem. Sàmuel enim ita sonat.* Ad hoc enim oratio eis iniungitur, ad hoc castitas præcipitur, à diuitiis sequestrantur, à curis mundialibus eliminantur, pauperum cura commendatur, modestè, ac temperatè incedere iniungitur, ad vsum necessaria, non ad resarcinandum ventrem, domumque onerandam diuitiis, conceduntur. Rogat Clemens supra, cur Christus, dominus omnium cum esset, tam parè viuēbat, ligneis vtens vasis, non argenteis, & aureis: cum autem semel magnificam cœnam instruxit, mutò domum, & vtensilia quæsiuit? Rationem reddit: *Scopum enim constituēbat vsum, non nimiam, & inuilem magnificentiam.* Hæc sibi dicēta Sacerdotes reputent; ad vsum ab Ecclesia eis bona concedi, non ad recondendum, & in futurum seruandum, vel prodigè consumendum.

1. Reg. 1.  
Cyrill. Ierofol.  
Clem. Alex.

Restabat tractare materiam valdè necessariam Sacerdotibus, qualis est, quantum eis incumbat sollicitos esse pro bono aliorum, præcipuè sibi commendatarum onium: sed cum hæc per totum hoc Opus abundè sparsa maneant, ad ea remittimus desiderantes talia eis fercula propinare, & industrias docere cautè, & viriliter ista perficiendi. Item, instruendi sunt, ut vsum habeant examinandi conscientiam quotidie, recitandi Virginis Coronam, partiumque eiusdem Officium; & alia, quæ ad piè tempus infumendum, vtilia esse possunt. Hæc etiam in dictis industriis expedita manent: ad quæ remittimus Patres: ex his enim Conciones paruas componere possunt ad eiusmodi puncta discutiendum:

EXPEDIT



EXPEDITIONVM  
SPIRITVALIVM  
SOCIETATIS IESV,  
LIBER QVINTVS.

DE IMPEDIMENTIS MISSIONVM  
abolendis.



**M** non præstet bonum præ oculis amandum proponere, nisi etiam obstantia è medio remoueantur, ad prædicta Missionum bona apponere expedit, quæ obstant, vt ea solùm apparentia esse, omnibus fiat conspicuum; ne tanti boni executio, aut retardetur, aut prorsus deficiat. Quare operæpretium duxi in hoc libro discutere, quæ soleant huius nauis impedire velocem motum, cum omnia ad nauigandum, marisque fluctus superandum in promptu esse videantur: ne dicatur: *Ibi trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Hoc enim secum ferunt ardua negotia, magnique momenti ab hostibus totius boni artibus suis obfessa, vt in eis implicentur nouelli Operarij: at iam prouecti vsu didicerunt parua contemnere, vt grandia aggredierentur negotia: ob id enim difficultates accumulans, timendi causas exaggerant, & pigmentis, ac coloribus, fucisque ita res demutant, vt bonum, & laudabile appareat id, quod impedimento creditur huic operi: ne mutire liceat iis, qui zelo animarum armati aggredi tentant Missionum nouale: nec enim facilius est victoria, cum ista intra lares Religionis tractantur: nam, cum tales homines desiderio perfectionis teneantur, & rationibus spiritualibus gubernentur, in eis non rarè multa humana miscentur; plurima leuia, quæ tamen primo aspectu pondus habere iudicantur: si enim res apud profanos tractaretur, haud dubiè multa mentientes comminiscerentur, quæ clara luce mendacia continere cernerentur. Vt enim inquit Nazianzenus oratione funebri Parentis sui: *Apud profanas animas nulla res præclara fidem inuenire potuit.* At, cum ita versantur inter amatores progressuum, & facinorum parentum imitatores, plurima se ingerunt, ad impediendum hoc ministerium expeditionum, quæ veram, & solidam

*Psalm. 13. 5.*

*Nazianz.*

vini

vim non habent; obtinent tamen principatum, & vincunt: quia apud illos potestas mittendi, aut dimittendi residet: nam, qui illam habent pro magno iudicant, quæ faciliè superari possent; ac proinde infectum remanet opus. Hæc superare contendimus, & alia, quæ ad externos spectant, Deo fauente, vt Missionum feruor, omnibus sit communis, & tam mittendi, quam mittentes, nulla impediatur difficultate.

CAPVT I.

*Difficultates occurrentes ex parte mittentium exponuntur, & soluantur.*



**R**ELATIO intercedit necessaria, ad hoc aggrediendum ministerium inter Superiores mittentes, & subiectos mittendos: *Quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur?* Isti enim præcipuè esse solent, qui domorum gubernacula tenent: licet enim riuulus iste è fonte, nempe, Generali, & Prouincialibus profluat; tamen totum negotium ad immediatos spectat, qui dolenter ferunt, suis priuari alumnis, eosque foris proicere, cum ipsis domus cura commissa sit: frequens enim est inter nostros, pauciores residere in Collegiis, quam necessarii sunt ad obeunda ministeria: quamobrem Socios diuellere, & minuere eorum numerum, res difficultatibus obfita creditur. Primò, quòd sic ministeria minùs bene fiunt. Secundò, qui solent domum frequentare, & ad nos accedere, cum absentes cernunt, mutant domicilia, & alios requirunt parentes. Tertio, onerantur nimis, qui domi assistunt, cum defectus Sociorum supplere cogantur, & ad assuetos labores isti accedant. Quarto, timent mittendos inuites redituros, & morituros, si Missionum defatigationibus se dedant: tum, quòd iam experientia sit notum agra valitudine laborare; tum, quòd expeditionum onera, haud leuia sint, sed magna, & supra vires communes hominum. Tandem timent, Collegia in temporalibus grauari, cum opus sit, aliqua stipe Socios iuuare, ne vel egeant, quod supra labores addere molestum erit; vel populos grauent, ob idque molestè ferant Missionum fauorem, Patresque à se depellant ob expensarum necessariam subministrationem. Hoc enim totum Superiores grauat, & ad mittendum alumnos viam obstruit; præcipuè si mittendi sint ex magis necessariis, qui plùs in Domini vinea laborent, plurisque intersit eos dimittere, & à domicilio assuetò diuellere.

Vt verò ad ista satisfaciamus, præmittendum est, quòd sæpe supra primo libro docuimus, Missionum ministerium adedò sociorum proprium, & ingenuum esse, vt mirum sit, nostros omnes ad aliud attendere, in aliisque misceri occupationibus, quæ impedimento esse possint huic labori: quemadmodum Patens noster sensum totius Societatis sequens à plurimis sanctissimis occupationibus suos alumnos liberauit, vt tanto vacarent operi. Quis neget, nullum aliud ministerium nostrum esse, & non

alienum, si impediatur huius primarij executionem? Cur alia præclara interdiciuntur, nisi vt huic via sternatur? cap. enim 4. Examinis, §. 27. Exam. Soc. sic habetur: *Exigit nostre professionis ratio, vt parati, & in procinctu simus ad omnia, quæ nobis iniuncta fuerint.* Si enim ita parati, & accincti ad discurrendum esse oportet, omne impedimentum è medio tollit, siue id sit curare externa negotia, siue Collegij, & Confessionum, ac Prædicationis pensum; alioqui non stabit cum hac libertate, & expeditione, cuiusvis generis impedimentum. Idque repetit 3. p. Const. c. 2. Const. Soc. littera B, p. 6. c. 3, §. 5. & p. 7. c. 1. littera B. Imitatus est patens noster illud Isai. c. 13. 2. *Ita, Angeli, veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam, &c.* Missi Angeli dicuntur: hæc autem velocitas exposcit, hominem ab omnibus expeditum, nullo irretitum impedimento, quo retardari queat. Valeant, & abiiciantur omnia, quæ huic veloci obstare possint cursui: sunt enim aduersaria nobis, inimica instituti, nauis velis extensis, & paratis ad nauigandum, remoræ more cursum impediunt. Quòd si obiiciatur, hic de salute agi animarum, ad hoc instructa Collegia, & erecta domicilia, ad hoc populorum iuuamur expensis, hoc omnes alij, quibus nos inferiores esse, non expedit, tractant: haud deferenda nota; & trita, vt extranea negotia, & incerta pronocemus? Hæc quidem ratio nullius ponderis est, si vim suam, & energiam teneat finis intentus totius Religionis: si enim instituuntur Collegia, idedò fit, vt inde ad proximas eatur prouincias, vt tanquam ex equo Troiano, milites egrediantur igne charitatis armati, ad accendendum populos, non quidem vt ibi maneant, sed vt inde foras pellantur: alioqui Societas nulla domicilia recognoscere, sed semper noua requireret, vt mundum vniuersum circumeat, & velut ciuitatem Ierichutinam semel, bis, & sæpè, circumdet, quo vsque inimicorum muros solo æquet, & victoria potiatur. Non solùm Collegiorum Socius, sed Rector, sed Prouincialis erat Franciscus Xauerius, cui incumbere totius prouinciæ onus: verum cum se offereret occasio, expeditionem (vt nouam prolem Ecclesiæ deferret) alteri commendabat solitum munus, & nouale illud incultum, Euangelisque aratro haud proficissum aggrediebatur, nulla ex propositis ratione obstante: nam ad hoc in Indiam destinatus accesserat, hoc ei erat à parente Ignatio commendatum, quod omnibus iniungitur, & quasi sibi præceptum habeant, proponitur. Audistis illud Ioannis 5. *Pater meus vsque modo operatur: & ego operor.* Sed dubium, quid dicatur operari patrem, & cum eo Filium, cum ille ab omni cessauerit opere die sexto, septimùmque vacationi, & otio consecrauerit? Anastasius lib. 2. de rectis Catholicæ fidei dogmatibus, sic

*Rom. 10.*

*Ioan. 5.*

*Anast.*

sic



sic ait : *Conseruationis nomine exprimitur opus patris, non quod vniuersitati verum vlla fiat accessio.* Placet ratio, placeat omnibus talium parentum filiis, operemur cum eis vsque modo, conseruando, quæ ipsi fecerant, & condiderant, non noua inducendo, sed pristina illibata consistentia, semper in posterum prouehendo. Illi relinquebant Collegia, assueta mûnia, negotia, quæ præ manibus gerebant, homines notos, periculis se obiciebant, quid aliud nobis commendatum pro testamento reliquerunt, nisi ista duratura in perpetuum prosequi, & ad profectum ducere? In Romanorum bellis Labarus signum erat, quem sequi oportebat, etiam si opus esset, ne eum desererent, per medios hostium cuneos penetrare: quod laudans Iustinianus, lege 1. de Præpositis laborum, ait: *Qui ad hoc manus promouentur, clarissimi sunt inter electos, hoc est, ad ante signum, pondus ferendum, & laboris onus, tanquam exercitus Dux sustinendum: nam & immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat.* L. aude, & premio digni sunt milites, qui ducem non modò non deserunt; sed sequuntur, latus eius inter pericula cingentes, tales profectò nos esse oportet. Duces nostros laborum Labarum gestantes, ne deseramus, nec ab eorum latere recedamus, nec periculorum incursum timeamus; sed eorum exemplo, audaces simus, vt in hostium cuneos intramus, omni postposita ratione, ad hoc impediendum composita. Nicephorus de Constantino loquens lib. 8. cap. 4. sedes mutasse affirmat, vt secundâ inueniret, aut construeret Romam, cui quidâ iridentes dicebant: *Quousque tandem habere? Respondit: Eò vsque, qui me precedit, ductor constituit.* Apprimè sanè, & nobis commendanda sententia. Non quidem mutare sedes, vagantium culpa est; sed secundos esse, & imitatores parentum, ob id nec sistendum, sed progrediendum, vt ducum imitamur, & assequamur exempla, à quibus non modò ducimur, sed cogimur, ad vltèrius pergendum, & nouas perquirèdas sedes, ne vna contenti, maiora, & propiora nostri muneris relaxemus.

Pugna tamen est pro animarum salute: qui præest præsentis necessitates intuetur à longè positas: non ista perspicaci intuitu contemplatur, cum enim periculum est, vnum è duobus deserere opus, Prælatum esse oportet maioris momenti: alioqui non rectè electio fieret, cum è duobus malis, minus boni fortia- tur rationem, & è duobus bonis, maius præhabendum est. Hoc docuit sagax, & prudentissimus Abraham, qui terram Ægyptiacam ingressurus, & periculum honoris, & vitæ præuidens, periclitari illud passus est, ne cum morte propria, pudor, maius pateretur detrimentum: sic enim vxori suasi, fratrem eum appellare, non maritum, ne occideretur ab Ægyptiis, vt ea liberius fruere: viuus enim, & post aspectu suo mulierem continere, & prouidere remedium tanto malo. Chryso- stomus oratione de S. Bernic. *Enurum igitur erat, vt duo scelera patraventur, adulterium, & cades: erat autem prudentia non vulgaris, vt ex duobus istis vnum lucrifaceret.* Quale illud? Non occidere hominem, & adulterium perpetrare: nam, si cognitus vir Saræ esset, præter homicidium, adulterium esset commiseri alienæ: at sub fra-

Iustinian.

Niceph.

Chryso.

tris nomine adulterij facinus celabatur, vt minueretur crimen. Tandem idem Chryso- stomus: *Multò aequius est, vt iustum laudemus, qui in tanta verum difficultate, potuerit & Ægyptium purum à sanguine conseruare, & quantum in se situm erat, adulterij crimen emollire.* Videant Collegiorum Præfides, quod horum operum plus ponderis habeat, deserere Collegia pro aliquo paruo tempore, an Missionem omittè- re, quanta cura iactura animarum hoc fiat, cum frequens sit, necessitatem horum hominum extremam esse; populariù tamen, vbi resident nostri, non ita: tum quia diutiùs iuuantur, tum quòd Socij aliqui manent: denique, quòd ab aliis etiam eiusdem farinae viris remedia accipiant; populi tamen inuisendi, destituti his omnibus iacent, & in ignorantia demersi, nuditatem propriam ignorant; at instituta Missionem, sicut Adami, & vxoris, aperti fuerant oculi, vt viderent indecentem animarum nuditatem. Anastasius lib. 11. Hexam. *Vbi aperti sunt oculi eorum* (Symmachum profect loquentem) *intelligentes facti sunt; hoc est, facti sunt sapientes, & ad agnitionem suæ nuditatis venerunt,* (inquit ipse.) Ita plane euenit his hominibus, qui Missionum interuentu, oculos, siue intellectum denud recipiunt, & sapientes facti, sui status conditionem agnoscunt: quis negare poterit, horum necessitatem maiorem esse, quàm populorum nostræ residentia, maiori laborare ignorantia; paucioribus medijs sulcitur; Medicorum sentire penuriam; magistrorù indigere doctrina; vt à perditionis via recedat? Hoc apertissimè docuit Pelusiora epist. 352. Cappadociam felicem vocat, quòd Basiliù, & Nazianzenum genuerit, quorum cultura elaborata fuisse, atque ex cæno ignorantia educata esse clara luce conspicitur: *Nam, si isti ex illis minimè effulissent, male feriat a natio generalem improbitatem, tanquam à natura sibi inditam, suis vitijs præexere possisset.* Erat regio inculta, sæua, inhospitalis, illiterata, ac proinde difficilis ad culturam: at horum bouum labore indefesso, aratro Crucis profcindentium petrosam, aridam, fructus vberes Christo collegerunt. Ita planè dicere, ac credere oportet de his prouincijs à nostris indefesso labore colendis, quæ quidem si isti ad eas non accessissent, in sua ignorantia persisterent, & fructus iniquos Christo parerent.

Cum ergo constet domesticâ necessitatem æquari posse his, quæ experiuntur foris, haud dubiè persistendum non est in subditorum retentione, qua propriâ, & commune bonum relinquitur: propriù voco, quod vocationi, & clamoribus priorù parentum, & instituti legibus conuenit: commune verò, quod in aliorum vtilitatem ordinatur: licet enim commune sit, quod in populis nostræ assistentia præmanibus gestatur, comparatione illius, quod à longè micat, & fulgore suo, oculos rectè intuentium occupat, particulare dici potest, quòd infrequens sit ob propria comoda, amare quietum, & nolle relinquere nota, cum forissecus gerenda pluribus obita difficultatibus represententur: si enim vigeret charitas, & causa Dei contemplaremur, haud propria comoda attendenda forent; sed relinquenda, ad foris requisitas destitutas remedijs animas, suo emptas

creuore.

Chryso.

Anast.

Pelusior.

creuore. Chryso stomus de Bernice, & sodalibus loquens, quæ propriam domum reliquerunt, & maioribus se exponebant periculis, cur hæc facerent, quando domi inclusa, nitorem virginitatis faciliù seruarent, ait: *Cum enim Christus, aiebant, contemnitur, nihil nobis esse debet pretiosum, neque necessitudinè coniunctum.* Optimè quidem, & imitandæ ventunt ab amatoribus eiusdem Domini, cum videant in his locis Christum pro nullo haberi, ignorari, ac conculcari legem ab eo institutam: domum, notos, amicos, cognatos relinquunt; vagantur; incogniti peregrinantur, aliena loca petentes, vt huic malo medicamina inferant, & Dei noticia homines imbuant.

Chryso.

Nec mireris, si ista inculcemus, & acriùs prosequamur, quòd plurium malorum origo sit eiusmodi Collegiorum amor, & zelus in Superioribus residens. Bella quidem aliqua foris se offerunt, alia domestica sunt, & intra lares nascuntur; hæc grauiora: ita in hoc munere obeundo mittendorum, & bella externa retardant imperum, & interna eueruant vires, tentandique expeditionem istam, animum frangunt: nam statim sentiunt in domesticis, Superioribus suggerentibus, Collegiorum detrimenta, velut acierum morum, & fortem occursum, ad impediendam missionem, quæ supra commemorauimus affectibus, & difficultatem, tam rationibus, quàm viribus, augmentibus obidiciorum multitudinem, & grauitatem hominum, hoc proponentium: quæ omnia versans Prælatum, timore percitus, ad negandum Missionem procliuis experitur, proptias etiam augens rationes, quibus omninò res infecta relinquatur. Acris pugna, sed vincat Christus, de qua Chryso stomus Sermone 3. de verbis Apost. *Habemus eandem fidem.* probat, quàm durum hoc genus bellandi sit, & adducit illud 1. Thes. sal. 2. *Quoniam & vos eadem estis perpeffi à proprijs contribulibus, sicut illi à Indais.* addit: *Ecce bellum; sed bellum ciuile, quod maiorem facit indignationem.* Vel dic, maiorem difficultatem. Despiciuntur quidem, quæ à foris se offerunt sustinenda, & animi vigore superantur: hæc verò, quæ domi eueniunt, vinci nequeunt, quòd obedientia vim inferre non oporteat; hoc enim esset non mitti; sed rumpendo nexum subiectionis abire. Suardi tamen sunt omnes, qui tentant Superiores difficiles reddere in hoc Missionum munere, & rationibus eos conuincere; verum quidem esse, me legisse inter Sancti Francisci Fratres vnum esse, qui feruore reliquos superabat, & harum incurfionum pretio, & amore tenebatur, qui frequenter Superiorem monebat, vt ipsum ad hos homines accedere permitteret; reuientem Prælatum monebat iterum eadem præ oculis repræsentans: tandem vir inuictus persistens protestabatur, se coram supremo Iudice consistendum, oneraturum conscientiam Prælati, nolentis eum dimittere, & opus sibi à Deo commissum ad finem optatum perducere. Ita possent Superiores conueniri, ne iudicio proprio innitatur; sed maius Dei obsequium contemplantur attendere ad dicta, & experientia comper- ta trahantur: si enim timent iacturam futu-

1. Thes. sal. 2.

ram ministeriorum, in statera vtilitatem maiorem securam ex Missionem operariorum collocent: ibidem enim apparebit, non esse iustam electionem, maiora, certaque pro incerta iactura minorum præponere. Quòd autem, quæ timentur, non sequantur, multis probò. Primò, tanti mali futuri nullâ extat memoria, neque experientia comper- ta est: idè prudenter antiqui Patres propria domicilia deserentes, hoc graue malum haud timebant. Adducendi sunt in testimonium huius veritatis, aut dammandi, & imprudenter egisse fatendum, & aduersus charitatem, deseruisse Collegia pro bono extraneorum procurando. Affero ad hoc illud Chryso stom. in Sanctum Martyrem Iulianum, qui, vt Festum eius celebrantes pronocet ad sanctè, ac deuotè assistendum in Ecclesia, ait: *Si velitis, etiam Martyrem nobiscum assumamus: non enim erubescit venire, fratresque saluare: obiciamus eum ipsorum oculis, reformident præsentem, reuerentur rogantem.* Hoc enim oportet dicere, difficilem exitum nostrorum machinantibus. Adducamus Ignatium, Franciscum, & reliquos Socios, vt erubescamus coram eis ad stare, talia minimè contemplantes; sed solum animarum incognitarum salutem perquirentes, quærentes à longè fratres, errantes, ob idque propria deserentes domicilia, & negotia, quauis grauius, vt fini Societatis sarietatem darent, talem occupationem inter primas reputantes, & amantèr præhabendam iudicantes, ac contem- plantes.

Chryso.

Secundò, quis neget, sæpè decessu animi occurrere aliqua negotia, quæ obligant Patres à proprijs sedibus discedere? Nec tunc cuneus obstantium iter accurrit, & eiusmodi impedimenta ministeriorum obiciuntur: cumque eiusdem sit rationis absentia propter hanc, vel illam causam facta, & sæpè longiori tempore ista occurrentia opus habeant, quàm expeditio exposcat, apertissimè probatur, vanum esse, talem cumulum rationum, quibus impediri conantur Missionum fructus, ad ducere.

Tertiò, qui nostrorum egent auxilio, agnoscentes, qua de causa recedant ab eis, & salutis animarum amore duci, tantum abest, vt ob id eos deserant, ac deinceps ad eos minimè accedant, quin potius maiori amore, ac confidentia in parentes ferantur, eorum charitatem contemplantes, & relinquere comoda domestica haud difficile eis sit pro bono proximorum: hæc enim amorem, ac reuerentiam conciliant, non notos abigunt, & à nostris alienant.

Quartò, non omnia, quæ timentur, eueniunt, cum pro fine præ oculis proponantur Dei maior gloria, cui incumbit nostra prospicere, & impedire, quæ humana timer fragilitas, ne inde merus in alijs occupet, corda, & impedimento sit huic operi gratissimo Deo omnium Saluatori. Elias fugitiuus existens Iezabelis, requisitus à Deo: *Quid tu, Elias reddit suæ fugæ causam; nempe, zelatum esse gloriam Domini, & ipsum solum reli- ctum.* Cui Dominus obicit, habere septem

G g

millia

millia virorum adeo zelotes ipsius gloriae A  
existentes, ut nunquam falso Numini genua  
incuruauerint: Et dereliqui mihi in Israel septem  
millia virorum, quorum genua non sunt incuruata  
ante Baal. Ad quid hoc Dominus, ut eius  
responsioni faciat satis, ut plane probet, non  
zelum, sed metum humanum irrepisse in  
eum ad fugam tentandam: nam alij multi  
eodem accensi zelo starent immobiles, nec  
fugae solliciti essent. Chrysof. in S. Paulum,  
& Eliam, sic habet: Redarguit igitur illum,  
quod non ob eam causam fugisset; sed propter mu-  
lieris timorem. Aut dicamus muliebrem timo-  
rem hoc exemplo conuinci; non tamen ze-  
lari Dei causam: cum enim impedimenta  
irrepunt expeditionum, credendum est, timo-  
rem muliebrem occupare talia tentantes, nullo  
sulti fundamento; sed tantum apparentia mali  
venturi.

Nec timenda valetudinis iactura, aut mors  
eorum, qui ad laborandum destinantur: nullo  
enim miraculo intercedente contraria eue-  
niunt, & robustiores etiam debiles fiunt: sui  
enim obliui, & Dei negotio intenti vires au-  
gentur, & maiora possunt, quam cogitauer-  
ant. Id etiam euenit, quod Hebraeis pueris  
cibos regios recusantibus, & legumina aman-  
tibus, qui Eunuchus praefecto dixerunt: Tenta  
nos decem dies, & experire, virum forma mutata  
sit in deuerius. Apparuerunt enim formosiores  
praeter omnibus aliis, qui cibo regio pascebantur.  
Nec hoc mirum: sed addendum, non  
solum haud deperisse formam; sed auctam  
esse sapientiam: cum enim coram Rege sta-  
rent, non sunt inueniunt tales de vniuersis, ut Da-  
niel, Ananias, Misael & Azarias. Tales, inquit  
Interclin. Interclinicalis, in sapientia: & omne verbum sa-  
pientiae, & intellectus inuenit Rex in eis. Hoc  
praeter oculis Superiores habeant: quos enim  
perdere timent, postea recipiunt, non solum  
robustos, & fortes ad subcundos labores;  
sed sapientes, experientia doctos; & qui in  
Collegiis inter medios ferè non computa-  
bantur, summi euadunt, dexteritate affecuta,  
frequentia negotiorum, & libertate ope-  
randi, feruoreque, ac animarum accensi  
amore: adeo enim longè est euentus à metu  
impediente Missionum opus: non enim defi-  
ciunt; sed potius perficiuntur, & noua vita  
artus eorum reguntur, ut alij videantur ho-  
mines. Attende ad illa verba Philip. 2. 17.  
Sed etiam si immolor, supra sacrificium, & obse-  
quium fidei vestra gaudeo, & congratulor omni-  
bus vobis: id ipsum autem & vos gaudete, &  
congratulamini. Morti traderis, & gaudes, &  
congaudes, & ad gaudendum alios prouoca-  
cas: Non utique: sed immolatio ista, suorum  
operum oblationem significat, vnde non  
mors, quae timetur, prodit, sed fructus in-  
expectati carpuntur, quae omnia gaudium ope-  
rantur in operante, & in his, pro quorum bono  
labores impertit. Chrysof. de sanctis Martyr.  
Non equidem morior, inquit; sed ad meliorem  
viam ascendo. Neque timeant Superiores  
morti destinatos mittere sibi subiectos; sed  
ad meliora profectus facere plurimos, Christo  
pariendo filios. Vnde gaudium in caelo, &  
terra nascitur, & in locis tot bonorum par-  
ticipibus.

3. Reg. 19.

Chrysof.

Dan. 1.

Interclin.

Philip. 2. 17.

Chrysof.

Quod si demus, ista, quae timentur, eue-  
nire; quid responderent eis, qui temporali  
militiae se dedunt? num relinquenda haec pro-  
pter mortis pericula? Viros vidi huic operi  
destinatos, qui desiderio maximo tenebantur  
in eo vitam cum aeterna commutandi; nec  
aliam aptiorem ad feliciter obeundam viam  
inuenisse, quam si Missionibus occupati, ad  
mortem transitum facerent. Haud timenda  
mors, sed causa. Quae autem gloriosior,  
quam hoc martyrij genus amplecti; & in  
humilitate, paupertate, & messium artibus  
colligendarum vitam finire? Potius enim Ba-  
sili. Quidnam mali pertulimus, nisi id forsitan triste  
est, quod nihil perperisi sumus; nec digni habiti, qui  
pro Christo patiamur? Hoc dolendum, non illud  
timendum.

Ut enim causam huius pugnae aperiam,  
breuiter dicam, nasci ex eo, quod non sunt  
experti plures ex his, qui impedimenta con-  
fingunt, & bonum Missionum, quanta ex-  
inde gloria Societati accrescat: si enim ista  
libassent, aliter iudicarent, & domestica post-  
haberent, & potius prouocarent pullos ad  
volandum, quam eos in nido continerent.  
Cur Dominus Eliam, cui praebuerat torren-  
tem ad potum, & eorum ad pastum, ista  
negauit, & ad quaerendum alimenta vicatim  
coegit, ad vitam egentem eum mittens? Prudentissimè planè, ut ea, quae non erat ex-  
pertus, oculis, ac manibus cognosceret, &  
mutaret sententiam, procliuisque fieret ho-  
minibus tot mala patientibus. Chrysof. supra  
orat. in S. Paulum, & Eliam, sic habet:  
Non quod Eliam non posset illic mori; sed, ut  
illius oculis calamitatem illam sic exponeret, qua  
plurimum ab ipso rogandam alliceretur. Si enim Su-  
periores, & alij, qui impedimento sunt  
Missionibus, oculis perspicerent regionem  
à longè stantium calamitates, proculdubio  
ipsi rogarent mittendos, & ab eis efflagita-  
rent assidue, ut pergerent in populorum,  
omni negotio postposito, salutem quaeren-  
dam: cernerent enim, quanta tenerentur  
ignorantia, quanta peccatorum alluie con-  
sumerentur, quam prompti ad vitia, exar-  
mati ad virtutem tuendam, quam deserti à  
ducibus, & magistris, quam inescari vitis,  
& tædio dissoluti ad negligendam salutis  
viam. Quemadmodum tempore Antiochi  
Duces, & Primates Israel propè accedentes  
ad templi reliquias intuendas, videntes ho-  
stium ruinam, & sacrorum profanationem,  
amarè fleuerunt, voces clamorosas & lacry-  
mabiles extollentes, feruoreque armati, cu-  
rauerunt templi reparationem, & facta tecta  
omnia decenter componere: ita planè isti,  
si propè cernerent ruinam hostilem, & Da-  
monum aduersus Dei templa, & sacraria  
rabiem; non solum dolenter gement; sed  
etiam curam gererent huius damni repara-  
tionis, ut Deo debitus redderetur cultus, &  
homines ipsum venerarentur. Tunc quidem  
perspicue intelligerent, incomparabile esse  
hoc malum; nec posthabendum eius reme-  
dium, sed potius praefarendum iis, quae praer-  
manibus gestant.

Basil.

3. Reg. 17.

Chrysof.

1. Mach. 4.

Nec

Senec.

Leo Mag.

Hormisd.

Math. 25.

Maxim.

Hieron.

Nec enim negotia ista tam strictè confide-  
randa sunt, ut prudentia potius credantur gu-  
bernari humana, quam sapientia diuina. Non  
omnia timenda futura, cum secundum praer-  
sentem statum nullum irrepit malum, neces-  
sario vitandum, tanquam instans, & irrep-  
abile alia via. Futura relinquamus Deo, cuius  
de causa ista aggrediuntur, & praesentia dese-  
runtur. Quod notanter docuit Seneca, qui ni-  
miam futurorum sollicitudinem damnans,  
epist. 14. ait: Consilium omnium rerum sapiens,  
non exitum, expectat: iniuria in potestate nostra  
sunt, de euentu fortuna indicat, cui de me senten-  
tiam non do. Sapienter sua reget quisque, si  
nimis haud scrutetur futura: nec omnes pro-  
ponendi praer oculis euentus, cum solum mora-  
liter, & quasi necessario futura prudenter ti-  
meantur; reliqua non fortunae, sed Deo com-  
mittenda, quod fortius vget, & valet, cum  
eius intuitu ista aggrediuntur expeditiones,  
qui fidendum haud dubie est, exitus bonos  
fortituras; non Collegiorum inde prouentu-  
rum malum; sed augenda eius ministeria, &  
etiam temporalia pluribus viis Domino notis,  
curanda ab eo, cuius causa agitur: ipsi enim  
cura est de nobis, cum eius negotia nostra fa-  
cimur. Optime Leo Serm. 3. de Anniversario, sic  
habet: Omnes partes officiorum, atque curarum,  
in ipso, & cum ipso, per quem est glorificatus ex-  
equitur. De Christo loquens, qui quidem sua  
facit officia, & opera nostra, si ad eum diri-  
gantur, & propter eum audacter fiant. Quare  
Rectoris munus erit, si Deo credat sibi im-  
pensam curam, opera illi grata, & decernen-  
do, & promouendo, ut optime ait Hor-  
misd. epist. ad Anastasium: Hac est enim de  
suscepto moderamine cura salubrior, ut eius sibi fa-  
uorem per opera bona conciliet, qui vniuersum, &  
tribuit, & regit imperium.

Temporalium iacturam timere, propter  
Missionum onus, non solum indignum, ac vile  
esset; sed etiam euentum tam inepti timoris,  
sentire mererentur, & eadem ab eo auferri,  
quae pro Deo timeri perdere. Recordentur illius  
mna, & talenti timide in custodia positi; quod  
sublatum ab indigno possessore, cement da-  
tum, abundantia bonorum referto; quod iste  
omnia periculis obiecit, & plura lucratus sit;  
ille tamen, qui seruare sua intenderit, eis iuste  
expoliatus fuerit. Dicam aduersus talia com-  
municentes damna, quod Maximus docuit  
Serm. de vigilia Natiuitatis: Dum vult officiosus  
esse, iniurius existit. Quod istis conuenit, qui  
nimis temporalia zelantes aduersus institutum  
pugnant, & iniuriam Dei causae inferunt.  
Caveant, ne sub nomine cura rerum tempo-  
ralium; spiritualia derantur. Solent & sub  
eodem pulchro nomine, diuersissima conti-  
neri. Merito vetat Deus, feceminam virum  
suum matritum vocitare, sub quo amatorio  
vocabulo idoli veneratio, & cultus exprime-  
batur. Quod notauit Hieronymus in illud  
Osae 1. Non vocabis me ultra Baal, quod inter-  
pretatur habens me. Viri enim ab vxoribus Baali,  
id est, vir meus, nuncupabantur. Ne ergo ido-  
latria misceatur, prohibet Deus ambiguam  
appellationem, ne idolis ista tribuant: Tantum  
odi idolorum nomina, ut etiam quod bene dici potest,  
propter ambiguitatem, & verbi similitudinem, ne-

quaque velim dici, ne dum aliud loquitur, alterius  
recorderetur, & virum nominans, idolum cogitet.  
Haec timenda in cura temporalium, ne sub  
hoc nomine inuoluatur auaritia; & plus ame-  
tur temporale lucrum, quam spirituale. Nec  
dubito, nunquam Deum defuturum, sua pro-  
uidentia maiora elargiri his, qui nulla tempo-  
ralium iactura praepediti, ipsius negotium in-  
tendunt: alia enim via pro obolo reddet opes;  
& pro paruo sumptu operariorum, maiora  
cumulatiu soluet. Praeterquam quod expedi-  
tionibus occupati, parum temporalium con-  
sumunt, cum contenti sint his, quae in Colle-  
giis solent accipere pro alimonia: & vtiua  
ista concederentur omnibus, ne oneri essent  
his, ad quos accedunt; sed liberè sua donarent,  
nulla retributione expectata. Hoc quidem  
proprium nostrorum ministeriorum est; hoc  
commendatur in Constitutionibus, & Regulis  
Missionum, ut supra probauimus, & paru-  
are consumpto plurimas vinceant difficul-  
tates; & stratam, ac facilem viam istam red-  
derent, ne quis merito in ea haeritaret. At,  
cum ista cruda relinquuntur, & alia difficilem  
exitum habentia misceantur, exanimis mit-  
tendi fiunt, & totis fractis viribus delitescunt,  
ac mutire non audent, ad negotium Missio-  
num promouendum: qui autem fortiori spi-  
ritu armati praualent, ferreas portas, veles-  
que insuperabiles rumpunt, ut ex eo carcere  
egrediantur, & foris pellantur ad fructifican-  
dum in Domini opere. De insuperabilibus  
difficultatibus obstantibus his, qui debiles, ac  
infirmi sunt, ista dici solent Psal. 106. Con-  
trinit portas aeras, & velles ferreas confregit.  
Quod Chrysof. de sanctis Martyribus  
Bernice, &c. sic exponit: Nisi enim portas aeras  
contrinisset, illis clausis mulieres tam facile ingredi  
non essent ausae: nisi inuictam carcerem reddidisset,  
non tam acuta confidentia Martyres essent ingressae.  
Ne ergo obstacula aliqua impedimento sint  
patum fortibus, ea Superiores confringant,  
rumpant prudentia, ac charitate sua, mouen-  
tes eos ad sufferendos labores, domestica  
componendo, necessaria praebendo, magna  
cum liberalitate, ut egrediantur Ministri ad  
opus, ut carcerem domesticum relinquunt,  
& in libertatem se dedant, Martyrum labores,  
& defatigationes imitantes. Quod si ad rei  
difficultatem adducantur, quae dicimus, ferè  
nullus audebit hanc aggredi prouinciam, omni-  
que tale suis humeris deferre. Ne ergo diffi-  
cultates difficultatibus cumulent, ut, quae sui  
muneris sunt, exequantur, & alia, quae restant,  
missi audacter emolliant, ac superent.

C

D

E

CAPVT II.

Mittendorum difficultates superandae.

His, quorum interest mitti, non desunt  
impedimenta, ne audaci, ac intrepido  
spiritu audeant hoc ministerium aggredi, quae  
tanto, ac salutari remedio haud parum nocu-  
menti afferunt. Haec ut de medio tollamus,  
recensere oportet, quae obstant ad hoc munus  
obeundum. Primum, ministerium commune,  
ac vulgare, ad quod exequendum talenta  
mediocria sufficere arbitrari posset. Secundò,  
nimis



nimis laboriosum esse, & multa incommoda passuros existimant. Tertio, ingentia pericula adesse quieti conscientia aduersantia, tentationibus abundans suppediat materia, & occasio. Quarto, quies, & ordo, quae in Collegiis sunt, omnino cessat. Quinto, necessaria ad vitae sustentationem desunt. Sexto, assueta ministeria, & nota negotia intermittuntur. Septimo, Sociorum imparitas, diuersisque mores multum retardant animum ab hac occupatione.

Vt haec dissoluamus, ne puerilia obstacula impedimento sint, statuendum, nos agere cum Societatis filiis, qui ab initio sui felices ingressus, hoc nutriti, ac educati sunt lacte, qui ad similia ministeria destinandos esse pro certo habent, & de his cum Sociis frequenter agunt. Hoc amanter etiam proficiunt institutum, & ea, quae parentes statuuerunt, & exemplo suo firmauerunt, communia omnibus, confirmare desiderant. Quare non rem nouam, inauditam, & quae paucorum sit, obliuioni traditam aggrediuntur; sed viam satis tritam incedunt, exemplis maiorum regiam factam. Horum autem vulgare est, ad omnia paratos esse, nulla praeparari difficultate, nullum recusare laborem, imò hos amare, lubenti animo amplecti, ac in desiderio habere, non dissimiles, sed maiorum mores gerere, nec dissentire ab iis, quae vsu communia sunt, & omnibus perspicua. Quemadmodum enim in illis quatuor animalibus Ezechielis quoduis quatuor faciebus ad omnem mundi plagam conuersum erat; ita ut non egerent conuersione ad alteram, aut oppositam partem Orbis intuendum: ita Societatis filij, omnia, quae ista concernunt munia, perspicaci aspectu intendunt, ac pra oculis habent: nec violentia in talem plagam feruntur; sed prompto, ac alacri animo ad omnia parati inueniuntur: sic enim habetur Ezechiel. 1. *Et facies, & pedes per quatuor partes habebant.* Quod exponens ibi Theodoritus, sic ait: *Cui tot sunt numero facies, quot partes Orbis terra, ubique facies illius, omnia intuetur, & quocumque vult, incedit; neque indiget conuersione.* Idem ait: *Nec reuertebantur, cum ambularent.* Quasi in prospectu, & ante faciem omnem habentes partem Orbis, quem obedientiae motu, opus sit cernere, & occupare. Similes nostri sunt, (tanquam omnibus debitores, & communes,) furibus similes, qui in poenam sui sceleris, in patibulo suspenduntur, vt simul tanquam exosi, terrae, caelo, aëri, omnia in prospectu habeant, vt notauit Philo de specialibus legibus, vbi ait: *Necesse fuit, eos, qui omnes mundi partes infestauerunt, in sublime extolli, vt ostendatur soli, caelo, aquae, terrae, illorum supplicium.* Sic pra oculis omnium creaturarum constituti degemus; si tamen haud suspensi, pendentes ex obedientiae motu. Quod si subtrahamur ab hac communi omnium subministratione, merito tanquam fures, & omnes mundi plagas offendentes, hac poena digni efficiemur, & cunctis exosi reddemur. Parem enim sortem cum Euphrate sustinemus, de quo specialiter dicitur, non vnam mundi plagam, sicut caetera flumina, rigare; sed vniuersum,

Ezech. 1.

Theodorit.

Philo

**A** Fluminis autem quartus ipse est Euphrates. Nec hanc, aut illam plagam inuadere affirmat Anastasius, qui lib. 9. in Hexam. sic habet: *Non Genes. locum, sed mundum totum quartus hic irrigat fluminis.* Ita nostri amuli huius vastissimi fluminis vniuersum irrigant, & omnibus suas impertunt operas, suosque ad eas delegant filios, ne inclusi, & occupati in vna prouincia, alias visitare reculent. Quare, cum hoc viuendi genus omnibus commune sit, quis audebit hac Missionum munia abicere, pedem continere, ne in illis occupetur?

Secundo, primi semper Parentes nostri honoratissimum crediderunt hoc Missionum munus, & potius frano nostros, quam carnibus ad eum exercendum indigere: ob id prohibetur de eo agere, se ad eum offerre, tentare aliqua via mitti, sed solum indifferentia exposcitur, & bene motigeratos ad quodcunque occupationum genus praesto se esse oportere. Part. 7. Const. c. 7. §. 2. & littera I, **Const. Soc.** habemus, vt obedientia imperans, & legens operariorum suppleat defectus, & quod non suppetit virorum virtus, & talentum, conferat obedientiae efficacia, de qua plura supra lib. 1. quare haud contemnendus; sed laudandus eiusmodi Missionum cursus, & optandum tales esse, vt ad eum mereantur assumi.

Tertio, statuendum est, omnibus comperatum esse, cum ad hoc genus amorum vocantur ad sustinendos labores, ad perferenda incommoda in via, ac sine expeditionum, ad plurima toleranda mala, quibus abundat haec spiritualis militia vocari, & ea frequenter audiunt, cum ad Collegia redeunt antesignani, qui hanc viam ingressi fuerant, & gustauerant insipida omnia, quae passim se offerunt ad loca incognita accedentibus: sic enim istis similes efficiuntur, sic eorum imitantur vitae tramitem, imò Deo similes efficiuntur, qui ad ista nos prouocant. In vita Alexandri refert Plutarchus, cum degeret in India, & accerseret sapientes ex Indis homines, inter alia rogasse ab eis, quomodo vel Deus, vel similibus ei fieri quis posset. Cui responsum fuit: *Si humanis maiora viribus opera gesserit.* Si enim cupimus viris claris assimilari, opus est, maiora tentare opera, quam quae communiter fieri solent à caeteris hominibus. Quis enim non accedat audax, contemplanus, quae exerceuerunt iis dissimilia parentes nostri? quorum facinora pra oculis ponendo, maxime iuuat similia perferre, ac maiora haud timere. Non solum à nobis exigitur perseuerantia in laboribus, quibus vitae nostrae genus circumdatum est; sed etiam in eo, vt perseuerent quoad sequentes, quae priores gesserunt, qui nouale istud sudore, ac maxima animi, & corporis sollicitudine proficerunt. Vt enim ait Hormisdas ad Anastasium Imperatorem: *Opus est Hormisd. capis addere firmitatem: sanant plenum decorum iacta fundamenta.* Quae pulchriora, quam quae praefici Patres in his expeditionibus obtulerunt? Haec quidem temporis decursu à nobis perficienda sunt, & decoranda laboribus eorum, fatigationibusque, labores, ac similes fatigationes coniungendo, ne ab illorum Societate, & operum similitudine diuellamur,

Plutarch.

Hormisd.

degene

degeneresque simus, & velut opera rudia, & imperfecta, à perfectis, maximeque arte consummatissimis discernantur; sic videntes nostra, & audientes praefici, cernent manifestè, quantum ab illis distemus, contempuitque dent ea, quae ex genere suo digna sunt honore, ac reuerentia: sic enim illis coniungamur, vt quod de Fracibus ad Auitum Episcopum Viennensem inelamauit idem Hormisdas, possit merito adferri nobis: *In nostra tamen communiione persunt, scientes fieri fidem per aduersa clariorem.* Quid iis addere oporteat, docet Christi Domini exemplum, qui ad formandum nos simul cum Isaac, arietem pendente, harentemque vepribus in virgulto Sabech affigi voluit, vt in Isaac ipse representaretur, morti destinatus, sed in arietem nos ad exemplum ipsius Cruci affixi, laboribus circumdanti, ac perplexi: idem aries non agnus, nec ouis, quae debilia animalia sunt; sed dux gregis cornu petum animal, fortem, ac virilem ingenitatem, ac vim pugnandi, & vincendi referens. Ambrosius ad haec lib. 1. de Abraham, arietem vidisse ait: *Quasi praestantem virique caetero gregi.* tales enim omnes mittendos esse oportet, fortes, & inuincibiles, labores exenterantes, nihil metuentes, ad omnia parati, quasi reliquos domi existentes, tunc temporis superantes, eorumque duces facti: qui enim hac fortitudine armati non sunt, minime ad hoc opus destinantur, quemadmodum Dominus robustorum panem sustinentibus eum vitis quinq; millibus, exceptis foeminis, ac pueris, concessit. Ita ministerium hoc robustorum fiat alimonia, non debiliu & effeminatorum. Nam, vt Theophylactus docet, his negauit Dominus panem virorum. Theophyl. Theophylactus ibidem: *Exceptis autem mulieres, & paruulos: exigitur enim à Christiano, ne quid puerile, vel muliebri praefera.* Quem imitatus fuit Hieronymus in 14. Matthaei caput, aiens: *Mulieres autem, & paruuli sexus fragiles, & aetas minor, numero indigni sunt.* Pendebat in virgulto hostia illa Deo sacrandam, non naturam, & conditionem brutorum sequens, quae terram pra oculis habent, & pedibus, ac manibus huic innitentia incedunt; sed quod praferret quid diuinum: *Vt aduertet hostiam illam non esse terrenam,* inquit Ambrosius. Nec enim terrenos, & amatores sui esse oportet, eos, qui huic operi incumbunt, nec sequi carnis inclinationem; sed caelum aspicere, seque & sua Deo consecrare. Item perplexum erat hoc animal inter vepres, quae eum cornibus ligabant, ac pungebant: *Eò quod carnem suam virtute superiori à terris leuant.* ait ipsemet Sanctus Doctor, non solum spiritus caelum contueri debet; sed etiam caro: quia à communi eius cura, ad superiora capescenda erigenda est, & mortificanda, caelum intuendo, fructus ex laboribus, & incommoditatibus decerpens, mente, ac memoria euoluendo: ob id enim lignum illud Sabech Crucem significabat. Virgultum illud, patibulum crucis est, ait Ambrosius, vt quemadmodum Dominus futura prospiciens, crucem non recusauit; sed ardentè amauit: ita nos caelestia contemplantés, fructus laborum colligendos cernentes, crucem, ac defatigationes amplectamur, lubentique animo prosequamur. Hoc optime Hormisdas ad Archimam Syriae scribens

Idem.

Gen. 22.

Ambros.

Matth. 14.

Theophyl.

Hieron.

Ambros.

Idem.

Ambros.

exposcit: *Primus Dominus in Crucem ascendit suo, informatos exemplo, quos erat adiutores auxilio, forma gregis factus ex anima.* Stetit, vt nos sua mala amare suaderet, & quemadmodum ipse, quae bona prouentura erant, ex Crucis ignominia contemplatus fuerat: ita ista nobis obicit, ne frangamur ob laborum incursum, hostiumque impetum ad nos terrendum armatorum. Ita idem Hormisdas ad Orthodoxos Episcopos ait: *Non frangit consideratio praesentium malorum, nisi futurorum bonorum vincas obliuio, quanta est tribulatio, si gloriam parit? Videte, quanto opere bonorum terrena messis assurgat.* Quae quidem decissent, si nos ad eorum bonum comparandum, non excubias, & vigilantem curam pararemus. Associabantur aries, & Isaac eadem patientes, vt doceat, nos socium Christum habituros laborum: qui enim Crucem experitur, & crucifixum secum habet adiutorem. Rogat Damasc. 4. de fide, cap. 4. *Quomodo primi Christiani tot mala sustinere valuerunt? Et responsum tale praebet: Sequebatur enim eos Crucifixi virtus omnipotens.* Haec nos strenuos, ac fortitudine ad sustinenda mala armatos reddit, quae minime deerit pro ipso Domino laborantibus.

Idem.

Damasc.

Hormisd.

Ob id non timenda Domus desertio, ne nos quietis amor, cellulae custodia, librorum occupatio, ordinatae vitae distributio teneat: omnia ista deserenda, & contemnenda propter maius insequendum, ac comparandum bonum: qui enim quietis amatores sunt, parum messiu colligunt: qui enim parca seminat, parca & metet. *Vniquisque prout destinauit in corde suo.* hoc est, prout separauit, & destinauit corde erecto, & valente ad maiora amplectenda, puerili quoque relinquenda. Audiant verba Hormisdas dicto loco, ad Orthodoxos scribentis: *Quiesca est negligentium vita; sed non voti opulenta substantia.* Amatores enim quietis, nihil virile amant; sed tantum contenti sua sorte, haud opulenti, & diuites sunt: quis vnquam diuitias congregauit ingentes ex mercaturis, qui non se exponit laboribus, naufragiis, & amittere, quae possidet, si fortuna conatibus eius obsistat? Quis strenuus Dux, magnas vicit hostium phalanges, nisi vita, & exercitus periculum faciat? Qui enim paucis contentus est, domi relicta, de quiete sollicitus sit. Hoc quidem virginibus, & debilibus foeminis commendatur, non strenuis militibus, non robustis viris, non filiis Societatis, his omnibus laboribus destinandis. Chrysoft. in Martyrem Pelagiam, eius curam, ne conspectui virorum se daret, contemplanus, sic ait: *Noluit in iudicium accedere, ac in temporarium hominum aspectu spectaculum proponi, atque perspicacibus oculis sui aspectus voluptatem praebere, & sanctum illud corpus iniuria subicere: sed ex thalamo, & mulierum conclauis ad alterum thalamum, hoc est, in caelum ipsum ascendit.* Haec laudanda virginis clausura: at non nostrorum domi manendi sollicitudo, qui non virginum more, sed parentum exemplo parati esse debemus, iacturam onaniam facere potius, quam amantes quietis videri. Dico iacturam, librorum, scilicet, ordinis in Collegiis seruandi, amicorum, ministeriorum: ista enim propter Deum in meliorem frugem commutantur, & plura inter pericula versantes acquirimus,

G g ;

quam

quàm in medio quietis degentes tenemus. A Quis crederet Noë nomen requiem significare, cum ad labores sufferendos à Deo pararetur, tum in arca fabricanda; tum in inclusione in ea, & tot fructuum tempestatum incurfus sustinendo: Verum hæc iustorum censenda est requies, si sic laborando destruant, & suffocent peccata hominum, mundumque immunem à vitiiis suo labore Deo restituant. Hieronymus in quæstionib. Hebræis ait: *Requies dicitur: quia sub illo omnia retrò opera per diluuium quieuerunt.* Hæc optanda, & procuranda à Nostriis: tunc enim veram amamus quietem, cum cessare facimus peccata retrò antè, mundum implentia, & immundum reddentia, non ita etiam domi manemus, & ad nostra, non aliorum attendamus commoda: ibi enim pro bono aliorum laboramus. Verum hoc parum reputandum, cum opus est domum deserere, & ad maiora nos extendere oportet. Magnum discrimen assignauit natura inter pisces, & aues; cum tamen ex eisdem aquis, tam illi, quàm istæ prodierint. Pisces quodammodo istas imitantur, cum saltus quosdam proferant, luce gaudeant, in aquis reidentes, non obscura loca tenentes; at nunquam maria, aut flumiales deserunt vndas, à quibus si extrahantur, continuo pereunt, & vita priuantur: aues tamen natale deserunt, & extensis pennis caelestem ascendunt regionem, liberèque incedunt, licet nonnunquam ab aliis aduersariis, & de rapina viuientibus capiantur, & dilacerentur. Quod considerans Anastasius lib. 5. Hexameron ait: *Conantur parua ex parte imitari volucres, sunt etiam lucis ex parte aliqua participes, ut qui sunt in mari, & non in locis subterraneis.* Hoc discrimen versatur inter amatores quietis, & labores missionum: illi quidem parua lucrantur propter orationis, & operum domesticorum curam, cum tamen non audeant aquas deserere, vbi vitam susceperunt, volare tentant, lucèque fruuntur; sed parua ista, cum quietem domorum amplectuntur: at ceteri Missionum amatores in caelum conscendunt, diuina assequuntur, caelestia petunt, regiones diuersas visitant, nullo tenentur metu, extra domesticos lares, licet nonnunquam pericula experiantur, & ab hostibus de raptu viuientibus infestentur: fidendum enim est Dei auxilio, quod nulli deerit, cum pro eius amore, & proximorum bono ista amantur, & illa deseruntur; licet securiora ad propriam tenendam salutem; parua tamen ad aliorum profectum. Notauit Richardus p. 1. de eruditione interioris hominis, verba illa, quibus salutabant Chaldæi Regem, cum ad eum accederent: *Rex, in sempiternum viuat.* Vitam perpetuam ducere optabant: sed ad hoc Dei necessarium fatebantur auxilium: non enim humana, ac regia potentia id præstare posset, inaccessible humanis viribus. *Quidquid enim disponas, non de tua industria, sed de diuina gratia presumas.* Ita in arduis constituti, quanuis pericula intereundi eos circumdant, de Deo fiduciam parent, & vitam sempiternam, hoc adminiculo innitentes, obtinebunt. Cur, rogo, ad regni desiderium adiunxit Christus Dominus, in Dominica oratione: *Fiat voluntas tua?* Ardua satis res regni adipisci possessionem, illud tenere, eo frui. Sed res tot obsita spinis, tot vallata difficultatibus, con-

sequenda est, voluntatis diuinæ obseruatione, ac conformitate, (hoc est, conformiter ad illam viuendo,) quod minime arduum est, si Deo fiduciam nostram committamus, eiusque beneplacitum curemus, nullo metu inter aduersa, & difficilia, quæ se offerunt, impediti. Petrus Chryl. Serm. 67. *Hoc est regnum Dei, quando in celo, & in terra, Dei voluntas est sola, quando in omnibus hominibus, Deus meus est, Deus uiuit, Deus agit, Deus est totum, iuxta illud Apostoli: Sit Deus omnia in omnibus uobis.* Cum ergo ista in hoc negotio intercedant, & Dei voluntati obsequamur, eiusque causa ad labores paremus, ipse erit in omnibus Deus noster, & conformiter ad ipsius beneplacitum, incedemus, inter pericula securi, inter irruentia mala, ab eo tutari. Quod præclarissimè docuit Hormilda PP. ad Ioannem Episcopum Nicopolis, armans eum ad præliandum pro Domino hac fiducia: *Quia, vbi Deus pure colitur, etsi aduersa contigerint, in prospera committantur: nam, ut Paulus Rom. 5. habet, spes non decipit. Petrus in uorticibus maris periclitari uisus est: mox tamen inuocato Domino Deo suo paratum habuit, qui eum porrecta manu, non patretur sustinere discrimen.* Et fortassis sæpius domi molestant acriores pugna, quàm cum ad hoc accedimus ministerium & tutiores degemus inter aduersa, quàm pacis, & tranquillitatis tempore: ipsa enim ministeria tutissima nauis sunt, ne in maris corde, vndis, ac tempestatibus agitati, intereamus. Apprimè Augustinus illud Dauidicum, vbi mare lcatens brutis marinis depingit: *Illic reptilia, quorum non est numerus: & Draco ferox omnia deuorans, animalia pusilla cum magnis, Draco iste quem formasti ad illudendum ei.* Verum inter hæc addit: *Illic naues pertransibunt.* Ac si diceret, nec tot marinae belluæ, etsi plurimæ, etsi fortes, ad malumque inferendum potentes, nauis cursum, velis, & ventis agitata, retardare, aut impedire potuerunt. Ita planè constitutus inter pericula cuenit, vbi multa se obstantia offerunt; tamen ista impedimento esse nequeunt, nec damnum asferre valent, ne opus Dei purissimè haud fiat, & plus lucrentur missi, bonorum spiritualium, ad proprium iuuantium profectum, quàm si domi sederent, & maiore fruenterur pace, ac securitate. Id satis clarè ostendit exemplum Adæ, & Enoch, de hoc Gen. 5. *Ambulauit cum Domino, etransatus est, & non apparuit.* Ille conditus est extra Paradisum, & ibi locatus, vbi mortem inuenit: iste fugit, & ab ea vsque modò liber existit: qui enim in maiori securitate degebat, mortem inuenit: qui autem inter pericula versabatur, eò quòd Dominum securus est, & cum eo associatur, ambulauit peregrinus factus, securus extitit. Procopius in cap. 5. Genesis: *Hoc immortalitatis donum dedit fides natura. Enoch mortalis existens conuicit Adamum morientem, nota esse mortalem. Præceptum enim Domini diligenter conseruauit: quapropter ipse ingressus est in Paradisum. Adamus inde fertur expulsus.* Hoc enim cernere licet in nostro exemplo. Qui enim Missionum functionem obeunt, cum Deo peregrinantur, ipsum uenientem in mundum ad salutem hominum, requirendam sequuntur, non apparent, vt à periculis lædantur, à tentationibus, à malis obruantur: securi enim degunt inter aduersa, Deo protegente suos ministros,

Psalm. 90. 13.

Const. S. Igo.

Hormilda.

August.

Anast.

Isai. 6.

ministros, & depulsi de domicilio in solitudine, Paradisum inueniunt, & fortè qui in illo sunt, non ad eò securi inueniuntur; sed in securitatis regione, periculis comprehenduntur. Incedere docti sumus super aspidem, & basiliscum, & conculcare leonem, & draconem, haud dubiè absque omni metu: qui enim Dei causa, ista sustinet mala, ab eo tutatus incedit, quæ omnia securitatem annunciant, cum missi inquisitores vitiorum sint, bellum aduersus peccata indidentes, ea arguunt, destruant, ad hoc laborant, & certant cum hoste: quomodo stabit cum his animi leuitas, peccata, quæ abominantur, amplecti, hominibus hortantibus ad penitentiam laqueos parare? in quibus denuò irretitis maiora pariantur mala, quàm bona eis afferantur? Res enim securissima est, præterquam quòd missi assidue iuuantur orationibus domesticis, vt in Constitutionibus præcipit Sanctus Parens noster: causa enim communis est, & ab omnibus cordi habetur; ac ad eam sua offerunt dona, vt illibatè fiat, & in Dei gloriam cedat, ac in Societatis profectum. Non domus tutamen est virtutis, nec locus ad hoc semper fauorem intulit; sed Deus ubique existens, inter irruentia mala securitatem impertit. Vnde Hormilda ad Archimam Syrum ait: *Qui uelam suam deserunt, ipsi se periculis, quibus laniantur exponunt.* De Christo Domino loquitur, à quo tutamen accepimus, & in foraminibus petrae, ac cauerna maceriae, refugium nobis parat; hoc est, inter dura, ac deserta loca, inter rupes, & precipitia, ne tentare timeamus pericula. Nec superbi sapient, qui crediderint, ista ad eos pertinere, quòd probati mittuntur, & in hoc commendatur delectus Superiorum. Breuiter hoc significauit Hormilda supra epistola ad Archimam: *Angusta porta: sed regna diffusa: paucis aditus, sed probatio.* Quasi pennicillo describens, quæ in Missionibus experimur. Primum aditus, quasi angusta porta, se se offert; sed diffusa regna, cum inde plurimæ sequantur utilitates, magna comparètur bona Deo, latissima offerantur spatia. Nec quidem probatorum sunt facinora; qui quidem non timentes pericula, se dedunt libenter Superiorum ductui: nec enim ob puritatis conseruationem, timenda sunt ista ardua, similes facti columbae à Noë missæ, quæ non inueniunt in planis locis, vbi pes quiesceret, cum montium culmina libera essent ab aquis, ad arcam redit, vt tuta in illo securitatis refugio maneret. Quod ponderans Anastasius lib. 1. Hexam. ait: *Quo quidem significabant peccati infirmorum euidentiam, & impudentiam, & uisum nimiam elationem, eiusque induratum, & callosam uecordiam.* Timensque hæc, & his contaminari columba, redit ad arcam, ausus suos continens, & securitatem requirens: nec enim ista mala timenda sunt, ob eaque fugiendum; sed laboribus comparanda est hæc animi quies inter pericula: vt enim ait ipse Anastasius supra de Angelis volantibus, & quiescentibus, inquit: *Solutio enim eius, quod queritur, est uelut pulchra quedam quies, uolatus mentis.* Quæ pulchrior, ac gratior quies, quàm quæ ex uolatu nascitur: cum eo labore, ac sollicitudine, inueniuntur bona, quæ queruntur; nempe, salus hominum, peccatorum abolitio, deformitatum remedium? Quare non timenda

sunt ista; sed uelut Petrus inuitatus à Domino, *Ador. 1. c. 14.* immunda deuorabat monstra: ita nos uenena haud timeamus comedere, & gustare. In Dionysio Alexandrino epistola 3. de Baptismo Alex. fimate ad Philemonem habemus, ei interdictum fuisse, euoluere Hæreticorum libros; sed accepisse diuinam reuelationem, in qua ei præcipiebatur ea legere, vt sciens errantium sententias, & fundamenta, arguere & emendare ualeret: quibus addit: *Uisionem, utpote ritè consentientem uoci apostolica, sic ad potentiores dicenti: Sitis diligentes animaduersores, & uelut trapezite, qui argentum probant, libens equidem approbasi.* Paulus enim ad Thesal. 5. ait: *Omnia probames, Thessal. 5.* *quod bonum est, tenete.* Hoc imburi spiritu nostri, euoluant conscientias peruersorum, pericula tentent: hæc enim omnia ad medelam applicandam fiunt, ad dignoscendum fundamenta, quibus innituntur uani mundalium amatores, vt eis lumen veri infundant, à mandaciis distrahant, ad uiamque salutis perducant. Apud Anast. 5. lib. Hexam. habetur, in creatione auium dictum à Domino: *Multiplicentur uolucres: quod de Angelis accipit, quos alloquitur: Deus, ut ad hoc opus iuuent: Ad eos enim iussum dirigit Deus, inbens, & dicens, ut multiplicentur uolucres, hoc est, qui caelestia sapiant, & obeant.* Sed cur hoc, & ad quid in hoc opere has auxiliares copias Deus assumit? Reddit rationem: *Fortè, quoniam ualde exiguus futurus erat numerus earum uolucrum; instorum, inquam; ea de causa, earum curam magis gerens Deus, iubet sanctis Angelis, qui curant gerant terrestri creatura, uolucres multiplicentur super terram, quæ ex aquis sunt regenerata.* O Deus, cuius curæ est nostra Societas, si tales prouideret multiplices uolucres, qui ueloces, non ambulent, non currant, sed uolatu suo regiones à nostro domicilio distitas, uisitent, vt plures lucrentur, sua fatigatione, ac solito studio, multiplicet per sanctos Angelos suos, horum operum tractatores, qui dexteritate comparata, nullis laboribus parcant, nullis itinerum uincantur fatigationibus; sed omnia illis peruia fiant. Nec timendum uenit ob hanc peregrinationem spiritum minuendum ordine domestico relicto, à forma seruata, & consuetudine firmata declinandum fore: tum, quòd tales homines, uirtute firmi sunt, nec egent aliorum exemplis, vt sibi, sine duce, & magistro leges præscribant; ut enim inquit Ambrosius 1. Officiorum, c. 41. de Laurentio loquens, qui timebat à sancto auelli magistro, solo relicto: *Infirmi discipuli magistrum precedant, fortes sequantur, ut uincant sine magistro, qui iam non indigent magisterio.* Tum, quòd non solus arbitrandus, sed associatus incedit domesticis auxiliis, personam omnium induens, qui omnium repræsentat personam. Quare omnium orationes, copiarum auxiliares sunt, vt sua obeat dignè munia, & à profectu domi intentato, haud recedat. Pontius in Cypriani uita, cum apud Præfectum causam ageret fidei, & ipse epist. 83. sic habet: *Quodcumque enim sub illo confessionis momento Confessor Episcopus loquitur, aspirante Deo, ore omnium loquitur.* Sic enim inter sodales degens contempletur: non enim solus relinquitur, sed eis associatus, & præsens factus, quibuscum diuina obeat munia. De femina Pelagia loquens Chryostom.

Gen. 6 & 7.

Anast.

Ambros.

Pontius.



Chryso.

3. Reg. 19.

Idem.

Genes. 28.

orat. de ea, comprehensa est sola, à militibus A inuenta, nec turbata: sciebat enim Dominum suum habere, ac proinde interrogata respondit, & citò, & optime. Quare? *At primo illa momento temporis, consilium ita horribile, ac formidolosum iniere, & re ipsa decernere, ac perficere potuit: non enim erat inuis sola, sed consiliarium habebat Iesum.* Sub hoc nomine, & vexillo certamus. Certum est non defuturum ipsius auxilium, nec solos esse arbitremur: tota nos circumdat Societas; & ipse Dux illius, sano consilio nos imbuit, ne à tramite vitæ assuetæ, nec in paucis recedamus. Nec turbemur, si aliquos paruos defectus experiamur, à quibus immunes esse- mus, si domi maneremus: sapè enim Deus hos permittit, vt maiora inde proueniant bona. Fugitiuus factus Elias ob metum conceptum ex Iezabelis minis, quod tanto Propheta in culpam verti posset, cum fortiter subire omnia mala pro Dei gloria teneretur, præcipuè arbitrans, se solum relictum in palæstra, vt decertaret aduersus fidei hostes: at ex hac fuga, magna reportatus est lucra, cum à Deo doctus fuerit apertissime; tum eius causam in tuto esse, plurisque commilitones habere; tum ad misericordiam didicit inclinandum, vt Dei mores sequeretur: hac enim disciplina fortior, & expeditior euasit, & reintegratis viribus, audacior confurrexit in hostem, quibus addit Chryso- stom. de Elia: *Vides, quemadmodum in peccatum illud exiguum quidem permixtus est incidere Elias, vt integro benignitatis amictu se indueret?* Hæc ad nostros liceat dirigere, ne fugiant labores, & causam Dei fortiter defendere: licet enim aliqui irrepant defectus parui, magna compantur illis Intractum, quod Deo homines subdunt; tum, quod experientia fit elatior, & audacior: tandem quod ipsi defectus cautiorem, & humiliorem reddunt, quare maiorem, & clariorem comparant sibi lucem ad spiritualia, quam si omnia munia domi, ordine seruato, completerent, ac perficerent. Vt hoc probemus, Iacobi fortuna contuenda est, qui peregrinus domum relinquens, & aliena domicilia petens, defessus, in terram proiectus, & dormiens vidit scalam cælum vsque pertingentem, & etigilans, ait: *Verè Deus est in loco isto, & ego nesciebam.* Domi enim enutritus, & edoctus à sapientissima matre Rebecca, haud cognouit Deum vbique esse, suos inuare inter pericula, nullum ab eius protectione, & prouidentia alienatum: hoc in itinere, in solitudine, in paupertate, ac laboribus positus, acquiuit, ac tenuit. Quod ponderans Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in Genesim, ait: *Sed beatus Iacob, quod fide defuerat, cum in patria esset, discessu suo assequitur.* Hæc satis notam indicant veritatem: multi enim arbitrantur, se Deum solum inter domesticas occupationes inuenturos, eiusque curam, ac prouidentiam non extendi ad forensia, & externa, quod discitur, & apertissime experitur, cum vbi omnia illa assuetæ defuerint, in saeculo modo Deus clarius, & proximius cernitur, vbi cælum aperitur, scala ipsum pertingens contempla- tur, Angeli socij, & comparè videntur, fauor inter labores diuinus comprehenditur, non quidem electos ad leonum ora, & à diuino fauore desertos arbitremur, sed potius ab eo sensibilius adiutos, & in laboribus recreatos: ob

id enim terribilem illam regionem Mauri di- ctam visitans Franciscus Xauier, ab amicis eius tentatum iter impediens, haud victus, experientia didicit, omnia monstra ob- stantia conuersa esse in delicias, suaves lacrymas, cõtemplationem quietam diuinotum: quare ait: *Non deinceps dicitur hæc insula Mauri, sed diuina spei, cuius complementum in ea inuenit.* Quid quod, vbi nulla apparet defensio, omnia periculis exposita, tempus negotia consumunt, exercitia vix fieri possunt, quæ videntur, & audiuntur, tractanturque, pericula minantur, quis è tantis aduersis hominem solum inermem poterit eripere? O Dei clementia, fidelis, & verax, nunquam securius currit virtus, felicius augetur, omnia quidè, quæ manibus gestamus, eius tutamus tutamen, & protectio sunt. Quæstio est inter sacra Pagina: Expositores, circa annorũ cursum Mathusale: vnde colligunt ipsum superuixisse diluuii. Cũ ergo sit certum de fide, solum octo animas seruatas, & à morte reseruatas, iste Mathusalem post diluuij stragem viuus numeratur. Augustinus re- spondeat 15. de ciuit. cap. 13. *Quis significabat Christum, cuius vita nullam sentit aetatem, vt in maioribus quoque nullum sensisse diluuium videtur.* Hinc ad ea, quæ probare in desiderio est, qui enim Christi personam gerunt, qui eius vices tenent, nullo consumuntur labore, nullis tentationibus obruantur, nullam ætatis vetustatem agnoscunt, ab eo protelantur, ac seruantur inter ardua, & inaccessa pericula, ne ad hostium manus adueniant, sed potius iuuenilem, ac viridem experiantur, & sentiant ætatem, robustiores, ac spiritaliores, post diluuium, & inuadentia mala euadant.

Nec de alimonia sollicitudo nos premat, licet incommoda, & insuetæ timeantur: qui enim laborat pro Christo, & seruire maximo operatur, sui oblitus non curat de corporis ferculis, saginatus spiritualibus in profectu fidelium. Meminerint Ioannis 4. Dominum præ- mississe discipulos, vt alimenta emerent in ciuitate Sichar: verum post insecatus mulieris salute, & Samaritanorum audiendi verbum fame etiam inuitatus, à discipulis noluisse corporalia tangerè, qui spiritualibus cibus pastus fuerat, tanquam meliori saginatus alimonia, deteriorem despexisse: his enim temporibus, nec horarum compositus ordo, nec Refectorij assueta fercula, in memoria veniunt, sed deordinatio temporis, ordo reputatur: paruitas alimenti, sarietas; parum conditæ escæ, gustui aptata iudicantur: alia enim appetit anima, quibus ad satietatem repleatur. Alexandrinus Clemens 1. pædag. c. 12. rogat, cur Deus sollicitudinem Marth. 6. tollit, tam in paradisi escis, quam in conquirendis indumentis. Ea est ratio: *Vnumquæque nostrum esse sui ipsius penum docens.* Duo docere videtur. Primum, Deo esse curam de nobis: idè ei ista committimus. Secundum, nos ipsos constituit emptores, & paratores edendorum: quod cum molestissimum sit, & insuetum, & alia maiora urgeant negotia, ista in obliuionem veniunt, & imparat, paucis contenti sumus. Ita verè nostris euenit: adè enim verbi Dei prædicatione alienati degunt ab aliis humanis curis, vt nec alimenti capiendi (et si necessarii) tempus inue- niant,

August.

Ioan. 4.

Clem. Alex. Math. 6.

Genes. 6.

August.

Psal. 80. Chryso. hom. Quod nemo lauitur, nisi à se ipso.

Protop.

Gal. 6. 2. 5.

1. Cor. 13. 7. Genes. 2. 5.

niant, plures scimus à mane primo ad noctem, nullum gustasse cibum, neque ab Ecclesia discessisse, vt parum quietis, & virium resumerent. Verbum enim Dei pro pastu habent, contenti eo imbucere mentes hominum, & à mendacijs liberare. Credit difficile est, quomodo Noè alimonia suppeditare potuerit tot brutis, & auibus inclatis in arca, præcipuè cum multæ voraces essent: opus enim erat macellum construere, & multa pro pastu cori includere vna animantia. At Augustinus ad hæc facit satis 15. de ciuit. cap. vlt. & ait: *Omnibus vesci facit fames: nihil est, quod Deus suauis, & salubre facere non possit.* Apprimè planè hoc in Missionibus cernimus, & quotidie experimur: nec recordamur (sicut ex Aegypto egressis contigerat, qui peponum, & aliorum leguminum memoria tenebantur) domestici Refectorij; sed fame præsentis fatigati, quæ ad manum sunt, cum gratiarum actione sumimus; nec insulsa, nec incondita videntur, sed gustui & saluti aptata pluris æstimantur, quam illa; & Deus eis saporem, & salubritatem confert, pro quo ad hanc necessitatem deuentum est. Franciscus Xauier Iaponas inuisens, & cibos eis assuetos gustans, quorum ipse nec vsum, nec desiderium sentiebat, saluti aptatos expertus est, quod ipsum cogere parum ex eis sumere, & quantum ad alimentum sufficerent. Interpretatus est Chryso. illud Dauidicum: *Et cibauit eos ex alipe frumenti, & de petra melle saturauit eos.* cum id nunquam contigerit accipiendum est propter effectus lapidis: ait enim: *Post multam itineris fatigationem, & labore sitientes, aquis frigidis è saxo fluentibus fruebantur, easque multo cum desiderio hauriebant. Cupiditas aquas illas mel appellauit, non quod natura aquarum fuerit immutata; sed quod dulcedo potuisti, instar mellis sitientibus obtineret dulcorem.* Idè petra mellis similes aquas præstabat ob effectum lapidis, & suauitatis in rebus duris, ac inconditis, Deo operante, reperit. Aliam addit dictis rationem Protopius super 6. cap. Genes. *Non multo indigent pabulo bruta, cum benedictione Dei pascantur.* Iuuant ad hoc supradicta, & passim experta: verè enim nunquam minus apparet humana indigentia, quam cum laboribus spiritualibus exercetur: ipsa enim assidua occupatio, fames est, imbuendi ignorantibus hominibus, diuina, quæ satietatem accipit, sua operatione, & nutritiua facultates minus appetunt, quam si in otio suas functiones liberè exercerent.

Tandem non obstat Sociorum non conueniens consuetudo, si contingat, (quod rarum est, propter sedulam Superiorum curam, eos mittendi, qui mutuo conueniant,) inæquales esse, & minus congruentes, ac inter se haud conuenientes: id enim sustinendũ est. Semper quidem fortis cū alio debiliore iungitur, cuius est (vt inquit Paulus) infirmorum sustinere onus. Nec immeritò, vbi Paulus ad Gal. cap. 6. 2. 5. ait: *Vnusquisque onus suum portabit.* dixerat: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Nam tunc alterius onera subimus, cum nostra ea reputamus; & nostra ferimus, cum aliorum onera haud sentimus. Charitas enim omnia sustinet, ac portat, nec aliorum reputat, quod suum amore facit. Non enim nobis contingere solet, quod duobus fratribus

actantibus, ac rixantibus, etiam in materno utero, quorũ mores adè diuersi fuere, vt duos aduersantes, & certantes inter se populos significarent, durus vnus, ac terrens; alter lænis, ac cælestibus deditus. Quos contemplans Cyrillus lib. 9. in Genesim ait: *Cur Esau primogenituram concessit fratri, propter vnam escam? Exponit nomen, terrenus, & ait: Terrestris namque, & infirmus animus profectò hic est, qui suam dignitatem contemnit, & natiuitatis suæ primatum.* Cum enim alter amaret, digna tanti patris filio, pax inter eos esse non poterat: at ista cessant inter Missionum Socios, eadem negotia tractant, cælestia amant, animarum salutem requirunt. Quod autem ingenia non conueniant, haud difficile est tolerare, & pro tanti boni, & adificationis desiderio, se mutuo venerari, ac amplecti, præcipuè cum id genus societatis non per multum duraturum sit tempus: quæ enim breuem habent finem, facile deuorantur, & magna cum patientia feruntur.

CAPVT III.

Difficultates conficta ab aliquibus, haud habentibus notitiam Missionum, vincuntur.

Inter aduersarios, Missionum cursus instantes, recensendi sunt nonnulli, qui earum finem ignorant, arbitrantur induci ad capeffendam possessionem domorum, Xenodochiorum, Ecclesiarum, quæ ad habitandum eligimus, & ad ministeria exercendum: credunt enim, hac dissimulatione, & voce Missionum intendere, loca dicta occupare, vt nostra in eis Collegia erigamus: nam semel possessione adepta, facile erit à vicinis, more pauperum ali: imò credunt, nostra industria conquisituros, vel extracturos facultates, quibus ibi residentes alatur. Hinc enim nascitur rumor, cupiditatem nostrorum, exemplis fictis, & apertis mendacijs extollens, ac prædicans, & tanta facilitate omnia componentes, vt iam iam confecta esse, & consummata arbitrentur. Hac enim de causa, aduersarij plurimi insurgunt, conuocant amicos, & quibus eorum interest domorum, & Xenodochiorum cura; Ecclesiarum fores claudunt, quasi timentes hostium exercitum debellaturum ciuitatem, & omnium bona vi armorum capturum, ad eos aduentasse: cum enim leuissimum sit turbæ, & vulgi iudicium, adè ista comminiscuntur, vt experientia nos doceat, primo impetu, nullum inuenire amicum, cui nostra credamus consilia, & certum faciamus, de fine Missionum, & quid boni ex illis nascatur, quàmque longè sit à Nostris, quæ falsò in ore omnium versantur. Vidi locum haud contemnendum ita motum, & falso confusum rumore, vt tam Viri primi, quam Prætor, Rectores Ecclesiarum, Religiosi, Communitatis Procurator, nostros à suis terminis pellere intenderent, negando hospitium, Ecclesiarum ingressum, & totum vulgi pondus, hostiliter nostros intuens, ac penè motum ad vim inferendam, vt nos cogrent ab eis

eis discedere licet enim non hoc frequens, nec timendum in paruis vicis, vbi ad sedis constructionem non est substantia; tamen in populis gradioribus, aut ciuitatibus, metus iste plurimos premit, & interrogant, an aduentus noster, ad fundamenta Collegiorum iaciendum destinatur.

Hoc enim malum patientia, & lenitate superandum est. Ratione plurima e medio euadescunt impedimenta, quae non vulgo proponenda; sed aliquibus, à quibus alij facti iudicij sui accipiant responsum. Simile hoc est his, quae Paulo, & sociis Ephesi contigerant, quos populares, confuso vulgi furore perciti, occidere tentabant, existimantes aduersus Dianam, eorum Deam, & templum ipsius, ingressos esse ciuitatem; & templum in omni horrore habitum, demoliri velle: ad eum enim omnes, vno consilio, & voce commoti sunt, vt nulla ratio ad eos sedandum valeret, donec quidam Alexander Iudaeus, silentio indicto, eos alloquens, ad cognoscendam veritatem induxit, & homines illos nihil aduersus Dianam, & eius templum, tentare voluisse. Vbi notandum, quod ad hos audiendum, si quid aduersum Paulum, & socios haberent, prouocat iste Alexander ad Ecclesiam, cum tumultus concitatus fuerit in theatro, hoc est, semicirculo, vbi sedentes populi spectacula intuebantur: ibi enim tractanda non erant talia negotia, vbi turbæ confusio, vbi mendacia pro vero celebrantur, & aduersus veritatem bellum indicitur. Quod notans Beda ait: *Non alio decuit causus, meruitque Diana, quam lasciuio tractare foro. Capit area turpis, consilij deformis opus: at ad veritatem cognoscendam, ad Ecclesiam prouocant vulgus: si quid autem alterius rei quaritis, in legitima Ecclesia poterit absolui.* Ita credo euenire solere. In plateis, & compitis ciuitatum (loca destinata ad euulganda, & credenda mendacia) ista tractantur, exagitantur, ac prouocantur aduersus veritatem: verum à cordato viro vocandi sunt ad Ecclesiam, rogante vulgus, & homines populares, vt Patres audiant, veritatem discant, ne leuiter moueantur, & periclitetur ratio: vt enim ait iste Alexander: *Periclitamur argui se à rationis hostibus, cum nullus obnoxius sit, de quo possimus rationem reddere concursus istius.* Veniant ad templa, audiant Patres; sciant, quae intendunt, ad quid ad eorum limina accesserint, an Collegia in mente habeant, vel solum eorum salutem quaerere: inde se laborare pro totius populi bono: haud dubie, quin vincant, & omnis inanis rumor excitatus cessabit, nec ob eiusmodi motus timeant incepto operi profectus facere. vincant planè, & omnia dura, & aspera conuertentur in laeuia, ac plana: licet enim Esaii acrem pugnam incitauisset aduersus fratrem Iacob, iste supplantator dictus vicit. Quod Cyrillus considerans lib. 9. in Genesim, ait: *Sed vincit, qui Christum coluerit, peccati que culpam propulsauerit.* Aduersarius tamen similis erat vulgo, furore percito agente; nec rationem attendente. De eo idem Cyrillus pilosum fuisse more ferarum, significare, quam alienus à ratione fuerit. *Nam furore potius, quam ratione gubernatur, & ad temeritatem, immanitatemque prouisus profectus est, cum contra Iacob laenis esset.* Sed lenitas humanitatis argumentum habetur. Haec paranda est, tanquam arma ad vincendum necessaria: nam ratione, mode-

Alex. 19.

Beda.

Alex.

Cyroll.

stia, ac patientia, tandem monstra eiusmodi à concepto errore deficiunt, & veritati locum concedunt. Quod enim in laboribus Sanctus Iob pro remedio habuit, nos imitari oportet, audiens calamitates, quibus ab hoste afflictabatur: *Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua.* Iob 1.

Nec existimemus, impatientia agitarum, hanc vestium ruptionem intentasse; sed vt pectus nudum Deo ostenderet, & omnibus patefaceret, ad innocentiam recenter nascētis, & primaeva aetatis initia conuersum esse, vt quantum quem admodum tunc etiam omnibus priuatus, liber esset ab iracundia; ita omnibus expoliatus, eadem carere, & Deo omnia tanquam ab eo accepta, reddere. Quod nobis pro remedio est, purum cordis arcanum prode, & omnibus manifestare, diuersam ingredi viam, ab ea, quam vulgus hominum machinatum fuerit: tunc enim opus est pectus denudare, pandere, quae intentamus opera, ad quid aduentus noster ordinetur, & sincera mente agere, quae ad bonum aliorum iuuare possint. Sed in eo euentu fortitudo maxima eluceat, vt omnibus aduersantibus obfretur, & veritas haud confundatur. De Iob habet Glossa: *Sedere quiescentis est, stare certantis.* Qui enim prius quieti erant, quia nulli aduersarij insurrexerant, modò stent, surgant, vt fortiter dimicent, & errorem corrigant. Hoc tenentur aliter iudicantes: ira enim, & ignorantia, rationis viam claudit: vt enim ait Iosephus 5. de bello, c. 13. de Mutiano loquens, qui Vespasiani partes sequebatur aduersus Vitellium, interfectore facto eorum, qui adharebant huic, nullo ordine seruato, ac discrimine facto, examinationis diligentiam iracundia praueuientes. Ita eiusmodi homines, ab ira occupati, aut ignorantia rerum obcecati, nullum examinationi veritatis locum inueniunt, sed confusa mente omnia damnant, & ab eis cogitata pro certo habent. Aperiant ergo his caecis, lucis viam, ianuam salutis; non tamen ob id dorsa dent hostibus, & ab eis vinci patiantur. Aperitum ostium salutis habent, ad eam multis impertendum, si non ipsi, timore exanimati facti, illis mortis fores aperiant, quas claudunt, si ab eis alienentur, & alios quaerant, à quibus maiori cum gratitudine suscipiantur: malum enim omen Missionis esset, talem fugam, non dico intentare; sed cogitare. Idem Iosephus, 7. de bello, cap. 12. portentum referens Ierosolymitanæ ciuitatis, ait: *Portam aeneam ad orientem positam, & vltro aperiendam inuentam fuisse: quidam optimum esse signum coniecerant, Deum dicentes bonorum portam aperuisse: alij vero, qui prudentius res contemplantur, templi tamen sponte sua dissolutum cogitabant, & hostium donum fuisse portas aperire, solitudinemque illo ostenso signari inter se pronuntiabant.*

Glossa.

Ioseph.

Ioseph.

Hoc timendum, si fugæ portam aperiant, ob eiusmodi vulgi rumores, etiamsi omnes post se rapiant; hostile enim est hoc signum, & inimici machinamenta, vt terreat operarios, & aliò diuertat, locumque possessum, & pacifice conseruatum ne perdat: Ichismata enim eiusmodi, ex vulgi confusa multitudine nascuntur, quae cum nulla innitatur ratione; sed furore, ac multitudine decerter, leuiter cedit, & veritatem in admirationem sparsum rumorem. Id experientur, quod Opratus notauit lib. 1. contra Parmenidem de Ichismate sui temporis: ait enim: *Schisma*

Oprat.

Chryso.

Cyroll. Ierol.

*Schisma igitur illo tempore, confusa mulieris iracundia peperit, ambivus nutritiuit, auaritia roborauit.* Ita eiusmodi populi diuisiones, sententiaeque aduersus opus Dei latae, ortum habere solent ex confusa popularium ira, aut ignorantia, quae si ad alios perueniat, fortè emulatione, & auaritia vires recipiet, & neurosior fiet. Verum, nec sic timenda: sed aduersus eam pro veritate certandum. Nec dubitent, ista impedimenta venire, vt clariore euadant, & labores felicius succedant. Ea quidem, quae magna cum tranquillitate fiunt, haud profundas mittunt radices; quouis enim adueniente aestu, viriditatem amittunt: quae verò arduis initiis, & hyemalibus frigoribus seruntur, fruges proceras, & robustas germinant. Chryso. de Dauide, & Saule, cum in spelunca ipsam inueniens, vestis particulam scidit, inquiens, qua de causa, ista à Deo sic euenire decretum, ait: *Intelligebat enim, quòd Deus ideo tradiderat eum, vt ipsi maiores occasiones probandae virtutis suppeditaret.* Haec in praesenti euoluenda sunt in mente: Dei enim prouidentia gubernantur eiusmodi intentata negotia, vt probati milites euadant, & vincant patientia sua potius, quam ira, & metu, vim laborum irruentiū, nec ignorent, Daemonum artem esse, in ipso initio, & ianua expeditionis iacere eiusmodi tentationes, & impedimenta mittere, vt cum nondum incepta fuerit ministeriorum distributio, facilius suffocet tentatos labores: si enim semel recepta esset, rarò contingeret manum messium collectioni subtrahere: at cum nondum iacta semina fuerint, initia obrucere cupit, vt aliò iter dirigant, & suam seruet praedam. Cyrollus Ierol. catech. 1. comparans Pharaonem, populum ad mare vique profectum, cum Diabolo Baptisum prohibente, ait: *Tyrannus ille, ad mare usque veteres persequebatur: iste verò impudens, improbitatis Princeps Daemon, ad ipsas usque saluarias undas insequitur: ille in mari submersus est; iste in aqua salinis suffocatus.* Vbi enim terrere tentat, vbi occidere, initia inuia confingens, ibi suffocetur, & intereat, aduersus eum alacri virtute insurgentes, & fortiter dimicantes.

Ad hoc consequendum opus est omnibus manifestum facere, nos non solere ita firmare Collegia, & multis ad ea initiandum indigere; non esse raptorem alienorum, sed nostrorum laborum elargitores. Hoc quidem nullo expetito, nec vilo pretio; sed gratis, & lubenti animo offerentes. Sciant, Collegia petenda ab eis, quorum interest, nostris vt ministeriis: licet enim multae foundationes ex Missionibus prodierint, hoc inde ortum habet, quòd ipsi populi fructus agnoscentes, & mutationem rerum contemplantur, optarunt nos secum habere, & nunquam à Sociorum conuersatione diuelli: quare, vel quidam specialiter ad id perficiendum potentes, vel ipsa Communitas necessaria ad alendos Patres donarunt; non tamen nos talia tentare, nec ad ea animos hominum excitare, minisque vim inferre, & captiosè alienas facultates extorquere. Quare nihil ex cogitatis absque fundamento timeant, experientes, quam syncerè ista fiant, quam alienique simus à foundationis cura. Nec hoc nouum, & ibi denuò opus ceptum; sed ab initio

A Societatis in vsu abiisse has excursionēs facere omnium procurare salutem, morem Apostolorum sequendo; & cum plurima inuiderimus loca, ciuitates, & villas, in nulla ferè earum degere Societatem; sed more peregrinorum procedere, vt omnibus suas impertiant merces. Quapropter conceptus metus diffugiat, securitate animus dilatetur, vt nostra cōpleant desideria. Quod fiet, si ad verbum Dei audiendum veniant; ad Confessiones, paratas gestent conscientias; de salute propria solerter agant: tunc quidem experientia cognoscentes verū, se ipsos damnant, iudicia leuiter concepta condemnant, & Patrum sanctum zelum laudant, & magnis honoribus, ac reuerentia signis prosequuntur: id enim farentur, quod docet Basilus in Ascetico: *Quod multis ex nobis accidit, vt qui virum quidem bonum, qui se conicit in pericula, saepe appellemus inanis gloria cupidum, & multa eiusmodi falsis inducili suspicionibus ementimur.* Clarum sic reddunt veritatis testimonium; & vt experientia didici, quòd maior praecesserat contradictio, cō plus ab omnibus requirebatur, & maiori cum fructu Missio finem accipiebat. Quare timor iste, dexteritate, ac sinuitate maxima abolendus est ab omnibus, ad quorum habitationem deuentum fuerit, ne alia arbitrentur nostrorum esse studia, & quae desiderantur, negent.

Basil.

CAPVT IV.

Calumniatur mittendorum cupiditas.

Nec desunt, qui saltem arbitrentur, Nostros non sincero affectu ad eos accedere; sed stipem aliquā quaerere: cū enim videant, homines pauperes ad eos venisse, necessitatem, ac indigentiam praedicantes, & moris sit eiusmodi eleemosynas quaerere, ad idque exequendum, verbi vt praedicatione; statim incidit in eorum mentem, nos potius nostra commoda, quam eorum salutem desiderare: ob id enim grauatè eos suscipiunt, & onus imponendum vnusquisque reicit in alium. Nec solum arbitrantur mendicantium formam seruare; & ad sustentationem desiderare alimenta; sed etiam velle post laborum spiritualium exercitationem, maiora stipendia exigere, ac durè vendicare, vt deinceps, tanquam tributū, eis certā cotam designent, cū dignum sit operarius mercede sua. Quapropter interrogare solent, an aduentus nostri ad eleemosynas exigendas tendant, quasi nulla alia cura nos sollicitaret. Nec mirum hoc: id enim satis vulgare est: Religiosi enim viri pauperem agentes vitam, ad hoc circumeunt loca, extra proprium domicilium, & de spiritualibus temporales fructus carpunt: cū enim id in vsu sit, nec alia spiritaliora meditentur, hoc idem de Nostros, quod de aliis experientia compertum habent, credunt: nec enim cognoscunt has nundinas esse, in quibus animarum salus solū negotietur, imò nullum bonum pure spirituale requiri arbitrantur; sed pro quouis opere praemia temporalia captari. Rogabo, cur Dominus post tot homines pastos, fugit in montem

1. Tim. 5. 18. Matth. 10. 20.



montem, & solus à turba recedens, remansit? **A** Volebant enim eum Regem facere, ait Evangelista. Sed, quare tale venit in mentem eorum? non enim arbitrabantur aliam mercedem impensu beneficij querere, nisi regnum, aut aliud magnum temporale primum. Quod ponderans Theophylactus ibi, & causam inquirens fugat, ait: *Secedit, quò Tyranniis fugiat suspitionem.* Ne enim homines rudes crederent, Christum de beneficio mercedem reportare velle, aufugit, vt crederent solum eorum spirituales optasse profectum, non temporale commodum reportare: sieta enim fraudulentia sic solet, non sicut quidam dixit, *ex cono aurum colligere*; sed potius ex auro conum comparare, hoc est, ex spiritualibus mercibus temporalia bona. Lucianus ad Eronium scribens de quodam impostore loquens, ait, finxisse se esse Christianum, vt sub hoc pulchro nomine, cupiditatem suam regeret, quòd eleemosynas à fidelibus acciperet: imò, vt Augustinus ait, martyrio se exponebant plurimi, vt misericordia moti fideles, eis abundè necessaria suppeditarent: *Qui occasione persecutionis vellet acquirere pecunias, & in custodia delictis perfrui de obsequio Christianorum.* Ita fingit isti, dissimulatione Missionum vel se delictari, ac cuium aliter ferculis, & eleemosynas abundè colligere. Ne ista metum incutiant, & operarios moueant ad opus ceptum relinquendum: vt enim inquit Augustinus, non ob hoc, quòd lupus ouinam pellem assumat ad diripiendum, ouis propriam relinquit. Vt enim habemus apud Cyprianum existimantem, licitum esse rebaptizare, id executioni mandabatur: verum ei obiciebant, Nouatianos Hæreticos hoc idem habere in vsu: quibus respondebat epist. 2. ad Iubaranum: *Ad nos omnino non pertinet, quod hostes Ecclesia faciunt, dum modo teneamus, & rationis, & veritatis firmitatem.* Ita respondere possunt his, qui similia fingentibus, lucrum temporale pretendunt; nos veritatem tenere; spiritualia opera, & fructus exquirere, non commoda mundialia. Nec ob id damnamus eos, qui stipem querunt, cum prædicant, aliâque exercent opera charitatis: id enim satis tritum est: *Dignus est operarius mercede sua.* Metimus temporalia, qui spiritualia seminamus. Ita ab initio instituta est Ecclesia. *Comedite, qua apponuntur vobis.* Nam, cum discipuli incederent more pauperum omnibus expoliati, vt velocius pergerent ad pagos, & ciuitates, ad fidem omnibus impuendam; ali oportebat ab iis, quorum intererat tale ministerium: neque enim homines absque alimonia vitam transigere valent: vt enim ait Barcepha part. 1. de Paradiso: *Absque pecunia, & gloria, viuere homines possunt: at sine cibo non possunt.* Verum hoc nobis interdicitur, nisi coactis ab his, ad quos accedimus; non quod immunes ab hac lege simus, cum more pauperum iter instituamus, vt supra probaui lib. 2. sed, quòd etiam in paruis nolumus grauari populos: licet enim sine cibo non possimus viuere, cibo interdicitur, comparatus aliorum sumptu, & cura. Deus legem non comedendi parentibus indixit, quomodo stat cum hoc indignisse alimento? Respondeat idem Barcepha dicto loco: *Constituatur ergo, Deum Adamo legem illam præscripsisse, non*

*vt prorsus nihil ederet; sed vt de vna illa arbore non ederet.* Ita nobis prohibetur, non quidem edere, quod necessarium, & inuitabile malum est; sed, ne stipem exigamus ab eis, quorum salutem spirituales persequimur, ne ob graualementi, abiiciant spirituales partem eis oblatum: eo enim res castius currit, quòd potius pro Deo aliquid impenditur, & superimpeditur. Sicut eligentes statum coniugij, benè faciunt; melius tamen virginitatem tenentes: ob id enim Augustinus Serm. 18. de verb. Apost. ait: *A mandato plus facimus, quam præcipit.* Ita, licet bonum sit alimenta labore spirituali cõparare; melius tamen ista est propria industria perquirere, ne aliis molesti sumus, neque præmium temporale videamur desiderare. Omnia contemnenda, & prætereunda sunt, ne aliqua minima læsio pariatur spirituale lucrum animarum: iactura enim temporalium, lucrum est æternorum. Laudatur in Euangelio villicus, qui consumptis domini sui facultatum incrementis, seruos fidentiores, & obligatiores reliquit, vt ei auidius ferirent. Quod ponderans Bernardus epist. 257. ait: *Iuste laudatur is, qui domino suo rerum maluit, quam personarum iacturam facere.* Ita nostri homines, potius animas, quam lucra querentes, horum iacilè iacturam sustinent, ne animarum beneuolentia minuat, & ad has obligatiores Deo reddendum, nihil humanum ab eis requirunt; sed totum expensis suis committunt. In quo planè præcos parentes imitatur, qui hac via, & omni cupiditatis specie abscessa, plurima Deo lucrati fuerunt: & licet id non sit in vsu, antiqua reuoluenda sunt scripta; & ad praxim reuocanda, quæ Patres nostri exercuerunt, vt omnibus modis, bonum sui odorem relinquerent, & scirent omnes, non lucra concupiscere, sed nudam hominum salutem. De Constantino refert Eusebius 3. Historiæ, c. 56. sustulisse, & aboleuisse quosdam gentium abusus in Heliopoli Phrygiæ introductos: *Quasi fuisset ob hanc causam potissima à Deo missus, vt omnes homines temperantia legibus institueret.* Hoc quidem fatendum est de Nostris, in Missionibus occupatis, omnem à medio tolerantibus abusus occasionem, vt purè, & syncerè, verbo Dei imbuerent gentes. Nec oportet, nos alia via incedere, & nouas introducere postulationes; sed ingenuam paupertatem seruare. Placet adiungere sententiã ad hoc Stephani Põtifis II. Baprisimi abusum auferetis: vt enim refert Vincentius cõtra Hæreticos, c. 9. aiebat, *Nos religionem, non qua uellemus, ducere, sed potius Vincens qua illa duceret, sequi oportere; id est, esse proprium Christianæ modestiæ, & grauitatis, non sua posteris tradere; sed à maioribus accepta seruare.* Si enim magistros haberemus ignobiles, & ad villia procliuës, haud dubiè esset mirum, si eos sequeremur, vt quidem ait Lucianus de Alexandro, qui se inter Diuos recensebat. Id refert ad magistrum Apollonium Thyaneum, talia figmenta docentem, & ait: *Vides, quam à sebola tibi hominem refero?* Hoc confirmat Cyprianus ad Demetrianum Proconsulem scribens, & maiorum originem, ac magistrum vocans: *Comites tibi plures, radices, at que originis tua pullulatione fecisti.* At cum tales nos habeamus, culpa nostra erit, & iuste imputabitur nobis, si eos non sequamur.

quamur. Quis arguit Eliseum, quòd avarum discipulum licet habuit? Num hoc à tanto accepit magistro, qui ab omni labe immunis erat, nullumque temporale lucrum exortit, aut accepit ob præstitum spirituale beneficium? Ambrosius Sermone 17. in Psalm. 118. *Quandoquidem & Eliseus discipulum habuit avarum, & non ob imbecillitatem Doctoris; sed ob discipuli negligentiam.* Illi quidem nostri prædecessores, quorum sequimur vestigia, ingenuitatem tenuerunt, & etiam minima accipere recusabant, ne inferret gloriæ suæ aliquod leue crimen, ob libertatem conseruandam. Ista curabant, ne timidi fierent, & scelera persequi desinerent, si aliquo tenerentur temporalium desiderio. Quemadmodum Deus in nobis imaginem suam transfundens, nos sibi similes euadere vult; ita parentes filios similes generare conantur. Ne ergo hanc pulchram, faciem macula etiam parua, aut natio aliquo denigremus. Constantinus lege 2. Cod. de poenis statuit, ne mancipia signa, aut stigmata seruitutis in facie gestarent; sed in manibus. Rationem talem reddit: *Vt facies ad similitudinem celestis pulchritudinis figuratam minime maculemus.* Pulchrè tamen, & imitandum à Nostris: si enim temporale quid exigimus, seruitutis signa gestamus, non liberi, & ingenui operatores sumus, maculam quidem in facie habemus, & imaginem parentum, quæ celestem pulchritudinem representabat, deturpamus. Discrimen maximum Nostris constitutum inter elemosynarios, & Euangelij præcones: isti enim solum verbum Dei feminare tentant, & fructus spirituales ex eo abundè colligere. Posuit Deus hominem in Paradiso, vt operaretur, & custodiret illum: num in hoc opere lucrum aliquod reportaturus ingreditur, aut merces pro opere ei est signata? Minime: sed solum opus illud ad celestem vitam referrebat, vt amplius Deum agnosceret, & amaret, quare talis ei locus designatus est. Reddit rationem Barcepha de Paradiso, cap. 6. *Vt differret ab aliis brutis, quæ terram depascabant, neque permisit, vt cæterorum more animantium, qua ratione vacant, terram depascere.* Sic planè nostra regio, Paradisus est, vt operemur absque temporali mercede: nec enim ad partum temporale ista ordinamus; sed ad spirituales comparandum fructus, ad augendum huius Paradisi benedictas arbores; præcipuè cum multa destrueda, & acriter impugnanda passim occurrant, simulque vitiorum inquisitores, ac persecutores. Haud dubiè oportet ab omni abstinere specie commoditatis temporalis, ne hi, quos aduersarios sentit nostra obiurgatio, in vindictam insurgant, & vitia sua tegant nostra ignominia, potius nos bonorum suorum amatores, quam animarum suarum, prædicantes. Instrumenta illa, quibus Deus peccata delere tentabat, auita erant, non enim aliter opus conficerent; ea enim ad diuidendum, ad secandum, ac separandum destinabantur. Quare Isai. 10. ait Dominus: *Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea?* Quasi velit plus tribuendum operanti, quam instrumento, quantum aptissimo ad opus. Sed querit Hieronymus, cur hos, per quos punire tentabat peccata, & ea è medio tollere, Deus securè fascibus virgarum conferat? Responsum tale præbet: *Se-*

*curis, & ferra, & virga in Scripturis appellantur, eo quòd per illam infructuosa arbores succidantur, & diuidantur incredulorum duritia, & percutiantur virga, qui non recipiunt disciplinam.* Tales enim nos esse oportet, nihil aliud, quàm ad hoc opus aptari expedit: nec enim munusculis, aut donis, aut aliqua temporali mercede eiusmodi acuitatem ad benè secandum, & diuidendum hebetare oportet; sed omni postposita commoditate, aduersus vitia certandum est, vt omnes, nos ofores vitiorum credant, non concupitores suorum commodorum: & si qui ignorantia tenentur ea, quæ credunt aliud prætere, experientia ipsi docti euadant, & credant ad eorum commodum ad eos accessibile, nulla inde vtilitate suscepta: si qui enim finistrè de nobis iudicauerant hac visa libertate, & commodi obliuione, eos ad lucem veritatis adducemus; vt enim ait Cyprianus ad Demetrianum Proconsulem: *Qui ad malum motus est fallente mendacio, multo magis ad bonum mouebitur veritate cognita.* Oportet enim, tales nos eis exhibere, vt habeant, quæ venerentur, & ament: facilitas agendi cum eis, amorem conciliat: grauitas in contemnendis suis, reuerentiam excitat. Christo Domino resuscitato, & Angelis prædicatoribus factis sepulcrum pro cathedra occupantibus, apparuerunt cum candido amictu, & fulgurante facie resplendentibus. Quod examinans Petrus Chrysolog, ait Sermone 75. *Hac duosimul concurrisset, & carnales oculi, & vestium ferant placidam claritatem, & ex fulgore vultus nuncium sui tremere, & reuerentur auctoris.* Fulgeat in facie puritas, & omnimodus temporalium contemptus: in reliquis ergo maxima humanitas, quæ lætos homines ad Nostris venire compellat. Ita hæc difficultas omnino tollitur, cum nihil minus in Nostris experiendum est, quàm lucra reportare, aut farcinas ex populis in domum plenas ferre; imò potius ipsi aliqua munuscula studio comparata afferant, quæ gratis impertiant, ac diuidant, vt deuotionem excitent, & amicitiam concilient. Quare videntes ista, aliter de nostris iudicant, quàm cõperant: id enim, quod habetur Osee 1. adimpleretur: *In illa die conteram arcum Israël in valle Israël.* Interpretatur Diuus Hieronymus Israël, *Semen Dei.* Additque: *Arcus igitur Hæreticorum confringitur in valle seminis Dei, de quo humilia, & terrena serferant.* Ita comminuit Deus sagittantium, ac percutientium nos arma in valle seminis Dei: & cum videant solum Deo filios generare Nostris procurasse; nec quid vile & terrenum quæsiuisse, cessabit hæc pugna, & arma ferientia conuertentur in amoris, & reuerentiæ signa.

CAPVT V.

Difficilis aditus propter predicantium frequentiam.

Lia inimica sagitta aduersus Dei verbum iaculatur. Nec mirum, si inspirante Numine, collum suæ Sponsæ, nempe, Ecclesiæ, clypeis H h vndique

Math. 14.  
Theophyl.  
Lucian.  
August.  
Idem lib. 1. de Sermone Dom. in monte, c. 12.  
Cyprian.  
1. Timoth. 5.  
Math. 10.  
Barcepha.  
Idem.

Ambros.  
August.  
Bernard.  
Constant.  
Gm 1.  
Euseb.  
Barcepha.  
Lucian.  
Cyprian.

Hieron.  
Cyprian.  
Chrysol.  
Math. 28.  
Osee 1.  
Hieron.  
Cant. 4.

vidique testum præ oculis omnium parer, vt tot hostiū iaculis impetita haud pereat. Quis creder Dei verbū, verbo Dei bellū indicere: & aduersari Prædicatoribus diuini verbi, Præcones: Non solum ipsi, sed etiam concursus popularis, iactans, se optimos habere diuini verbi Ministros, nec egeret extraneis, & denuo aduentantibus. Audio Paulum negantem societatem lucis, & tenebrarum; ferre iugum Dei, & Belial; & Christū duobus dominis seruire prohibentem, quorum vnus alteri aduersetur: at diuinum verbū consonū est, & à multis simul potest intonari, & quasi chorū pluriū vocum magna cum harmonia, ac consonantia componere. Nec immeritò Tertull. de præscript. interpretatus est illa dominica verba Matth. 5. *Sit sermo vester, Est, est, Non, nō.* de verbo à multis consona voce prodeunte, vt omnes eadem fateantur, & diuulgent, quin vnus alteri contradicat, nec schisma in populo introducat: quod eueniret, si diuersa à multis docerentur. Est ergo hoc bellū, tā Sacerdotibus, quàm laicis commune: nam arbitrantur, tractari à nostris, cum ad eos accedant, ac si inculti essent in fidei negotio, & careret politia Christiana, nunquamque verbum Dei audissent. Hinc occasione sumunt, nostros abigendi, & à finibus suis abiiciendi, asserentes habere plurimos, ac doctos satis præcones verbi, & qui pro Confessionibus audiendis, tribunal poenitentiae occupent, qui doctrinam Christianam, & fidei rudimenta doceant, esseque maximam Sacramentorum frequentiam, & plurimos Iubileos, quibus assidue reficiuntur, & conscientias ad normam componunt. Hoc quidem totum licet ita contingat, nō ex amore verbi, Confessionum, & Iubileum lucranda, nascitur; sed quadam superbia, qua commendare contendit populi amplitudinē, scientiam rerum, Sacramentorum vsum, ac bonæ, & Christianæ vitæ exemplum: cum tamen licet talibus fruatur Ministris, non eos requirunt, nec eorum vtuntur operibus; sed contenti eos intra lares proprios habere, conscientiarū negligunt curam, & maxima ignorantia laborant. Sic Nostros dimittunt, & ad alias regiones desertas, vbi maior talium mercium indigentia est, emendant: velut Ioannis exemplum præ oculis ponentes, qui prædicationem suam desertis regionibus impertiuit: nō populis scætētibus, velut piscina, ac fons aquis, doctrina, & ministrorum abundantia: verū istud exemplum aduersus horum caput pugnat: nam talia iactantes verba, desertos esse omni bono probaret: ad tales enim instruēdos Ioannes verba faciebat, ne Dei desertores effecti, viam gratiæ eius clauderent. Hieron. in Marcum 1. cap. idē clamorem expressisse affirmat, quia surdos, & hebetes homines instruebat, & longē à Dei obedientia distitos. *Clamor autem, inquit, ad surdos longē positos fieri solet, quia Iudæo certum est euenisse populo, dum longē à peccatoribus salus.* Quin exterminant, & à suis finibus repellunt verbum Dei; manifestē ostendunt, & surdos esse, & longē à Deo vitam agere; nolle enim probant argui, moneri, salubria medicamina sumere, ad morborum comparandum salutem. Præterea hæc vox, quauis malē audiret in ore Sacerdotum, peius indicat malum, si in populariū ore versetur: illi enim meritò possent credere, abundē remedia adhibita populi agri-tudinibus: at sæculares homines, qui potius humana, quàm diuina meditantur, haud probi

indices esse possunt huius negotij; sed hoc velut regmine, sua occultare peccata desiderant, ne à somno excitentur vitiorum, ne putrida vulnera resercentur, vt salutem assequantur. Quam grauis culpa sit sæculares, munus Sacerdotū assumere, Rex ille sua poena demonstrat, qui lepra percussus, lethalē sustinebat morbum. Audi Oseam 4. cap. sic fantem: *Populus enim tuus, sicut qui contra- dicunt Sacerdoti.* Septuaginta habent: *Populus autē meus, quasi Sacerdos.* Laudem sonare videtur hæc verba; sed veram increpationem redolent: quod enim populares Sacerdotum munus assumant, & se diuinis ingerant, culpa grauis est, cum horū munia diuersa sint, & ad hos regi, ac doceri spectat; ad illos verò remedia necessaria adhibere, & de necessitatibus iudicare. Hieron. sic exponit: *Quasi discipulus magistro, Sacerdoti plebecula conradicat, quæ non habet sacerdotij dignitatē.* Præterea hæc, quæ iactant verba, iudicium præbent animi à sui cognitione alienati, & ignorantia miseri status sui laborantis: quæ enim periculiosior præsumptio, quàm scire necessaria ad salutē arbitrari; nec egeret noua instrudione, ac disciplina: esseque aquam ad mare baiulare, cum ea superabundet? hominibus enim omnia percipientibus, fortē non erit omnimodò necessaria doctrina. At quis talis inueniri queat, ignoro, cum semper noua, & obliuione abiecta à mēte, audiamus, ac si tunc primò ea diceremus. Cum enim Origenes Plotini ingrederetur scholam, obtulit ille, at ille: *Perge vltimus, inquit. Cui respondit: Studium loquendi cessare, quando qui loquitur, animaduertit, se ad illos, qui eadem ipsi nonerint, verba facturū.* Ita ex Porphyrio in Plotinum: vbi habes doctum hominem Origenem placidē audire velle alium Philosophum, & quasi ab eo doceri: ille tamen ab officio se continuit loquēdi: sciebat enim, talia auditorem scire. Ne ergo, qui ignorantia laborant, à verbo diuino aures auertant, cum multa ignorent, nec arbitrentur fati instructos esse, quauis plures magistros habeant: est enim humanū cor, ac mens, similis arena; quæ si sæpè pluuiis madefiat, statim sitibunda apparet: ita homines negotiis humanis plurimum attendentes, statim ac Dei verbum percipiunt, sitibundi apparent, & aliā pluuiam denuo expetere videntur. Quamobrē Luca 8. Dominus seminantis munus obiens ait: *Exiit, qui seminat, seminare semen suum.* vbi Eusebius Emislenus notauit, non dixisse, *exiit*; sed *exiit*, quasi semper huic operi incumbat, semper seminet verbum, mentem instruat, moneat homines, ne diuina, paruo intervallo cessante verbo, in obliuionem veniant. *Nunquam enim cessat, inquit ille, verbum diuini seminare in cordibus nostris.* Cur ergo isti homines auertantur verbi prædicationem, diuinorum tractationem, & iam saturatos esse existimantes, ac diuites factos, sine eiusmodi operatiis regnare arbitrantur: Dæmonum quidem potius, quàm hominum officium assumunt, qui præstō sunt mala seminare, & inducere in populis, quæ diuinorum obliuionem faciant; bona tamen haudquaquam offerunt. Accedant Comici, ludicra potius nocentium, quàm vtilitatem afferentia: hæc locum habent, pro eis expensæ fiunt, ad populum exhilarandū, ac recreandum: merces, quauis abundent, nunquam repelluntur, & exterminantur, quauis sarietas harum rerum viles reddat; imò hoc arbitrantur expedire regimini populorum, vt pre-

2. Cor. 6. 14. Math. 6. 24.

Math. 5.

Marc. 1.

Hieron.

Ioan. 5. 43.

2. Paral. 13.

Theodoret.

2. Thessal. 2.

Chryso.

Cam. 3.

tium talium minuatur, minusque in eis comparandis expendatur. At Dei verbum, si frequens sit, ita vilescit, vt nauseam prouocet, homines abieget ab eo, ista remedia taxantur magna cum prudentia, ne abundant; illa tamen nulla adhibita cautela, ad redundantiam vsque acceptantur. Haud immeritò Dominus inquit Ioannis 5. *Ego veni in nomine Patris, & non recepistis me: cum autem alius veniet in nomine suo, illum recipietis.* Quis iste veniens in nomine suo? Irenæus lib. 5. aduersus hæres. *Alium, id est, Antichristum, quoniam alienus est à Domino.* Ita isti alios Christo aduersantes opus eius destruentes, vana afferentes, inutilia docentes, admittunt: verbi autem præcones despectui habent, à se repellunt. Denique isti nullum constituunt discrimen in doctrina: nesciunt enim iudicare inter vtilem, ac parum vtilem. Fortē habent Ministros verbi; sed ignorant, quantam inde vtilitatem comparent. Quod cognoscendum venit ex populi moribus, abusibus, peccatis publicè currentibus, iuramentis, maledictis, passim auditis, & à nullo reprehensis parum honestis, imò ad lasciuam prouocantibus verbis, & gestibus scæminarum, vestibus, ac ornatis. Facit ad hoc conuincendum illud 2. Paral. 13. *Eiecitis Sacerdotes Domini, filios Aaron, atque Leuitas, & fecistis vobis Sacerdotes, sicut omnes populi terrarum.* Cum enim Deus electos ministros habere veller, iti ex vulgi hominibus Sacerdotes constituebant, ac si ad vilia allumerentur ministeria, & nullam vtilitatem ex eorum laboribus colligere in pretio haberent. Quod exponens Theodoretus sic ait: *Nam & illi, quosvis Sacerdotes eligunt, qui non sunt: ac si non cultū Deo vero redderent, sed fictis Geniis Diis, qui merito dicere possint his populis, verba Gelasij ad Anastasium Imperatorem: Cum illis perire possumus: ipsos autem saluare non possumus.* At, qui denuo ad eos accedunt, licet humiles, & abiecti appareant, hæc cordi habent, vt castè prædicent, vtilia doceant, corda mulceant, ad virtutem prouocent, vitia arguant, & à cordibus hominū euellant: cum enim hoc nouum dici possit, ac peregrinum, meritò credere possent, his carere mercibus, & operibus horum indigere Ministrorum. Hanc vim, & energiam impertiuit Dominus verbo suo, vt eo hostis omnium maximus, qualis futurus est Antichristus, destruentur prædicetur 2. Thess. 2. *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.* Vim enim repugnandi, & interficiēdi eiusmodi mōstra, verbo oris adscribit: cum enim Ministri verbi Domini Iesu sint, ab eoque prodeant, certa reportabitur victoria de vitis. Quibus addit Chryso. orat. 4. *Hoc præstabit, in suo solo, ac presentia: satis est enim eum adesse, & hæc omnia perierunt.* Qui enim sic debellare hostes, populorum salutem aduersantes, optaret; præsentiam mittendorum optaret. Imò magno compararet pretio, & absentes, à longeq̃e stantes requireret, & velut Sponsa, quæ magno labore per totā ciuitatem quæsiuit Sponsum, inuentum in domum reportauit, vt cum eo ageret, & ab eo instrueretur aiens: *Ducam illum in domū matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ: ibi me docebit.* Ita isti magno labore, ac diligentia hos requirent Ministros, vt eos diuina doceant, & à vanis, ac aberrantibus viis auertant. Hoc monet Hieron. ad Eustochium de custodia virginitatis, comparas

diuinum verbum margaritis: hæc enim, non in aquarum superficie capiuntur; sed magno cum labore, vndarum profundum requirendo: *In profundum se demittis: quasi in ipsos sinus abyssi descendentes assequuntur, quod tanta opera exquirunt.* Itā planè verbum Dei, hæc industria, & labore requirendum est, & amplectendum, tanquàm pretiosum margaritū, quod vnionē significat: magnopere enim seruit, vt Deo vniamur: vt enim arguit Chryso. *Si sequendi sunt fugientes, multò magis expectandi venientes.* Si requirendi sunt præcones verbi, etiam cum a nostris elongantur habitationibus; qui veniunt ad nos docendum, recipiendi sunt lubentī, ac grato animo: non enim in vanum iactare verba desiderat, & ærem verberare; sed vtilia, & ad mores spectantia præ oculis obicere audientium, nulli parentes, & omnes ad virtutis decorem inuitantes, quod, vt dixi, nouum, ac ratum est, ac proinde amplectendum, & in pretio habendum: nam, vt inquit Chryso. hom. de Christi natu. *Quodnā, obsecro, Chryso. lucrum adfert, semper ad gratiam volis concionari? quæ enim vtilitas in vanum hoc concurrere, si nihil, quod vile sit, addiscatis?* Alia enim via incedere, palcere vitia est potius, quàm ea delere: qui enim concionantur ad plausum comparandū, & mysticè loquentes, ieiunios dimittunt audientes, quid aliud præstant, quàm significatum in illa meretrice, cuius vultum, & ornamenta depingens Ioan. Apoc. 17. super coccineam bestiam sedens incedebat, induta purpura, ornata monilibus, ac margaritis: in fronte tamen mysterium insculptum, cuius interpres factus Paulus 2. Thess. 2. ait: *Mysteriū iam operatur iniquitatis.* Ac si diceret: Hæc mytheria, & mystica verba, potius fomenta sunt iniquitatis, quàm eius abolitio & interitus: quemadmodum Dominus mammonam iniquitatis, vocauit diuitias, quod ad iniquitatem operandum seruiant, & iniquè congesta fuerint; ita planè mysterium hoc, potius fomenta præbet vitis, quàm remedia. Ornatus enim verborum, & apparatus mysteriorū, hoc munus obeuntium meretricius est, & theatralis potius, quàm sapientium, docerium veritatem, & Domini linguam, velut calamo, exprimentium: vera enim sapientia non in lenocinio, ac fūco verborum stat, sed in illuminatione mentiū, vt pedagogi, ac ductoris munus obeat. Quod expressit Clemens 1. Pedagoga, c. 2. *Perfusa, inquit, sapientia (quatenus gregis hominum curam gerit) ars vita efficitur: & ea ratione quandiu viuimus, adesse perpetuo, proprium semper munus, nempe, bonam vitam, obiens.* Ad hoc tendit vtilis sermo Magistrorum è suggestu docentium studium, & in Nostrorum ore versatur, vt ex scriptis planè probatur, cum omnes industriae hoc moneant, & ad vincendum, & vincendum peccata accommodentur.

Denique nimis de Dei prouidentia strictè sentiunt, qui animarū remedia ad assueta media reducunt, cum Deo infinita sint nota, quibus soleat vim suam ostendere, & lucrum reportare ex insuetis, & nouiter aduentantibus. Nec ad hoc præstandum parum confert incognitos esse Ministros verbi: noua enim semper placent. Alia videtur, & nunquam audita, cum & modus ea proferendi sit nouus, & gustus audientium, raritate insa acuat. Haud immeritò Basilijus epist. ex additis ad orientales, nouos exposuit de longē venientes verbi Concionatores: nouit enim

Hieron.

1. Cor. 14.

Chryso.

Apoc. 17.

2. Thessal. 2.

Clem. Ale.



Basil.

Cant. 7. 13.

Math. 18. 16.

Exod. 17.

Basil.

Math. 4.

Matth. 4.

enim humanos mores, & quanto eis placeant nupta, & incognita. Rationem reddit: *Haud enim tantum habet efficacia sermo consuetus, quantum vox peregrina ad consolandum deiectos habet.* Quæ enim seruat vetera, noua etiam accumulatis illis: vtraque enim grata sunt Deo, & perficere, quæ desiderat, valet. *Nona, inquit, & vetera seruaui tibi.* Nec abiciant pristinos parentes, & magistros; verum etiam nouos ament, & lubenter audiant, *et in ore duorum, vel trium, stet* (hoc est, firmitatem accipiat), *omne verbum.* Quanti enim auditores facti optimi Concionatoris, immoti permanent? Ad vocem tamen alterius aduentantis denuo, moueri ad penitentiam sentiunt. Semel percussus lapis aquas non impertinit: at iterum eiusdem virgæ ictu, largiter eas sitibundis communicauit. Hinc experientia comperit, iuuenes nostros, & parum instructos in concionandi munere, vetera vitia emolliuisse, & ad penitentiam adduxisse senescentes in vitiis; cum tamen alios audissent magni nominis Concionatores: id enim probat, Deum plurima habere remedia salutis, & de nullo desperandum, nullum contemnendum. Quemadmodum in musicis instrumentis non semper omnes pulsantur chordæ; at quæ raro in usum veniunt gratum edunt concentum: ita in salutis æternæ negotio, quæ raro audiuntur, gratam præstant consonantiam, & placide sonant, ac salutem consequenda deseruiunt. Ob id enim, nullum respiciendum remedium, nulla abiicienda occasio cessandi à peccatis, cum ignoremus, quæ conducant ad hoc habendum bonum. Deus enim morès hominum probe cognoscens, varia remedia disponit, vt aliis de peccati habitis, aduentu nouorum victoriam reportet. Centum viginti annorum spatium ad penitentiam ordinauit: deinde arcæ fabricationem adiecit: iterum septem dierum curriculo transacto, diluuium induxit. Quorsum ista meditata, & explet? Planè, vt variis remediis adhibitis, dormientes homines ad penitudinem prouocaret. Vbi Basilius de Seleucia orat, s. rationem reddens tot mediocum dispositionis ait: *Hominum amore nequit explet Deus, vt si quem forte salutis cupientem inueniat inueniat.* Ergo misericordie Dei repugnant, remedia ab eo disposita auertentes, ac respicientes, cum tot ferè non valeant, etiam si noua veteribus iungantur, homines à peccatis auellere, ita vt meritò addere possimus, quod idem dolenter expressit: *Absumptum igitur est penitentia tempus, nec impietatis aegritudo desinebat.* Si enim tot remedia haud valent destruere peccatorum corpus, quid si denuo præstita repellantur, futurum speratur: Nec contentus Dominus vnum offerre, ac propinare verbum, salutem nostram in omni posuit, aiens Matth. 4. *Non in solo pane viuit homo; sed de omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Notandum discrimen inter panem, corporis alimoniam; & verbum, animæ pastum: de illo in solo pane; de isto, de omni verbo: ac si velle, ad corporis alimoniam sufficere panem taxatum, & ad animæ pasturam, omne verbum necessarium, nec satis esse vnum offerre, cum sæpe pluribus æger animus noster egeat ferculis, ad animum pacendum, ac recreandum. Quare meritò Hieronymus Marc. 4. inquit: *Si quis non vesititur verbo Dei, iste non viuit.* Si ergo vita nostra hoc alimento reficienda est,

oportet de omni verbo ei diuersa propinare fercula, vt saltem agra mens aliqua sumat, & eis ad vitam ex morte reuocetur. Tandem hoc aperte probat morum diuersitas, quæ sub vno populo continetur. Experientia docet, potius eligere plurima peccata inter conscientie lares seruare, quam ea fateri his, quos præ manibus habet Confessariis, licet pluribus dotibus sanctitatis, & doctrine ditatis: hoc enim fert humana conditio, & inimici astutia ea abutitur, ad perniciem hominum. Nec immeritò rogant Patres, quare prima tentatio, serpentis interuentu facta fuerit? Cur non aliud animal, ferociam ostentans, assumptum ad hoc patranda facinus? Ea enim industria vsus est hostis, ne metum ferocitas incuteret, & fugam femina intenteret; nec audiret verba, quibus ad peccandum prouocaret. Barcepha part. 1. de Paradiso, c. 27. *Quod hæc species nimio metu concussisset, perturbassetque mulierem, ne dum ad auscultandum verbis suis induxisset.* Dicamus, quæ Domini retulit verba: *Estote prudentes, sicut serpentes.* Hoc notans inimici ingenium, vt ipsum, in bonum imitemur: sagax enim prudentia, querat remedia ad salutem, quæ inimicus intencit in perniciem, & lenitatem proponat in iis, quæ ad peccata curanda assumunt, ne metum incutiat inimicus, & potius mori eligat, quam curari, si ad hominum ferocitatem ostentantem accedendam existiment: idcirco cum placido vultu, ac verbis ex suggestu Concionator ad penitentiam prouocat, viscera materna aperit, omnes inuitat ad veniam, facilem, stratamque viam penitentiae prædicat, corda peccatis obdurata, cæca, condensata, dilatantur, ad lucem veniunt, duritiam deponunt, remedia quarunt, confessiones, aperto ore, & maxima cum libertate disponunt: his enim ministris egent aegri homines: alij doctrina opus habent, quæ mentibus audientium conueniat, quæ res perspicue præ oculis proponat, exemplis auditibus plurimi mouentur, nec compositum, & conceptibus imbutum sermonem percipiunt. Cum ergo tanta sit audientium varietas, & gustus, quis scit, quorum operationum ministeria pluris habenda sint, vt maior ex eis utilitas capiatur? Laudans Cæsar. Vt, videlicet expedit homini, diuina quærenti, diuinos commilitones habere: ita possumus dicere, diuinum esse, & Dei prouidentia dispositum, quod tales mittat operarios, vt congruant popularium moribus, eorumque necessitatibus conueniant: ea enim via, salutis media utiliter præstita, remedio erit aegritudinibus. Non ergo despiciendi nouelli Ministri; sed vt è cælo accersiti amplectendi. Me teste, cum pagum inuiferem haud contemnendum, qui Ordinarij vices gerebat, necessarium esse nostrum aduentum haud concedebat: autoritate tamen potius, quam necessitatis causa permotus, facultatem Missionis conficienda fecit. Verum vsu, & experientia didicit, & aperte prædicauit, miram utilitatem esse consecutos subiectos; & ea, quæ minimè possibilis reputauerat, euenisse, & per necessarium fuisse, quod ipse crediderat superfluere, cum ibi duæ religiose Familie residerent, & magna cum diligentia,

& charitate in proximorum salutem suas operas expendere.

CAPVT VI.

Difficultates, quæ à Rectoribus locorum comminiscuntur.

Nec desunt ex Sacerdotum familia, & curam agentium animarum, qui etiam, cuncto suo armati, aduersus Missiones insurgunt, plurima subditorum mala prædicantes, homines esse affirmant, nulla deuotionis signa præbentes, ad labores assuetos, pronos; ad Ecclesiam minimè, nec diebus festiuis accedere solitos; ad Missam, velut vi premij ad Confessiones annales metu censurarum vix compelli, Concionibus minimè præbere auditum, Missæ interesse iam cæpta, & ante finem Ecclesiam deserere: quæ omnia indicio sunt, nullum consecraturum laboribus impensis fructum; sed potius risum, & contemptum, cum belluarum fauces, parum dulcedine mellis prouocentur; sed calcabunt fauam, & insipida alimenta, aptata gustui eorum, capient: quid enim dicerent, si audirent, non solum diebus otio, sed etiam laboribus dicatis, ad Dei verbum audiendum conuocandos? Hoc enim impossibile crederent, & omnino abiicerent, cum mores hominū ad assuetos labores, & agrorum culturam, & negotiationem inclinatos comperiant. Magnanimos esse oportet, qui istis non frangantur verbis, & ab incepto non resiliant, aliam viam iuuandi proximis meditando: verum id omnino contemnendum, & tanquam summissimum fundamentum iaciendum ad hoc cæptum opus perficiendum, ista debere præcedere, & pro re inaniter meditata reputare. Certe enim esse debent, initia expeditionum eiusmodi inuenire, & operariis contingere, quæ in ingressu Palæstinæ experti sunt primi debellatores hostium, obstantium promissam possessionem: vbi enim monstra quadam se offerant ex genere giganteo, quorum comparatione nouelli milites, velut locustæ, videbantur; sed quàm inania ista ad metum inducendum, & reditum in Ægyptum procurandum, inuenta experientia didicerunt: qui enim tales hostes contemplabantur, quorum comparatione viles reputabantur, de Dei adiutorio minimè cogitabant, cuius præsentia, & auxilio cæptum opus perficiendum erat. Ab hoc spiritu suscepto, contra contigit: illi viles, & abiecti visi sunt; isti tamen fortes, & victores. Prisci duces, ac Principes, præiudicia magnarum rerum sacrificiis, & omnibus prælagire consueuerant. Alexander in Indiam profecturus hoc idem fecit, & portenta cernens, animos ad felices euentus erigebat; cum tamen futuros labores, Vates prædicerent. *Assille, inquit Plutarchus, cum fortunam audacia, virèque virtute, superare, studio gloria niteretur; nihil fortibus indominum, nihilque minitum satis, ac tutum, contra audentes ducebat.* Si tales humana tentantes, quales esse oportet, qui Dei adiutorio labores tentant: sedente enim Domino igneam flumen à facie eius egrediebatur, vt notauit Daniel 7. cap. cuius motus rapidus erat. Quid hæc signifi-

cant? Planè, Deum suis præbere vim quandam rapidè operantem, ac nulli contrariæ virtuti cedentem: qualis illa fuerit, igneæ linguæ apostolicis Viris præstita declararent. De quibus Rupertus in Daniel. cap. 13. ait: *Linguis rapidis loquebantur, ita vt silentium illis nulla possit indicere potestas sæculi.* Talem arbitrantur accepisse à Domino linguam, vt nulla superetur potestate repugnantè, nulla difficultate prematur, nulli cedat mala futura præfagienti; sed Dei auxilio armatus, & fortis factus, omnia credat superanda; & quò difficultatibus obstita appareant, eò gloriofiora euasura pro certo habeat. Oportet magnopere ista initia parua reputare, maiora præ oculis futura ponentes: consuetum enim est, ita res diuinas procedere, ne inefcatus animus ad primos hostium incutus, dorsa hostibus offerant: minora quidem præmittit, vt cursum consciant ad maiora, & difficiliora processum ducendo. Ita Sol Orbem illustrat, minoræ obstacula superans, & vterius progressum faciens, vt nō sit, qui se abscondat à calore eius. Instruit nos ad hæc tolerandum initia Cyprian. epist. 55. aiens: *Armant nos Hæretici, dum putant, nos sua comminatione terreri, nec in pace nos deicimus; sed magis erigunt, & accendunt, dum ipsam pacem fratribus priorem profecutione faciunt.* Dicant hoc, qui ante bellum, velut in pace, existentes ad relinquendum, quod intendunt, suadentur. Intelligant, initia esse dolorum, & potius armati ad maiora sustinendum, quàm ad cæpta relinquendum exarmati. Timeant tamen, ne in elationis pernam, qui parati veniunt ad magna ferendum onera, superari ab his tam paruis hostibus pariantur, imò arbitrentur hæc à Deo permitti, vt eos in studio contineat humilitatis, semper credentes magna, & parua sine ipsius iuuamine aggredi, & superare non posse. Vt enim hanc, & similes superent difficultates, Dei fiducia armentur, & nihil leue non timeant, ne qui credebant grandia posse, incusso metu propter superius dicta à cæpto discedant opere. Hoc accidit non solum tyronibus, & parum exercitatis; sed etiam his, qui plurima magna, & ardua confecerunt; qui his monitionibus artoniti credunt ita euenire, vt confingitur; & negotio infecto recedunt. Hoc studio Dominus magna populo suo facinora, & hostium victorias concessit, & minora negauit, vt eos in studio humilitatis contineret. Iud. 2. ait: *Enitque Dominus cum Iuda, & montana possedit, nec potuit delere habitatores vallis.* Quomodo stat, Dominum certare pro populo, & magna eo adiuuante, & faciente superare, vallium tamen victoriam non adeptos fuisse; sed potius à debilioribus hostibus loca campeltria possidentibus ad angustias redactos esse: imò, vt inquit Augustinus: *In eo Deum eis fuisse monstratur, tum, quod victores euasissent; tum, quod eos in humilitatis studio exercuisset, vt cernerent in facilioribus propriam infirmitatem, qui Deo inuante montium superauerant cacumina, & ardua, & inaccessa obtinuerunt.* In hoc ipso, ait Augustinus, *fuit Dominus cum Iuda. Restringit enim Deus propitius etiam in cordibus suorum Sanctorum, nimia prosperitatis excessum, vt in usus eorum conuertat inimicos, non solum quando vincuntur, sed etiam quando metuntur.* Parua enim ad experiendum subiectum animum relinquuntur. *Quia in pauca fuisi fidelis, supra Matth. 25.*

Rupert.

Psal. 128. Cyprian.

August.

Num. 13. 34.

Plutarch.

Dan. 7.

*multa te constituam.* Magna superavit Dei populus certamina, & inter captas vrbes, & debellatos hostes, aliquos reliquit inuictos, quos subiugare nequirit, vt ista ad humilitatem, illa ad Dei experiendum auxilium deseruerent. Ita Iudicum 3. accidit. Causam reddens ait: *Vt in eis experiretur Israël.* Quæ ista experientia, & ad quid cognoscendum conduceret? Gregorius 4. Moralium, c. 14. *Vt deuictis magnis hostibus mentem non erigant, quando eos adhuc etiam aduersarij minime fatigant.* Reputent inter minimos aduersantes huic labori, hostes, verba dicentium, populos, & à Dei verbo audiendo extraneos, & alienos, confingentium, vt ibi humilitatem in arduis, in acrioribus pugnis fortitudinem comparent. Iob 2. sedens iacebat, cum irruentia mala super domum eius nunciarentur: at omnibus nunciis consummatis, surrexit, ac stetit aduersus tot mala fortis in acie: ait enim: *Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adorauit.* cap. 1. Quæ causa surgendi tunc, cum antea sederet, & augmentum mala susceperint? Hac enim ratione stetit, velut inuicta columna, vt fortitudinem maiorem monstraret, quando malorum incrementa prospexerat. Ad initia ferenda satis erat communem seruare formam sustinendi: at ad bonum finem fortiter conueniendum, oportebat nouam assumere standi rationem, qua patefaceret omnibus, acriorem pugnam inuictum exposcere militem. Nam, vt ait Glossa ibi: *Sedere quiescens, surgere certans.* Ita in huiusmodi certaminibus, cum initia occurrunt, satis quietum erit animum patefacere, & hilarem vultum præferre: at cum ardua obstantia apparent, acriores exposcentia milites, insurgunt in ea, vt totis viribus hostes debellant, ac conculcent.

Indic. 3.

Iob 2.

Ibid. 1.

Glossa.

Veniamus ad obstacula ab assuetis assumpta. Vt Missiones euertant, hominum solum humana cogitantia hæc sunt, mores subiectorum, velut pennicillo, depingere: quod præ oculis habent missi, & credunt, hos nullo teneti desiderio consequendi salutem, nec recordari sui præsentis status, & futuri finis; sed potius totis pedibus ire in carnis desideria, & in sollicitudinem temporalium bonorum: quare nihil noui eiusmodi portitores afferunt, cum ista pro comperto supponantur: hac enim de causa veniunt, vt soporatum ignem accendant, oscitantes, ac dormientes excitent, auersos à salute, & medijs, quibus assequi solet, in eius desiderium adducant, non quod semper ita eueniant; sed frequenter fieri soleat, diuina cooperante gratia, & iuuante flagrantium desideriorum labores. Arbitrentur semper consecuturos, quæ præmeditata habent, cum sæpè Deus iis denegat, quæ alijs concesserit remedia, vt illorum percutiat duritiem, & istorum probet humilitatem, & patientiam. Hoc rarè euenit; non tamen semper secundo pede populorum assequuntur salutem. Quam frequens spiritus prophetiæ erat in Eliseo? Tamen aliquando ei defuit, nec cognouit, quid sibi vellet aduentus viduæ Sunamitis, 4. Reg. 4. Quare hoc factum? Docet Gregorius 2. Dialog. c. 21. *Quia dum prophetia spiritum aliquando dat, & aliquando subtrahit, prophetantium mentes, & eleuat in celsitudine, & custodit in humilitate.*

4. Reg. 4.

Gregor.

A Certum, Spiritum spirare, vbi vult: quod non solum de loco accipiendum est; sed de tempore, vt exposuit Gregorius supra: *Ita sciendum est, Ioan. 3. qui quando vult spirare.* Possunt tamen audacter, obicientibus difficulta respondere, omnia pendere ex diuina mouente voluntate, in cuius manibus corda Regum sunt, & quo vult, ea mouet, loco, & tempore. Nec dubitandum velle, cum omnium salutem in optatis habeat, vt homines bestialiter viuentes, ad legis præscriptæ normam reuocentur: quod si noluerint, sua culpa abutentur arbitrij libertate; ad eos tamen, mouere illos, & ad bona cælestia capessenda pellicere, spectare: quare nulla mora interpolata, ad Ecclesiam populares prouocent, vt Dei verbum audiant, & propriæ salutis incumbant. De Melecio agens Chrysof. oratione de eodem misso ab Imperatore, vt Cilices, Cappadoces, Galatas, & alias efferratas inuiferet nationes, cum ex istis plures ad fidem conuertisset, adiecit exemplum trium iuuenum, qui in omnium desperatione, pulchri, & intacti apparuerunt inter medias flammæ, cum astantium admiratione, ait ille: *Confutato omni genere impicitatis, ex vniuerso Orbe terra erant eis congregati spectatores.* Ita cœniti frequenter Nostri, qui præter omnium spem, mira faciunt, & desperatos salutem restitunt. Ergo confutandi sunt, rerum mutatione, omnes, qui impedimento esse cœperant, ne hoc opus perficeretur, cum viderint homines adeo desides, ad verbum audiendum accurrere, ad Confessiones parari, ad vitæ correctionem (diuina iuuante gratia) accingi, solitos mores abiicere, & nouis indui vestibus, quasi modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscentes. Nec mirum, si rationis lacte nutriuntur, qui alienati ab eo, passionum impetus sequebantur. Non solum rationale ornamentum antiquitus erat Sacerdotum; sed omnes eo uti debent, secundum eius veram significationem; nam illud quidem dicebatur rationale iudicij, vt nullum rerum facerent alienum, sed consonum rationi. Ita munimentum fit cordis, & velut propugnaculum pessimorum cogitationum. Hoc ponderans S. Bruno de Confessoribus, Sermone 8. ait in id Exod. 28. vbi de hoc rationali iudicij agitur: *Considerare nanque Bruno. debet ille, cuius pectus tali ornamento armatum est, vt iudicia, qua inde exeunt, rationabilia fiant, & nunquam a ratione, iustitiæque recedant.* Tales homines aduentu suo Deo generant, qui huic operi incumbunt, vt taliter viuentes, cælo aptentur, cuius consecutionis causa conditi sunt. Notanda est magnitudo rationalis, pectus sacerdotale ornantis: vnius enim palmi erat. E Cui consonant Isai. 40. verba aientis: *Quis mensus est pugillo aquas, & calos palmo ponderauit? Videas, cælum, & rationale, eandem mensuram habere, vt inde coniciat, homines rationem sequentes, cælo congruere, eique aptari, vt optime notauit Bruno vbi supra: Celi ergo, & rationale vnius mensura sunt.* Enarrat enim firmamentum diuina opera. Et addit: *Hanc etiam gloriam, qua in ratione continetur.* Enarrat, videlicet, & omnibus patefacitur hæc, vt conformiter ad rationem viuendo, credant, consecuturos cælestem gloriam: magna enim sunt, quæ præ manibus habent, cum homines alienatos

Prout. 21.

Dan. 3.

Chrysof.

1. Petri 2.

Exod. 28.

Isai 40.

Bruno.

alienatos à rationis via, tentent ab assuetis diuellere curis, & transferre in Christi regnum, rationabiliter degendo. Cum ergo audierint talia iactare homines diuinam ignorantes virtutem, dicant eis: Minime ista animum mouent, vt ab incepto resiliamus, nec vestram sententiam sequamur; imò potius ad nostram vos, & vestros trahamus, vt mutatis in melius moribus, vnum, atque idem amplectamur bonum; vnamque, & eandem viam sequamur. Cum enim Iudæi inuidia rabidi, insurgerent in cæcum, qui Christi prædicabat virtutem, vt eos mentiri aduersus caput suum contestaretur, ipsum inimicum Dei compellantes, tandem vgebant, vt eis denuo repetita verba referret, quomodo, videlicet, ipsum curasset. Ait Ioannes: *Iam dixi vobis. Quid ultra eadem queritis? Numquid discipuli eius esse vultis?* His verbis volens significare, potius eos ad Christi discipulatum venturos, quam à sententia eum dimouere possent. Chryf. oratione de emulatione, sic ait: *Tantum abest, vt me de sententia dimouere possitis, vt ego vos sperem de sententia dimotos, Christum ipsum confessuros.* Talia virili pectore certantes dicant his, qui difficulta initia proponunt: vt enim experientia docet, qui acrius certabant aduersus eiusmodi expeditionem, post eam præcones facti, laudes reboant, & extollunt Missionum operarios, quorum sudore, & studio sedulo, mirabilia facta conspiciunt, & totum, rerum pristinarum studium, conuersum, ac mutatum, in animarum lucrum: & qui prius annualem confessionem ægrè agnoscebant; nunc nulla vi coacti, frequenter ad exomologesim accedunt; & operibus mundialibus dediti, nunc Ecclesiam frequentant, Conciones audiunt. Vidi enim tempore æstiuo, & vbi magno feruore Solis radios mittebat, diebus laboribus dicatis, templum refertum hominibus, & fœminis, sudore vultus ostendentibus, plus velle hæc pati incommoda, quam Dei verbi prædicationi non interesse; vt non pauci ex nobilibus contestabantur, timuisse nuncium, filiorum inopinaram mortem annunciantem: at postquam ceptum fuerat hoc ministerium, timorem mutatum esse in expectationem referentium, hos perdite viuentes, mutatos ad meliorem frugem, de deserendo mundo, & Religio-nem ingrediendo, acturos. Talia enim sunt initia, & tales fines, vt ibi humana cogitatio certat, hic diuinam resplendere virtutem, cuius cooperatores nostri operarij facti sunt.

Ioan. 9.

Chrysof.

CAPVT VII.

Aduersus odia certandum, & quomodo.

Nostri Societas ab initio sustinet pondus aliis fortè intolerabile huius militiæ cõ-militonibus placidum, ac gratum, cum experientia didicerint, hac via omnibus in rebus profectus maximos fecisse: cum enim antesignanos habeat huius militiæ duces probatissimos, eos sequi haud durum videtur. Nec cum ista inueniunt obstacula, in admirationem veniunt; sed ea velut mente concepta supponunt, & pro certo reputant euentura, & acriora sæpè

existimant futura, quam reuera postea inueniant. Hac cautela incedunt parati, nec negligunt præscorum vestigia, quos diuina comitata est gratia, ad magnas tolerandas iniurias. Vt enim ait Ambr. Serm. 20. de Epiph. *Si enim eadem in nobis Diuinitatis resulsit gratia, eadem & fidei apud nos debet esse deuotio.* Durat tamen diuinus fauor in his, qui modò laborant. Nec mirum, si perfecterent priorum parentum imitatio. Inter plurima aduersantia, quæ in Missionibus difficultatem pariunt, prima est, conceptum odium aduersus eiusmodi expeditiones, & eas obeuntes, quo multi, & non contemnendi toris conatibus suffocare intendunt eiusmodi ministeria. Hoc malum Ægyptiaca persuasio est: oderant enim ouium pastores non alia de causa, nisi, quia pasturæ incumbant: quasi isti sic occupati damnarent ciuitatis incolentium mores, delicias, & viuendi licentiam, cum videant homines montium habitationis, laborum sustinendorum amatores: ita cum Nostros videant, amanter ista amplecti, nec intra iares contineri, sed vicos a Collegijs distitas requirere; odium concipiunt, eis aduersantur, quasi ista intentando, damnent eorum viuendi formam. Quis crederet hæc odij fomenta fore, quæ potius solamen, & iuuamen afferant? Demus quendam, aream à pessimis herbis purgare velle, & in hoc desudare opere: veniat aliquis, nec inuitatus, aut conductus; sed sua sponte, operas suas præbens: hunc laborantem adiuuent, vt citius à fatigatione cesset, & arcam paratam ad ferendum bonum semen habeat: num iste odio profectus sic eum iuuans? num mala pro bono opere rependit? Nec cogitare licet ita euenturum: sed contra ipsum gratum animum ostensuram, & gratias pro labore impenso redditurum: ita sperari posset in laboribus Societatis euenturum, si res coniuncta charitati, & veri zeli metis metienda foret: quid enim aliud operarij, pagos inuisendo, & loca ab habitatione separata laboribus suis colendo, præstant, nisi iuuamen præbere Socijs, ac fratribus, aream Dominicam purgare, & parare ad sementem sulciendam, conatibus vt minus laborent, huic operi intentis, vt cultura citius perficiatur? Num alienum ab apostolicis Viris annuere solent, vt pluribus concurrentibus ad illud, breui consummetur, & minùs singuli fatigetur? Hæc odia pariunt, & cum fratres simus operibus, verbis, signis inimici inuenimur? Ieremias cap. 9. habet hæc verba: *Omnis frater calcaneo supplantauit.* Sonant verba insidias parari, ne bellum apertè conficiatur: sed sub aliquo velamine, & conficto mendacio, quibus onerant Nostros, eos contemptores alienorum vocitantes; existimantes, neminem, præter ipsos, laborare, nec sufficere populis, nisi Nostrorum opera intercedant; ipsi docti arbitrantur alios indoctos prædicantes. De somnis Ioseph loquens Scriptura reddit: *Hæc enim causa odij fuerunt.* Quæ enim culpa in fratre ab istis reperitur? Haud dubiè excogitari non potest. Ille non confingebat somnia, nec interpretabatur in fratrum perniciem, & contemptum: ipsi tamen odio inescati dicebant: *Num nos seruimus tibi?* Qui enim tacitus rem considerabat, pater, (videlicet,) non odio filium profectus

Ambros.

Genes. 46. 34.

Lucas 5.

Ierem. 9.

Genes. 30.



batur; sed admiratione, & amore: qui enim in nostris laboribus syncere oblati in bonum populorum hæc comminiscuntur, & reputant propriam iniuriam, & contemptum, sibi aduersantur, & propria manu vulnus infligunt; non tamen illi, qui solum attendunt ad sibi commendatum opus perficiendum, iuuare fratres, quasi eis annuissent, vt cum eis salutem animarum curarent, societatemque inirent. Reliqua verò mendaciter composita sunt, vt non solum ipsi Nostros prosequantur odio; sed & socios habeant, qui similia cogitent, & prædicent: ille enim, qui inimicus homo dicitur, superseminauit zizania, vt interiret operantium labor, & bonum semen ad frugem non perueniret: scit enim, & pro certo habet, nullum opus Deo gratum stare, ac perfici posse, si inter ministros huius patris familiæ, odia seminentur; cum contra, si pax, & charitas intercedat, feliciter currunt, quæ Dei sunt. Euagrius lib. 2. cap. 14. referens edictum Zenonis aduersus Catholicos confectum, ait, hoc à Diabolo tentatum, vt Ecclesiam diuideret, & impedimento esset diuino operi: Laborauit pro certo persuasus, si corpus Ecclesie, concordia vinculis firmè coherens, non impugnetur, se superatum iri. Hac enim de causa, totis conatibus eiusmodi seminat odia, vt vnione dispersa, & in diuersa populis actis, victor euadat inimicus, & opus Dei haud dubiè intereat. Sicut enim verum odium, aut perfectum, quod licet Sanctis, vt testatur Dauid: Perfecto odio oderam illos. non tam personam, quam vitia pro obiecto habet, hæc persequitur, aduersus ista certat: quare, vt refert Chryf. in Martyres Ægypti de Sancto Hirone Martyre: Non hereticum, sed heresim; non hominem aduersor, sed errorem odio prosequor. Non est mihi bellum susceptum cum substantia; sed corrigere memem volo, quam Diabolus corrumpti. Dauid exemplum ad hoc valet, qui ita filium Absalom persequatur, vt eo deficiente ploraret amarè. Ambrosius Serm. 17. de eo: Vbi verò est mortuus, apud patrem, persona crimen defuit, natura nomen remansit. Vocans cum filium, & Absalom, non hostem, & inimicum, quod opera eius mala cum eo interuissent: ita contra odium pessimum non personam percutit, sed opera persequitur: quibus cessantibus in pacem commutatur bellum. Quamobrem ista non oportet è medio tollere; sed ea cautè, & prudenter executioni mandare, ne odiorum incendia crescant. Primum optimè docuit Ennodius Serm. in die natali Beati Laurentij, de alio huius nominis agens, Episcopo Mediolanensi: Odiorum, inquit, incendia, qua non ex impugnati merito, (Pontifice, videlicet,) sed ex studiis summentes exercuerunt, nec sancta deliberationis potuerunt fonte restringi. Durent eiusmodi odia, quæ de studiis nascuntur virtutis, & ex operibus in bonum proximorum inuentis: non enim ad culpam missorum referri possunt, cum gratis nata fuerint, & percutienti Dominicam maxillam, poterit responderi: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, cur me cadis? Ioannis 18. Prohibendum est malè loqui; non loqui: malè operari in damnum verum aliorum, non operari: hoc enim inimicus desiderat, & ad illud iram, aut zelum incitat. Christus Dominus non loqui cessauit; sed an malè locutus fuerit, rogat percussorem suum, vt ipse testimonium

Matth. 13.

Euagr.

Psal. 138. 22.

Chrysof.

1. Reg. 18.

Ambros.

Ennod.

Ioan. 18.

perhiberet veritati. Chryf. supra sic ait: Hoc est miraculum Crucifixi: nam, cum fulmina vibrare posset, ac terram concutere, nihil horum fecit; sed se purgat, & superat benignitate. Talia miracula amulentur Nostri, ne locus detur iusta accusationi, malè loquendo, aut priuatum, aut ex fugatu, aduersus eos, qui in ipsos insurgunt, & odia seminant. Ad opus suum attentum sunt, & alia Deo committant, cuius interest suorum defendere honorem, & opus ceptum perficere: qui enim hoc iuuamine carent, fratrum, videlicet, societate, cum potius eos aduersantes reperiant, aliam ineant societatem, malorum, videlicet, quos vitare teneantur, & bonorum, quorum salutem consequi optant: sic enim & aduersariis occasionem è medio tollent eos prosequendi odio; & magna comparabunt lucra ex operibus obeundis. Richardus de Sancto Victore, 2. de exterminatione mali, exploratores contemplans, quorum vnus præibat, alter sequebatur, ait ibi doceri, quæ Dauid inclamar: Declina à malo, & fac bonum. Vt malum fugitemus, & bonum persequamur. Simul, ait, currant, simulque inimicem succurrant. Inspicite terram, quam Deus fecit: & urbem, quam humana inuentio instituit, vt sciamus, contra qua mala cauenda, & ad qua bona agenda debeamus vigilare. Hac duo nobis associantur, vt mala vitemus, & bona operemur, ne vnum alteri aduersetur: qui enim odiis fomitem præbet, aliqua data occasione, malum operatur, & boni impedit cursum: inde enim angusta vtilitas capitur, & proximi plurimum aduersantes ista, potius passionem regnare conspiciunt, quam zelum, & charitatem. Nec ad hoc excogitandum minima occasio danda est: quemadmodum enim feminarum quælibet conuersatio fugienda, quæ periculosa sit, ne scandala nascantur. Ita Laurentius Episcopus Mediolanensis: Ne agendo taliter, etiam si vitæ iure innocens, damnum opinionis incurrat. Ita Nostri fugiant minima signa relationis, vt vindicta, aduersus eos, qui eos odio prosequuntur, & impedimento sunt, ne verbum currat, & fructus pariat. Surtius de S. Fulgentio agens, qui peruersi Sacerdotis ex choro Arrianorum, plurima mala ipsi illata, & sociis audierat, noluit acquiescere rogantibus, vt eum perderet, qui in pauperum perniciem natus fuerat, aiens: Non Surtius licet in hoc seculo vindictam querere Christiano. Minus hoc licet Religioso, quamuis qui aduersantur, non ipsum percutiant; sed causa Dei damnum afferant. Nec solum odium vitandum; sed omnis radix amaritudinis auellenda, & auferenda, cum Dominus ait: Audistis antiquos: Non occides. Ego autem dico vobis: Nolite irasci. Non primum negat Dominus; sed addit perfectius: ac si diceret: Non solum licet occidere; sed neque irasci: hæc enim radix est è medio tollenda, ne tales ex ea fructus pullulent. Chrysof. Serm. 2. in 2. Corinth. 4. Hæc lex etiam radicem ipsam enellit, nimirum, iracundiam: fons enim, & radix cadis est furor, & iracundia. Ideo, vt notauit Fulgentius in Mythologio, mysticè antiqui tres Furias fingebant, quarum prima Alecto dicebatur, id est, concipiens iram, vnde creuit: secunda Typhispho, id est, in vocem erumpens: & tandem tertia Megera, id est, magna contentio, per quam iurgia prorelantur. Non modò ira coercenda; sed verba reprimenda,

Rich. de S. Vict. Num. 13. 24.

Psal. 36. 27.

Laur. Med.

Matth. 6.

Chrysof.

Fulgent.

Genes. 40.

Basil.

August.

Idem.

1. Cor. 8. 1.

reprimenda, & moderanda, ne etiam à longè mordere aliquem censorem videatur: qui enim publicè cum popularibus agit, & sermonis frequentia, linguam acuit, haud difficile est sensus exprimere; & sub specie zeli, non tangere eos, qui missionibus obstant: at hoc omninò fugiendum, quamuis odio gratis habeamur: sed semper tacendum est, vt Dominus pro nobis loquatur. Exaggerans Basilius Iosephi modestiam, qui rogans pro libertate, nec verbum aduersus fratres locutus est; sed solum superflis personis: Quia furim sublatus sum de terra. Ait Oratio 8. Quæ lingua pro dignitate eam laudet orationem eius, qui verborum quoque humanitate cum inimicis vsus est, non invidenti recardatus, non paternam incursum crudelitatem. Laudandus sermo, vbi nihil aduersus hostes resonat, nihil audientium turbat affectus; sed omnia aduersus vitia certant, verba, modus dicendi, & ipsa signa corporis: ea enim omnia notantur, cum omnibus perspicua est odientium malevolentia. Optimè enim Augustinus monet, cum inter Rufinum, & Hieronymum, inimicitias durare plurimè cognouissent, ne quid alter aduersus alterum scriberet, aut loqueretur, quod post, amicitia interueniente, agrè delectari, aut sanari posset: ait enim epist. 15. ad Hieronymum: Rogarem vos, ne de vobis ea conscribendo spargatis, qua quandoque concordantibus, deleve non potestis. Volat irrevocabile verbum, & breui ad aures peruenit eorum, qui causam præbuerant. Hinc rixæ ortæ, & opinioniones hominum consurgunt, & vnio charitatis dirumpitur: imò bonus odor, ex opere incepto natus in malum conuertitur: quod facile sit vitare, si verba cessarent, quæ ad rem, quam præmanibus habemus, non pertinent: licet enim parè loquendo minus assequerentur, vitandam erit, ne charitatis rumpantur vincula: vt enim ibidem ait Augustinus: Minus certè assequatur illa, quæ inflat; dum non offendatur illa, quæ adificat. Alludit enim ad Paulina verba: Scientia inflat: charitas verò adificat. Cauent, se doctos, & nimis sapientes videri, si hac via charitas detrimuntur passura sit: ignorent, & quæ nesciant, quæ aduersus eos circumferuntur, ne charitati aduersentur, & æmulationem æmulatione vincant: & sicut ille aiebat: Calcas fastum maiori fastu. ita maiori æmulatione aliorum calcare odium præsumant. Imò omne verbum vitent, ac fugiant, quod quamvis syncerè susceptum, posset proficere; tamen prout res disposita sunt, ad deteriores traheretur partem, & credi posset, eo velle vindictam sumere, & arma ad eam capeffendam iacere. Noluit Dauid illud certamen aduersus patricidam ceptum aggredi, nec arma mouere: qua hoc de causa factum, cum tantum valeret regia autoritas, & presentia, ad adificandam victoriam? Rationem reddens Ambrosius 2. Officior. 22. Nec prelio interesse voluit, ne vel inferre arma, parricide licet, videretur. Optimè plane: qui enim iuste posset vindictam sumere aduersus rebellem filium, noluit signa odij præbere, & vindictam potius ex odio nasci, quam ex iustitia monstrare. Ita se gerant Nostri, iniuste percussit: abstineant etiam ab his verbis, aut factis, quæ formam imitari videntur vindictæ, licet ab eis in alium ordinentur

finem: ab eiusmodi enim cessate, securissimum est, & talem mouere lapidem, periculosum: cum sensus, & cogitatio hominum pro-na sint ad malum. Vidi Concionatorem iniuste vexatum, qui publicè Concionem habens, quadam dixit ad mores audientium spectantia: nec ei in mentem venit iniuriam passum fuisse, nec eo sine verba composita attulit, vt se vindicaret; tamen non solum ab iis, qui talibus ictibus percuti arbitrabantur; sed etiam ab aliis, pro certo habitum fuit, gestus, verba, & alia similia ad feriendum iniuriam intentantes, ordinari: adè enim hac instante rixarum occasione, necessarium est omnia vitare, quæ credi possint ad vindictam sumendam dicta. Quæ enim iactare aduersus eos possunt verum affectum damnum? Num dicere aliud valent, quàm esse indoctos, rudes homines, illiteratos, vulgariter concionantes, metum nimium incutere, ad generales Confessiones sine necessitate prouocare, moleste è suggestu loqui, longos texere sermones, homines à laboribus, & negotiatione distrahere, & vocare ad Ecclesiam sapius quàm oporteat, otiosè ibi degere, cum plurimi doctiores adfint Concionatores: hæc enim, & his similia famam ledunt, non tamen impedimento sunt operibus charitatis. Quod si ista interiret, grauius vulnus infligeretur. Occurrit Augustinus epist. 15. ad Hieronymum: Cum enim falsum quid, à male dico consingitur, aut omninò non creditur, aut certe in egra salute, sola fama vexatur. Imò hinc vtilitatem capere possumus. Multa dicuntur animo bili delibato, quæ notanda sunt, vt videant, si aliqua ex his, quæ diffamantur, conueniant eis; & prudentiores, & cautiore facti, ea emendent: vt enim inquit idem Augustinus supra: Illi enim dum rixantur, dicunt aliqua vera, quæ corrigamus. Satis hoc idem probauit matris exemplo, quæ puella cum esset, in domo paterna, gustare ausa fuerat sine teste, parum vini in fundo vasis parentum relicti, cum illud in debito collocaret loco: vidit ancilla quadam, & occasione rixandi data, eò quod à domina corripere, valde iracundè aduersus eam insurgens ait: Num ista dicere mihi audeat vini potatrix, ac ebria puella: Quæ inde licet maximis lacrymis madefacta didicit, nunquam vsque ad mortem vinum gustare. Ita nostri eadunt cautiore, si aliqua circumferantur, quæ verè officere possunt operi intentato, nec attendentes ad affectum; sed ad veritatem, ea vitent, quæ nocent & meritò notantur. Verum inter omnia, quæ se offerunt in his excursionibus, hæc odia fortiter deuorare primum obtinent locum: signa enim sunt magnæ virtutis, & hominum solum proximorum bonum desiderantium, nec propriam querentium gloriam: nunquam enim hæc virtutes, quæ congestæ fuerant in Collegiorum quiete, prodendæ sunt vtilius, quàm hac data occasione: vt enim ait Ambrosius 2. Offic. c. 26. Illud enim possidemus, quo vitimur: quod autem ultra vsus est, non vtrique habet possessionis fructum; sed custodia periculum. Qui virtutum cumulum possidet, vsu demonstrat, quantam earum molem comparauerit, & data occasione, armetur patientia, vultus, hilaritate, verborum concinnitate, operum magnitudine, neque vllum edat signum

Genes. 6.

August.

Idem.

Ambros.

Philo.

Ambros.

Livius.

Chrysol.

Idem.

Idem.

Signum stomachationis, & indignationis. Hoc A monstravit Philo libro, quod omnis probus sit liber, exemplo luctantium, quorum alter fatigatur, laxatur, vires deficiunt, & tandem à compare superatur, qui talem fatigationem vitavit. Itaque a nemine cogitur, (sapiens, videlicet.) cum sit contemptor & mortis, & cruciatuum: lege enim uatura prepositus est omnibus incipientibus. Ita vir fortis, & honoris contemptor se gerat. Alij fatigantur, defudent, laxentur: ipse tamen velut columna immota persistat, & victor euadat. Imitetur Moysen, de quo Ambrosius 2. Offic. c. 7. *Quantas Moyses, inquit, à populo Dei illatas, absque bebat consumelas? Nec enim ista humana reputanda sunt; sed diuina, quæ sine gratiæ cumulo haud facillè fieri possunt: idcirco de eodem loquens idem Ambrosius ait: Merito estimatus est supra hominem, ut & in uultu eius non possent intenderi, & sepulturam eius non reperitam crederent, qui sic sibi totius plebis memores deuixerat, ut plus eum pro mansuetudine diligerent, quam pro factis admirarentur.* Ita planè euenit patienter sustinentibus, & deuorantibus iniurias, & odiorum fibras: plusquam homines esse creduntur, & maximam sibi comparant populi beneuolentiam, autoritatem, fidem, & honoris cumulum: nec enim illa fama, quæ periclitari videbatur, perit; sed potius augetur, & in ore omnium laudes taliter sustinentium effertur. Vulgare est, hostem contemptum superare fortiosem, & magna cum gloria reportare de illo victoriam. Ita docuit ille strenuus dux Annibal, suos alloquens militibus, ut testatur Titus Livius 2. belli Punico, lib. 1. decad. 3. *Sax è & contemptus hostis cruentum certamen edidit; & incliti populi, Regisque, leui momento uicti sunt.* Non diffidant, cum contemptui habentur, victoriam: eam quidem obtinebunt, & honoris palmam allècurtos se credant: cedit enim in ignominiam persequentium: nam, etsi fortior incepta lis, & ipsi humiliati, capita leuabunt tantò altius, quanto depressi amplius fuerant humilius, aduersus eos plurima iactando aduersarij. Nec ratum est, eos iuuare ad consequendum bonum, & coronam imponere capiti eorum, qui eorum abiectionem procurauerant. Capite plectitur Ioannes: sed locatur in aureo, aut argenteo disco: illud ignominia, & vindictæ opus; hoc honoris insigne. Petrus Chrysol. Serm. 174. ait: *Cur pretiosè gestas, quem uoliter occidis? Agis te superna uario, aliter quam uis. Quid intederit carnifex, quid scemina, nisi vindictam sumere, & Ioannis conculcare gloriam? Addit idem Chrysol. Sed Ioannes uenit in sublimi positus, & ut lucerna super candelabrum, tenebras ut fugaret, dicente Domino: Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Hæc præ manibus habemus, & gratias potius referre deberemus persequentibus, quam vindictam excogitare, cum ipsi stratam uiam parent, ut sine offensione ministeria currant: & possunt merito omnes dicere, quæ idem Chrysol. adiecit uerba: *Qui uocem intercipi posse stultissime credidistis, uox magis clamat, angustias corporis absoluta.* Non enim cessat Concionatorum prædicatio, non ministeriorum felix cursus, imò omnès auidius ad eos confugiunt, & gaudent uidentes non officere aduersarios; sed proficere patienter iniurias sustinentes.

CAPVT VIII.

Inuidia stimulis agitantur Missionum Ministri.

Nec huic operi intentis deest alia non leuis occasio certandi, virtutum exercendi, ac vincendi: nam frequens est plurimos inuidia pulsari, cum uideant, homines abiectos, incognitos, à populis suscipi, uenerari, consuli, sequi, ac laudibus ad cælum usque extolli; nunquam taliter concionantes, & conuersantes audisse dicentes, ac uidisse; rem nouam expertos esse: quæ enim omnia, & concussus populorum, præter morem alietum, cum uideant, & omnino notos, & talentis ornatos viros deserui, inuidia tabescunt, & bili laborant, plurima machinantes, ut ista fuco composita probent: nouitatum amatores homines uocant, nihil in editis signis virtutis inesse, nihil laudis; sed omnia ad punctum euascescere; ad rerum finem eos uocant: tunc enim apparebit vitream, & non ueram esse eiusmodi gloriam: quanta enim possunt, omnem mouentes lapidem, aggerant, ut honorem Nostrorum denigrent; ut talenta, doctrinam calumniantur, & modum agendi, & res disponendi damnent: quæ dicunt docendo ex suggestu, ad lancem afferunt, notant, cum risu proferrunt, & dictis addendo, aut detrahendo, non pauca ex Christi Euangelio, in diabolicam doctrinam demutant. Satis compertum est, hostem eiusmodi grauissimum esse, & viros magnos vulnerasse, ad mortem uique aduectisse. Quid sibi uult uicisse Dauid Goliath fortissimum omnium Palaestinarum, & deinde certasse cum Saülis inuidia: nisi docere acriorem hanc pugnam, hunc hostem fortiosem, cum minoribus uiribus potiarur ille, quam iste aduersarius: certat enim occultè, & benefaciendo interitum intentat. Basilius orat. 15. *Basil. de Dauid, ita fatur: Post Goliath insurgit in Prophetam hostis, longè occultior, Regis inuidia, uictoris inimica.* Posslemus enim facere satis his hominibus, si audire uellent rationem, & uim ueritatis perpendere: quæ enim causa est, ut inuidia percutiamur, cum nihil in nobis uideri liceat ad eam prouocandam, pauperes, abiecti, soli, sine apparatu, incogniti, extranei ab his locis, ad quos accedimus: nostra enim conuersatio humilis, prædicatio non nimio fuco uerborum, & rerum ornata, nihil grande tentamus, non magnas cathedras ambimus, non alios à possessione antiqua deturbamus, non eorum tangimus honorem: si enim quæ agimus, in animi sinceritate, & pro populatiu bono, famam excitant, facessit negotium haud arduum, talia imitari, & comparare sibi similem, & maiorem gloriam. Quod si homines sint imperiti, & his exercendis ministeriis inuites, haud dubiè non inuidia tabescunt; sed potius amore, & laudibus nos prosequuntur: nemo enim impar inuider eis, cuius cursus tenere non ualet. Sed sicut de Ioseph dictum: *Inuiderunt ei mittentes iacula, alij, uidelicet, qui uirtutem experirentur, ad iaculandum signum positum,*

Cyprian.

Constant.

Basil.

Hieron.

positum: ut dexteritas iaculantium laudetur. Sed æquales, uel maiores hoc uulnerantur telo, nihil quod eos placidos reddere possent, attendentes: hoc tamen malum inuidia est, non auditum præbere ueritati, non rationem sequi; sed solum de bono aliorum cruciari, & desiderare, (nulla data opera ad promerendum,) alios in loco humili iacere, se ipsos extollere: idè de illorum gloria ignis egreditur, eorum corda crucians, qui talia appetunt, & assequi nequeunt. Cyprianus ad Cornelium scribens epist. 57. Nouariani mores notat, qui deberet gaudere uident plurimos ex iacentibus surgere per penitentiam: at contra accidit: *Quo magis dilectionis, ac fidei crescit hæc gloria, illic dissonis, & zeli crudescit insania.* Si enim uerus zelus esset in his hominibus uidentibus, plurimos cadentes surgere, uitam nouam instituire; gaudere utique deberent, & Deo gratias referre: at hoc ipsum cor mordet, & cruciat, occasionemque præbet male loquendi de harum mutationum Ministris. Cum enim acre hoc bellum esse, & item non moueri ab his, qui talia sibi debent non credunt, *inuidet enim cantor cantori, & similia eadem appetentium solet esse hoc uirtutum: haud difficile est coniectare, unde uires sumat: excitatur enim à magnis uirtutibus, maioribus encomiis, & laude dignis, qui plurimum possunt in expeditionum locis, & Oraculi in eis nomen adepti fuerant, quibus uideretur ista ab eis auferri, & uelut futuri, darique disparibus hominibus in merito. Hinc illa insurgit uox Constantini epist. ad populum Ecclesiæ Alexandrinæ, ubi inter Proceres eiusmodi uitium uires furebat, quibus ait personam inuidi assumens: *Mea existimatio attingitur, mihi hoc ipsum debetur, ab illo ablatum est. Ego igitur omnibus expoliatus pro uiribus nocebo, uis sola inuidia est, factis, & pigmentis immitens.* Talia isti iactant uerba, aut secum cogitant, ut animum ad uindictam excitent. Hinc apertissimè patet, eiusmodi non Deum querere; sed sui amatores esse; & solum dolere de aliorum bono, quo uellent ornari: non tamen similia dicere Deo opera, ut per ipsos, rebellium animus lucraretur. Deo sacrificia simul oblata, Caini, uidelicet, & Abelis, discreuerunt, duorum fratrum diuersam esse uiam, unum, uidelicet, sui amatorem esse, alterum Dei: ille enim tristatur, quod sacrificium Deo fratris placitum fuerit, nec suum acceptasset: iste de proprio bono gaudet, non lætatur de alterius malo: quia Deo placere curabat, non fratri inuidere. Basilius oratione 4. *Aperuit enim discrimen animorum sacrificatio: hic enim per eum sui, Cain, uidelicet; ille Dei cognitus est amator.* Quare Cain aduersus fratrem irascitur, quod Deo gratam obtulerit hostiam: uellet enim hæc sibi comparare laudem, sine mentis, ac animi oblatione. Ergo homines, qui de bono aliorum tristitiam ex inuidia concipiunt, bellum aduersus Deum prædicant, cum eas uiruperent, ac persequantur, quæ ipsi gratissima sunt. Notat Hieronymus ad uirgin. in exil. miss. non excusare inuidia malum, solitudinem, & hominum fugere amicitias; ista enim rabida fera, non tam hominibus infert bellum, quam Deo; quare & solitarius persequitur, quatenus sic existentes, amicitiam Dei adipiscantur: *Cum illa non**

humana amicitias, quam solam Dei amicitiam persequatur. Remedia huic malo apponamus, non tam ipsos curare procurantes, quam inuidiam sustinentes, ne cum agnouerint eiusmodi moueri bellum, (sicut de odio dicebamus,) deficiant, aut uindictam sumant. Primò statuatur, rarum esse ab omnibus laudari, etsi laudum merita non defint. Pro magno, & uelut miraculo habuit Recimirus, Rex Arrianus, quod in omnium ore uersaretur digna memoria, & laudibus clarus Surtius. Epiphanius. Refert id Surius 22. Ianuarij, de eo dixisse prædictum Regem: *In hoc admirationi magis mihi est, quod omnes habeat laudatores.* Ad hoc facit illud Iosue 6. *Dixit autem Iosue ad omnem Israël: Vociferamini.* Quod ponderans Origenes arbitratur, idem haberi Psal. 65. *Iubilate Deo, omnis terra.* & Psal. 38. *Beatus populus, qui scit iubilationem.* Vbi notat, sæpè beatitudinem personis adscribi, raro toti populo: *Beati pauperes. Beatus uir, qui timet Dominum.* Magnum tamen credendum est, si populus uniuersus, eadem laudum intonet uoces, & unà omnes prædicent. *Hæc autem beatitudo profusa uniuersum populum beatificat: ubi uideretur mihi ista iubilatio quamdam concordiam, & unanimitatis significare affectum.* Cum ista uix contingant, pro certo habent, inter plurimos laudatores, non defuturum inuidia rabidum hominem, qui quod magis opera lucent, & probantur, uituperationes congeminet. Hoc malum si uitare uelint, necesse est, ut ab opere incepto cessent: quandiu enim durauerint, tandiu pati certum est eiusmodi inuidiorum uoces, detrahentium, quæ fiunt, & publice tractantur: nec enim remedio est, opera operibus intexere: ex illis enim furor crescit, & uires assumit. A Dæmone vexatus Saül, ut quiesceret, Psalteris Dauid percutiebat psalterium: at ille furens insurgit in curatorem, ut lancea emissa ipsum confingeret: non enim quiescit inuidia aduersus Dauidem concepta; quandiu ipse concinnè operari non cesset. Rationem reddit Basilius orat. 15. de Dauid: *Quasi ad mentem sobriam ideò se recepisset, ut iterum seruaret inuidia.* Nec enim hanc inimicam interimit, qui hos homines blandè alloquatur, eis pareat, ipsotum querat consilium, & auxilium, audiat eorum conciones, laudet talentum, facundiam, doctrinam, & alia eis concessa dona, ad momentum quiescunt: tamen quandiu durat Missionum occupatio, & populi plausus, iterum ad assueta redeunt officia. Vnicum humana calliditas inuenit remedium: ea enim ipsa, in quibus inuidia fouebatur, mutauit in defectus, quibus occultabat, quæ nota excitabant furorem. Hoc usus fuit remedio Alexander, filius Herodis maioris, inuisus ipsi, quod pulcher esset, & gratam omnibus formam referret. Refert Iosephus 16. de Antiquitate, c. 11. *Patrem præ inuidia his offendi omnibus: quapropter quando simul inambulabant, curabit se industria, & submitte, ne appareret procerior.* Ista si intentent Nostri, haud pacati inuidentes cessabunt ab incepto tramite. Submittant se illis, in omnibus superiores, & doctiores agnoscant: nec satis erit, ut inuidiam deponant, & in amicitiam eant. Sufferri ista possunt, cum compertum sit omnibus, ex nullo alio capite nasci, nisi ex claris, & illustribus facinoribus: hæc enim, cum laudantur,



laudantur, incrementa sumit inuidia. Tunc obmurmurant Concionum multitudinem, rudimentorum docendorum diligentem curam, Confessionum frequentiam, additorum copiam, & licet aliqua comminiscantur, quæ obscurare ista possent, luce clariùs omnibus pater, ex beneficiis, & perfectè elaboratis operibus occasionem tales detrahendi sumere. **A**mulatores sunt illius Sennacherib, qui, vt Ezechiam Regem vilipenderet, aiebat: *Numquid non est iste Ezechias, qui destruxit Excelsa illius, & altaria; & præcepit Iuda, & Ierusalem dicens: Coram altari vno adorabitis, & in ipsa comburetis incensum?* Quæ omnia ab hoc impio Rege in contemptum Ezechia iactabantur, & omnibus audientibus talia, despectui haberetur. At ista laudes maximas continent: vt enim ait Eucherius: *Hoc non erat contra Dominum, sed pro Domino fecerat, vt idololatria, & veteri errore destructo iuberet Dominum adorare in Ierusalem.* Istis confoletur talia patientes, quæ enim aduersus eos proferuntur, Deo placent, virtutum redolent splendorem: quid enim aliud, quàm Dæmonum cultum destruere conantur, & Dei erigere altaria, vt eum omnes requirant, vt mandatorum obsecutores fiant? Ista inuidia fomenta præbent, ea auidiùs persequantur, in eis perficiendis attentius, & felicius incumbant, quanuis inuidorum voces in cælum extollantur. Hoc contemplans Basilis orat. 8. ait, inuidiam fratrum Ioseph damnans: *Inuidia cædis parens honestis studiis semper cruciatur.* Spicula enim inuidi cor percutientis, bonarum artium studium est, sollicita cura. Hinc nomina aliena in horum ore versantur, non Religiosos Societatis esse agnoscunt; sed vt inferant iniuriam. Aliena, & contemptibilia querunt, vt saltem hoc modo odibiles reddant, & à popularibus contemnantur. Non nouum hoc inuentum, pristinos patronos habet: cum enim ex Oriente sapientes in Ierolymitanam urbem aduentassent, & Regem Iudaorum requirerent, Herodes inuidia actus ait illis, mittens eos in Bethlehem: *Diligenter interrogate de puero.* Cur non de Rege? Sic enim audierat à Magis: nec verbum de puero dixerant, nec recenter natum retulerant; sed Regem esse, diademate redimitum: inuidia enim, & nomina præclara deuorat, & vilia assumit, vt contemptui habeatur, qui à magnis viris, sollicitudine, & labore maximo requiritur. Imperfectus ita occurrit: *Ei etiam nomen potestatis inuiderat.* Apprimè planè, etiam ipsa nomina, quæ signa sunt dignitatis, honoris, & reuerentiæ, tacentur: inuidia enim eis aduersatur, & illa habet in ore, quæ opinionem obscurent inuisorum. Ista omnia plus multò iuuant, quàm nocent: taceant, & propriis muneribus incumbant: sic enim crescent ex impensis laboribus fructus, & ex inuidentia cumulus augebitur meritorum: si autem ipsi hac agritudine laborantes remedio præbeant locum, illud erit, quod maximas laudes promereatur, si faueant sic operantibus; si de eorum profectibus gloriantur: vt enim ait Chrysof. hom. 7. ad Rom. exponens illa verba: *Gaudete cum gaudentibus.* Hoc omnes autem contemplantur insurgent in laudes communes omnibus, dicentque omnes (inquit Chrysof.)

*Benedictus Deus, qui tales famulos habet ab omni inuidentia liberos & de alienis bonis inter se congratulantes.* Si laudum tenentur desiderio, facilius eis potentur, Fratres iuuando, quàm eorum cursum impediendo. Vnum reputent opus, suum aliorum faciant profectum. Idèd charitas non querit, quæ sua sunt: quia nihil iudicat proprium, sed aliorum: sicut & aliorum suum reputat. Chryf. in 1. 3. 1. ad Cor. ait: *Non queras, quod tuum est, vt inuenias tuum. Nam, qui quod suum est, querit, non inuenit, quod suum est.*

CAPVT IX.

Alimonia indigentia difficiles excursiones facit.

**L**icet plurima recensuerimus, quæ harum Expeditionum cursum præpediant, inter maiora vnum occurrit, nempe, indigentia alimentum. Hoc malum necessarium, & inuitabile. Vnde tamen reparandum sit, haud facile est iudicare. In vicis, quos inuisere solent Nostri, & est Communitas, & singuli homines, & Ecclesiastici, quorum præ cæteris interest, Missionem confici, & ouibus hoc pacto pascim impertiri; Communitas, nempe, illique, qui gubernaculi tenent curam, vt plurimum hoc onere grauantur, nolunt sibi credita, & certis sumptibus destinata, in his rebus consumere, ne aliis necessariis occurrentibus negotiis desit: idèd Nostri occurrere recusant, eos inuitare timent, hospitia parare haud curant, ne onus reliquum sibi imponant, & pauperibus Sacerdotibus alimoniam præstent: alij verò loci vicini, licet consicij negotij intentati graulentur, tacent, nec curant. Ecclesiastici, & Parochi, ac Rectores plurimum iuuare existimant, si Patribus Ecclesiam concedant, Concionibus intersint ad eas, & Confessiones populares inuident, & alia obeant spiritualia ministeria: cætera verò, aut primis loci viris, aut Communitatis gubernatoribus committunt, cum Patres ad eorum bonum procurandum venerint. Nec deest inter tot sententias aliud, quàm eiusmodi operarios sine indigentia fingere, aut ad alios extraneos mittere, qui eis alimoniam parent. Id contigit Domino, qui postquam multa docuerat, & fecerat in bonum Ierolymitanorum, necessitate alimentum coactus in Bethaniam, relicta ciuitate, venit, vt à notis sibi sceminis aleretur. Quod paupertatem Domini commendat, vt inquit ibi Beda, & nasci eiusmodi desertionem ex eo, quod nulli fuerit adulatus, vt in urbe maxima nullam hospitem, nullam inuenerit mansionem. Ego enim, vt supra notauimus, facilem proponerem huic difficultati solutionem, monendo, tam Superiores mittentes, quàm missos, necessaria parare, & ad eiusmodi indigentiam, & negotij difficultatem attendere, & loculos secum portare pauperibus conuenientes, morem Domini imitantes, qui potius his non carere elegerat, quàm bonis spiritualibus priuari pauperes, & indigentes Dei verbo, cum agnosceret, diuites auaritia laborare, pauperes nolle sibi necessaria aliis conferre. Ne ergo succumbat hoc opus, secum habeant, quæ ab aliis, nisi vi extor

extorqueantur, suscipere difficillimum erit; & ne eis molesti sint, his non indigere prædicent. Vt enim ista clariùs explicemus, commune malum est, homines suis esse commodis intentos, commune haud prospicere bonum: parum enim sollicitos spiritualis profectus aliorum, imò proprii, quid aliis expediat, haud cogitant: vt enim ait Victor de persecutione Vvandal. Sidonij referens sententiam: *Parum in commune consulitis, non tam cura est publicis mederi periculis, quam priuatis studere fortunis.* Si hæc enim cura pulsaret plurimorum animos, de propriis bonis remedia præberent, vt commune feliciter curreret; nec id, quod elargiendum est, diuites solum curare possunt, quanuis istis congruat ad hoc præstandum remedium, suas offerre opes: aptissime quidem expenduntur, si spiritualia conferentibus pauperibus, eas largiantur; solent isti negare eiusmodi pensum, quòd maximam familiam habeant, plurimos filios, nec sufficiant possessa tot expensis. Malignè quidem ista comminiscuntur; tum, quòd ipsum familiæ, & filiorum bonum sit; tum quòd idèd acceperint plurima, vt aliis donent: tandem quòd Deo authore possideant, quæ Deo erogant bona. Hæc suo ordine probemus. Primum ex Chrysofotomo accipe, eos conuincens, qui metu filiorum, pauperibus fauere recusant, Serm. 3. in verbis Apostoli: *Imò propter hoc ipsum subleuandi sunt egeni, vt exigua pecunia Dominum, qui eos tibi dedit, propitius: vt etiam post mortem tuam patronum illis relinquant.* Quòd autem ista susceperint, vt pauperum curam gerant, docuit optimè Basilis in Luca 12. cap. diuitem illum opulentum contemplans, qui refertus bonis plurima, & in plurimos habere iactabat annos. Cur tot bona ei largiter Deus imperitebat? Idcirco, vt saltem copia diuitiarum ipsum in pauperes liberalem redderet: ita fatur: *Opes quidem ingentes habuit, in quibus maxime spem collocauerat, Dei benignitate ipsum ab usque initio tolerante, si quomodo per copia sanctitatem animum eius ad liberalitatem, ac mores mansuetiores aliquando promoueret.* Ita dicit Deus homines, vt saltem abundantia, & copia bonorum placidos pauperibus, & egentibus reddat, ne præ cordis angustia pauca habere, nec sibi sufficere credant. Id confirmat Petrus Chrysologus Serm. 14. largam pauperum parua suscipientium retributionem ostendens: *Descendere nescit, (inquit,) cui porrigit manum parcus acceptor. Exbauiri thesaurus is non potest, de quo sufficit nummus.* Quasi velit, tenuem stitem conferendo, abundè danti suppeditari. Quòd autem ista denegent Deo, à quo omne profuit bonum, certum est: nam eiusmodi opus spirituale Deo litatum est, & impedimento sunt hi, qui ad illud perficiendum denegant expensas. Hoc quidem meritò significauit illud facinus Mariæ, cum super caput Domini vnguentum pretiosum effundens, odore refertam reliquit domum. In hoc recensendo charitatis opere diuersi sunt Evangelistæ: nam quidam pedes, alij caput vnxisse affirmant. Virunque aptari potest dicendis. Pedes vnxit, qui laboribus itinerum fatigati

erant, ad nostram comparandam salutem: caput verò, quòd Deo eiusmodi præstare officia censeret: caput enim eius Deus est: nam qui laborantibus in Dominica vinea sua dicant, Deo offerunt, cuius interest huiusmodi operantium fatigatio. Accedat explicatio Hilarij, qui hæc omnia spiritualiter contemplans rogat, cur mulieri hoc adscribitur opus, nisi vt sexui accommodet spiritualem euentus intelligentiam? hæ enim maximam corporum curam gerunt, vnguentis liniunt, ornatu componunt, gemmis, & aureis circulis ornant. Vt ergo hanc omnem curam transferendam doceat in spiritualium pauperum alimoniam, & hospitium; idèd sceminam inducit Euangelista vnguenta, ac sibi pretiosa Deo concedentem: *Igitur omnem curam corporis sui, & totum pretiosa membris affectum in honorem Dei, & laudem transfundit.* Nec ob id solum cum Deo certat eiusmodi ministrare recusans; sed etiam quòd cum egenis commercium quoddam Dominus habet, & ita illis miscetur, ac se ipsum tribuit, vt quidquid illis negetur, ipsi negatum esse credant. Huius rei exemplum sit ficulnea illa, quæ quia cibum Christo requirenti eam, alimoniam negauit, arefacta mansit. Cur hoc? Vt ostendat inutiliter, & ad luxum diuitiis gloriari, qui fercula pauperibus (Christum representantibus) neget, mererique talem sustinere pœnam & omnino inuites reddi. Leo Serm. 7. de ieiunio, sic habet, & exponit sensum huius euentus: *Vt intelligeremus, quoniam qui esuriem non refouet egenum, illi denegat cibum, qui quod pauperi est datum, sibi dixit impensum.* Vbi: Ibi planè, ybi ait: *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Quare autem illi sit, aut negatur, quod minimi recipiunt aut sustinent? adèd enim illis miscetur, & illabitur, vt vnum cum eis efficiatur, nec separare liceat suos ab ipso. Hilarius canone 28. *Ita enim in vniuersorum fidelium corporibus, mentibusque transfunditur, vt hac humanitatis officia, aut grauiam suam impensa mereantur, aut offensam, negata commoneant.* Propius tamen ista accedunt iis, qui vnà cum Domino operantur, & spiritualibus attendunt negotiis, neque existiment paruum assequi bonum, si ista oblata occasio, illis fiat salutis remedium, & mundi maneat ab illo malo, quod ortum habuit in primis parentibus, lepra, videlicet, cupiditatis, quæ, vt ait Hieronymus 1. in Marcum: *Lepra nostra peccatum est primi hominis, que à capite cepit, quando regna mundi desiderauit.* Ideo Giezi cupidus temporalium, lepra percussus iacuit. Huius curationem commisit lex, & Dominus, non Medicis; sed Sacerdotibus. Quare Hieronymus ibi: *Offensa oblatione mundatur dicenti: Date elemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.* Quid clariùs? qui enim Sacerdotum curam suscipiunt, qui eos alere, vt Deo laborent, cordi habent, ab hac lepra mundantur, gratissimum opus exequentes, & magnum sibi comparantes bonum. Nec alieni ab hoc penso credant esse pauperes, etiam cum diuitibus abundat populus, quibus

1. Paralip. 31.  
Eucher.  
Basil.  
Matth. 2.  
Imperfect.  
Rom. 12. 15.

Chrysof.  
1. Cor. 13.  
Marc. 11. 13.  
Leo.  
Matth. 25.  
Hilar.  
Hieron.  
4. Reg. 5.  
Hieron.  
1. Tim. 12. 6.  
Marc. 14.

Victor.  
Chrysof.  
Luc. 12. 10.  
Basil.  
Chrysol.

quibus intererat talia præstare pulmenta: nam causa, quæ geritur, & occasio oblata, pro omnium bono fit, & præcipue eorum, qui maiori egent consolatione, doctrina, instructione, & peccatorum emundatione, per exomologesim. Triplex ratio huic parti fauet. Prima, quod parum ex paruo Deus exposcit. Secunda, quod exigui egeni paucis contenti sint. Tertia, quod Deo seminant, vt pauca conferendo maiora, & laetiora largiatur. Ad primam accedamus, cuius exemplum est illud Domini, Discipulos suadentis, vt esurientes homines in deserto reficeret, qui licet pro tot alendis, alimoniam præstare posse negarent, quinque ei obtulerunt panes, & duos pisciculos. Exponens hoc factum Theophylactus ait Matth. 14. *Discamus hoc loco, quod etiam pauca, quæ habemus, in hospitalitatem insumere debemus.* Si enim eiusmodi pauperes, suasi à Domini, ex pauperie sua aliquid ei in pauperum alimoniam contulerunt, qui excusari possunt ab hoc exercendo pietatis officio? Adde secundum, quod eiusmodi pauperes paucis contenti euadunt, non curiosa, & delicata, & bene parata fercula quærunt; sed ad sustentationem deseruientia: vt enim optimè docuit Nazianzen. epist. 12. morem pauperum amplectens, olera exposcit; nec alia pretiosiora requirit alimenta: *Nam exigua quoque pauperibus magna sunt: talis enim erat, vt faceretur, nullam omnino humanam voluptatem, ne in animum quidem, & cogitationem admisisse.* Hæc de operariis licet credere, qui more pauperum; non voluptatum partum; sed necessitatis remedium quærunt: quare facile est alere; & pauperes ab hoc onere immunes esse haud arbitrari. Tertia ratio, licet spiritualis, & paucis nota satis experientia comprobatur: nam lucrum etiam temporale est, ex habitis, sibi necessaria relinquere, & alia necessitatem sustentibus concedere. Victor de persecutione. Vvand. loquens, & laudans Eugenium electum in Africanum Episcopum, de eo refert, quotidianum sibi necessarium partum referuasse, reliqua pauperibus erogasse: *Vnde tantum referuabat, quantum sibi sufficeret, non quantum cupiditas expetiisset, Deo nostro subinde ingentia, & maiora quotidie donante.* Vt videas, cumulum bonorum augere misericordiam in pauperes; & maiora aded iuste expectare, qui non cupiditatis leges, sed charitatis secutus fuerit.

At hoc pensum probè Sacerdotibus adscribitur: ipsi enim minora impedimenta habent, & frequenter maiorem rerum copiam, vt oporteat, & suos ab hoc onere liberare, & nostros alere operarios: Patres cum constituti sint pro bono spirituali animarum, quarum cura illis concessa est, vt adiutores sui muneris excipere debent, quos vident, ministros esse Euangelij, & salutem exquirere animarum: ipsos enim, alloquitur Paulus ad Ephes. 4. 2. *Cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare unitatem spiritus.* Quæ verba exposuit Hieronymus de diuitibus, tam spiritualibus, quam temporalibus bonis, iuxta illud Rom. 15. *Debemus nos, qui fortiores sumus, infirmitates imbecillorum portare, & non nobismet-*

Matth. 14.  
Ioan. 6.

Theophyl.

Nazianz.

Victor.

Ephes. 4.

Hieron.

Roman. 15.

**A** *ipsis placere.* Quasi dicat: Ne contenti sumus, nostrum commodum quarere, & velut soli reputari; sed incemus societatem cum egenibus, & nos fortes, id est, potentes, ac diuites, hoc onus subleuemus, egenis alimoniam præbentes: sic eos alloquens Nazarius in Panegyrico Constantini, dicit: *Vocas ad societatem, aduersatur, horrefcit, nihil sibi putat tecum commune: quia nihil est simile.* Hoc ignorare affectant, nec cum eis societatem habere credunt, ne grauentur, & alimoniam eis præstare cogantur. Quare Paulus supra charitatem ad hoc suffeendum pondus petit, & addit causam Hieronymus ibidem: *Nec peccantem fratrem, nec inopem consolatur, qui non habet charitatem.* Hi enim edaces sunt, & alienorum appetitores, qui denorant plebem, sicut escam panis. Nec alia sollicitudine tenentur, nisi plurima aggregare bona: vt enim ait Opratus de Schismaticis Donatistis, lib. 1. contra Parmenidem: *Conuocantur supra memorati seniores, qui faucibus auaritia commendatam ebiberunt prædam, rapinarum cupidi, non salutis animarum solliciti.* Quasi à proprio degenerant statu, cum posthabeant diuina, & humanis incumbant fouendis diuitiis. Haud immeritò Oseas 1. de recenter nata scemella, ait: *Ablactauit eam, quæ erat absque misericordia.* Cur sub forma faminea indicitur huius Prophetæ proles, cum vir grandæuus viros generare congruat? Respondit Hieronymus ibidem: *Famina dicitur, qui viri robur amiserat.* Sed quare absque misericordia dicitur? Eius captiuitatem prædicat, vt patiatur inter alienos, quæ ipsa in suis operata fuerat, nulla misericordia signa præbendo. Addit Sanctus Doctor: *Æterna gentis alienæ feritur sententia.* Absque misericordia dicitur, quæ iudicium absque misericordia passura prædicatur: *Viderunt sicam aridam factam à radicibus.* Quod ponderans Hieronymus in 11. Marci ait: *Vt ostendatur, non solum humano extrinsecus, sed diuino intus fauore funditus destituenda.* Hoc iudicium mereretur misericordia in pauperes destitutus. Hæc aptari possunt Sacerdotibus: verè enim à virili robore degenerant, cum absque misericordia in pauperes, Euangelij ministros insurgunt, & à suo consortio abigunt: talia enim incommoda merentur sustinere, & pati inter extraneos, similem desertiorum & necessariorum penuriam: verè enim id possumus eis prædicare, quod Augustinus de non soluentibus decimas, docuit Serm. 219. de tempore: *Maiores nostri ideò copiis abundabant, & Deo decimas dabant, & Casari censum reddebant: modo quia discessit deuotio Dei, accessit inditio fisci: noluitis partiri cum Deo decimas, modo autem totum tollitur.* Hoc idem contigit auaritis Sacerdotibus: nolunt cum Deo partiri, non hospitio recipere euangelicos Viros, ne cum eis tenuem bonorum partem consumant; ideo à secularibus vexantur, & tributis onerantur, ne eis sufficiat, quod cum abundaret, possent expendere pro dignitate officij.

Quauis enim omnia ista his fortibus hominum curæ sint, & meritò ab eis exigatur sustentatio, crederem liberare eos ab eiusmodi censu oportere, & congruere operi incipiendo: est enim maxima libertatis, indiget nulla dependentia

Nazar.

Hieron.

Psal. 13.

Oprat.

Osea 1.

Hieron.

Iacobi 2. 13.

Marci 11.

Idem.

August.

Tertull.

Euseb.

Cassiodor.

dependentia arctari, nulla præpediri necessitate humani auxiliij: valeret enim plurimum, vt lib. 1. dixi, diuites quasi elictus, nullius egere, vt omnes Christo lucremur, omnium causas agamus, ne necessitas meticulosos reddat, & libertatem loquendi, & negotia tractandi minuat. Paulus exemplo suo docuit, non negans, posse aliorum laboribus vti: at nolebat, vt libertatem dicendi minimè laderet: *Vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.* Tertullianus apolog. cap. 39. rationem reddens ait, cum mouisset; *ne redempta pretio Religio videretur.* Ne videamur nostras vendere operas, sudore pretio temporalis erogare, cum ista, vt pretiosa efficiantur, Deo concedenda sint, nec murmuratio quiescit, cum alienas mensas Nostros incurfare videant, potius credentes ad conuiuia accessisse, quam ad necessarium capiendum alimentum: semper enim intenti sunt seculares his temporalibus munusculis, & commodis ex eis sumptis, vt Nostros detrectent. Quid quod Montani mores, & vxoris ipsius notantur, & cognouerunt antiqui ex eo, quod dona suscipiebant prophetiæ, vendentes gratiam, & futura ad placitum donantium iactantes. Eusebius refert lib. 5. cap. 17. de Apollonio contra Montanum ista nota esse: *An non vniuersa Scriptura videtur Prophetam vetare, ne munera, & pecuniam accipiat? Quando ego igitur video Prophetissam aurum, & argentum, & vestes pretiosas cupide accipientem, quid est, quod illam non Prophetissarum numero excludam?* Ne ergo excludamur munere prædicantium, & laborantium euangelicè, nec trahentium ad placitum eorum, qui nobis temporalia largiuntur, quæ dicimus; vitemus omnem querelam, omnemque occasionem obmurmurandi, & nostra notandi, si videant auidè mensas secularium desiderare, ac frequentare: quauis enim necessitas coggerit aliquando eis parere, & ad conuiuium accedere, (quod rarissimum esse oporteat,) maximè expedire non laute, non ex pretiosis ferculis cibum sumere, sed ex vilioribus, & temperanter, quantum ad vires refectandas profuturas laboribus sustentendis sufficeret. Cassiodorus de diuina lectione, cap. 23. mores Dionysij Exigui depingens, inter alia, cum conuiuio interfert, ait: *Aded conuiuio grauius intererit, vt inter corporales epulas, exquisitus, spirituales copias semper exhiberet. Quod si tamen aliquando comederet, paruo quidem cibo; sed tamen communibus utebatur. Vnde summum bonum estimo patientia, inter humanas esse delicias, & abstinentia custodire mensuram.* Tales se Nostri exhibeant, hanc regulam seruent. Nec laudent ferculorum saporem; sed solum in communi magna cum gratitudine, pro præstito alimento, gratias reddant, ne videantur oblectationem ex pretiosis, & optimè præparatis cibis, & vinis, sumpsisse, ac gustum delictasse. His casibus occurrentibus, non solum patrimonialia seruanda, mores tenendo in religione assuetos; sed etiam ne grauemus seculares, qui ista parè suppeditant, & solum ob iactantiam, largi æstimari volunt. Apprimè Ambrosius vocat 1. Officiorum cap. 18. dispensatores seculares, effusores viros religiosos: isti enim omnibus priuantur, vt nulla teneantur temporalium cura: illi parè seminant, quia

Deus non vult, simul expendi opes. Explicans ergo 2. Corinth. 8. quomodo fieri oporteat hæc largitio, modum seruandum in ea ex Paulo docet, qui ait: *Vestra abundantia sit ad illorum inopiam.* 2. Cor. 8. Quali vellet non prodigè omnia effundenda; sed necessitate accommodata; tum, quod pauperes sint, qui his egent auxiliis; tum, quod ipsi parè largiuntur, quare modum eis præscribit: *Ideo modum, quia imperfectis dabat consilium: non enim patiuntur angustias, nisi imperfecti.* At omnium optimum consilium est, nec ista ab eis sumere, sed proprium aliquod secum ferre viaticum, vt ea comparent, quæ congruant statui, & necessitati remedio sint, & ædificationi, imò libertati (vt dicebam) aditum aperiant. Inuenies eum, qui nullius egeat, liberè incedere, nihil timere, munus, vt Deo placeat, obire: id enim optimè monstrauit exemplo Basilij Nazianzenus oratione de eodem, cum minaretur à Modesto Præfecto, & exilij pœnam indiceret, ait: *Bonorum proscriptio obnoxius non est, qui nihil habet.* Quare à veritate dicenda non cessabat, nullo metu ipsum coërcente, & continente: qui enim gaudent hac frui libertate, nihil, à quo teneri, impelli, abigi, contemni possint, possideant: sed liberè suas operas offerant, & munus obeant, cum nulla præpediantur indigentia. Et licet operariorum merces sit, spiritalia seminantium, metere temporalia, renunciant huic iuri, nec damnetur sic facientes: id enim licet; hoc tamen melius, perfectius, & securius est. Laudauit Dominus villicum, non omnia debita colligentem, sed aliqua remittentem. Quare hoc Theophilus exposuit lib. 3. in Euangelium eiusdem, aens: *Ideo laudauit Dominus fraudatorem domini sui, vt eius sequens exemplum, non omnia debita exigamus.* Laude enim digni sunt, qui non omnia ab omnibus solui volunt: sed aliqua Deo referuant, vt populus nullo pressus onere, liberius, & auidius currat ad remedia salutis capeffenda: tum, quod non sollicitat temporalium iacturatum, quod magni faciunt operarios ab omni necessitate immunes. Meritò Paulus, qui hoc utebatur remedio, aiebat 2. Cor. 12. *Quamobrem, cum essem astutus, vos dolo cepi.* Qui dolo, astutia comparatus? Planè iste, non vacabat manuum laboribus nocte, cum tota diem consumeret in proximorum bonum: cum enim ipsi crederent somno teneri, vigiliis intentus operabatur, pro alimonia comparanda. Nec ob id damnandi Sancti, vocandique dolosi, vt ait Basilus in Asceticis: *Propter hos dolos non sunt Sancti appellandi dolosi, nec mendaces; sed sapientes quidem ad bonum, sinceri autem ad malum.* Opus enim est cautela vt, ad conuersandum cum hominibus, & si fingere nunquam liceat, non omnia eis aperire oportet, ne necessitatem pati sciant, & solliciti sint de nobis, nec modum cognoscunt, nostris occurrenti indigentis, cum tamen ab hac cura ipsi liberentur, & solum ad eos iuuandum paratos inueniant. Ad hoc occurrendum malum loculos Dominus gestabat. Quod exponens Bernardus Serm. 3. in Cena Domini, ait: *Ne pro terrenis seruiat, vel pro timore inopia, iustitiam deserat.* Quæ duo me mouent ista suadere, vt liberè nostri operentur, nec pressi necessitate à proximorum salute curanda desistant.

Ambros.

Nazianz.

Luc. 16. 8.

Theophyl.

Basil.

Ioan. 12. 6.



Nec oportet paupertatem nimis extendere, si stipem querant ostentant: cum enim iter faciunt, ad experiendam necessitatem, & pauperum vitam sequendo, id fieri expediens erit: at in locis, ubi habitationem figere intentant, minime hoc modo instituant alimentum capiendi formam; tum, quod plurimum occupent, quod id in ignominiam ibi habitantium cedit, & Patres potius odio, quam amore profecerunt: cum eos exhonorerent, & crudeliter, ac immisericordes patefacere: ut enim confunderet Deus epulonem lautè prandentem, ad portas eius statuit Lazarum saturari cupientem: & tamen nemo illi dabit. Quid? Saturitatem desiderat? Minime: sed nec parca necessaria ad sustentandam vitam. Petrus Damianus Serm. S. Alexij, ait: *Lazarus non modò parum quid accipere, sed & saturari cupiebat: cui tamen alimenta nemo misericorditer indulgebat.* De decori fuit diuiti, eiusmodi parua elemosynae negatio, & Lazarus ad fores eius iacens, ipsum damnabat. Ne ergo eos notent, quorum honorem, & utilitatem querunt, si eorum fores pulsent, & non inueniant paruam alimoniam partem, aut Gubernatores, vel Sacerdotes offendant, necessitatem sic publicando, & ad eos, qui remedio esse possunt, non accedendo: fatius erit, secum portare ad necessitatis remedium, vnde id percipere possint, ut liberius, & facilius cursus Missionis conficiatur.

Petr. Dam.

CAPVT X.

Difficultates ex caristia adiuuantium.

Cum multa obstant Missionibus, difficultas crescit ob paucitatem eorum, qui humerum offerant laborantibus, tam Ecclesiasticorum, quam secularium. Illiberales sunt, ut fauore suo, spiritus Patrum recreetur. Illi nolunt laborare, non partes operariorum sequi, potius fastidiunt nouum, & inauditum modum fatigandi populum, ita ut difficilem, aut impossibilem exitum secundum credant habituram Missionem. Fatientur non esse assuetos Confessiones audire, quin potius, tempore instituto, socios adscire, qui horum suppleant defectum, nec posse primo surgere mane, ut Patrum vigilas comitentur: stomachi debilitate laborare, nec posse procrastinare Missam, ut solemniter canatur, pro Concione tunc temporis futura. Laici etiam solent recusare ista, & interesse Concionibus vix audent, fingentes occupatos teneri, negotia vrgere. Solent tam primi, quam secundi, dissimulare hoc pacto sua peccata, ne lucem videant: potius enim necessitatibus aliorum se negare fingunt, quam suis. Imò solent eis, quibuscum prauam inierant societatem, precipere, ut lucifugæ fiant, latebras querant, occupationes, aut itinera componant, ne scandalo sint aliis, si frequentiam populi fugiant, ne sermonibus, exemplis, & ceteris ministeriis intersint. Quamobrem opus est, eiusmodi maxima cum dextertate, & labore, ad lucem afferre, & ut veritatem audiant curare, ne incognita maneat, & peccatorum ponderibus haud exonerentur.

His enim difficultatibus remedia adhibenda sunt: & primò statuendum, Deum velle iuari in proximorum salute procuranda, ut alter alterius onera portet: nec enim contentus affectibus; sed externis, ac laboriosis operibus, ne laborem impensum in horum bonum recusemus. Quare ipse factus est homo? quare corpore indutus, & necessitatibus obnoxius? Non utique alia de causa, nisi ut nos ad ipsum iuandum, sustinendum, & sustentandum induceret. Quod optimè expressit Petrus Chrysol. Serm. 62. huius humanitatis assumptæ causam docens: *Sed ille voluit tuis vberibus occupari, iacere in tuo pectore, tuis voluit humeris baiulari, qui semper à te amari voluit, non timeri.* Hoc quidem exigit in proximorum bonum, in locum Domini succedentium, ne fastidiamus eos, & à nobis proiciamus, ac si ad nos minimè pertinerent.

Qui enim præcipui in hoc sint, apertè docet cuiusvis munus. Sacerdotibus incumbit, hoc onus portare. Recordentur illius Ozæ interfecit à Domino, quod leui tactu vellet Arca periculum vitare, cum oporteret ex diuino præcepto, ipsam humeris baiulari, nec bobus commendare, ut Theodoretus docet ibidem. Ergo ad eos spectat eiusmodi oneris sustentatio, ne salus multorum vacillet, ac periclitetur. Nec immeritò Isaiæ 2. dicitur: *Fluent ad eum omnes gentes.* Præcelsat enim, montium, & collium mentio, quorum dicebatur desiderium Christus, Gen. 49. Qui hi montes sint, docuit Rupertus in Isai. c. 9. *Magni montes, magni Patriarchæ, magni Prophetæ, & Apostoli sunt.* Cum enim tales mundus possederit operarios, plurimi impetu affluentium aquarum, ad Dominum accedent, ut multitudo, & auditas credentium exprimat. Verum, cum paucissimi sint ex hoc ordine, qui magni meritò dici possint, tenues fluctus, & tardè ad Dominum requirendum currunt: plus enim instant in humanis occupari negotiis, quam diuina requirere, & acrius fatigari, ut corpori partum concedant, quam pro lucro animarum, in vinea Domini laborando. Recordemur illius Nabothicæ vineæ, quam Rex lasciuia deditus, in olerum hortum commutare cupiebat. Congruit his hominibus, quos damnans Isaias 1. ait: *Et erubescitis super hos, quos elegeratis.* Quare ad deliciandum labores amabant, & vineæ dominicæ nulla tenebat cura? Rupertus in Isai. 8. cap. ait: *Non enim in prædicta vinea parvis familiaribus operari; sed in hortis vitiorum resoluere elegeritis.* Venationi aucupum, recreationi, ludis, potationibus, & comestationibus, tempus dicant: animarum curæ nulla eos sollicitudo tenet. Si eos inuitare ad illa tentaremus, faciles inueniremus: at ad laborandum pro Domino, nulla via conuincere, & inclinare eos possemus. Dicamus, clamemus: *Venite, ascendant ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, nam, venite, dicere,* (ut inquit Rupertus supra, Idem. cap. 9.) *alios quoque inuitare est.* Sociis annuendo, ut nos adiuuent. Verum, ut optimè Sidonius docuit lib. 3. epist. 3. ad Ceditium: *Non dat vos pugna socios, quot mensa solet conuiuas.* Ad ista paratissimos; ad illa verò tardissimos inuenies, & omnino operas suas negantes frigidis excusationibus. Habemus 1. Paralip. 26. inter diuersa munia per David constituta Sacerdotibus, ut curam templi agerent, australem portam creditam esse Obededom, & filiis eius, in qua parte domus erat

Chrysol.

2. Reg. 6.

Theodor.

Isaiæ 2. 2.

Genes. 49.

3. Reg. 2. 1.

Isaiæ 1.

Rupert.

Isaiæ 2. 3.

Idem.

Sidon.

1. Paral. 26.

erat

erat seniorum consilium. Illius nomen duas habet significationes. *Rubens*, videlicet, & *seruiens*, ut notant Glossa, & Interlin. tales enim sunt, qui feruore accensi rubent, & desiderio seruiendi Deo laborant. Nec extraneis associatur hic Obededom, sed filiis parenti similibus: optimè coherent & vtilia consilia tractant, ne extranei eis misceantur, & aliena negotia ab opere credito ipsis procurent: qui enim huius chori non sunt, minimè ad opus Dei assumendi, ne potius vires infringant, quam præbeant: statim enim veniunt cognoscendi, cum mores eorum citissimè pateant: naufragum enim ista, spiritualia fastidium, omnia difficultatibus, plenis manibus, implent; nullam spem euentus felicitis prædicant; sed nec inceptum opus, nec duraturum propherant. *Agnitio vultus eorum respondet eis*, inquit Isai cap. 2. Quid est agnitio vultus eorum, inquit ibi Rupertus, nisi cæcitas mentis eorum? Hæc respondebit eis: *quia merito continget eis*, (ait idem cap. 12.) homines enim cæci sunt, & duces cæcorum, non duci faciles ab eis, qui per viam salutis, ut ambulent, contendunt. Vultui enim agnitionem accommodat: est enim pars externa, & quæ præ oculis habetur, elucet clarè omnibus, & patet eiusmodi cæcitas, cum dignitatis causa, scientiæ Dei honor, proximorum bonum, resplendere oporteret, ut enim ait Concil. Rom. sub Hilari. PP. ann. 465. *Graviora facit vitia peccatorum, sublimitas dignitatum.* Relinquendi eiusmodi, & alij vocandi sunt socij, qui talem amplectantur laborem, & præstet sint iuare nostros. Ut enim ait Leo epist. 56. ad Iulianum, carpens Episcopum Constantinopolitanum, parum procurantem Ecclesiæ, & ouium sibi creditarum bonum: *Quia in Episcopo Constantinopolitano Catholicus vigor non est, nec multum, aut pro Sacramento salutis humane, aut pro sua est estimatione sollicitus.* Illud monet ista curare, loco illius negligentis pastoris: verè enim tales ablegandi essent ad munere Sacerdotum, & mundo concedendi, cum istius incumbant curis, & illius omnino ignorent officium: quare Hormisda epist. ad Archimam Syriæ, scribens, ait: *Qui mundani sum, Ecclesiam tenere non possunt, quia eis magis conuenit discurrere, quam docere.*

Nec malum onanium maius est parum adiuuenti afferre laborantibus Sociis, in propria, & eis commissa prouincia; sed fugiunt Patrum consortium, Conciones, Catechismi institutam doctrinam discere recusantes, & elato spiritu se maiora scire iactantes: sæpè enim, Deo disponente, eiusmodi instituantur Missiones, non solum pro bono ouium; sed etiam, & maximè pro Sacerdotum salute, & illustratione, ut officium commissum probè exercent, & quæ ignorant, discant, quomodo deinceps rudes instruere oporteat, cognoscant. Cum enim Dominus veller se accingere ad resuscitandum Lazarum, concursus ad discipulos ait: *Gaudeo propter vos, &c.* Quid enim intereret illis, quod hoc opus arduum perficeret? Multum quidem: nam vnà cum Lazaro resuscitandi erant, ille corporaliter, ipsi in fide. Petrus Chrysol. Serm. 63. *Necessè ergo erat, ut & mors Lazari, cum Lazaro, & Discipulorum fides, consergeret cum sepulcro.* Ad hoc tendit Missionum opus, vt na resurgant mortui, peccatores, & pastores extranei facti, ab ipsis commisso munere, ut probè confiteantur peccata, ne

Isaiæ 2. Rupert.

Conc. Rom.

Leo.

Hormisda.

Joan. 11.

Chrysol.

scateant scandalis, ne sacrilegiis onerati, in perditionem ruant: verum illi timent Patres, & recundantur ante eos comparere; idè latebras querunt, & alios indoctiores, & in eadem face iacentes, vocant, non ut eos curent, sed ut sacrilegia sacrilegiis addant. Quid timent homines, qui nullo alio desiderio arctantur, nisi miseros inueniendi, ut eos à tali reuocent statu? Cùm Dioscorus Hæreticus recufaret coram comparere in Concilio Chalcedonensi, Ioannes Germanicus Episcopus ait ad eum: *Sacerdosum delicta communis est turpitudine.* Ac si vellet, non solum peccatè pudescere; sed etiam eiusdem chori homines proprium reputantes, alterius delictum: vnde non eos timere, sed ad eos confugere oporteret, & sicut duo fratres, patris Noè cooperuerunt ignominiam; ita isti faciunt.

Quare oportet hos homines magna cum beneuolentia tractare, ne à Nostris discedant, timentes grauitè ab eis obiurgandos, ac malè tractandos: Cur Paulus Ephes. 4. 2. & sæpè alibi, vincit, non Domini, sed in Domino vocatur, *Ego vincit in Domino?* Verè non solus vinciebatur, sed cum Domino, vincula charitatis, utrunque colligantia sustinebat, ut desiderium alios simul colligandi ostenderet. Hieronym. ibidem ex Clemente refert ad Corinthios dixisse, *Vinculum charitatis Dei quis poterit enarrare?* Quale illud, quo ligati fuerant Ionathas, & Dauid, 1. Reg. 18. *Colligata est anima Ionathas cum anima Dauid.* Ut his humilitudinibus haud difficile sit, homines dissitos moribus, eiusmodi colligare vinculis, amoris, beneuolentiæ, & benignitatis. Idè probè Alexander, cum Dux fortissimus esset, & omnia proffigare vi, & armis cuperet, his vinculis vsus est, ad Indos subiiciendos, & imperio suo domandos. *Facilius beneuolentia, quam vi, rerum imperium comparare rarus, præsertim cum procul abesse,* inquit in eius vita Plutarchus. Quod optimè docuit Dauid Psalm. 106. ut habet Hieronym. *Post te sequentur vincit ferro manibus.* Quare ait idem? *Qui enim Christum diligunt, sequuntur cum charitatis vinculis colligati.* His nexibus capiendi sunt, ut iuuentur, & industria nostra lucrantur. Eutropius de Constantino lib. 10. refert: *Fortuna in bello prospera fuit: verum ita, ut non superaret industriam.* Hæc necessaria ad hos superandum, qui magnam, si vincantur, possunt utilitatem afferre. Strenuus Dux Alexander Principes, & Duces beneuolentia vinciri cupiens, haud difficile credidit, reliquum vulgus ad suas trahere partes: ait enim: *Reliqua ductu facilis turba consequitur.* Ita planè, si eiusmodi primi, & duces vincantur, totum populum post se habebunt, & magno cum fructu, quò voluerint, ducent. Ad hoc industrij esse oportet, & plus certare cum prudentia, quam cum armis. De Iacob Richardus 1. part. de contemplatione, cap. 2. quem luctatorem vocat, ait: *Alia superat fortunam, alia supplantat discretionem.* Sic enim fratrem superauit, & ad amicitiam redegit. Nec desperent ita futurum: imò quantum certè credant in suo sensu perseveraturos, hoc conficiant opus, ut saltem aliis exemplo sint, his armis certandi viam eis aperiendo. Medicus strenuus non solum medetur, quibus credit sanitatem consecuturos; sed etiam desperatis, ut ista, etsi non euentum fortitura sint,

Genes. 9.

Ephes. 4. 2.

Hieron.

1. Reg. 18.

Plutarch.

Psalm. 106.

Hieron.

Eutroy.

Richard.

Gen. 27.

in eis medicamina, aliis applicentur. Hoc expressit Theodoretus in factu Moysis, qui Aegyptios curare multis remediis appolitis praecebat, cum tamen in peius quotidie irent. Ita q. 12. in Exod. *Non tam ut male affectis succurrant; sciunt enim illorum morbum esse incurabilem; quam ut doceant discipulos rationem medendi.*

Theodoret.

Iste 5.  
Exod. 7.

Idem.

Marc. 3.  
Beda.Idem in  
Marc. c. 22.

Nec desunt ex secularibus, qui se abscondant, & cum scandalis remedia non praesent ad haec mentendum, haud cum minori scandalo fugiunt a Concionibus, a Patrum communicatione: volunt enim hac arte peccata intacta seruire, & telam inceptam impudice viuendi in longum protrahere tempus. Isti sunt ex genere Magorum, qui ad malum magna fruuntur potestate; ad bonum omni iacent destituti auxilio; potentes suscitare ebrietatem, non tamen eam sedare; scandalis parant occasionem, ista auferre nesciunt: illi enim fingeant monstra, aquas in sanguinem demutabant, ut malis inflictiis in poenam a Deo missis, maiora addendo populum grauarent: at nullum suis bonum afferre poterant. Theodoret. q. 18. in Exod. *Concessit Deus incantatoribus, ut hac facere possent, ut Aegyptios castigarent; non tamen dedit illis, ut vitionem sedarent.* Nullam ex eiusmodi vicinis capiunt vtilitatem ibi degentes; sed damna, & scandala non vitantes: ideò Patres fugiunt, cum eos oporteret iuuare, & omnes exemplo, & verbo ad audientium Dei verbum prouocare.

Alia laborant infirmitate: iactant statum veterem malorum minimè breui mutandum. Quis credet (inquunt) homines iuramentis assuetos, concubinarios, deprauatis moribus vexatos, tam cito sanitatem recepturos: Hoc Quadragesimæ tempus exposcit: tunc longa curatione eiusmodi vitia remedium accipient: similes illis de Christi potestate desperantibus, ipsum irridentibus, quòd ad suscitandum puellam venisset, & Marci 3. dicebant: *Quid ultra vexas Magistrum? vbi Beda explicans, qui hos imitentur, ait: Per hos hodie dicitur, qui a Deo deservitum Synagoga statum vident, & restaurari posse non credunt.* Idipsum isti autumant, & similia iactant verba, non credentes, posse praedictos mores ad sanitatem reuocari; sed credo potius, Deum hos excludere ab aliorum hominum confortio, ut indurati persistant, & in suo abundent sensu, & moriantur in peccato: cum enim accessisset Christus Dominus ad hoc resurrectionis miraculum patrandum, exclusit, forsque misit irrisores & diffidentes de Domini potestate. Quare? Idem Beda: *Quia verbum resuscitantis irridere, quam credere malebant, merito foras excluduntur, ut ipse indigni, qui potentiam resuscitantis, ac resurgentis mysterium viderent.* Sic enim eiusmodi contemptores diuinæ potestatis absunt a Concionibus, & concursu reliqui populi; ne curentur, & in peccato veteri indurati durent, & concubinitas protendantur ad mortem usque perueniens.

Aliam huius fugæ causam reddunt isti. Ad eò timent pungentia verba, ut singula ipsos ferire arbitrentur, & ab omnibus ira credi mira inimici astutia, ad homines continendos in pristina seruitute, non timent ea, quæ norantur audaciter persequi, & totis conatibus exercere:

& tamen verbum Dei timent, quo credunt confundi, verendum, & ab omnibus audientibus in faciem eadè. Magi Aegyptij maxima monstra confingere potentes, scyniphes nunquam valuerunt educere in lucem. Cur ista maiora facientes, minora non valent formare? Si placet, attende scyniphum audaciam: nec parcent eis, a quibus facti fuerant, aduersus eos praelium indicunt, eos ausu magno perunt, & lancea sua vulnerant. Ita his hominibus accidit, qui monstra vitiorum ferre possunt, scandala non timent: at Dei verbum ferre non valent, quo istud scyniphum more aduersus eos insurgit, mores arguit, vitia condemnant, penas minatur; & quòd manifestum erat ad scandalum, manifestant ad deformitatem omnibus propalandam, ac damnandam. Origenes homil. 4. in Exod. ait: *Hoc animal pennis suspenditur per aëra volitans; sed ita subtile, & minimum, ut oculi visum, nisi acutè cernentes fugiat; corpus tamen, cum insederit, acerbissime cerebrat stimulo: ut quòd volans videre quis non valet, sentiat stimulum.* Quæ dictis conueniunt. Vnde Rabbanus in dictum locum concludit: *Præceptum tene, plagam caue.* Nam ex præceptorum transgressione nascitur hæc conscientia percussio: est enim Concionator similis Moysi, cui dicitur: *Extende virgam.* Exod. 8. qua decem immisit plagas. Vbi

Exod. 8.

Glossa: *Moyses virga castigans Aegyptum, legera significat, quæ mundum decem plagis mandatorum corrigit.* Quali veller, eos solos virga prædicationis percutere, qui decem præcepta transgressi fuerint. Quid aliud isti, nisi Magorum prædicatorum imitatores videri contendunt, plagis percussi fuerunt, qui mira faciebant, & non audebant coram Pharaone comparere? Exod. 9. Theodoret. q. 12. in Exodum sic habet: *Pudebat enim eos vlceribus affligi, & sibi ipsis non posse succurrere.* Quare isti a Concionibus recedunt: Pudent ab omnibus vlceribus plenos videri, & nolunt sibi succurrere per penitentiam, & vitæ mutationem; ideò se negant, & eos quibuscum commercium in mortem habent, ab Ecclesia exterminant: nolunt enim ab omnibus notari, a Prædicatoribus percuti, in faciem argui, vitam frædam præ omnium oculis statuere: speculum odio habent, vbi deformis facies apparet, & qualis sit, representatur. Ergo qua via possunt, horum hominum salutem sollicitent, nec grauent eos metu obiurgationis: lenia enim medicamina legenda sunt, ut paulatim ad sanitatem reuocentur. Vnde Rupertus 1. in Exod. cap. 36. ait: *De simili confusione certi sunt, quicumque resistunt veritati.* Melius enim illis erit proicere a se causam huius timoris, peccata, videlicet, & Patres accersere, iuuare, ut etiam aliis profint, & simili modo curentur.

Rabban.

Theodor.

Rupert.

## CAPVT XI.

Extraneum indicant tempus pro Missionibus designatum.

Quauis suprà primo libro, capite 11. aliqua recensuerimus circa hoc impedimentum Missionum, quod nostris ministeriis officere solet; addenda sunt, quæ facilem viam reddant,

reddant, tam Nostris, ne eiusmodi ardentur obiectionibus, quam Magnatibus, ex vtraque forte hominibus, qui istis solent difficiles rationibus reddere Missiones; ægrè ferentibus violentiam illatam populis, cum eos insuerè vocemus ad Conciones, Confessiones, & alia his similia ministeria: tum etiam ipsis priuatis vicinis, eum haud iuxta communem usum sit tunc temporis vacare a laboribus, quibus intenti sunt, & spiritualibus interesse. Aiunt enim, quadragesimale tempus ad Conciones, & Confessiones institutum, vel cum ob hyemis rigorem, a labore, & cultura agrorum cessatur: cætera verò tempora ad hæc vocare, ac cogere. Item, alienum esse ab omnibus, tunc negotia spiritualia tractare, præcipue cum detrimento sint temporalibus curis, quibus incumbunt.

Sed, ut hæc minimè præualeant obstacula, nec desint, qui patrocinentur Missiones, & Missionum spiritus vires resumant, aduertendum est primo, hæc comminici potius, quam verum tenere, ac explicare impedimentum, cum homines in peccatis quiescentes timeat excitatorem audire, & soleant sua occultare vulnera, ne lucem videant, & curationem accipiant, (qui enim plus his grauantur oneribus, maiora accumulunt in fauorem vitiorum argumenta:) tempus culpant, & non aduentasse opportunum prædicant: cum tamen hoc potius sit mentiri Deo velle, ne eos cogat reddere, quam ei debent, resipiscantiam; & a tramite vitiorum cessare, ut telam inceptam præscindant. Nec solum pugnam instituere debent operarij aduersus vitia ipsa; sed etiam prius aduersus eiusmodi fucos; & folia ferire oportet, quæ celant hanc peccatorum protelationem. Cum Dominus ad passionem pergeret (ut habetur Marci 11.) videns ficulneam, grossos in ea requisit; quos cum non inueniret, maledictione eam impertit, & statim emarcuit, a refectaque est: tunc folia vitorem suum, & extensionem amiserant, & ad breue redacta spatium, iam amplius operimenti munus obire nequibant. Quid possit eiusmodi arbor in sui fauorem machinari? Quod isti falsò componunt: esse vtique tempus ingratum ad referendum fructus: erat enim hyems. Sic ait facer Euangelista suprà: *Non enim erat tempus sicorum.* Quid tamen habebat, vnde requiri posset in ea aliquid comedendum? *Cum vidisset a longè ficulneam habentem folia.* Quæ suo apte ingenio fructus custodiunt, & vt feruentur, ad maturitatèque deueniant, fertiunt: at iratus Deus folia arefecit; aduersus hæc maledictionis fulmen descendit; vt apertè monstraret, carere eo, ad quod fouendum facta fuerunt, nec alio tempore grossos reddituram, quanuis congruum succederet: ideò addit: *Iam non amplius ex te quisquam fructum madducet.* Quasi velit dicere: Ne temporis excusationem prætexere cures, ostensione foliorum temporis nunciantium incongruitatem: nam etiam opportunitum adesset, vacua fructibus semper inuenieris. Saltem tamen ablato rechnerum velamine, manifestum omnibus erit, pro omni tempore instructuosam esse: ideò percutit folia, vt omnibus ignominia sterilitatis pateat. Hoc ponderans Cyrillus Ierosolymitanus catech. 13. ait: *Veni sciens, quæ sunt non ignorans, quòd non esset inueniturus; sed signum maledictionis v-*

Cyrill. Ieros.

que ad folia tantum faciens. Cum enim dediti suis feruilibus peccatorum operibus, more Demonum tempus incongruum appellent, ad aliud opportunius confugiant; nec istud proficuum erit, sed eodem vitæ tenore peccatorum suorum persecutores inuenientur. Folia ista, quasi larvæ, quibus fingunt, quæ latent, perseverantiæ peccata destrueda sunt: vt omnibus pateat, non iuste tam de importuno conqueri tempore, quam vt fugiant penitentiam, ista confingere: cum ad deponenda peccata, si verè adfint, & infructuosam inueniatur bonorum operum anima, nullum tempus credendum est importunum, nullum haud congruum reputandum: illud enim Gregorij homil. 13. in Evangel. his congruit: *Aperire Indici pulsanti non vult, qui videre eum, quem contempisse se meminit, formidat.* Vt hoc apertius confirmetur, recolamus illud Ionæ cap. 1. qui fugitius factus, cum mare vorricibus suis nauim, qua vehabatur, feriret, ac quassare prænderet, vt eam in profundum demereret; ipse etiam tunc fugitiui formam tenens, quando cæteri cælum precibus, & clamoribus impetebant, ad somnum cõfugit, ne videat feros vndarum motus, audiat sali inconditos sonos, & prætereuntium, ac nauarum clamores. Ecce, si penitentiam amaret, opportunum tempus; cum etiam Deum verum non agnoscentes, ipsum Numen, quod colunt, intendunt votis, sacrificiis, & gemitibus placare: ille Deum verum agnosceus, latebras peccatorum querit. Audi formam in sacra lectione expressam, peccatoris fugientis remedia salutis: *Dominus autem misit ventum magnum in mare, & nauis periclitabatur conteri; & timuerunt nauis, & clamauerunt viri ad Deum suum, & miserunt vasa, quæ erant in nauis, in mare, vt aleniretur ab eis.* & statim: *Et Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui.* Quibus aliis verbis clariùs ostendi possit tempus opportunum, importunum, & incongruum esse, sua volentibus retinere peccata: Vnde Remigius causam requirens huius quæsi industria fomni, ait: *Descendit latebras querens.* Hi similiter querunt, incongruum tempus ad penitentiam affirmantes: nam iidem alio aduentante tempore, vbi omnia ad penitentiam vocant, tam ex parte Dei, quam opportunitatis, & aliorum ad eam confugientium, ipsi latebras querunt, & somnum studio sollicitant, ne tot testimoniis vrgentibus ad exomologesim prouocentur. Sed Hieronymus hos notat homines, & eorum euiscerat larvas, aens: *Gravis somnus Propheta significat hominem torpentem sopore erroris, cui non sufficit fugere a facie Domini; sed insuper quadam vecordia obrutus, spernit Dei iram, & securus dormit.* Habeant hæc ad manum operarij Missionum, vt respondere possint talia comminiscensibus obstacula; ne hiant, quæ noua creduntur, & immaturè afferri.

Gregor.

Ionæ 1.

Remig.

Hieroni.

Secundò, agnosceda, & aperienda alia huius excusationis radix, quæ nascitur ex eo, quòd ignorent homines statum suum, & ad certum tempus remedium cogant: cum tamen nullum sit haud clamans, & exposcens vitæ mutationem. Quam misera facies Reipublicæ, quæ tempore metitur operas suas, quemadmodum de agrorum cultura certa designantur: cum anima ab omni sit libera; & semper exigat ap-



ponere mortali aegritudini, quam patitur, remedium. Solent enim Medici quaedam seruare tempora, quae critica vocant, in quibus a remediis abstinent: at tanta (non raro) necessitate premuntur, propter humorum vim intendentium aegri destructionem, quod remedia adhibent, existimantes fortius virgere violentiam malignae qualitatis, quam temporum iudicium. Si haec ita premuntur pro salute corporis, quantum magis virgere oporteret animae desperata salus, cum haec temporum periclitetur dilatio? Quare vel ad contemptum hanc comparandi, vel ad omnimodam ignorationem praesentis status, haec dilatio referenda est. Bene Bernardus de Cain viis ad Clericos, cap. 4. *Non sui recordantur: quid vero mirum, si propriam minime sentiant animae lesionem, quae suis obliuiscunt, & penitus absens sibi, in longinquam profecta est regionem?* Alludit ad prodigi obliuionem Lucae 15. qui tunc de penitentia cogitauit, cum in se reuersus, proprium recognouit statum. Vnde eiusmodi temporum induciae ad omnimodam sui ignorationem referenda sunt. Inter reliqua aegri signa, conualescendi de infirmitate, vnum, nec contemnendum est, suum agnoscere statum. Psal. 67. habemus, quae parauerit Deus remedia suis, velut pharmacopolarum officinae, ea solent diuersa seruare: at, si homines aegri periculum proprium ignorent, illa otiosa manent, & nulli praestant remedium infirmitati: ait enim: *Plurimam voluntariam segregauit Deus hereditati suae, & infirmata est.* Quid hoc appositum tot praestitis remediis significet, expressit Bernardus supra cap. 10. existimans, optimum adipiscenda salutis signum esse, agnoscere propriam infirmitatem, & ad Medicum clamare, remediaque exposcere. *Vtilis prorsus infirmitas, quae Medici manum requirit, & salubriter a se desinit, quam perficit Deus.* Si enim homines isti agnoscerent propriam salutis consequenda indigentiam, & quantum intersit eis Medicorum, & remediorum proximitas, gratissimè eos susciperent, & gratias pro tanto illis collato beneficio impensè redderent. Deus autem, qui ista in pretio habet, ad eò temporis determinata mensura abstinet, vt ipse faciat tempus laborandi, destinatum ad somnum, & corporis quietem: hoc cernere licet in illa Iosue memoranda victoria, qui quidem, cum deesset Solis praesentia vergentis in occasum, clamauit exposcens immotum manere, & tenebras noctis in diem vertere, vt opera incepta operibus futuris intersecans cessaret quies, introuitens labores, vt manus cum hostibus, armaque confereret. Quod notauit Ambrosius 2. Offic. c. 20. de Deo loquens: *Quasi eius spectator victoria, noctem disseret, diem produceret.* Nonne haec concessa hominibus ad laborandū? Vt ergo labor non cesseret, nox retardetur, & praestoletur diei amplius lucis, vt aduersus Dei inimicos pugnetur, & victoria perfecte assequatur. Ita planè cum eius Ministri decerent aduersus vitia, vt victoria potiantur, designato tempore tempus denuò addit, & consuetio inflectum connectit, ne vacent manus, ne aliqui irati aduersus eum relinquuntur, & in peccatis adhuc persistant. Qui enim non rectè metitur tempus, sed in integro anno particulam tenuem Deo seruat, reliquum

A vitii, & mercaturis donat, similis inuenitur Caino, qui non Deo acceptum obtulit sacrificium. Rationem optimè reddit Prosper de promission. & praediction. cap. 6. rogans, cur Deus huius oblationem haud acceptam habuit, ait: *Non rectè diuisa terra particula re-pudiatur.* Similiter non acceptam fert strictam temporis partitionem, cum ei concedant minimam; mundo verò reliquum anni curriculum. Liberanda est Dei causa ab hac censura, & fortitione, vt dicamus: *Fumes ceciderunt mihi in praeclearis: etenim hereditas mea praecleara est mihi.* Laxentur, sicut retia ad piscium capturam, temporis spatia ad plurimos reuocandum ad Christum. Si enim piscator recte angustum mitteret, paucos caperet pisciculos: at laxato reti, & occupanti magna spacia, plurimos in suo lato sinu continet: ita si spatia laxarentur temporum, o quanti in mari huius mundi liberè demersi incedentes ad Christi venient manus, qui ignorantes miserum viuendi statum, occasionis ipsis oblata iacturam faciunt!

Terriò, addendum est, (quod magnoperè valet ad facilem, & tractabilem hanc viam efficiendam,) Deum de industria deligere tempora insueta, vt eis, quae desiderat, accomodat: ipse enim misericordissimè plura inopinata disponit: quid mirum, si huic intento operi congruat temporis inopinati electio? Quid inopinatus, quam salutem parare obliuio peccatori? Rogat Irenaeus aduersus haeres. cur de Virgine natus fuerit Christus Dominus: & responsum tale praebet. Quis crederet, Virginem sine integritatis detrimento parituram? Similiter quis arbitraretur Deum peccatorem sibi inimicum reconciliaturum? Cum ergo hoc inopinatum sit, significari oportuit inopinata conceptione, & partu: ait ergo: *Quoniam inopinata salus hominibus fieri incipiebat, Deo adiuvante inopinatus partus ex Virgine efficitur.* Nec miretur homo, si istis gradibus ad ordinem redigatur: qui enim turbauit ordinem à Deo praestitum, vt ad salutem reuocetur, opus est per deum duci, & inusitata experiri. Quod optimè expressit Damascenus 3. de fide, cap. 14. ex eo enim, quod homo deordinauit naturam peccando, à Deo reduci ad naturalem statum debuit per ea, quae exorbitant à natura: *At Dominus ex eo, quod praeter naturam est, ad id, quod natura consentaneum est, nos velut postliminio reuocauit.* Si enim omnia starent, quomodo ab auctore concinnata sunt, diceret quidem: *Omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa.* At ille nullum seruat ordinem, vniuersa deturbat, nec temporis rationem tenet; quid mirum, si incongruum suo iudicio à Deo assumatur, vt ipsum ad sanitatem reuocet? In illa Ionae tempestate, quid nouum accidit, vt causa tanto requireretur studio? Repente omnia tranquilla turbata sunt, venti, mare, nauarum sollicitudo: cum tamen aliae naues simul nauigantes, haec non sentirent mala. Vt enim ait Theophylactus in Ionam: *In hanc unam tempestatem maris incumberebat.* Cum ergo viderent, solam illam concuti à ventis, & periculum demersionis ei minari; causam oportuit inquirere, fortes mittere, vt huius singularis

Bernard.

Luca 15.

Psal. 67.

Bernard.

Iosue 10. 12.

Genes. 3.

Prospet.

Psal. 15. 6.

Iren.

Eccles. 3. 7.

Theophyl.

Hieron.

Idem.

Matth. 27.

gularis ira Dei teneret rationem: *Venite, (aiunt homines,) mittamus fortes, & sciamus, quare hoc malum sit nobis.* Rationem reddit Hieronymus in Ionam: *Sapè experti naturam ventorum, & tempestatum, vident non ex solis causis fluctus consurgere: quod si esset, non per rem incertam, certum periculum vitare cuperent.* Quisque secum ista cogitare expedit; quae intersit causa, vt nunc ad nos aduentent Patres isti? & cum reliqui vici pacificè degunt, nos concurrit haec tempestat? Vt conscientiarum examinatione causam cognoscamus, quare Deus non iratus; sed misericors eiusmodi inopinata mittat auxilia: vt à torpore excitemur, & vitia è medio tollamus: ita pacata, ac tranquilla omnia reddentur. Dicuntur priuilegia, lex priuata, quae non omnibus conceditur, sed quibusdam: nec ea in vniuersum bonum lata sit; sed pro aliquo singulari. Soporem misit Dominus in Pharaonem, in Nabuchodonosorem, & in somno mysteria futura eis aperuit. Num istud omnibus contigit somniantibus? Et credenda sunt, quae eis reuelata fuerunt in profundo soporis? Minime: quia illud fuit priuilegium concessum illis hominibus, non lex omnibus somniantibus communis. Ita Hieronymus cap. 1. in Ionam: *Non tamen vbiq; somnis est credendum: quia priuilegia singulorum non possunt legem facere communem.* Quis Deum damnabit, si ei immittat somnum, quo eius exagitet conscientiam, turbet animum, & inde ad peccatorum remedium requirendum accedat. Et quia hoc minimè commune omnibus somniantibus, sibi allatum respicit remedium? Minime gentium: sed gratissimo animo pro sibi immisso somno, ex quo tot bona parta sunt, gratias largitori reddet. Ita euenit hominibus insueta experientibus: nec ideò respuenda; quia tunc temporis talia aliis haud conferantur: cum tamen hac via eis ianua salutis aperiat.

Hinc potius conuicere licet, quantoperè à Deo amemur, cum praeter communia, & vitata media non cesseret singularia providere, vt in amorem eius accendamus. Qui enim ex communibus, & assuetis mediis à nobis adscitis, ad ipsum prouocandum ad vindictam, cum in eis rebus deliciarì intendamus, transgressores legis diuinae facti, nostram procurat salutem: quid existimandum est desiderare, cum in eis rebus deliciarì intendamus, transgressores legis diuinae facti, nostram procurat salutem: quid existimandum est desiderare, cum in obliuionis profundo demersi eramus, & tales excitatores ad nos adduxit? Alè dormiebat Petrus, nec recordabatur Dominici verbi aduersus caput eius tæuentis: *Priusquam gallus cantet, ter me negabis.* At, cum iste iuxta morem suum, non quidem vt Petrum excitaret à culpa, canere coepit: *Recordatus est Petrus verbi Domini, & egressus foras fleuit amare.* Ecce quod vulgare est omnibus huius generis auib; media nocte, & primo mane vocem clamorosam edere, signum factum est ad excitandum sopitum somno obliuionis discipulum, vt à peccato abstineret, & penitentiae remedium quaereret. Quod optimè congruit monitoribus ex suggestu loquentibus: per eorum enim clamores excitantur dormientes, & salutis obliuiosi. In hac aue Praedicatoris munus recognouit Chrysostomus orat. de Petri nega-

A tione, vbi ait: *Ille inuitus Petri accusator, praenitus sententiae Dominicae praeco, ac patronus; negationis proclamator, praenotionis index, ac penitentiae lacrymarum admonitor.* Illae enim assuetus vocem edere, portendit peccatorum minas: vt non ignores Dei prouidentiae esse, ex his vilibus rebus, & aliis praedictis euentibus nostram intendere, ac inuestigare salutem. Nec contentus his, velut naturalibus mediis, etiam, (vt dicebam,) quae nos paramus ad luxum, ipse disponit ad dolorem peccatorum excitandum. Quis crederet, inter ludendum, deliciis fruendum, verba inordinata proferendo saepe saepius inuenire vanarum rerum notitiam, status nostri sensum, periculi irruentis metum? Consultare Balaam intendens Deos suos, circulos per artem diabolicam componens, vocibus vtens animalium, vt quae desiderabat, fingeret sibi talibus nutibus dici. Deus per haec cum loquutus, quae male parta fuerant, reprehendit, & ad veri notitiam manu duxit. Quod exponens Nicænus de vita Moysis ait: *Ascendens ad hoc vanitatis, seductos à Daemonibus deuenire, vt modum vocis brutorum obseruarent, ac inde significantis doctrinam vocis accipere arbitrentur.* Vnde hac luce percussus: Vnde in notitiam veri deuenit? Num ex diuini verbi contemplatione? ex magisterio caelesti? Minime: Sed ex ipsis Daemonis signis: quod vterius exponens ait idem Nicænus: *Vis enim Daemonum, quae angurem sequebatur, inuisum esse populum Dei, Vatem ipsum edocuit.* Ita Deus propriis rebus capit peccatores: & sicut ait propheta: *Alligasti nos in manus peccatorum nostrorum.* Ita in his ipsis rebus, quas requirunt ad luxum, ad Deum descendum, & plus vitia insequendum, lucem veritatis parauit diuina misericordia, semper dissipans, consilia prauorum, vt sua firmet. Aptissimè hinc conici potest, quantum Deo cordi sit salus hominum, & ad eam ordinare eiusmodi propria remedia, qui tam à longè petita inusitato modo, ad eandem salutem consequendam disponit.

D Nec ista minus seruiunt operariis, qui in his exercendis ministeriis opus habent firmare fiduciam in Deum, ne vacillet, si sensum sequatur hominum, ista despicientium, ac importuna iudicantium remedia, quae haud difficilè etiam ipsos missos tangit cogitatio, existimantes parum, aut nihil laboribus suis profuturos. Ionae exemplo id probemus, qui Niniuen aggre-di timebat, quod vitii dedita esset, & gens ab omni Dei notitia, ac timore alienata. Vt enim hunc timorem propelleret, vno verbo nauatas, & nauigantes conuertit, & affluctos homines Daemonum cultui, ad Dei venerationem, ac timorem induxit. Dixit: *Deum celi timeo.* Quo audito verbo timuerunt viri timore magno. Ad quid ista? Glossa ibi: *Instruitur etiam per salutem, & conuersionem nauarum magnam Niniuens multitudinem simili confessione posse saluari.* Sic solent nostri respirare, & spem firmare, videntes vnum, vel alterum paruo temporis spatio, vnoque verbo conuerti: vnde conuicti non esse Deo difficile in paucis plurimos saluare, & incongruo tempore supra spem operari. Solet enim Deus, vbi res desperata cernuntur, plures colligere fructus, quam vbi omnia ad messem aptata videntur. Parata fercula, praec paucis inuitatis, non profuerunt; & incognitis, pluribusque eadem

Nicæni.

Isaia 64. 6.

Tona 2.

Glossa.

eadem concessa: ne nostram sequamur sententiam, ex rerum dispositione, aut caristia iuuantium, quæ intendemus, iudicantes: forte hac via plures ad Dominum accedent, quàm si omnia ritè disposita fuissent: vt videre est in dicto exemplo, vbi Ionas fugiens profectum Niniuitarum, cum omnia à Deo parata essent, incognitos mores ad timorem Dei conuertit, & vt hostias ei darent, induxit. Ait textus: *Immolauerunt hostias Domino, & voverunt vota.* Theophylactus: *Fugit Ionas, vt ne seruentur Ninivite: & ecce seruantur nautici, & exuberantius bonum perficitur.* Ad hæc attendant missi à Domino: sapè enim, vbi minùs proficui futuri esse arbitrantur, ibi parat Deus exuberantiæ fructus, vt Deo fiant, & nullam timeant importunitatem temporis, & populorum resistentium, sua humano more componentium negotia. Si enim quæ ipsi arbitrantur, non succedunt; alia incognita, & omnino inopinata lucratos sperent. Petro in oratione feruentissimè salutem Iudæorum exoptanti, famelico fercula inuisitata Deus apponit, quæ ipsi comedere horrore erat, & nauseam patiebatur abominans talia prandere. Quid ista innuunt, audiamus ex Hieronymo epistola 4. ad Rusticum de forma viuendi: *Qui esuriens in Iudæis, Cornelijs saturatur fide.* Hoc pacto Nostros Deus docet, certos debere esse de salute animarum adipiscenda; sed non semper operata succedere: cum potius desiderata negentur, & alia inopinata ad cibum, & famis satietatem parentur.

Nec abs re erit ista, difficultates comminiscuntibus dicere, & exemplis confirmare, vt eos exarment, ne aduersentur Missioni; sed potius adiuuent, & quæ latent in ea, bona dignoscant: semper enim veritas conatus suos parit, & victoriam assequitur, aduersus mundialium ornata consilia: nec enim fortius suas exerit vires,

quàm cum repugnatur. Cur Dominus à Luca signum, cui contradicetur, appellatus est: Ea planè causa, vt quanta eius virtus sit, pateat, ipsa aucta contradictione. Chrysostomus de occurso Christi sic habet: *Pater autem hoc signum contradictioni, vt vincat veritas: nam citra concertationem, victoria suis numeris absoluta non contingit.* Et veritati repugnare sciant, si Dei obsint causæ, & officiât proximorum bono. Moyses enim, qui legis formam tenebat, adsciscit socios, vt Dei causam adiuuent, aiens: *Si quis est Domini, iungatur mecum.* Vt credant eius partes haud sequentes, legi, & veritati obistere, cum scriptum sit: *Qui non est mecum, contra me est.* Nicanus de vita Moysis: *Qua voce lex ipsa omnibus edicere videtur: Si quis Deum amare vult, legem amet: nam, qui legis amicus est, cerè Dei quoque amicus est.* Et qui nostris fauet ministeriis, Dei causam iuuare credat; aduersari tamen, si difficultatibus onerent agenda. Quò enim plura sunt peccata, plures etiam adsciscendi sunt coadiutores. Quid sibi vult vnum Ioannem designatum in primo Christi aduentu; in secundo verò duo parati duces mundo armati succurrunt, Elias, videlicet, & Enoch? In promptu est ratio: quòd tunc temporis plura vigeant peccata, ad quæ extirpanda numerus augetur Ministrorum. Hippolytus de mundi confirmatione sic habet: *Humanitatem expecta Domini, vt vel extremis temporibus mortalium curam gerat, ac misereatur.* Cum ergo maiora augentur difficultatum agmina, eò plures quærendæ sunt auxiliares copię, hortandi viri graues, honesti, ac zelo animarum ardentes Sacerdotes, vt qui sint pars, & fors Domino electa: ob id enim eos accersit Moyses, vt vindicaret Dei offensam; ita isti vocentur, & omnia enodentur difficultatum argumenta, quo, Deo propitio, ipsius causa feliciter currat.

Ion. 2.


Theophyl.

Act. 10.

Hieron.



INDEX



INDEX RERVM  
PRÆCIPVARVM,  
QVÆ IN HOC LIBRO  
CONTINENTVR.

Prior numerus paginam, secundus columnam, littera locum  
columnæ designat.

A

Absentia.



SENTIA herarum, domus custodia, & modestia domesticarum periclitatur. pag. 51. col. 1. e

Absolutionis beneficium non impendendum in peccatores in peccatis persistentes. 88. 2. c, & seqq.

Acedia.

Acedia quando peccatum mortale fit. 101. 2. a

Actus.

Actus omnis veneris sexto Decalogi præcepto prohibetur. 229. 2. b, & seqq.

Adolescentia.

Adolescentiæ nomine aliquando in Scriptura, non cuiusvis ætas exprimitur; sed fors à parentibus accepta. 6. 2. d

Adolescentibus Missionum occupatio deneganda est, & cur. 21. 2. a, b, c

Aduentus.

Aduentus, & Quadragesimæ tempora sunt aptiora ad excursions faciendas. 26. 2. e

Aduentus Christi duo notantur. 180. 2. b, & seqq.

Adulator.

Adulatores qui, & quàm graue nocumentum afferant. 353. 1. a, b

Adulterium.

ex Adulterio mala pullulantia enumerantur. 240. 1. c, & seqq.

Adulterium an in viris, vel in feminis sit grauius peccatum. 240. 2. a, b, c

Ætas.

Ætatem supplet malitia. 21. 2. d

Æternitas.

Æternitas pœnarum quantum malum. 17. 1. c, & seqq.

Æterna duratio contemplanda. 176. 2. d, & seqq.

Amor.

Amor Dei in primo Decalogi præcepto præcipue iniungitur. 189. 2. c. Ab eo est ordiendum. ibid. d, e

Amoris nostri pondus in Deum, tanquam in centrum, propendere debet. 190. 1. c

cur Amandus Deus ex toto corde. ibid. 2. a, b

Amor in Deum comitem habet etiam in proximum dilectionem. 191. 1. e

Amor Dei ad fidem, & spem extenditur. 191. 2. c, & seqq.

Amare Deum est in præcepto, non quidem actu positiuo, sed obseruatione omnium præceptorum. 196. 2. b Vide, *Charitas.*

Amor primus non amat nisi honesta, pura, ornata pulchritudine. 236. 1. d

in Amore proximorum periculum latet. 246. 2. c, & seqq.

Amor, otiosorum occupatio. 325. 1. e

*Anchieta.* Vide, *Iosephus Anchieta.*

*Angelus Gabriel.* Vide, *Gabriel.*

Anima.

Animæ pinguedo, charitas. 311. 2. a

Animal.

Animalia Ezechielis, quæ ibant, & reuertebantur, quid significant. 30. 1. b

Aspectus.

Aspectus feminarum prohibentur. 229. 2. d, e

Auaritia.

Auaritia solum attendit cupiditatis leges seruare. 262. 2. d, & seqq. Vide, *Concupiscentia; Cupiditas. Diuitia.*

*Auila.* Vide, *Ioannes de Auila.*

B

Baptismus.

Baptismus, & Pœnitentia in quo differant, etiam cum adulti, & maximi peccatores



# Index Rerum

res illum suscipiunt. 80.2.d  
*Beatus.*  
 Beatos quomodo Ecclesia veneretur, & colat. 193.1.a  
 Vide, *Felicitas.*  
*Beneficium ecclesiasticum.*  
 Beneficij adipiscendi, & fruendi sine qui fit Ecclesie Minister, peccat mortaliter. 339.2.d,e  
*Beneficium.*  
 Beneficiorum plurium debitores peccatores, scit Deus plus onerare. 167.2.d  
 Beneficiorum à Deo collatorum cumulus Iudicio discernendus. 165.2.a, & seqq.  
*Bonus.*  
 Bonis quanta à Deo parata sit gloria. 178.1.d, & seqq.  
*Britanni.*  
 Britannorum conuersio quando, & quomodo contigerit. 7.2.a,b,c  
**C**  
*Calceatus.*  
 Calceatos cur discipulos Dominus aliquando iubet incedere, aliquando verò nudis pedibus. 192.2.d,e  
*Capillus.*  
 per Capillos cogitationes significantur. 136.2.a,b  
 Capillorum incompositio fœditatem pro ornata prabet. ibid.2.d  
*Carcer.*  
 Carceres, & Xenodochia visitare Missis iniungitur. 119.1.d, & seqq. Vbi quomodo iis in locis se gerere debeant.  
 Carcere clausorum quæ cura habenda Missis. 134.1.b,c  
*Caro.*  
 Carnis blanditiæ, & ornatus cur prohibeantur. 241.2.e  
 Carnis tentationes vitandæ. 318.2.d, & seqq.  
 Carnis vitio quomodo nox comparetur. 319.1.c,d,e,2.a,b. Vide, *Luxuria.*  
*Castitas.*  
 Castitas seruatur associata secura custodia. 232.2.b, & seqq.  
 Casta virgo cum fœminis degat castitatis amatricibus. ibid. e, 233.1.a,b  
 Castitatis puritas seruanda inter filias. 233.1.b  
 Castitatis filiarum custodia non est commendanda ancillis. ibid.d  
 aduersus Castitatem ornatus nimis bellum gerit. 233.2.d, & seqq.  
 Castitatis ornamenta Sacerdotibus congruunt. 318.1.b, & seqq. Vide, *Sacerdos.*  
*Charitas.*  
 Charitas omnium sit salutem, omnium delectatur bono; malo verò affligitur. 16.1.e  
 Charitas operit peccatum, ac defectus. 26.1.e  
 Charitatem erga pœnitentes exercere debet Confessarius, quod B. Francisci Xauerij exemplo demonstratur. 81.2.d,e  
 Charitatem cur primò omnium à nobis exproscat Deus. 190.2.c  
 Charitatis lex cur primùm, & maximum Mandatum dicitur. 191.2.b,c  
 Charitas, animæ pinguedo. 311.2.a Vide, *Amor.*  
*Chorea.*  
 Choreæ sunt exterminandæ. 129.2.a  
*Chorus.*  
 Chori pensum quomodo soluendum. 335.2.a, & seqq. Vide, *Officium diuinum.*  
*Christianus.*  
 Christianè vt viuendum. 130.2.e, & 131.1.a, & seqq.  
 Christiani vt Horis vespertinis assistere debent. 131.2.d,e  
 Christianus miles in sui defensionem assumere debet arma lucis: & quid per *arma lucis* intelligat D. Paulus. 303.2.c, & seqq.  
*Christus.*  
 Christus abtinebat à viis Gentium; sed visa Iudæorum duritie ad eorum se vertit laborem. 5.2.b,c,d  
 Christi duo aduentus notantur. 180.2.d, & seqq.  
 Christus Dominus quomodo in agno, aut lapide, aut leone, aut aquila adoretur. 193.2.e  
*Clericus.*  
 Clericum percutiens, vltra peccatum contra quintum præceptum Decalogi, excommunicationem incurrit. 98.2.d  
*Cogitatio.*  
 Cogitationes per capillos significantur. 136.2.a,b  
 Cogitationum cura adhibenda ad concupiscentiam sedandam. 260.1.b, & seqq.  
*Collegium.*  
 Collegia sunt deserenda pro bono extraneorum procurando. 349.1.b, & seqq.  
*Communio.*  
 ad Communionem nos obligat Ecclesia Paschatis tempore, vel prope Pascha, iuxta locorum consuetudinem. 100.2.b  
 Communio, quæ pro consecutione Iubilei instituitur, ac iniungi debet, quanta deuotione faciendâ. 108.2.c  
 ad Communionem accedendum Missa audita. 115.1.b, & seqq.  
 post Communionem gratiarum actio habenda. ibid.2.b,c, & seqq.  
 Communionis generalis Iubileum secum debent ferre Missi. 135.1.b,c  
 Communio cur antiquitùs singulis diebus impertiebatur. 264.2.e  
 Communio spiritualis suadetur, & quomodo faciendâ exponitur. 283.2.a  
*Concordia.*  
 Concordia Sociorum Missorum quanta esse debeat. 25.1.b,c, & seqq.  
*Concionator.*  
 Concionatores fulminibus se esse similes arbitrentur. 143.1.c  
 Summo Sacerdoti similes sunt. ibid.d  
 inter Concionatores garrulos, & graues Rhetores Dei verbi discrimen. ibid.e  
 Concionatores placencia loquentes libenter audiuntur. ibid.2.d  
 Concionatores non vtilia docentes permittit Deus in punitionem populorum vana, curiosaque amantium. 144.1.d, & seqq.  
 Concionatores nouelli ad gustum populorum verbum

# præcipuarum.

verbum Dei prædicantes, quibus rationibus ad id instigentur. 144.2.e, & 145.1.a. Quæ reprobandur. 145.1.b, & seqq.  
 Concionatores debent annunciare peccata, vt ab eis peccatores resurgant. ibid.2.d,e  
 Concionatores per illa, quæ rapiunt in admirationem, non veniunt ad vtilia. 146.1.c  
 Concionatores opinionem doctrinæ vanis, ac inutilibus fermocinationibus captare non debent. ibid.2.b, & seqq.  
 Concionatores ex Gentilium scriptis pauca, & selecta decoquant, nec in sua cruditate relinquant. ibid.2.d,e  
 Concionatores peccata obiurgare debent. 147.1.a,b,c  
 Concionatores quæ primo loco tractare debeant in Concionibus. ibid.1.d, & seqq.  
*Concupiscentia.*  
 Concupiscentia rerum externarum, & cupiditates venerarum vetantur nono, & decimo Decalogi præcepto. 259.2.a, & seqq.  
 ad Concupiscentiam sedandam, cogitationum cura adhibenda. 260.1.b, & seqq.  
 Concupiscentia quibus armis certet. 261.1.b, & seqq.  
*Confessarius.*  
 Confessarius qualiter pœnitentes examinare debeat. 72.2.d, & seqq.  
 Confessarius Iudicis munus obit; ipse pœnitens rei, & testis, ac accusatoris. 73.1.e  
 Confessarius quomodo se gerere debeat cum pœnitentibus, qui proximam occasionem habent peccandi. 77.2.a, & seqq.  
 Confessarius audiens pœnitentem in extremo vitæ positum, non curet de proposito non amplius peccandi. 78.2.e  
 Confessarius pœnitentis animum penetrare debet. 81.2.b  
 Confessarius debet exercere charitatem erga pœnitentem, quod S. Francisci Xauerij exemplo probatur. ibid.2.d,e  
 Confessarius debet videre, quanto cum dolore accedat pœnitens. 81.1.a  
 Confessarius non debet laborare, vt pœnitentias culpis commensuret, quod impossibile videtur. ibid.1.c  
 Confessarij quàm prudenter pœnitentias imponere debeant. 82.1.a,b  
 Confessarij quomodo asperitati lenitatem coniungere debeant. 84.1.c  
 Confessionis opus quomodo aggrediendum. ibid.1.e, & seqq.  
 Confessio debet esse clara, & sincera. ibid.2.c  
 Confessarius qualis eligendus. 90.1.d, & seqq.  
 in Confessario tria requiruntur. ibid.e, & seqq.  
 Confessarius semel acceptus, non est leuiter mutandus. 92.1.d  
 Confessarius quanta valuerit lenitate, ac amore, remedia pœnitentibus adhibita decoquat igne charitatis. 93.1.a, & seqq.  
 Confessarius quomodo se gerere debeat, cum Confessiones audit. 95.1.a, & seqq.  
 Confessarius Angelorum munus debet imitari. 96.1.a,b  
 Confessarij peccatores sarcinam peccatorum grauiorem aliis ferentes, tardiùsque ob id ad Confessionem accedentes, non repellant. 96.1.c  
 Confessarius quomodo se gerere debeat erga

pœnitentem, qui nec numeri, nec specierum peccatorum rationem reddit. 96.1.e  
 Confessarius sustineat patienter eos, qui garrula lingua produunt ea, quæ ad Confessionem non pertinent. ibid.2.c  
 Confessarius quid obseruare, & cauere debeat in interrogando pœnitente. 101.2.b,c,d,e & 102.1.a  
 Confessarium munus est instruere, & ad meliorem frugem pœnitentes adducere. 103.1.c, & seqq.  
*Confessio.*  
 Confessiones in domibus priuatis ne admittantur. 51.1.b  
 Confessiones non sunt audiendæ in obscurioribus, & secretioribus spatiis templi. ibid.e  
 ad Confessionem, cum frequens sit concursus, tam virorum, quàm mulierum, ad eandem cratem, quid obseruandum. 52.1.b, & seqq.  
 ad Confessiones audiendas, homines, aut fœminæ in porticu, aut agro prope ipsum templum non debent recipi. ibid.1.b  
 Confessiones fœminarum aurium ægritudine laborantium vbi excipi possint. ibid.c  
 Confessionum ministerium quomodo exercendum. 67.1.d,e, & seqq.  
 in Confessione generali remedium stat salutis. 69.1.d  
 ad Confessionem ritè, & frequenter faciendam vt homines moueantur, quæ oporteat Confessarium ad manum habere. 70.2.c, & seqq.  
 Confessionis remedium quantum necessarium. ibid.  
 ex Confessione quanta bona procedant. 71.2.c,d  
 Confessio non est procrastinanda. ibid.2.b  
 Confessione peccata statim sunt delenda; ibid.2.c, & seqq.  
 ad Confessionem non præcipitanter accedendum. ibid.2.d,e  
 in Confessione mentiri peccatum est contra Spiritum sanctum. 85.2.b  
 ad Confessionis Sacramentum semel in anno accedendum, & quando instat periculum mortis, & quando Eucharistiam suscipere volens est in peccato mortali. 100.1.e, 2.a  
 ad Confessionem generalem quibus de causis excitandi sunt homines. 102.1.a,b, & seqq.  
 Confessionis generalis vtilitates enumerantur. ibid.  
 Confessio generalis ad ardua vincenda, & victoriam obtinendam de aliquibus animi passionibus, valdè conducit. ibid.1.e. Vt etiam iis, qui perfectæ vitæ desiderio flagrant. ibid.  
 Confessiones generales fœminarum leuiter institutæ sunt vitandæ. 102.2.a  
 pro Confessione generali instituenda ab iis, qui aliqua grati ratione ad eam accedunt, quid Confessarius statuere debeat. ibid.2.b, & seqq.  
 Confessio sacramentalis semel in anno per quartum Ecclesie Præceptum iniungitur. 276.2.b, & seqq. Vbi de intellectu huius Præcepti agitur fusè, & de pœnis contra transgressores illius.

# Index Rerum

Confessio generalis necessaria Sacerdotibus ad recte vitam disponendam. 294.2.a,& seqq.  
*Congregatio.*  
Congregatio Rosarii instituenda, & cur. 134.2.b  
Congregatio B. Virginis quomodo instituenda. 140.2.c  
Congregatis quae iniungenda. 140.1.a,& seqq.  
Congregationes qui componunt, exemplo esse aliis debent. 135.1.b,c  
Congregatio mentalis orationis instituenda. ibid.1.d,& seqq.  
*Conscientia.*  
Conscientiae examen commendandum. 72.2.d, & seqq.  
Conscientia quomodo examinanda, & confitenda peccata contra Decalogum facta. 97.2.a,& seqq.  
Conscientiae examen quotidianum commendatur. 104.1.d  
*Consilium.*  
Consilium praebere ad graue, vel iniuriosum damnum inferendum corpori, peccatum mortale censetur. 198.2.c  
*Consuetudo.*  
Consuetudines mala quomodo, & quando extirpanda. 36.2.a,b  
Consuetudo prauorum sociorum vitanda. 77.1.b,c  
Consuetudines praeu abolenda sunt. 129.1.d,e  
*Contractus.*  
Contractus, quibus ultra iustum, & summum pretium res venundatur, prohibetur septimo Praecepto Decalogi. 99.2.d. Vbi alij enumerantur.  
*Contritio.*  
Contritio quid sit, & quid contineat ex Concilio Tridentino. 74.1.e,2.a  
Contritionis necessitas. ibid.2.c. Sine confessione, quae tamen in voto, & desiderio habeatur, iustificat. ibid.  
*Contumelia.*  
inter Contumeliam, & detractionem quod discrimen. 254.1.e,& seqq.  
Contumelia quid sit. 253.2.a. Quando sit peccatum mortale, & quando veniale. ibid.c  
Contumeliosa verba ab habente potestatem prolata, excusantur à peccato. ibid.c  
*Conuersio.*  
Conuersionem infidelium quid sapius multum urgeat. 16.2.b,c  
Conuersio peccatoris ex corde quam secum dulcedinem afferat. 79.2.e  
*Coniutium.*  
Coniutium quid sit. 253.2.b. Quando sit peccatum mortale, & quando veniale. ibid.c  
*Corpus.*  
Corporis damna graua, & iniuriosa vetantur quinto Decalogi Praecepto, & quae illa sint. 98.2.c  
Corporis castigatio die Veneris quomodo instituenda. 140.1.b  
ad Corporis proximi laesionem, & damnum quibus propensus affectus quinto Decalogi Praecepto prohibetur. 218.1.e  
Corporis castigatione tentationes pelluntur. 326.1.e,& seqq.

*Crux.*  
Crucem inclusam in cuiuscerato bruto, & referatis eius secretis, reperit Iulianus Apostata Diis sacrificium offerens; & quid significaret. 75.1.a  
*Cupiditas.*  
Cupiditas, origo omnium malorum. 243.1.e, & seqq.  
Cupiditas nullum medium seruare didicit. 246.2.c  
Cupiditatis libertas vt fræno contineatur. 262.2.b,& seqq. Vide, *Concupiscentia.*  
*Cura.*  
Cura aliorum ne expeditorum ableget suam spiritualem. 59.1.b,& seqq.

## D

### Damnati.

**D**amnatis destinata poena ignis quanta sit. 170.2.b,& seqq.  
Damnatus diues cur linguae cruciatus doleat in Inferno. 171.2.c,d,e  
Damnatorum poenae augentur ex felicitate iustorum. 174.2.c,& seqq.

### Damnium.

Damni poena ponderatur. 173.1.e,& seqq. Vide, *Infernus.*

### Decalogus.

contra Decalogum peccata facta quomodo examinanda, & confitenda. 97.2.a,& seqq.  
Decalogus quid significet. 188.1.b  
Vide, *Praeceptum.*

### Decima.

Decimas Deo soluere praecipit Ecclesia. 101.1.a  
Decimae quomodo soluendae, & de quibus. ibid. & seqq.  
Decimarum solutio per Ecclesiae Praeceptum iniungitur. 283.2.d  
Decimae de iure naturali debentur. ibid. De iure etiam diuino soluendae sunt. ibid.e. De iure etiam ecclesiastico tenentur ad illas fructus colligentes, vel iuxta consuetudinem alia possidentes. 284.1.a,& seqq.  
Decimarum solutionem quae iura ecclesiastica imponant, recensentur. ibid.d  
à Decimis soluendis non excusantur pauperes. ibid.2.d,e  
Decimae quarum rerum soluendae. ibid.2.e, & 285.1.a,b,c  
Quibus debeantur, & quibus dari possint de facto. ibid.d,& seqq.  
Decimae propter quod Ministris Ecclesiae soluuntur. 286.1.c,& seqq.  
pro Decimarum solutione pessima Deo offerre, aut negare, aut furari, quale peccatum, 287.1.c,d,& seqq.

### Defuncti.

Defunctorum animae suffragiis, & oblationibus iuuandae. 132.2.d,e,& 133.1.a,b,c

### Delectatio.

Delectatio omnis venerea prohibetur. 240.1.e

### Derisio.

Derisio in quo consistat. 255.2.e,& seqq.

### Desiderium.

Desideria concepta, tam concupiscentiae, quam cupiditatis,

# praecipuarum.

cupiditatis, prohibentur nouo, & decimo Praecepto Decalogi. 100.1.d

### Detractio.

Detractio prohibetur octauo Decalogi Praecepto. 100.1.b,c  
Detractio quam graue malum sit. 252.2.b, & seqq.  
Detractionis multae species recensentur. 253.1.a,& seqq.  
inter Detractionem, & contumeliam quod discrimen. 254.1.e,& seqq.  
Detractores qui audiunt, quam grauius peccent. 255.1.c,& seqq. Vide, *Locutio.*

### Deuotio.

Deuotione quanta tractare diuina oporteat, & omnia agere Sacerdotes. 308.1.c,& seqq.  
Deuotio quid sit. ibid.1.d  
Deuotio quam Deo grata sit. ibid.2.d  
Deuotio alia in animo, alia operibus comprobata. 309.1.c  
Deuotio habet & causas, & effectus, & fines. ibid.2.a,& seqq.  
Deuotionis fructus. 310.1.c,& seqq.  
Deuotio plurimum valet ad insitendum in incepto virtutis itinere. 311.1.c

### Deus.

Deorum suorum ditionem Philosophi profani ad parua spatia reduxerunt, quam ineptè. 16.1.d

Deus cur vocetur locus, aut similis loco ab antiquis. 34.1.b

circa Dei cultum, & adorationem quomodo peccetur. 97.2.b,c,d

Dei praesentia contra peccata remedium. 149.1.d,e, & 2.a,& seqq.

Deo rationem reddere quam graue, ac tremendum sit. 160.1.d,& seqq.

Deum videre quid sit. 179.1.c

Deus cur praecpta Decalogi à sui notitia exorditus fuerit. 188.1.e

Deus cur se Dominum appellat, & zelotem, & vniuersorum Deum. ibid.2.b, & 197.1.a

Dei amor in primo Decalogi Praecepto praecipue iniungitur. 189.2.c

### Diabolus.

quae Diabolus multo tempore, & longo tractu annorum sitauerat, breui dierum spatio mutantur. 19.1.c,& seqq.

### Discipuli Domini.

Discipulos suos cur Dominus aliquando calcatos, aliquando nudis pedibus incedere iubeat. 19.2.d,e

Discipulos suos Christus misit binos, & cur. 23.2.c,& seqq.

### Discordia.

Discordia sociorum quantum detrahat Missionibus. 25.2.e

### Diuinatio.

Diuinatio primo Decalogi Praecepto prohibetur. 194.1.d, & seqq.

Diuinatio quænam licita. ibid.e

Diuinationis quatuor genera. ibid.2.a, & seqq.

Diuinatio per somnia quae prohibetur. ibid.2.d,e, & 195.1.a,b,c

Diuinatio ex occurfu personarum, verbis, sternutamentis, & aliis eiusmodi damnatur. 195.1.d,e

Diuinatio ex signis publicis caelestibus est inanis, nisi ad Deum ordinetur. ibid.e, & 2.a  
Diuinatio per nigromantiam quae, & quam damnabilis. ibid.2.b  
Diuinatio per sortes triplex. ibid.1.b,c,d. Vbi damnatur.  
Diuinatio eclipsis Solis, aut Lunae, est licita. 196.1.b

### Diuus. Diuitia.

Diuitiae non obsunt felicitati aeternae consequendae, & quomodo. 181.2.d,e, & seqq.

Diuitiarum periculum. 243.2.c, & seqq.

Diuitias quomodo Deus promittat. ibid.d

Diuites difficilius ingressuros caelum, quam camelum per foramen acus, cur Christus Dominus dixerit. 244.1.e,2.a, & seqq.

Diuitiae non sunt effectus, sed affectus relinquendae. ibid.2.e, & seqq.

Diuitem Zachaeum cur iusserit Dominus ex arbore descendere, & eum sequi. 245.2.b

Diuitum superbia reos eos fingit. 246.1.a, & seqq.

Diuites cur nauis omnibus diuitiis refertae comparentur. ibid.2.b

Diuitiarum aggeratione occupari non debent Sacerdotes. 341.2.a, & seqq.

ex Diuitiis sollicitè congregandis mala plurima nascuntur. ibid.c, & seqq. & 343.2.e, & seqq.

propter Diuitiarum cupidinem multi interierunt. 344.2.d,e, & seqq.

Diuites metu filiorum non debent reculare pauperibus fauere. 373.1.b

Diuites bona multa susceperunt, vt pauperum curam agant. ibid.c

Vide, *Elemosyna.*

### Doctrina Christiana.

Doctrina Christiana quanta cum diligentia docenda. 117.1.c, & seqq.

Doctrina Christiana praecipua occupatio Societatis Iesv. ibid.

ad Doctrinam Christianam instituenda Processio puerorum. ibid.2.e

ad Doctrinam Christianam B. Xauerius pulsua campanae, & vocibus altis per vicos, & plateas discurrens pueros, & vulgum vocabat. 118.1.d

Doctrina Christiana quantam vtilitatem afferat. 119.1.b,6

## E

### Ecclesia.

in Ecclesia nunquam defecerunt aquae limpidissimae sanae, & purae doctrinae. 7.1.b

Ecclesiam representauit Rebecca, & quomodo. 12.2.b,c

contra Ecclesiae praecpta peccata quomodo examinanda, & confitenda. 100.1.e, & seqq.

de Ecclesiae praecptis. à pag. 263.2.c, & seqq.

Ecclesia est velut quoddam corpus, suo capite, à quo gubernetur, ornatum. ibid.2.d

Ecclesiae Ministri decimas percipiunt, vt curas saeculares deponant, & suis propriis attendant ministeriis. 286.1.c, & seqq.

### Ecclesiasticus.

Ecclesiasticos alloqui, instruere, & ad perfectionem



# Index Rerum

nem vocare, quantum interit. 127.1.c, & seqq.

**Eleemosyna.**  
 Eleemosynam eam Dominus hortatur facere, quæ facilis concedi potest, & cur. 41.2.d  
 Eleemosynæ diebus festis faciendæ. 211.1.d,e, & seqq.  
 de Eleemosyna, filia ieiunij, & parto fructu. 269.1.e, & seqq.  
 Eleemosyna est filia charitatis. ibid.2.b  
 Eleemosyna quam perfectum opus sit, ex quibusdam sacræ Paginæ locis probatur. 270.1.c, & seqq.  
 Eleemosyna corporalis fructus spirituales parit. ibid.2.c  
 Eleemosyna an sit sub præcepto. 271.2.c,d,e  
 Eleemosyna de quibus faciendæ. 272.1.a, & seqq. & 275.1.a,b  
 Eleemosynæ præcepto an teneatur, qui necessaria tantum habet. 273.2.c, d,e, & 274.1.a, & seqq.  
 Eleemosynam qui facere debeant. 275.1.d  
 Eleemosyna quo ordine faciendæ. ibid.2.a, b  
 An sit alicui neganda. ibid.d. An peccatores in ea accipiendæ infimum locum tenere debeant. 276.1.a  
 Eleemosyna danda occultè, hilariter, citò, quantum necessitas exigit, aut facultas diuitis concedit. ibid.e, 2.a  
 Vide, *Dies. Pauper.*

**Euangelium.**  
 per Euangelium Corinthios se genuisse cur dicit D. Paulus. 40.1.d

**Eucharistia.**  
 ad Eucharistiæ usum, & deuotionem quomodo instruendi sunt populi. 108.1.c, & seqq.  
 in Eucharistiæ Festo commensationes fieri solitas, quomodo vir quidam à Societate I E S V abolerit. ibid.1  
 Eucharistia Sacramenti bona sumentibus, & mala eo carentibus obuentionia exaggerantur. 109.1.b, & seqq.  
 ab Eucharistiæ Sacramenti vsu recedentium excusationes reiciuntur. ibid.1.e, & seqq.  
 circa Eucharistiæ frequentiam vna regula datur. 110.2.d  
 Eucharistiæ vsus differentes, vt paratiores accedant, reprehenduntur. 111.1.b  
 Eucharistiæ vsus in primitiua Ecclesia quam frequens. ibid.1.e  
 Eucharistia frequenter cum honore, reuerentia, puritate, modestia, grauitate, deuotione, & reliquis animæ ornamentis sumenda. 112.1.b  
 Eucharistiæ Sacramento quomodo vtendum. ibid.2.b, & seqq.  
 ad Eucharistiam accedere cum conscientia mortali grauissimum est sacrilegium. ibid.2.b, c. Accedere cum dubia conscientia peccati quando peccatum sit. 113.1.a  
 Eucharistiam proximè suscepturus, & peccati grauis recordans, quid agere debeat. ibid.b  
 ad Eucharistiam accedere Sacerdoti, aut laico nulli licet absque præmissa Confessione peccati mortalis. ibid.1.e, 2.a  
 ad Eucharistiam sumendam quod ieiunium requiratur. ibid.2.d,e  
 ad Eucharistiam quanta cum puritate accedendum. 114.1.a, & seqq.

Eucharistiæ sumptionem præcipit quantum Ecclesiæ præceptum in Paschate Resurrectionis, vel prope illud. 280.1.c, d, & seqq. vbi quas obliget personas, & in quo loco.  
 Eucharistiam sumens in peccato tempore iniuncto an impleat præceptum. 281.1.e  
 Eucharistiam sumere omittentes quibus pœnis obnoxij fiant. ibid.2.a  
 ad Eucharistiam semel in anno accedere negligentes carpuntur. ibid.2.b, & seqq. Vide, *Communio.*

**Examen conscientia.**  
 Examen conscientia commendandum. 72.2.d, & seqq.

**Excursiones.**  
 Excursiones quo tempore sunt faciendæ. 26.2.b, & seqq.  
 Excursiones difficiles reddit alimonie indigentia. 372.2.b

**Exemplum.**  
 Exemplo maiorum, etiam graues viri vrgentur, vt Missiones ament, & conficiant. 12.2.d, & seqq.  
 Exempla operum per quid significata. 13.1.d,e. Vide, *Imitatio.*

**Expeditiones.**  
 Expeditiones Missionum quantum duraturæ sint. 55.1.c, & seqq. Vide, *Missio.*

## F

**Faber.** Vide, *Petrus Faber.*

### Fama.

**F**ama, & honorem proximorum lædens peccat contra octauum Præceptum Decalogi, 100.1.b. Vide, *Detractio.*

### Fauor.

Fauorem humanum, & epistolas commendatitias an sibi procurare debeant Missi. 45.1.a, & seqq.

### Felicitas.

ex Felicitate iustorum augentur pœnæ damnatorum. 174.2.c, & seqq.  
 Felicitatem futuram, & æternam, qui æstimaunt, & optant, rerum visibilibus amore non irretiantur. 181.1.c  
 Felicitati æternæ consequendæ non obstat diuitiarum possessio, sed nimius erga eas affectus. ibid.2.d,e. Vide, *Beati. Gloria.*

### Festa.

Festiuis diebus laborare quomodo peccatum sit mortale. 98.1.d  
 Festis diebus, Sacrum esse audiendum, Ecclesia præcipit. ibid.e  
 in Festiuis diebus quæ vitanda. 209.2.d, e, & 210.1.a, & seqq.  
 Festo die quæ faciendæ sint. 211.2.b, & seqq.  
 Et quæ non faciendæ. 213.1.c, & seqq.  
 Festorum dierum celebratio, primo iniungitur Ecclesiæ præcepto. 264.1.a, & seqq.  
 à Festis Iudæorum abstinendum. ibid.e  
 Festa Christianorum aliis diebus sanctiora videntur. ibid.2.a  
 Festum Festorum, & celebritas celebritatum Pascha vocatur. ibid.b  
 Festorum

# præcipuarum.

Festorum observatio est iustissima. ibid.c  
 Festum aliud est institutum; aliud obseruandum sub præcepto. ibid.e  
 Festa quo fine instituta sunt ab Ecclesia. 265.2.b  
 Festorum obseruatio tertio Præcepto Decalogi iniungitur. 208.2.e, & seqq.

### Festinatio.

Festinatio in opere duraturo vitanda. 133.2.e  
*Fides.*

ad Fidem potius, quam ad charitatem spectat primum Decalogi præceptum. 188.1.b  
 ad Fidem extenditur amor Dei. 191.2.c, & seqq.

### Filij.

Filiorum correctio inter opera misericordie primum locum obtinere debet, & quomodo faciendæ. 133.1.c, d, & seqq.  
 Filios quomodo tractare debeant parentes. 216.1.b, & seqq.  
 aduersus Filios quæ præmia, & pœnæ sunt indictæ. 217.1.c, & seqq.  
 Filiorum furta præcipue peccata; & an possint ad necessitates suas aliquid patri surripere. 250.2.a, b. Vide, *Favens. Puer.*

### Femina.

Femina, quæ amore Christi ipsum sequebantur, Apostolæ vocatæ sunt. 2.1.c, & 2.a  
 Earum duo munera. ibid.  
 Femina præcipue Missi suadere debent vitare ea, quæ plurimum animum distrahant. 50.1.e  
 Femina non sunt admittendæ intra domicilia Missionum, etiam quocumque prætextu necessitatis. 50.2.b, & seqq.  
 Feminarum Confessiones generales leuiter institutæ vitandæ sunt. 102.2.a  
 Feminae decoro habitu, non profano ad Eucharistiam accedant. 114.2.e, 115.1.a  
 Feminarum solarum ambulationes, & per campos vagationes prohibendæ. 129.2.c  
 Feminae ad Rosarij pensum soluendum sunt suadendæ. 134.1.d,e  
 Feminarum aspectus vetantur. 229.2.d  
 Feminae se ornantes irritamenta luxuria præbent. 231.2.c. Carpuntur. 234.1.a, & seqq.  
 Feminae excusantes culpam suam, cum opprimuntur à viris, coactionis furo, mendacij arguuntur. 240.2.d  
 Feminarum confortium sollicitè abigant Sacerdotes. 323.2.d,e, & 327.1.e, 2.a, b  
 cum Femina conuersantes Sacerdotes famæ detrimentum patiuntur. 328.1.a  
 Femina mortaliter peccat ornatu, aut aliis actibus externis prouocans ad luxum. 328.1.c

### Foramen.

Foramen, per quod Sponsus diuinus misit manum, quid significet. 13.1.c, d

### Fornicatio.

Fornicatio sub peccato mortali prohibetur. 240.2.c. Vide, *Luxuria.*

### Furtum.

Furtum, quod septimo Præcepto Decalogi continetur, quæ sub se peccata contineat. 99.2.c, & seqq.

Furta, & rapina ex egentium oppressione prohibentur. 250.1.e  
 Furta domestica vxorum, filiorum, familiarium, peccata sunt, etiam si per ignorantiam non multum grauent conscientiam. 250.2.a

## G

### Gabriel.

**G**abriel cur Ioannis natiuitatem, & Christi incarnationem euangelizauit. 13.2.d,e  
*Generalis.*

Generalis Societatis I E S V est secundum caput Missionum. 31.2.a  
 Gloria quanta sit parata à Deo bonis. 178.1.d, & seqq.  
 pro Gloria æterna possidenda non sunt labores detrectandi. 183.2.d,e. Vide, *Beati. Felicitas.*

### Gratia.

Gratia diuina operabatur mira in primitiua Ecclesia per idiotas, & indoctos. 22.1.c, & seqq.  
 Gratiæ Dei, non dexteritati, viribus, & conatibus adscribenda victoria, quam Iacob reportauit ab illo quocum luctabatur. ibid.2.c,d

### Gratiarum actio.

Gratiarum actio post Communionem habenda. 115.2.b,c, & seqq.  
 Gratiarum actio nullo debet, licet instanti negotio, præpediri. 116.1.c. In ea ordo tenendus. ibid. e. Statio tempore Tertulliani dicebatur. ibid.2.b,c  
 Gratiæ Dei quærat, qui cupidine beatitudinis teneri desiderat. 180.2,e

### Gula.

Gula quando graue peccatum sit. 101.2.a

## H

### Habitatio.

**H**abitationem vbi figere debeant Missi. 42.2.b, & seqq.  
 Habitatio Missionum necessariè perit vicinam templi. 51.1.a

### Hæreticus.

aduersus Hæreticorum exercitum Societas I E S V à Deo suscitata fuit. 10.1.d,e  
 Hæreticus occultus quomodo absoluendus à Missi. 54.2.c  
 Hæretici aduersus fidem peccant. 197.1.e  
 Hæreticus est etiam dubius in articulis fidei. ibid.2.a  
 Hæreticus non est errans intellectu, non tamen proteruus. ibid.b  
 Hæretici omnia, velut immunda animalia, maculis inspergunt. 264.1.c

### Homo.

Hominum conditio ita mutationibus obnoxia est, vt in deterius semper abeat. 6.2.c  
 Hominum labilis conditio, quæ grato animo, & alacri suscipit, citò obliuiosa facta, tanquam

# Index Rerum

quàm à ceruice iugum excutit, vt liberius viuat. 133.2.b  
*Homicidium.*  
 Homicidium prohibetur quinto Decalogi præcepto. 218.1.d, e, & seqq.  
 Homicidium non dicitur, sed iustitiæ actus, mors homini per sententiam iudicis illata. 218.1.b, c  
 Homicidia plurima distinguuntur in quinto Decalogi præcepto comprehensa. 219.1. c, 2.a, b  
*Honor.*  
 aduersus Honorem proximi certare octauo Decalogi præcepto prohibetur. 252.1. c, & seqq. Vide, *Detractio. Fama.*  
 Honor proximi in pretio habendas. 252.1. e  
*Hora canonica.*  
 Horis vespertinis vt assistere debent Christiani. 131.2.d, e  
 Horæ septem canonicæ integrant Officium ecclesiasticum. 338.1. c  
 Horæ quo ordine recitandæ. ibid. d  
 Horæ quæ Missæ Sacrificium præcedere debeant. 338.2. b  
 Horæ quomodo diuidendæ. ibid. c  
 Horæ an aliquod tempus fixum habeant ex præcepto. 339.1. a  
 Horas qui teneantur recitare. ibid. d, & seqq.  
 Horæ canonicæ quomodo recitandæ. 340.1. c, & seqq.  
*Hospitium.*  
 Hospitium Magnatum, aut virorum primorum Missis non conuenit. 42.1. a  
 Hospitium primum, ac destinatum Missorum est Xenodochium. 42.2.d, & seqq.

## I

### Idiotæ.

**I**diotæ, & indocti in primitiua Ecclesia mira operabantur. 22.1. c  
*Idololatria.*  
 Idololatria prohibetur per primum Decalogi præceptum. 188.2.d, & seqq. & 197.1. a  
*S. Ignatius.*  
 S. Ignatius sequutus est Ioannem de Auila ad grande Missionum opus missum. 10.1. b  
 S. Ignatius, & socij aduersus Lutherum, & eius commilitones suffecti sunt. ibid. e  
*Ieiunium.*  
 Ieiunia quando, & quibus iniungit Ecclesia. 100.2. c, d, e  
 Ieiunare qui non teneantur. ibid.  
 Ieiunia certis diebus designantur præcepto tertio Ecclesiæ. 166.1. b, & seqq. Vbi quomodo, & quando ieiunandum. Vide, *Quadragesima.*  
*Imago.*  
 Imagines, tam Domini, quàm Sanctorum, quomodo veneretur Ecclesia. 193.2. c  
 Imaginum contemptus, grauissimum peccatum mortale est. 194.1. a  
*Imitatio.*  
 Imitanda sunt maiorum facinora. 14.1. e, 2. a, b

*Impatientia.*  
 Impatientia, ac iracundia, communia vulgaribus vitia eliminanda. 131.2. c  
*Impensa.*  
 Impensæ Missionum quibus incumbunt. 40.1. a, & seqq.  
*Impenitentia.*  
 Impenitentia signa aliqua. 77.2. e  
*Improperium.*  
 Improperium quid sit. 253.2. a. Quando sit peccatum mortale, & quando veniale. ibid. c  
*Indignatio.*  
 Indignatio prohibetur quinto Decalogi præcepto. 218.1. e  
*Infernus.*  
 Inferni pœna, malis destinata. 168.1. e, & seqq.  
 Infernus qualis ostenditur. ibid. Vide, *Pœna.*  
*Inimicus.*  
 Inimicorum reconciliatio Missis commendatur. 122.2. c, & seqq.  
*Iniuria.*  
 Iniuriam patiens supra homines reputatur, non homo. 123.1. d, e  
 Iniuria in quo consistat. 253.2. a  
 Iniuriam facientibus an sit respondendum. 253.2. d, & seqq.  
*Inuidia.*  
 Inuidia ad odium proximorum spectat. 101.2. a  
 Inuidiæ quot mala recensentur. 223.2. a, & seqq.  
 Inuidiæ stimulis agitantur Missionum ministri. 270.2. a, & seqq.  
*Ioannes de Auila.*  
 Ioannem de Auila, piissimum, doctissimumque virum sequutus est S. Ignatius ad grande Missionum opus. 10.1. b, c, d  
*Iosephus Anchieta.*  
 Iosephus Anchieta, Societatis I. E. S. V. ad quietem vocatus à Prouinciali, flere cepit. 15.2. c, d  
*Ira.*  
 Ira quinto Decalogi præcepto prohibetur. 218.1. c  
 Ira ad quintum præceptum Decalogi spectat, & quomodo. 101.1. e  
 Ira præcurfor est odij. 220.2. e  
 Iræ incendium, & odij fomentum quod sit. 222.1. a  
 Ira occupato corde ad os viam dirigit, & prorumpit in verba. ibid. e  
 Ira viri iustitiam non operatur. ibid. 2. b  
 Irati debent se continere, & frænum linguæ iniicere, vt sine peccato irascantur. 223.1. a, & seqq.  
 in Iræ correctione nullum exemplum imitandum in natura præter Deum. ibid. d  
 Iracundia, ac impatientia à vulgaribus eliminanda. 131.2. c  
*Iubileus.*  
 per Iubileum, quod Missiones comitatur, quid Missi possint. 54.2. d  
 Iubileum communionis generalis secum debent.

# præcipuarum.

bent Missi ferre. 135.1. b, c  
*Iudei.*  
 Iudeos cur viperarum genimina Ioannes vocauit. 182.2. d, e  
*Index.*  
 Iudicis boni munus in iudiciatio throno Salomonis adumbratur. 93.2. b, c  
 Iudicium iniustitiæ reprehenduntur. 248.1. c, & seqq.  
 Iudicium iustum commendatur iudicium octauo Decalogi præcepto. 252.1. d  
*Iudicium finale.*  
 Iudicium diuinum quàm sit tremendum. 160.1. d, & seqq.  
 Iudicium negabat Hermogenes, & cur. ibid. 1. c  
 Iudicium hoc non solum ad finale reseruandum, sed statim ac iacet corpus exanime. ibid. 2. b  
 Iudicij recordatione D. Hieronymus penitentia, duræque tractatione corpus affligebat. 161.2. b  
 Iudicium ad iustorum solamen destinatur. 162.1. b, & seqq.  
 Iudicium expectant timendum bona opera. 163.2. b, & seqq.  
 Iudicio discernendus beneficiorum cumulus. 165.2. a, & seqq.  
 Iudicij extremi sententia cur gladio ex ore procedenti comparatur. 167.2. d  
*Iuramentum.*  
 Iurare quando peccatum sit. 97.2. e, & seqq.  
 Iuramenti vitandi ratio expenditur. 198.1. b, & seqq.  
 Iurandi consuetudo vnde originem duxerit. ibid. 1. d  
 Iurabant aucter antiqui Patres. ibid. 2. b  
 Iuramentum quando prohibetur. ibid. c, d  
 Iuramentum mendacio factum non modò prohibet Christus in lege noua, sed omne iuramentum, & cur. ibid. e, & 199.1. a, & seqq. Vbi obiectio quædam soluitur.  
 inter Deum Iurantem, & nos discrimen. 199.1. c  
 Iuramenta Essenii non proferebant. ibid. d  
 Iuramentum quæ circumstantiæ comitentur, explicatur. 200.1. c, & seqq.  
 Iuramentorum qualis sit diuersitas. 202.1. a, & seqq.  
 Iuramentum quibus verbis exprimitur. 205.2. a, & seqq.  
 aduersus Iurantes pœna decernitur. ibid. 2. e, & 206.1. a, & seqq.  
 Iuramentorum cur tam frequens abusus. 207.1. b, & seqq.  
*Iurisdicctio.*  
 Iurisdicctiois potestatem, præter illam Ordinis, secum deferre debent Missi. 53.1. a

## L

### Labor.

**L**abores mechanici prohibentur diebus festis, & qui illi sint. 98.1. d

*Lectio.*  
 Lectio librorum sanctorum quid boni afferat. 305.1. c, & seqq.  
 Lectio librorum inutilium quàm nociua. 307.1. c  
*Lex.*  
 de Legis ratione est cogere, & obedientes nos ei exhibere. 185.1. a, & seqq.  
 Legis officium. ibid. c  
 Lex cur concessa fuit humano generi in primo parente. 185.2. c  
 Legis cur paucissimi sunt obseruatores. 186.2. a  
 ad Legis imperium ferendum duo obseruanda. 187.1. d  
 Lex, sicut Sol, inter tenebrarum caliginem radiat, & sui emittit splendorem. 188.1. d  
*Liber.* Vide, *Lectio.*  
*Lingua.*  
 Lingua cruciatus cur diues doleat in Inferno. 171.2. c, d, e. Vide, *Locutio.*  
*Loca.*  
 Locorum notitiam qua via Missi capere debeant. 35.2. b, & seqq.  
*Locutio.*  
 Locutio discreta, & lingua moderata virtutis internæ signa præbent. 125.2. c, d  
*Ludi.*  
 Ludos à Natiuitate Christi ad Quadragesimam fieri solitos, quomodo S. Carolus Borromæus abstulerit. 36.1. b  
 Ludi prohibentur Sacerdotibus in sacris Canonibus. 302.1. c, d, e  
*Lupercalia.*  
 Lupercalia quomodo abstulerit Gelasius Papa. 36.2. e  
*Luxuria.*  
 Luxuria scæminæ cuiusdam vocatæ ad peccandum cum viro religioso, eo viso ita representata est, vt aufugerit. 76.2. e  
 Luxuria omnis sexto Præcepto Decalogi prohibetur. 98.2. e, & 99.1. a, & seqq. vbi de eius actibus externis, & internis, & quomodo sint in Confessione explicandi.  
 Luxuria ad sextum Decalogi Præceptum pertinet, & quomodo. 101.1. e  
 Luxuria omnis prohibetur sexto Decalogi præcepto. 229.2. b, c. Vbi ex variis Scripturæ locis id comprobatur.  
 Luxuria deseruit sensuum, & præcipue oculorum licentia. 235.2. c, & seqq.  
 Luxuriæ quanta sint incentiua. 237.2. b, & seqq.  
 Luxuriæ insatiabilitas vnde nascatur. 238.1. b, & seqq.  
 Luxuriæ dediti irreparabile damnum patiuntur. ibid. 2. e  
 ex Luxuria pullulat idololatria. 239.1. c, d  
 Et homicidium, & furtum. ibid. e, 2. a  
 ex Luxuria peccata diuersa nascuntur. 240.1. a, & seqq.  
 Luxuriæ actus non solum, sed desideria damnantur. 241.1. d  
 Luxuriæ malum otiositate augetur. 325.1. b, c  
 Vide, *Fornicatio. Obscœna.*



# Index Rerum,

## M

### Magia.

**M**agia triplex distinguitur. 195.1.e  
Pœna statuitur Dæmoniis. 196  
2. c

### Magister.

Magistrorum defectu qui rudes, & ignaui  
perstant, lapidibus comparantur. 19  
1. a

### Maledicentia.

per Maledicentiam expetere mortem, inter-  
itum æternum, aut aliud graue nocumen-  
tum corporis, est contra quintum Præcep-  
tum Decalogi. 98. 2. d

### Maledictio.

Maledictiones sibi, vel aliis, an, & quale pec-  
catum. 98.1.a

### Malitia.

Malitia supplet ætatem. 21.2.d

### Malum.

Malorum omnium origo cupiditas. 243.1.e,  
& seqq.

### Matrimonium.

Circa Matrimonia, cum impedimento, ea  
dissolvente, contracta, facultatem sibi de-  
bent Missi procurare. 53. 1. d. Vbi de bo-  
no, quod prouenit ex illa facultate. ibid.  
2. a

Matrimonij impedimentum si ambo coniu-  
gati ignorent, vel vnus tantum sit, quid faci-  
endum. ibid. 2. b, & seqq.  
in Matrimonio consensus si defuerit, quomo-  
modo præstandus. ibid. 2. d. Vbi, quod con-  
sensus præstitus à parte ignorante matri-  
monij inualiditatem, idem est ac primus.  
ibid. e. Et de aliis dispensationibus inter  
coniugatos. 54.1.a, & seqq.

Matrimonium cur D. Paulus appellet hono-  
rabile connubium, & torum immaculatum.  
240. 1. d

Matrimonio dignè vtantur vxorati. ibid. e

### Mendacium.

Mendacia aduersantur octauo Decalogi Præ-  
cepto. 253.1. d. Vbi de quatuor malis, quæ  
mendacium secum afferunt.

Mentis in Confessione, siue tacendo, siue  
sibi arrogando peccatum, cuius peccati fiat  
reus. ibid. 1. e

### Mercator.

Mercatorum cupiditas coërcetur. 249. 2. a, &  
seqq.

Mercatorum iniustitiæ in vendendo, emen-  
do, commutando, mutuo dando, & aliis  
eiusmodi ad vsuras directè, vel virtuali-  
ter spectant, & prohibentur. 250. 1. a,  
b, c, d

### Merces.

Mercedem laborantibus, & operariis negare  
quàm iniustum, & quam graue peccatum.  
249. 1. d, e, & seqq.

### Ministerium.

Ministeria debent Missi disponere, electione

loci facta. 50.1. b, & seqq.

### Misericordia.

Misericordiæ opera Missis commendantur.  
119.2.d, & seqq. Vide, Opera.

### Missæ.

Missæ Sacrificio interesse debent fideles die-  
bus festis. 98.1. e

Missæ priuata deuotè, & integrè est audienda.  
ibid.

Missæ Sacrificio diebus festis attentè, ac de-  
uotè interesse, Ecclesiæ præcepto iniungit-  
tur. 101. 1. a

Missæ interesse multos fructus parit. 104  
1. d

Missæ audita ad Communionem acceden-  
dum. 115. 1. b

Missas totas audire oportere diebus Domi-  
nicis, quomodo intelligendum. 265. 1.  
a, b

Missæ deuotè interesse oportet. ibid. d

Missæ Sacrificij quanta sit magnitudo. 312  
1. a

Missæ finis quò tendat. ibid. c

Missæ varia nomina, & cur sic vocata, exponi-  
tur. ibid. 2. c, & seqq.

in Missa nihil inuenitur, quod Christi Passio-  
nem non repræsentet. 313. 1. b, & 2. b, &  
seqq.

Missæ vna cur dicatur. ibid. 2. a

Missis dicendis quod tempus sit destinatum.  
ibid. 2. b

ad Missæ vsum non solus Sacerdos; sed etiam  
inuitatur adstant populus. ibid. 2. e

Missæ Sacrificium maximam puritatem ex-  
poscit. 315.1.d, & seqq.

ad Missam præparatio, & gratiarum actio ad-  
hibendæ. 329.1.b, & seqq.

Missam qui dicit lucri intentione, peccat mor-  
taliter. 339. 2. e

### Missio. Missus. Mittens. Mittendus.

Missiones sunt totius Societatis I E S V finis,  
& ratio vocationis Religiosorum illius.  
1. a

in Missionum studio meruit Societas nomen  
Apostolorum. ibid. 2. a, b, & seqq.

Missionum genus antiquum est, ad mundi,  
scilicet, reformationem. 3.1.d, & seqq.

Missus est Deus ad Adam: sic Enos, Noë,  
Abraham, & Moyse, ad vitia extirpanda.  
ibid.

Missus est etiam Isaias. ibid. 2. c, d

Missi sunt Apostoli. ibid. 2. e

Missio celebris instituta fuit tempore Iosa-  
phar, Regis Iudææ. 4. 1. d

Missiones euangelico tempore fuerunt aper-  
tius in vsu. 4.2.b, & seqq.

Missum est verbum Dei à Patre in Orbem.  
ibid.

Missiones multæ à Viris apostolicis factæ. 6.2.  
a, & seqq.

Missi sunt Eremitæ ad conuersionem Infide-  
lium. 8.1.c, & seqq.

Missionum genus qua de causa Societati con-  
cessum. 9. 1. c, & seqq.

Missiones vni Societati I E S V sunt commen-  
data, & cur. 10. 2. c, d, e

vt Missiones ament, & conficiant, etiam gra-  
ues

# præcipuarum.

ues Viri, Maiorum exemplo vrgentur.  
12.2.d, & seqq.

Missionum termini amplissimi sunt. 15. 1. b,  
& seqq.

Missionum genera quot instituenda. 17. 1. a,  
& seqq.

in Missionibus, de quibus monendi sint ij, ad  
quos Missiones fiunt. 18.1.a

Missionum genus, cum per diuersa loca per-  
agantur Societatis I E S V Religiosi, du-  
pliciter fieri solet. 20.1.a, & seqq.

Missiones breues instituuntur aliquando,  
etiam inuicendo magna loca. ibid. 2. a, &  
seqq.

Mittendi qui sint. 21.1.a, & seqq.

Missiones adulescentibus denegandæ. ibid.  
2. a

Missionum occupatio ad eò proprium est So-  
cietatis, vt non excludat minores, & ru-  
diores. ibid. 2. c

Mittendi quot sint ad vnã Missionem. 23.1.d

Missi Christus Discipulos suos binos, & cur.  
ibid. 2. c, & seqq.

Missi quanta concordia inter se viuere de-  
beant. 25.1. b, c, & seqq.

Missionibus quantum detrahat Sociorum  
discordia. 25.2.e

Mittendi à quo. 29.2.a, & seqq.

Missionum primum mobile, Christi Vica-  
rius est. 31. 1. c. Secundum, Generales.  
ibid. 2. a

Missionum expeditio quomodo initianda. 32.  
1. a, & seqq.

in Missionibus tenendus est summopere ne-  
cessarius ordo. 33.1.b

Missi quomodo agere debeant cum iis, ad  
quos mittuntur. 34.1.b, & seqq.

Missi, qua via notitiam locorum capere de-  
beant. 35.2.b, & seqq.

in Missionis incepto, & progressu pau-  
peratis maxima cura sit. 37. 1. e, &  
seqq.

Missi quales pergere debeant. ibid. 2. c

Missiones quo pacto conficere assuescerent  
primi Religiosi Societatis I E S V. 39.1.e

Missionum impensæ quibus incumbunt. 40.  
1. a, & seqq.

Missi vbi sigeere debeant habitationem. 42. 2.  
b, & seqq.

Missi an procurare sibi debeant epistolas  
commendatitias, & fauorem humanum.  
45. 2. a, & seqq.

pro Missionis initiatione quæ tentanda. 48.  
1. d, & seqq.

Missionum formam aliquando destruunt ho-  
mines parum de spiritualibus curantes.  
49. 1. c

Missi qualiter seculares Potestates adire de-  
beant. 49.1.e, & seqq.

Missi debent disponere ministeria, electione  
loci facta. 50.1.b, & seqq.

Missionum facultas ad quæ extendenda. 52. 2.  
d, & seqq.

Missi emendicare debent potestatem ad sua  
munia exercenda duobus è fontibus. ibid.  
2. e

Missi præter potestatem Ordinis, iurisdic-  
tionis etiam secum deferre tenentur. 53.1.a

Missi sibi debent procurare facultatem circa  
matrimonia cum impedimento, ea dissol-  
uente, contracta. ibid. 1. d

Missi etiam deferre debent secum faculta-  
tem dispensandi cum matrimonio liga-  
tis, quando post illud accessit vnus con-  
iugatorum ad consanguineum mariti, aut  
ille vxoris, intra secundum gradum. 54  
1. a

Missionum expeditiones quantum duraturæ  
sint. 55.1.c, & seqq.

Missiones nouæ sintne instituendæ, an requi-  
rendi noti populi. 57.2.a, & seqq.

Missi non debent ablegare suas res spiri-  
tuales propter curam aliorum. 59. b, &  
seqq.

Missi ad Superiores recursum habere debent.  
61.2.c, & seqq.

Missi quomodo prædicationis munus, &  
quando exercere debeant. 64. 1. a, &  
seqq.

Missi quomodo exercere debeant Confessio-  
num ministerium. 67.1.a

Missionum finis quomodo conseruandus ne  
pereat. 104.2.e

Missi quomodo pueros, & puellulas instrue-  
re debeant. 106.1.c, & seqq.

Missi quomodo instruere debeant populos ad  
sanctissimæ Eucharistiæ vsum, & deuotio-  
nem. 108.1.c, & seqq.

Missis misericordiæ opera commendantur.  
119.2.d, & seqq.

Missi reconcilient eos, qui similtates habent.  
122.2.c, & seqq.

Missis alia media ad proximorum vilitatem  
conducentia proponuntur. 124. 2. b, &  
seqq.

in Missionibus in populis degentibus quæ alia  
curanda; exercenda tamen ab instructis  
hominibus. 129.1.c, & seqq.

ex Mittentium parte difficultates occurren-  
tes exponuntur, & soluuntur. 347. 1. a, &  
seqq.

in Missionibus Religiosorum Societatis I E  
S V, quæ stabilia commendanda. 133.2.b,  
& seqq.

Mittendorum valetudinis iactura, aut mors  
non est timenda. 350.1.b

ex Missionum bono quanta Societati gloria  
accrescat. ibid. 2. b

propter Missionum onus, temporalium iactu-  
ra timenda non est. 351.1.c

Mittendorum difficultates superandæ. ibid. 2.  
e, & seqq.

Missionum notitiam aliqui non habentes,  
difficultates aliquas confingunt, quæ vin-  
cuntur. 357.2. c, & seqq.

Mittendorum cupiditas calumniatur. 359. 2.  
c, & seqq.

Missionum difficilis aditus propter prædican-  
tium frequentiam. 361.2.e, & seqq.

aduersus Missiones, quæ à Rectoribus loco-  
rum difficultates comminiscantur. 365.1.a,  
& seqq.

Missi aduersus omnia certare debent, & quo-  
modo. 367.2.d,e, & seqq.

Missionum Ministri inuidiæ stimulis agitan-  
tur. 370.2.a, & seqq.

Mittens

# Index Rerum

Mittendorum difficultates ex caristia adiutorum, 376. 1. c, & seqq.  
pro Missionibus designatum tempus ab aliquibus extraneum iudicatum. 378. 2. e, & seqq.

## Mortificationes.

Mortificationes non ablegandæ propter metum audientium flagellorum ictus: vbi de B. Francisco Borgia. 61. 1. e, 2. a  
Mortificationes suadentur. 131. 2. c  
Mortificationes die Veneris exercendæ. 134. 2. c

## Mors.

Mortis consideratio, & memoria excitandæ ad vitam ordinatè componendam. 155. 2. a, & seqq.  
Mors propria, an solum mors alterius quinto Decalogi præcepto prohibeatur. 218. 2. d. Quid si causa occisionis fuerit virtus. ibid.  
Mortes plures distinguuntur in quinto Decalogi præcepto comprehensæ. 219. 1. e, 2. a, b

## Murmuratio.

Murmuratores, famæ censores dicuntur. 253. 1. c  
Murmuratio in quo consistat. ibid.  
de Murmurationis vitio, & quodnam sit. 258. 1. c, & seqq.

## N

### Natura.

Natura pudica suo apte ingenio. 230. 2. d, & seqq.  
Naturæ deordinatio vnde provenit. 231. 2. e, & seqq.

## O

### Obedientia.

Obedientia quantum necessaria in Missionum negotio. 30. 1. d, 2. c

### Obscena.

Obscena quæque sexto Præcepto Decalogi prohibentur. 229. 2. b, c, d  
circa Obscena interroganda quam cautus debeat esse Confessarius. 230. 2. a  
ad Obscena pueri non sunt proclives. ibid. e  
Obscena naturaliter horrore sunt, & displicent. 231. 1. a. Vide, *Luxuria.*

### Occasio.

Occasiones frequenter peccandi, doloris indicia, si abiiciantur. 75. 2. b  
aduersus Occasiones peccandi non tam virtute, quam quadam velut obliuione vitiorum certant aliqui. 76. 1. d, e

ad Occasionum pericula vitanda, quæ sint necessaria. 78. 1. c, d, e  
Occasiones peccandi de medio tollendæ. 242. 1. a

## Oculus.

Oculorum licentia luxuriæ deseruit. 235. 2. c, & seqq.

## Odiu.

Odiu quinto Decalogi præcepto prohibetur. 218. 1. e  
Odia refecantis Dei verbo; quantus honor debeat. 226. 2. b, & seqq.  
Odi mala vnde aduersantia quinto Decalogi Præcepto. 219. 2. b, & seqq.  
Odia amicorum, & maximè coniunctorum grauiora esse solent. 220. 2. c  
Odiu habet præcurforem suum iram. ibid. e  
Odiu fomentum, & iræ incendium quod sit. 222. 1. a, & seqq.  
aduersus Odi certandum, & quomodo. 367. 2. d, e, & seqq.

## Officium diuinum.

Officium diuinum quo tempore incipiat obligare. 339. 2. e, 340. 1. a  
Officium diuinum, quo ordine, & modo soluendum à Sacerdotibus. 333. 2. e, & seqq.  
Officium diuinum quid sit. 334. 1. a, & seqq.  
Officium quomodo soluendum. 335. 2. a, & seqq.  
Officium diuinum quomodo priuatim explendum. 337. 1. a, & seqq.  
Officia duo an teneatur recitare, qui duas Ecclesias habet, quibus inseruit, & in quibus Officia diuersa canantur. 339. 2. c  
Officij partem si quis omittat, aut vnus diei, an possit satisfacere, & quomodo. ibid. d  
Vide *Hora canonica.*

## Opus.

Opera misericordiæ corporalia ad quatuor rediguntur. 232. 1. a, & seqq.  
Opera bona Iudicium expectant timendum. 163. 2. b, & seqq.  
Opera seruilia diebus festis prohibentur, & quæ. 213. 1. c, & seqq.

## Oratio.

Orationis mentalis Congregatio instituenda. 135. 1. d, & seqq.  
Oratio mentalis vnde initium sumpserit. ibid. e  
Orationibus quomodo viuere oporteat. 136. 1. a  
Oratio communis omnium quomodo esse debeat. 136. 1. c  
ad Orandum disparem socium Christus Dominus, & Apostoli elegerunt. ibid. 1. d, e  
Oratio mentalis popularibus, & frequentiaz hominum

# præcipuarum.

hominum non neganda. 136. 2. e  
Oratio mentalis externæ præferenda est. 137. 1. b  
Orationis mentalis modus cum fide concordat. ibid. d  
Oratione mentali orantes aliis molesti non sunt. ibid. 2. b  
Oratio communis priuatæ præferenda. 137. 2. c, d, e  
Orationis communis bona vix comprehendi possunt. 138. 1. a  
Orationi impensum tempus plus iuuat ad standum in virtute, quam sacramentalis Confessio. ibid. 2. a, b  
Oratio patens fenestra est, vnde caelestia, & Inferni penetralia cerni possunt. ibid. 2. e, & 139. 1. a  
qualis Oratio affectum moueat ad altissimam virtutis formam. 139. 1. a, b  
ad Orandum locus designandus, Ecclesia esse debet. ibid. 1. d, e. Quomodo id in ea præstandum sit. ibid. 2. a, & seqq.  
Orationis occupationem, tanquam præcipuam, debent Sacerdotes recensere. 302. 1. c, & seqq.  
Oratio totum integrum hominem componit. 304. 1. c  
Oratio reddit omnia vtilia. ibid. d  
Oratio quomodo docendi sint Sacerdotes. 304. 2. c, & seqq.

## Ordo.

Ordo summopere necessarius in Missionibus tenendus est. 33. 1. b

## Ornatus.

ex Ornatu foeminarum nascuntur luxuriæ irritamenta. 231. 2. c  
Ornatus nimis aduersus castitatem bellum gerit. 233. 2. d  
Ornatus dampnatur, qui de decore, & extraneus sit honestati. 234. 1. a, b  
Ornatus in viris reprehenditur. 235. 1. c, & seqq.

## Otium.

Otium solum non intendit Deus in Præcepto sanctificationis Sabbathi. 210. 2. d  
Otiositate luxuriæ malum augetur. 325. 1. b, c  
Otiosorum occupatio, amor. 325. 1. e

## P

### Papa.

Papa est Missionum primum mobile. 31. 1. c. Secundum, Generalis. ibid. 2. a

### Patens.

Parentes, aut heri, qui iuramento affirmant se punituros filios, aut seruos, eos occidendo, aut graue aliud nocumentum inferendo, mortaliter non peccant. 97. 2. e

Parentibus geminus honor præstandus est. 98. 2. a  
Parentibus reluctari, & ab eis discedere, graue peccatum. ibid. Excipitur status Religionis. ibid. b. Et si malignè parentes velint impedire nuptias. ibid.  
Parentum nomine in Præcepto Decalogi computantur Indices, Viri Principes, senectus grauis, & honore digna. ibid. c  
Parentibus iubemur benefacere; malum verò inferre prohibemur. 213. 2. e  
Parentibus quod debemus, ex tribus capitibus ortum habet. ibid.  
Parentibus quod duplex honor debeat. 214. 1. b, & seqq.  
Parentibus ciconiæ subsidium ferunt, escam subministrant, fomentum præstant. ibid. 2. d, e  
Parentibus honor iniunctus ad sustentationem eorum, & curam spectat. 215. 1. b  
Parentum amor non aduersatur amor, qui debetur vxoribus. 215. 2. b  
super Parentes omnes Deo parendum, cumque honorare, & reuereri debemus. 215. 2. c, d  
Parentes quomodo tractare debeant filios. 216. 1. b, & seqq.  
Parentes capiuntur coram filiis, & filiabus cum vxoribus parum cautè conuersantes. 235. 1. b, c. Vide, *Filius.*

### Parochus.

Parochi, Vicarij, Abbates, aut alio nomine insigniti Ministri minores ecclesiastici, debent Missos hospitio suscipere, & alere. 40. 2. b

### Pascha.

Pascha Festum Festorum, & celebritas celebratum vocatur. 264. 2. b  
Pater. Vide, *Pater.*

### Pauper. Paupertas.

Paupertatis maxima sit cura in Missionis inceptu, & progressu. 37. 1. e  
Paupertate Moyis non obstante, Rex appellatur. 38. 2. b  
Paupertatem amare quantum Missis interfit. 43. 1. c  
Paupertas, & pauperis loci electio Prædicatori, & Misso quot commoda afferat. 44. 1. a, & seqq.  
Pauperes sunt liberaliores, quam diuites. 263. 1. a b. Vide, *Dines. Elemosyna.*

### Peccatum.

Peccati magnitudo cor omnino frangit, inutilisque, tanquam vas contractum, reddidit. 5. 1. d  
Peccata, quæ homines ad interitum trahunt, aliquando arma efficiuntur, quibus eadem peccata intereunt. 28. 1. c, & seqq.  
Peccata reseruata quomodo absolueda à Missis. 54. 2. b  
Peccata



# Index Rerum

Peccata sunt Confessione quamprimum delenda. 71. 1. c. & seqq.  
 Peccatum quantum in animo puncturam operetur. 72. 1. b  
 ad Peccata remittenda desiderat Deus, non solum eorum Confessionem; sed etiam oblita delet, cum tamen præcessit conscientia discussio. 73. 1. b  
 Peccatorum numerum, & qualitatem in Confessione declarare, ad quid conferat. *ibid.* 2. c  
 Peccatorum dolor, & in quo stet, docendus. 74. 1. c, & seqq.  
 à Peccatis cessare non satis est, nisi præcedat odium, ac detestatio commissorum. *ibid.* e  
 Peccatorum dolor imperfectus, cum Sacramento Pœnitentiæ iustificat peccatorem. 74. 2. c  
 Peccandi frequenter occasiones, doloris indicia, si abiciantur. 75. 2. b  
 Peccata clarè, & sincere confitenda sunt. 80. 2. c, & seqq.  
 Peccata commissa negantes peccant contra Spiritum Sanctum, & damnationi subiiciuntur. 85. 2. b  
 Peccata silentur, aut propter metum peccato, aut de homine, cui aperienda est conscientia; cui malo remedium apponitur. 86. 2. b, & seqq.  
 Peccata etiam silentio prætereuntur, ut diutius perseueretur in iis. 87. 1. e. Cui malo quæ remedia applicanda. *ibid.* 2. b  
 Peccatores in peccatis persistentes quomodo medicandi. *ibid.* d, & seqq. Vbi afferuntur rationes, quibus ostenditur, eos non esse absolueudos.  
 Peccatorem pusillanimum, & nimis timidum hortari debet Confessarius ad confidentiam. 95. 2. b  
 Peccatoris pusillanimitas unde oriatur. *ibid.* 2. d  
 Peccata contra Decalogum facta quomodo examinanda, & confitenda. 97. 2. a, & seqq.  
 Peccata circa Ecclesiæ præcepta quomodo examinanda, & confitenda. 100. 1. c, & seqq.  
 Peccata ad Confessionem generalem instituendam quomodo sunt ad memoriam reducenda. 102. 2. c, & seqq.  
 Peccata obiurgare debent Concionatores. 147. 1. a, b, c  
 Peccati malitia est omnibus explicanda, ut ab eo fugiant. *ibid.* 2. a, & seqq.  
 Peccatum Deo aduersatur, ideò odio habendum. 148. 1. b  
 Peccatorem vocat Diuus Paulus discedentem, tanquam fugitium à Deo. *ibid.* 1. d  
 Peccator propter rem vilem, & nullius pretij Deum contemnit. *ibid.* 2. d  
 Peccatum quid in causa sit, cur ita vilescat. 149. 1. a  
 Peccati remedia. *ibid.* 1. c, d  
 Peccati malum, quòd priuet Dei gratia, & donis supernaturalibus, *ibid.* 2. e, & seqq.

Peccator in quas incidat pœnas temporales. 151. 1. e, & seqq.  
 Peccator per Ionam adumbratur. 152. 2. c, & 153. 1. a, b, c  
 Peccato mortali respondet pœna æterna ex merito condigno. *ibid.* 2. d, & seqq.  
 Peccator ad vitam ordinatè componendam excitari debet mortis consideratione, & memoria. 155. 2. a, & seqq.  
 Peccatores ad maiora patranda reddit audaciores Dei patientia. 158. 1. d, e  
 Peccatoris cor sicut mare feruens. *ibid.* 2. d  
 Peccatores in articulum mortis pœnitentiam reseruantes stulti sunt. 159. 1. b  
 Peccatores eos Deus plus onerat, qui plurimum debitores sunt donorum. 167. 2. d  
 Peccati occasiones è medio tollendæ. 242. 1. a  
 à Peccato mortali debent esse immunes Sacerdotes. 292. 1. a, & seqq.

## Petrus Faber.

Petrus Faber viribus exhaustus Concionem componebat, & voce tenuis tradebat. 15. 2. d

## Pœna.

Pœnæ temporales in quas incidit peccator. 151. 1. e, & seqq.  
 Pœna æterna ex merito condigno respondet peccato mortali. 153. 2. d, & seqq.  
 Pœna inferni malis destinata. 168. 1. e, & seqq.  
 Pœna ignis damnatis destinata quanta sit. 170. 2. b, c, & seqq.  
 Pœnarum æternitas quantum malum. 171. 1. c, & seqq. Contemplanda. 176. 2. d, & seqq.  
 Pœna vermis quanta sit, & in quo consistat. 172. 2. a, & seqq.  
 Pœna damni ponderatur. 173. 1. e, & seqq.  
 Pœnæ damnatorum augentur ex felicitate iustorum. 174. 2. c, & seqq.  
 Pœnæ temporales amplectendæ ad vitandum futuras. 177. 2. c

## Pœnitens.

Pœnitentis animum penetrare debet Confessarius. *ibid.* 2. b  
 Pœnitentes ad miseri status conditionem agnoscendam sunt mouendi à Confessariis. 83. 2. a, b, c  
 ad Pœnitentem spectat iudicium, an consenserit, an verò abiecerit animi motus. 97. 1. c, d  
 Pœnitentes ad meliorem frugem adducere, & instruere, Confessariorum munus est. 103. 1. c, & seqq.  
 Pœnitens per Confessionem recipit esse Dei, & ad imaginem ipsius fit. 104. 1. a, b  
 Pœnitentibus quid iniungere oporteat Confessarium. *ibid.* 1. c, & seqq.  
 Pœnitentibus recenter conuersis ex tribus capitibus suadendus animi ornatu. 105. 1. e, & seqq.

## Pœnitentia.

Pœnitentiam citam à principio mundi Deus desiderauit. 72. 2. a, b  
 Pœnitentiam

# præcipuarum.

Pœnitentiæ fructus quis sit. 79. 1. d  
 Pœnitentiæ asperitati lenitas quomodo adiungenda. 84. 1. c  
 Pœnitentiæ quàm prudenter à Confessariis imponendæ. 82. 1. a, b  
 Pœnitentiæ imperfectæ est verti; perfectæ verò conuerti. 74. 2. d  
 Pœnitentiæ securitatem promittit, quæ ex vero cordis dolore, & mali detestatione, ob Dei amorem prodit. 75. 1. d  
 ad Pœnitentiam ritè faciendam satisfactio qualis requiratur. 80. 1. d, & seqq.  
 Pœnitentiæ, & Baptismus in quo differant, etiam cum adulti, & maximi peccatores illum suscipiunt. 80. 2. d  
 ad Pœnitentiam delicati nimis veniunt hīs temporibus peccatores. *ibid.* 2. e  
 Pœnitentiæ culpis commensurare, in omni euentu impossibile videtur. 81. 1. c  
 in Pœnitentiæ duo consideranda sunt, & quæ. *ibid.* 1. d  
 Pœnitentiam in articulum mortis reseruare stultum est. 159. 1. b  
 Pœnitentiæ, & corporis castigatione tentationes pelluntur. 326. 1. e, & seqq.

## Pollutio.

Pollutio quàm graue, & quàm damnandum peccatum. 241. 2. a

## Populus.

Populi noti an requirendi, an Missiones nouæ instituendæ sint. 57. 2. a, & seqq.

## Potestas.

Potestates sæculares qualiter Missi adire debeant. 49. 1. e, & seqq.  
 Potestas præter ordinem, quæ duo comprehendit, approbationem, & iurisdictionem in Confessario necessaria. 91. 1. d, e

## Præceptum.

Præcepta diuina ab omnibus sunt seruanda. 184. 1. c, d, & seqq.  
 de Præcepto primo Decalogi. 188. 1. a, & seqq.  
 de Præcepto secundo Decalogi. 198. 1. b, & seqq.  
 de Præcepto tertio Decalogi. 208. 2. e, & seqq.  
 de Præcepto quarto Decalogi. 213. 2. d, e, & seqq.  
 de Præcepto quinto Decalogi. 218. 1. d, e, & seqq.  
 de Præcepto sexto Decalogi. 229. 2. b, & seqq.  
 de Præcepto septimo Decalogi, & de iis, quæ in eo prohibentur. 243. 1. e, & seqq.  
 aduersus Præceptum septimum peccata enumerantur. 247. 1. d, & seqq.  
 de Præcepto octauo Decalogi. 252. 1. c, & seqq.  
 circa Præceptum nonum, & decimum Decalogi. 259. 2. a, & seqq.  
 de Præceptis quinque Ecclesiæ. 263. 2. c, & seqq.  
 de Præcepto primo Ecclesiæ. 264. 1. a, & seqq.  
 de Præcepto secundo Ecclesiæ. 265. 1. a, & seqq.  
 de Præcepto tertio Ecclesiæ. 266. 1. b, & seqq.  
 de Præcepto quarto Ecclesiæ. 276. 2. b, & seqq.  
 de Præcepto quinto Ecclesiæ. 280. 1. c, & seqq.

de Præcepto alio Ecclesiæ, de decimis, scilicet, soluendis. 283. 2. c, & seqq.  
 Præcepta Ecclesiæ an sint plura, quàm quinque, & quomodo ea aliqui compagineant. *ibid.*

## Prædicator. Prædicatio.

Prædicatores verbi Dei contemptum rerum mundialium verbis, & habitu, vitæque præferre debent. 43. 2. d  
 Prædicationis munus quibus temporibus exercendum, & quomodo, quidque pro fine habendum. 64. 1. a, & seqq.  
 Prædicationum repetita occupatione nec fatigantur, nec nauseam sentiunt auditores. 65. 2. b  
 Prædicationes ne nauseam pariant, quid faciendum. 66. 1. e, & seqq.  
 Prædicatores debent se captui audientium accommodare. *ibid.* 2. d, e, 67. 1. a  
 Prædicationis finis quis esse debeat. *ibid.* 1. b, d  
 Vide, Verbum.

## Princeps.

Principes viri, latronum socij solent dici. 247. 1. d. Vbi quàm rapidè bona subditorum rapiant. *ibid.* & seqq.

## Propositum.

Propositum quale oporteat esse vitandi reciduum. 78. 2. a, b, & seqq. In homine ad extremum vitæ redacto non curare debet Confessarius. *ibid.* 2. e

## Proximus.

Proximi dilectionem habet comitem amor in Deum. 191. 1. e  
 Proximorum utilitatem, quibus medijs Missi profequi debeant. 124. 2. b, & seqq.  
 in Proximorum amore periculum latet. 246. 2. e, & seqq.

## Prudentia.

Prudentia quanta in Confessatio requiratur. 91. 2. b, c

## Pudicitia.

Pudica natura suo opte ingenio. 230. 2. d, & seqq.  
 Vide, Castitas.

## Puer. Puella.

Pueros, & puellulas quomodo instruere debeant Missi, & quanta utilitas ex eorum cultura proueniat. 106. 1. c, & seqq.  
 Pueros Christus, postquam egisset de castitatis, ac virginitatis decore, ad se accedentes retinuit, licet à Discipulis repellerentur, & cur. 106. 2. b  
 Pueros D. Hieronymus amanter suscipiebat. *ibid.* d  
 pro Pueris iuuandis plurimas antiqui fingebant Deas. *ibid.* e  
 Puerorum, & scemellarum instructio non est contemnenda. 107. 1. a, & seqq.  
 erga Pueros sibi oblatos quomodo Christus se gesserit. *ibid.* 1. e, & seqq.

# Index Rerum

Q

## Quadragesima.

**Q**uadragesimæ, & Aduentus tempora aptiora sunt ad excursions faciendas. 26.2.c. Vide, *Leiniium*.

## Quies.

ad Quietem Iosephus Anchieta vocatus à Prouinciali, flere cepit. 15.2.c,d inter Quietis amatores, & laboris Missionum, quod discrimen, 354.1.c

R

## Rapina.

**R**apinæ ex egentium oppressione prohibentur. 250.1.c. Vide, *Furtum*.

## Ratio.

Rationem Deo reddere, quàm graue, ac tremendum sit. 160.1.d, & seqq. Ratio reddenda donorum larga manu à Deo concessorum. ibid. 2. c

## Rationale.

Rationale cur Summi Sacerdotis pectori iungebatur. 126.2.a,b

## Recidium.

Recidium vitandi quale propositum esse oporteat. 78.2.a,b, & seqq.

## Reconciliatio.

Reconciliandi qui simulates habent. 122.2.c, & seqq.

## Religio.

Religionem ingredientibus filij, parentibus inuitis, non peccant. 98.2. b

Religionis virtus in primo Decalogi Præcepto includitur. 193.1.c, & seqq.

Religioni peccata aduersantia recensentur, 194.1.b, & seqq.

## Religiosus.

Religiosi Societatis I E S V cum per diuersa loca peragantur, Missionum genus dupliciter fieri solet. 20.1.a, & seqq. Vide, *Mission. Societas I E S V*.

## Reliquia.

Reliquias Sanctorum quomodo veneretur Ecclesia. 193.2.c

## Remedium.

Remedium salutis stat in Confessione generali. 70.2.c

Remedia penitentibus adhibita, decoquat Confessarius, quanta valuerit lenitate, ac amore. 93.1. a, & seqq.

## Restitutio

Restitutio alieni quàm difficilis. 247.1.b,c Restitutionis arduum remedium. 250.2.c, & seqq.

sine Restitutione aliena possidentes non possunt salutem consequi. 251.1. b

Restitutionem facientes vulturi vomenti à Plutarcho assimilantur. ibid.2.d

Restitutionem non facientes, filios obligatos relinquunt ad resarciendum damna illata à parentibus. 252.1.b,c

non Restituentium pœna vna est, quòd bonis allatis non fruuntur, imò perdant sua. ibid. 2. c, & 252.1.a,b

## Rosarium.

ad Rosarij pensum soluendum fœminæ sunt suadendæ, & quomodo illud recitandum. 134.1.d,e

Rosarij Congregatio instituenda, & quomodo. ibid.2. a, b

in Rosarij recitatione viri à fœminis separandi. ibid.2.b

ad Rosarij Festum Confratres prima Dominica in Ecclesiis Patrum Dominicanorum conueniunt. ibid.

S

## Sabbathismus.

**S**abbathismus quid vocet D. Paulus ad Hebræos cap.4. 209.1.c

## Sabbatum.

Sabbatum delicatum, aut deliciarum cur vocet Dominus. 98.1. c

Sabbatum sanctificare ad mysticum quomodo spectet. 209.1.c

## Sacerdos.

Sacerdotis Summi pectori cur Rationale iungebatur. 126.2.a,b

Sacerdotes quanto in honore sunt apud Deum. 127.1. d

Sacerdotes debent timere opus grauissimum sui muneris. ibid.2. c

ob Sacerdotum defensionem nec ipsi Imperatori pepercit Magnus Athanasius. 128.1. a

in Sacerdotibus non esse, quod in secularibus inuenitur, fœdissimum est. 128.1. e, 2. a

Sacerdotum munus ceteros ad orationem prouocare. 138.1.b, & seqq.

Sacerdoti Summo similes sunt Concionatores. 143.1.d

Sacerdotibus conuenit immunes à mortali culpa incedere. 292.1. a, & seqq.

Sacerdotibus Confessio generalis necessaria ad rectè vitam disponendam. 294.2. a, & seqq.

à Sacerdotibus eliminanda negotia secularia. 298.1.a, & seqq.

Sacerdotes omnium componendarum litium arbitri meritò vocantur. 299.1.b

Sacerdotes orationis occupationem tanquam præcipuam debent recensere. 302.1. c, & seqq.

Sacerdotibus quid in sacris Canonibus prohibeatur, circa ludos, & corporis agitationes. ibid.

Sacerdotes

# præcipuarum.

Superbia diuitum reos eos fingit. 246.1. a, & seqq.

Superbia Clotarij Regis Francorum, cum morti proximus esset, notatur. 246.1. e

## Superior.

ad Superiores habendus recursus. 61.2. c, & seqq.

Superiore approbante, opera ex se impossibilia visa finem optatum consequuntur. 62.1. c

Superiorum quomodo consilijs adhaerendum sit. ibid.1. e, 2. a, b, c

à Superioribus pendere, securitatem, & euentum secundum promittit. ibid.2. c, d, e

in Superioribus residens amor, & zelus Collegiorum, plurium malorum origo est. 349.1. b

Superiori tuo quomodo quidam Religiosus ex Familia Franciscana protestatus fuerit, se illius conscientiam oneraturum, quòd nollet eum ad prædicandum Infidelibus mittere. ibid.1. d, e

Superiores non debent timere iacturam valetudinis, aut mortem mittendorum. 350.1. b

Superiorum ductui se debent committere Religiosi. 355.1. d

## Superstitio.

Superstitiones omnes vetantur primo Decalogi præcepto. 188.2. d, & seqq.

Superstitio vnde dicatur. 194.1. b. Ex hac inter alia mala nascitur diuinatio. ibid.1. d

## Sufurro.

Sufurrones, & sufurraiores, qui. 253.1. a

Sufurationis vitium notatur. 257.2. a, & seqq.

Sufurratio est maius peccatum, quàm detrahitio. ibid.

T

## Templum.

**T**empli viciniam necessariò petit Missionum habitatio. 51.1. a

## Tempus.

Tempora quæ aptiora ad excursions faciendas. 26.2. c, & seqq.

Tempus quomodo redimendum. 28.2. a

Tempus nullum anni Missionum exercitio ni impedimentum est. 29.1. b

Tempus quod sit destinatum Missis dicendis. 313.2. b

Tempus an aliquod fixum habeant ex præcepto Horæ canonicæ. 339.1. a

Tempus pro Missionibus designatum ab aliquibus extraneum iudicatur. 378.2. e, & seqq.

## Temporalia.

Temporalium iacturam timere propter Missionum opus, quàm malum. 351.1. c, d, e

sub Temporalium cura inuoluitur auaritia, quaplus amatur temporale lucrum, quàm spirituale. 351.2. a

## Tentatio.

Tentationes carnis vitandæ. 318.2. d, & seqq.

contra Tentationes certando merita augentur. 319.2. c

Tentationes quibus remedijs pellendæ. 326.1. e, & seqq.

## Testimonium.

Testimonium falsum prohibetur octauo Decalogi Præcepto, & quæ sub eo peccata comprehendantur. 252.1. c, & seqq.

## Trinitas.

Trinitas in æqualibus personis senectutem præferentibus, aut iuuenturem ostentantibus, quomodo adoretur. 193.2. e

V

## Valetudo.

**V**aletudinis iacturam non debent timere mittendi ad conuersionem infidelium. 350.1. b

## Veneratio.

Venerationem, & cultum Sanctorum quomodo præcipiat Ecclesia. 193.1. a

Venerationem imaginum, tam Domini, quàm Sanctorum, quomodo præcipiat Ecclesia. ibid.2. c

## Venerus.

Venerus omnis actus sexto Decalogi præcepto prohibetur. 229.2. b, & seqq.

Venera omnis delectatio prohibetur. 240.1. e

Venerarum rerum cupiditates, & concupiscentia rerum externarum, nono, & decimo Decalogi præcepto vetantur. 259.2. a, & seqq. Vide, *Luxuria*.

## Verbum Dei.

Verbi Dei vis ostenditur in mundo, & feris gentibus conuertendis. 7.1. c, 2. a, & seqq.

Verbi Dei Prædicatores contemptum rerum mundialium verbis, & habitu, vitæque præferre debent. 43.2. d

Verbum Dei qua via prædicandum sit, vt inde intentata vtilitas capiarur. 143.1. a, & seqq.

inter Verbi Dei graues Rhetores, & Concionatores garrulos discrimen. ibid. e

## Verecundia.

Verecundia omnis in peccatis Confessario detegendis foras mittenda. 86.1. b, c, & seqq.

## Vermis.

Vermis pœna quanta sit, & in quo consistat. 172.2. a, & seqq. Vide, *Pœna*.

## Vespertina Hora.

Vespertinis Horis, vt assistere debent Christiiani. 131.2. d, e. Vide, *Hore canonica*.

## Viaticum.

Viaticum mortis tempore suscipere Ecclesiæ præcepto iniungitur. 100.2. b, c

Vide, *Eucharistia*.

L 1 3

Vindicta



# Index Rerum præcipuarum.

**Vindicta.**  
Vindictæ cupiditas quinto Decalogi præcepto prohibetur. 218.1.e  
Vindictæ via securior, quæ. 229.1.c

**Vipera.**  
Viperarum genimina cur Ioannes Iudæos vocauit. 18.2.d,e

**Vires.**  
Viribus exhaustus Petrus Faber Concionem componebat, & voce tenus tradebat. 15.2.d  
Viribus non reportauit Iacob victoriam ab eo, quocum luctabatur, sed gratia Dei. 22.2.e,d

**Virga.**  
Virgam solam tollere in via Discipulis commendans Dominus, quid significare voluerit. 43.2.c

**B. Virgo.**  
B. Virginis Coronæ quotidiana recitatio quantum bonum afferat. 104.1.c  
B. Virginis in honorem die Sabbathi quid recitandum. 140.1.e, & seqq.  
B. Virginis sub tutela Congregatio est instituenda. 140.2.a, & seqq.

**Virgo.**  
Virgo vim patiens, si timet consensum in libidinem, an minus peccet, quam si violentas in se iniiciat manus. 218.2.e, 219.1.a

**Virtus.**  
de Virtute vera alicuius dubij, scrutinium intertiorum, & eorum, quæ occultantur, face-re solent. 60.2.d  
Virtus humilitate regenda. 61.1.b  
Virtus ad sui durationem non solum eget præceptis, sed consiliis. 106.1.a  
Virtutis internæ signa præbent lingua moderata, & discreta locutio. 125.2.c,d  
Virtutes, vt omnes exerceant, suadendum. 130.2.e, & 131.1.a, & seqq.  
Virtus si fuerit causa occisionis propria, an occidens se peccet contra quintum Decalogi præceptum. 218.2.d  
Virtutis in itinere incepto ad insistendum deuotio plurimum valet. 311.1.c

**Vita.**  
Vitæ ordine plus quam verbis, proximum ad virtutem accendimus. 60.2.e  
ad Vitam ordinatè componendam mortis consideratio, & memoria excitanda. 155.2.a, & seqq.

**Volucres.**  
Volucrum multiplicatio in creatione mundi Angelis tribuitur. 355.2.b  
Volucris similes esse debent Societatis filij. ibid. c

**Votum.**  
Vorum, qui semel emisit inualidè, etiam si centies idem confirmet, nulla obligatione tene-tur. 53.1.e  
Vota, seu promissa, quando, & sub quo peccato ligent. 98.1.c

**Vsura.**  
ad Vsuras directe, vel virtualiter spectant mercatorum iniustitiæ in vendendo, emendo, commutando, mutuo dando, & aliis eiusmodi, quæ prohibentur. 250.1.a  
Vsura est vltra fortem aliquid recipere. ibid. 1.b  
ad Vsuram commodans detestabile peccatum, & morte dignum committit. ibid.  
Vsura non est, ex pecunia alteri tradita, propter damnum inde emergens, vel lucrum cessans aliquid accipere. ibid. 1.c

**Vtilitas.**  
Vtilitas quanta proueniat ex cultura puerorum, & puellulorum. 106.1.c, & seqq.  
Vtilitatem proximorum quibus medijs Missa profequi debeant. 124.2.b, & seqq.  
ad Vtilia non veniunt Concionatores per illa, quæ rapiunt in admirationem. 146.1.c  
Vtilia omnia reddit oratio. 304.1.d

**Vxor.**  
Vxoribus amor debitus non aduerfatur amoris parentum. 215.2.b  
Vxor quandam quotam sibi ad minuta necessariam potest furripere, in scio, & repugnante marito. 250.2.a  
Vxorum furta peccata sunt, etiam si per ignorantiam non multum grauent conscientiam. ibid.  
Vxori suæ cur Abraham persuaserit, vt fratrem eum appellaret. 348.1.d,e  
Vide, *Marrimonium.*

## X

### D. Xauerius.

D. Xauerio Chinæ ingressum cur Deus negauit. 9.2.c  
D. Xauerius qua methodo conuersionem Infidelium aggressus est. 17.2.c,d  
D. Xauerius singulos sic instruebat, ac si vnum tantum habuisset hominem. 101.2.d  
D. Xauerius quomodo ad Doctrinam Christianam pueros, & reliquum vulgus vocabat. 118.1.d

### Xenodochium.

Xenodochia, & scholas puerorum primo loco commendat Socii in Missionibus S. Ignatius. 33.2.b  
Xenodochium est primum, ac destinatum Missorum hospitium. 42.2.d, & seqq.  
Xenodochium inutile censetur ad habitationem Missorum, si multum distet ab Ecclesia. 50.1.b,c  
Xenodochia, & carceres visitare Missis iniungitur. 119.1.d, & seqq. Vbi quomodo in iis locis se gerere debeant.  
Xenodochij quam curam debeant habere Missi. 134.1.c  
ad Xenodochium, sella gestatoria infirmi à nobilibus delati in quadam ciuitate. ibid.

## Z

### Zelus.

Zelotem, Dominum, & vniuersorum Deum cur se Deus appeller. 188.2.b, & 197.1.a

F I N I S

# præcipuarum.

Sacerdotes quanta deuotione diuina tractare debeant, & omnia agere. 308.1.c, & seqq.  
Sacerdotibus iniuncti sacrificij quanta sit magnitudo. 312.1.a  
Sacerdotes quæ in vsu Missæ reperiuntur, diligenter considerent. 314.2.a  
Sacerdotes gestu, motu, & habitu decentiam, grauitatem, & modestiam præferant. 315.1.c  
Sacerdotum maximam puritatem exposcit Missæ sacrificium. 315.1.d, & seqq.  
Sacerdotes quales esse debeant. 316.1.d, e, & seqq.  
Sacerdotes non sint contenti sine mortali peccato ad Deum accedere. 317.1.b, & seqq.  
Sacerdotibus congruunt castitatis ornamenta. 318.1.b, & seqq.  
Sacerdotes à quibus abstinere oporteat, vt castitatem colant. 321.2.a  
Sacerdotes omnem euellant occasionem indecenter incedendi. 323.2.a  
Sacerdotes inter cætera sollicitiores sint in abigendis feminarum confortijs. 323.2.d, e, & seqq. & 327.1.e, 2.a,b  
Sacerdotes quam adhibere debeant curam ad castitatis munimen. 324.2.b, & seqq.  
Sacerdotes ad sibi ministrandum homines debent assumere. 327.2.b  
Sacerdotes famæ detrimentum patiuntur, si cum feminis conuersentur. 328.1.a  
à Sacerdotibus præparatio, & gratiarum actio ad Missam adhibenda. 329.1.b, & seqq.  
Sacerdotum pensum, nempe, Officium diuinum, quo ordine, & modo soluendum. 333.2.e, & seqq.  
Sacerdos si quis fiat beneficij assequendi, & fruendi sine peccato mortaliter. 339.1.d,e  
Sacerdotibus iniungitur, ne diuitiarum occupentur aggeratione. 341.2.a, & seqq.  
*Sacramentum.* Vide, *Baptismus*, *Confessio*, *Communiõ*, *Pœnitentia*.

**Sacrificium.**  
Sacrificium Diis cum offerret Iulianus Apostata, Crucem inclusam in euiscerato bruto, & reseratis eius extis reperit. 75.1.a  
Sacrificium offerre ex substantia pauperum, quam crudele, iniustum, ingratumque Deo. 250.2.e  
Sacrificij Sacerdotibus iniuncti quanta sit magnitudo. 311.1.a  
Sacrificium Missæ quæ Horæ præcedere debeant. 338.2.b. Vide, *Missæ*.

**Sacrilegium.**  
Sacrilegium grauissimum est ad Eucharistiam accedere cum conscientia peccati mortalis. 112.2.b,c

**Sacrum.**  
Sacrum esse audiendum festis diebus, Ecclesia præcipit. 98.1.e. Vide, *Missæ*.

**Salus.**  
Salutem suam propriam ne ablegent Missi, propter curam aliorum. 59.1.b, & seqq.

à Salute propria quæ distrahunt, procul eliminanda. ibid. 2.a,b  
ad salutem propriam curandam duo mouere debent Missos. 60.1.e  
à Salute propria negligenda aliorum damnum emanat. ibid. 2.b  
Salutis remedium stat in Confessione generali. 70.2.c

### Salutatio.

Salutandi forma, qua Dominus discipulos suos vti præcepit, quid sibi velit. 39.1.c

### Sanctus.

Sancti vindictam petentes, post mortem ante diuinum tribunal sibi desiderant. 162.2.d, e  
Sanctos quomodo Ecclesia veneretur, & colat. 193.1.a

### Satisfactio.

Satisfactio qualis requiratur ad pœnitentiam ritè faciendam. 80.1.d, & seqq.  
Satisfactio per Confessarium statuenda, iustitiæ debitum est vindictariæ, & quædam commutatio æternæ pœnæ peccatis debita in temporalem. ibid. 2.a  
Satisfactio pœnitentis, Christi Domini merito, & satisfactioni inniti, quomodo accipiendum sit. 8.1.d  
Satisfactionis remedium durum, ac feuerum ab Adam appositum est. 83.1.c, & seqq.

### Scandalum.

Scandala sunt penitus exterminanda. 130.1.a, & seqq.  
Scandalum est vitandum. 328.1.d  
Scandalum distinguitur in passiuum, & in actiuum. ibid. 1.c, 2.a,b

### Schola.

Scholas puerorum, & Xenodochia primo loco commendat S. Ignatius Socii in Missionibus. 33.2.b

### Scientia.

Scientia quantum in Confessario necessaria sit. 90.2.d, & seqq.

### Sensus.

Sensuum, & maximè oculorum licentia luxuriæ defertur. 235.2.c, & seqq.

### Sententia.

Sententia Iudicij extremi cur gladio ex ore procedenti comparetur. 167.2.d

### Sermo.

Sermonibus inutilibus, & vanis non debent Concionatores opinionem doctrinæ captare. 146.2.b, & seqq. Vide, *Concionator*.

### Seruilia.

Seruilia opera diebus festis prohibentur. 209.2.e  
Seruilia opera quatuor de causis diebus festis fieri possunt, licet aliis sint prohibita. 210.1.a  
L 1 2 *Seruum.*

# Index Rerum

## Seruus.

Seruus nunquam licet etiam minima auferre. 250.2.b

## Simultas.

Simultates habentes reconcilient Missi. 122.2. c, & seqq.  
ex Simultatibus quanta mala procedant. 123.2.b,c  
Simultates publicæ tollendæ sunt. 124.1. b,c

## Societas I E S V.

Societatis Alumni amorem Christi accendunt in cordibus hominum. 2.2.c,d  
Illis Apostolinomen valdè congruit. ibid. 2.e, & seqq.  
Societati I E S V qua de causa Missionum genus concessum. 9.1.c,d  
Societas I E S V aduersus Hæreticorum exercitum suscitata fuit. 10.1.d,e  
Societati I E S V soli Missiones commendatæ sunt, & cur. ibid.2.c,d,e  
Societas I E S V ad iuuandum, & augendum Missionum bonum quam expedita. 11.1.d  
Societatis I E S V Religiosorum æqualitas demonstratur. ibid.2.e  
Ipsis nulla occupatio, nullius rei temporalis cura præscripta, & cur. 12.1.c,d,e  
Societas I E S V non querit homines solitudinis amatotes. 13.1.c  
Societas I E S V cur chororum, & Missarum solennitates omittat. 13.2.d,e  
Societas I E S V sibi Missionum curam adoptauit, vt vniuersum mundum peragraret. 15.1. b,c. Omnia loca, etiam peregrina, & in longinquo sita, patriam, & natale solum esse censet. ibid.2.a,b  
Societatis I E S V Generalis est secundum caput Missionum. 31.2.a  
Societatis I E S V præcipua occupatio est Doctrina Christiana. 117.1.c, & seqq.  
Societati I E S V quanta gloria accrescat ex Missionibus. 350.2.b  
Societatis I E S V filij debent esse similes quatuor animalibus Ezechielis. 352.1.c  
Quomodo similes esse debeant furibus in patibulo suspensis. ibid.d  
Societatis I E S V filij volucris similes esse debent. 355.2.c

## Socius.

Sociorum concordia quantum iuuat Missiones, discordia verò e contra. 25.1.b, & seqq.  
Socius fortior infirmi onus portare debet. 26.1. a, & seqq.  
Sociorum prauorum consuetudo vitanda. 77.1. b,c  
Socium disparem ad orandum Christus Dominus, & Apostoli elegerunt. 136.1.d,e  
Socij latronum, Principes viri solent dici. 247.1.d

## Solatium.

Solatium iustorum est inflexibilitas diuini iudicij. 162.1.b, & seqq.

## Sollicitudo.

Sollicitudo illorum, qui saluti proximorum incumbunt, visione Iacobi demonstratur. 16.2.a,b  
Sollicitudinem pastus, & vestimentorum demens Dominus, quid innuere volebat. 41.1. b  
Sollicitudo omnis in Deum proicienda est, vbi de B. Xauerio. 43.2.a,b  
Sollicitudo futurorum nimia damnanda. 351.1. a

## Somnium.

per Somnia diuinitio qua prohibeatur. 194.2. d,e, & 195.1.a,b,c

## Sors.

per Sortes tripliciter fit diuinitio. 195.2.b  
Sortes diuinitio in ecclesiasticis electionibus interduntur. ibid.  
Sortibus consultorij Damonem consulere, quod peccatum sit. ibid.c

## Species.

Speciei peccatorum, & numeri si non recordetur penitens, quomodo erga eum se gerere debeat Confessarius. 96.1.e

## Spes.

ad Spem extenditur amor Dei. 192.2. e, & seqq.  
Spes quid sit. 197.2.c  
contra Spem quomodo, & quando peccetur, ibid. & seqq.  
Spes semper connectitur charitati. 198.1.a

## Spiritualia.

de Spiritualibus parum curantes homines aliquando Missionum formam destruunt. 49.1. c  
Spirituales suas res non debent ablegare Missi propter curam aliorum. 59.1.b, & seqq.

## Spiritus Sanctus.

Spiritu Dei quæ fouentur, fecundantur. 61.1. c, d  
Spiritus Dei cur Scriptura dixerit ferri super aquas. ibid.  
contra Spiritum Sanctum peccat, qui mentitur in Confessione. 85.2.b

## Spiritus.

Spiritus vita carentes quam vanè aliorum salutem promouere satagant. 60.2.d,e, & seqq.

## Statio.

Statio dicebatur tempore Tertulliani, gratiarum actio, quæ fiebat post sumpcionem Eucharistia. 116.2.b,c

## Subfannatio.

Subfannatio in quo consistat. 255.2.e, & seqq.

## Superbia.

Superbia vt grauis culpa iudicetur, Luciferina esse oportet. 101.1.e  
Superbia

## CVM ABSENTE AVCTORE HOC OPVS PRÆLO

mandatum fuerit incuria componentium characteres plurimi irrepserunt defectus, quorum causa, aut sensus verborum confunditur, aut aliqua falsa possent reputari, aut non comprè dicta, quæ ob causam eiusmodi de promptissimis errata, vt omnia ad normam veritatis currant, & sine offensione legantur. Paginam P. designat. Columnam C. Literam ab A ad E. vt facilius vbi error sit detegatur.

Paginam 10. Columnam 2. Literam C. Aduersus faciè, Pro aciem. Et postea ibi armèta, pro armamèta.  
P.33. C.1. C. oneremur, adde ne oneremur.  
P.37. C.2. ante D. equitis pro equitij.  
P.38. C.1. B. reinquere, pro relinquere.  
P.47. C.2. C. omnibus alijs, pro Omnibus alijs.  
P.48. C.2. C. equitis, pro equitij.  
P.51. C.2. E. inuertentes, pro inuenientes.  
P.56. C.2. ante D. cuius motu, pro cuius motu, ibi E. sub alias, pro sub alas.  
P.57. C.2. B. delegatam vrbè perfectè succurrerint, pro delegatam orbi, ibi C. arbitràdum, pro arbitrantes, ibi D. fuit, pro fuerit.  
P.58. C.2. A. atque, pro at qui, itè & reuocantes, pro & reuocant, ibi prope C. dum alijs, pro dum alia. C. fructum latentium expectare addendum, proventum.  
P.62. C.2. ante C. perexcellere, pro percellere.  
P.70. C.2. ante B. iusti nomen offertur, pro aufertur, ibi C. primum metum, vt nobis, pro primum nouum metum concipiet.  
P.74. C.1. E. dolenda, pro delenda.  
P.79. C.1. E. res notat, pro resnotat.  
P.83. C.1. E. prohibuit discipulis, pro discipulos.  
P.84. C.1. C. ne corrumpatur, pro ne rumpatur.  
P.85. C.2. A. haut reticere, tolle haut.  
P.87. C.1. ante D. exterius, pro dexterius.  
P.88. C.1. C. insoluta pro insolita.  
P.94. C.2. B. eoque, pro ab eoque, ibi prope E. mererentur, pro mereretur.  
P.99. C.1. A. complices, pro complices.  
P.100. C.2. C. capaces non censentur, dele non.  
P.103. C.1. ante E. offensa, pro offensa.  
P.104. C.1. D. recenseant ijs, pro ijs, aut solum recenseant qui.  
P.105. C.2. E. non subvertuntur, pro mox subvertuntur.  
P.106. C.1. A. redeant, pro non recedant, ibi D. aut dicerent, pro haut dicerent.  
P.108. C.2. A. in inueta, tolle in.  
P.109. C.2. A. primoque, pro primo, quæ.  
P.116. C.1. E. sine appopians, pro approprians.  
P.117. C.2. C. & res fidei percipiant, pro vt res fidei.  
P.118. C.1. prope D. sed fati, pro sed lato.  
P.121. C.1. B. periculum in mora non est, tolle non, ibi C. affectis quidem, pro affectis.  
P.122. C.1. prope B. caritate imbutos, pro caritate imbuti.  
P.123. C.2. D. paruis iati, pro fatiati.  
P.127. C.2. D. alienis videlicet oblectationibus, pro alienas videlicet oblectationes.  
P.128. C.2. A. non aduertat, pro non aduenerit.  
P.135. C.2. A. de egenis, pro de Elenis.  
P.146. C.1. A. pane vescitur, pro pane vescantur, ibi C. filorum, pro florum.  
P.147. C.2. B. pro solutione præstitis, dele.  
P.148. C.1. B. ita vt creatum, pro vt creatura.  
P.149. C.2. A. iofimos, pro zofimos.  
P.150. C.2. ante E. euehendam, pro euehendum.  
P.154. C.1. ante C. tanquam fænum, pro tanquam frenum.  
P.158. C.1. prope B. voluntatem capiat, pro voluptatem capiat.  
P.163. C.1. A. proiectos, pro proiectos.  
P.164. C.2. C. in Israel effusum, pro in Iezrael.  
P.194. C.2. E. fine in vniuersum bonum, pro in vniuersi bonum.  
P.197. C.2. D. deficere de Deo, pro desidere de Deo.  
P.201. C.1. B. qui potest peccare si iurando, pro sic iurando.  
P.203. C.1. A. capite ad audientias ff. tolle ff.  
P.206. C.2. E. Nam quia Christus, pro Num quia Christus.  
P.208. C.1. ante C. gerit vires, pro gerit vices.  
P.212. C.2. A. à Romini, pro à Dòmini, ibi E. mysterijs, pro ministerijs.  
P.214. C.2. ante B. si verò, pro hi verò.  
P.215. C.1. ante B. quod casa, pro causa.  
P.223. C.2. D. licet desint, pro deessent.  
P.225. C.2. A. vbi enim inueniunt deest, vbi enim inuidi inueniunt.  
P.227. C.2. D. & in vtili vsui pro vtili.  
P.228. C.1. ante B. ad deponendum Regi, pro Regis, ibi C. 2. D. de de malo, dele vnum de.  
P.231. C.2. B. & decorum amandum, pro decorum.  
P.232. C.1. A. hæc facilia, pro faciliè, ibi E. & plurimum mores, pro plurimum mors.  
P.233. C.2. B. omnia arte occulta, pro ante.  
P.235. C.1. A. non ingenua, pro non ingenia.  
P.238. C.1. ante B. luxuriæ canalis, pro carnalis.  
P.239. C.2. D. Ismaeliticis, pro Iracliticis.  
P.241. C.1. A. fœminæ, pro fœmioræ.  
P.243. C.2. C. obrusionis suæ, pro obliuionem sui.  
P.244. C.1. B. visa taurum, pro inuisa diuitibus.  
P.246. C.2. A. tan stultè, tan stultè, vnum dele, & solum dic tam stultè.  
P.248. C.1. C. ab um, pro abunde, ibi D. quid iudicatis, pro qui iudicatis.  
P.250. C.2. E. aliena Deo offerre, dele Deo, & dic ei offerre.  
P.255. C.1. C. hoc remunerator, pro murmurator, ibi D. pruritas, pro pruritus, ibi quod in eis placeat, pro vt eis placeant, ibi C.2. A. & velut, pro at velut.  
P.268. C.2. C. mysterijs passis, pro mysterijs passionis.  
P.271. C.1. C. Romanorum 19, pro Prouerbiorum 19.  
P.272. C.2. D. cap. 15. pro distinctione 15.  
P.274. C.1. A. in quo vt ler, pro alter, ibi C.2. E. vt eius eiusmodi, pro eis vt eiusmodi.  
P.278. C.2. ante D. iniunctas, pro iniunctam.  
P.280. C.2. E. & habitu, pro & habitæ. P.



- P. 283. C. 1. E. precepto raptus, pro captus.
- P. 294. C. 1. D. de delicto, pro de dilecto, ibi C. 2. A. ille preestare, pro ista preestare, ibi B. fameam, pro fameam.
- P. 297. C. 2. C. & moneatur dele.
- P. 298. C. 1. B. & humana tractet pro diuina.
- P. 302. C. 1. D. interdicat, pro interdicens.
- P. 306. C. 1. E. solum ad charectes, &c. vel concinitatem deest attendentes.
- P. 309. C. 2. E. Matthai 27. pro 26.
- P. 310. C. 2. A. quasi promptum esset, pro proprium esset.
- P. 312. C. 1. E. Philonis testimonium miscetur cum verbis auctoris cum exponentis.
- P. 317. C. 1. B. nec solum indignè, pro indigni.
- P. 322. C. 2. A. 48. stromatum, pro 4. stromatum, ibi D. omni, pro omnia.
- P. 323. C. 1. E. litari esset in lege adde esset in usu in lege.
- P. 327. C. 2. E. cap. Cleric. pro Clericos.
- P. 331. C. 1. prope E. Matthai 27. pro 26.
- P. 333. C. 1. A. sancti Sacramenti, pro tanti Sacramenti.
- P. 338. C. 2. B. Anthoninus, pro Antoninus.
- P. 347. C. 2. D. expeditione, pro expeditionum.
- P. 348. C. 1. ante D. ut ducti imitatur, pro ut ducti imitemur, ibi C. 2. D. domesticam necessitatem equari posse, adde non equari posse.
- P. 352. C. 1. C. quæ ista concernunt, adde ad ista.
- P. 354. C. 1. A. tot fructum, pro fluctuum.
- P. 355. C. 1. C. sed probatio, pro sed probatis.
- P. 356. C. 2. B. eius tutamus tutamen, dele tutamus.
- P. 358. C. 1. B. & omni horrore, pro honore, ibi D. inde se se, pro indefese.
- P. 361. C. 1. E. avitæ erant, pro acuta erant, & ibi sine virgari conferat, pro comparat. Et C. 2. A. ibi, equæ credunt, pro eaque credunt.
- P. 362. C. 1. E. quin exterminant, pro qui enim exterminant.
- P. 363. C. 1. C. ac si non cultum, usque ibi imperatorem auctoris sunt verba non testimonij.
- P. 364. C. 2. C. accedendam existimet, pro accedendum existimet.
- P. 365. C. 2. B. dorfa hostibus offeram pro dorfa illis offeram.
- P. 367. C. 1. ante E. humana cogitatio cernat, pro cernatur, ibi C. 2. D. huic operi intentis, pro intenti.
- P. 368. C. 2. ante D. signa relationis, pro retaliationis, ibi D. adversus eos, pro adversus illos, ibi
- nō solum licet addendum nō, idest, non solum non licet.
- P. 370. C. 2. C. usque ad veris, pro adduxisse.
- P. 371. C. 1. E. cum eas, pro cum ea.
- P. 372. C. 1. A. additorum, pro auditorum copiam. Et B. & omnibus, pro ut omnibus. Et E. proximas laudes promereatur, pro promereantur.
- P. 374. C. 1. B. suasi à domini, pro à domino, ibi D. maiora ad, pro maiora à Deo, ibi E. tā spiritualibus, pro tā in spiritualibus.
- P. 375. C. 1. A. sudore, pro sudores, ibi C. profuturas laboribus, pro futuris, ibi E. patrimonium servanda, pro parsimonia servanda.
- P. 376. C. 1. E. ne incognita maneat, pro maneat.
- P. 377. C. 2. A. proprium reputantes, pro reputare.
- P. 378. C. 1. D. predictos mores, pro perditos mores.
- P. 379. C. 1. C. impertuiv, pro impetui, ibi D. nequibat, pro nequibat.
- P. 380. C. 1. B. referenda sunt, pro referende sunt.
- P. 381. C. 1. D. & tales excitatores, dele &, ibi C. 2. A. ille enim, pro illa enim.
- P. 382. C. 1. B. exuberantia fructus, pro exuberantes fructus.

